Omnes leges [m] aut diuinæ ſunt, aut humanæ: diuinę natura, † humanæ moribus conſtant: ideoq; hæ diſcrepãt [n], quoniã alię alijs [o] gentibus placent. Fas lex diuina eſt, ius lex humana. Trãſire per agrũ alienum [p], fas eſt [q], ius nõ eſt. Ex verbis huius authoritatis euidẽter datur intelligi, in quo differant inter ſe lex diuina, & humana: cùm omne, quod fas eſt, nomine diuinæ vel naturalis legis accipiatur: nomine verò legis humanæ, mores iure cõſcripti & traditi intelligãtur. Eſt autẽ ius generale nomen, multas ſub ſe continens ſpecies.

Hvmanũ gen⁹. Hęc diſtinctio diuidiť in duas partes. In prima probat ꝑ quatuor canones quod humanum genus regitur duobus, ſcilicet iuribus & cõſuetudinibus. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, Eſt & alia. ponit ſeptẽ differentias iurium. Ioan. de Fant. & Pet.

1 Ius naturale reliquis antiquius eſt: vt v. diſt. c. j. ĩ prin.

a Humanũ genus. Tractaturus dominus Gratia. de iure canonico, primo incipit à ſimplicioribus ſecundum naturam, ſcilicet à iure naturali, quod antiquius & dignius eſt [1]. Cœpit enim ab ipſa rationali creatura: vt inſtit. de re. diui. §. commodius. Aſsignat ergo multas differentias iuris naturalis ad alia iura, vſque ad xv. diſt. in qua aggreditur principale propoſitum de iure canonico, originem eius aſsignans.

b Duobus. Signatur cõtrarium ĵ. xcvj. diſt. duo. ſed illis duobus regitur tãquam authoribus, iſtis tanquã inſtrumentis. xj. q. j. c. ſicut enim. §. ex his.

c Naturali. id eſt diuino.

d Moribus. id eſt, conſuetudinario iure, vel etiã iure humano, ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto. xxv. quæſtio. ij. inſtitutionis.

e Vult. Sed nõne ego volo quod alter det mihi rẽ ſuam: non tamen ego volo ei dare rem meam? Expone ergo vult, id eſt debet velle. & ſic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod vis. & ſic exponitur lex ff. de ſolu. l. j. vel expone iubetur, id eſt conſulitur [2]. ſic econuerſo verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur. xj. quæſtio. iij. rogo.

f Prohibetur. Nunquam inuenimus expreſſe prohibitum in lege vel in Euangelio, niſi per quandã conſequentiam. Nam vbi vnum contrariorũ pręcipitur, per conſequens aliud prohibetur. ſic vbi aliquid iudicatur meum eſſe, per conſequens iudicatur tuum non eſſe. ff. de procur. Pomponius. §. ij.

g Inferre. Sed nonne iudex vult inferre mortẽ reo, ſed tamen non vult vt ſibi mors inferatur? Sed dic, quod iudex non infligit mortẽ, ſed lex, vt xxiij. q. v. homicidas. & ca. cũ homo. Vel intelligas hæc omniã de operibus miſericordiæ, ad quæ qlibet tenetur: vt lxxxvj. diſt. nõ ſatis. Ioan.

h In Euangelio. Matthæi vij.

i Vultis. id eſt, debetis velle.

k Hæc eſt enim. id eſt in his cõſiſtit. ſic ponitur ibi, Deum time, & mãdata ei⁹ obſerua: hoc eſt omnis homo. Eccleſiaſtici xij. de pœn. diſtinct. ij. charitas.

l Hinc. Ad probãdam diuiſionem ſupradictam.

m Omnes leges. id eſt omnis lex. & ponitur plurale pro ſingulari. ſi enim demonſtrares duas leges, vnã diuinam, & aliã humanam, non poteſt vere dici, iſtæ leges aut ſunt diuinæ, aut humanę. Et valet talis interpretatio in reſcriptis quãdoq; cum ita ſcribitur: ſi iſta vera ſunt, id eſt ſi hoc verum eſt, & ſi illud verũ eſt, ſic extra de appella. ſignificauit. in fin. & extra de præben. cũ iam dudũ. & extra de reſcrip. ex parte. ſic ĵ. ij. q. j. in primis [3]. & ff. de cõdi. & demon. falſa. & ff. de ſtatu homi. ſummam.

n Diſcrepant. Non tamẽ ſunt contrariæ. nã trãſire per agrum alienũ diuina lex permittit, humana prohibet: ſed prohibitio & permiſsio non ſunt contraria. nam dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apoſtolus prohibet, vt xxviij. q. j. iam nunc.

o Alijs. vt ĵ. xij. diſt. illa. & ĵ. xxxij. diſtin. placuit.

p Alienum. Sed nonne iure naturali omnia ſunt cõmunia: vt ĵ. c. ius naturale. & ĵ. diſtinc. viij. quo iure. non ergo aliquis ager alienus eſt, ideo expone alienum, id eſt, qui eſt alienus modo.

q Fas eſt. id eſt, æquum eſt [4], cũ ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tranſitus, vt xxiij. q. ij. c. vlt. Item iure diuino licitum eſt comedere vuas in agro alterius, ſed non exportare: cõterere ſpicas & comedere licitum eſt. vj. q. iij. c. j. ſed non mittere falcem, vt ĵ. de conſe. diſt. v. diſcipulos. ſed licet ſit æquum iure diuino, tamen non eſt ius, id eſt ius non dat ciuilem actionem. Vbi enim aliquid mihi prodeſt, & tibi non nocet, æquũ eſt vt mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat: vt ff. de aqua plu. arc. in ſumma. §. itẽ Varus. Trãſire tamen per agrum alienum licet in caſibus, ſcilicet ſi ſeruitutem debeat: vt C. de ſer. per agrum. Item ſi theſaurum ſuũ quis vult effodere. ff. ad exhib. theſaurus.

2 Conſulitur, & male.

3 Ibi, ſi aliqui accuſatores, &c.

4 Vel dic, id eſt, licitũ eſt, ſ. domino non ꝓhibente. Prohibitio enim dñi tollit hanc permiſsionẽ. Et dicas licitum eſſe ei in ſua natura & à iure naturali permiſſũ, & à lege Moſaica. Nã ius poſitiuũ ex conſtitutiõe licitũ eſt, nõ ſemper æquũ eſt, ſecundum Lau. in fine.

Universidad de Deusto Biblioteca

in fi. Itẽ si glans mea decidit i agrũ tuũ. ff. de glã. legẽ. l. vnica. & dũ qro hominẽ fugitiuũ. ff. de ser. fug. l. diuus. & in alio casu. xxiij. q. ij. c. vlt. Itẽ dũ via publica destructa est, vt ff. quẽad. ser. amit. l. si locus. §. vlt. Io.

a IVs gñale. Quia iustũ est: nec iudex diciẽ, nisi iustus sit: vt xxiij. q. ij. c. j. Qñq; est aliquod ius qđ non est æquũ, nec iustũ, vt si alicuius vxor adulteraẽ, ꝙ ille nõ posit ꝑmoueri, vt xxxiiij. dist. si cuius. qđ intelligo si ille postea cognouerit eã [1]: qa sine culpa sua puniri non debet, vt xvj. q. vij. in uẽtũ. Itẽ æquũ & iustũ est, vt nemo cũ alterius iactura locupletetur, vt extra de pœnis. suã. & ff. de cõdi. ide. nã hoc. & tñ cõtra illã æqtatẽ inducta est vsucapio siue præscriptio. Itẽ iniquũ est vt vnus puniaẽ pro alio: quia nõ debet vltra progredi pœna, quã reperiaẽ delictũ: vt extra de ijs, quæ fi. à maio par. cap. quæsiuit. Tamen cõtra hãc æquitatem multa iura loquuntur: vt j. q. iiij. c. ecclesia. §. itẽ ex peccato Achor. & vj. q. j. c. sunt plurimi. §. verum. & extra de spon. nõ est vobis. Sed dic ꝙ in oĩbus talibus ex causa & pro bono pacis vel publico induciẽ qñq; rigor cõtra naturalẽ æquitatẽ: qñq; tñ sine rõne induciẽ rigor cõtra æquitatẽ: & hoc solũ ꝑ rõne sufficit ꝙ ita scriptũ est: vt ff. q, & à qui. manu. lib. nõ fi. l. ꝑspexit.

Ius aliqđ est nec æquum nec iustum.

g Siue scienter, siue ignoranter.

Rigor qñque præfertur æquitati.

b LEx est, &c. iustum præcipiens, & contrarium prohibens. xxiij. q. iij. si ecclesia. in fi. & dicitur lex eo, quod legitime ligat. ij. dist. omnis. Archi.

Consuetudo quot vicibus inducitur.

c MOs est longa. Quã cõsuetudinẽ dicis esse longam, vel quot vices dicis inducere cõsuetudinem: nunqd illud quod bis factum est: vt xxv. q. ij. ita nos. Vel illã quæ ter facta est, vt extra de elec. venerabilem. in fi. Vel illam quæ sæpius quã ter est facta, vt extra de causa pos. & ꝓprie. cũ ecclesia Sutrina. Vel illã, quæ decies facta est: sicut longa ꝓscriptio diciẽ q̃ est x. ann. vt C. de ꝓscri. lon. tẽp. per totũ. Vel illã cuius non extat memoria, vt iij. qõ. vj. hæc quippe. ff. de aqua quoti. hoc iure. §. ductus aquæ. Dici cõsueuit, ꝙ in crĩalibus duæ vices inducunt cõsuetudinem, sed in alijs tres nõ sufficiunt. C. de episc. aud. l. iiij. in fi. Ioã. Hoc teneas pro certo, ꝙ secundum ius canonicũ non valet cõsuetudo, nisi ꝓscripta sit, & rationabilis, vt extra de consue. c. vlti. Videẽ tñ hic, qđ quaternarius actus inducat cõsuetudinẽ. C. de ser. l. vlt. Bart. Brix.

d De moribus. Hæc descriptio dupliciter videẽ incõueniẽs: & qa idẽ poniẽ in descriptiõe ꝙ in descripto: & qa idẽ poniẽ pro specie & genere. Sed dic, ꝙ aliter sumiẽ hic hoc nomẽ, mos, & aliter hoc nomẽ moribus, & aliter hoc nomẽ, consuetudo. Nã mos sumiẽ ꝓ iure non scripto, consuetudo sumitur generaliter pro iure scripto & nõ scripto: vt j. c. ꝓxi. sed hoc nomen moribus, sumiẽ hic pro frequẽtibus actibus hominũ. Ioã.

Mos & mores differunt.

Consuetudo an egeat institutione.

e COnsuetudo. Institutũ. Videẽ hic manifeste, qđ plures vices nõ sufficiũt ad hoc, vt aliqd dicaẽ cõsuetudo, nisi institutũ sit, quod illud ꝓ consuetudine amodo seruẽ. nã potest esse, ꝙ ex gratia vel tolerantia hoc sæpius ꝑmissum sit, vt extra de verbo. sig. Abbate. & x. q. iij. qa cognouimus. vnde licet aliqd sæpius factũ sit, nisi eo animo factũ sit, vt in posterum fieret, etiã si suo iure id faceret, talis vsus non dicitur vsus, vt ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. Iulianus recte ait. & l. vlti. Itẽ alia rõne patet, ꝙ solæ vices nõ inducũt cõsuetudinẽ: quia licet pluribus vicibus aliqd iudicatũ sit, nõ ideo in posterũ ita iudicãdũ est: quia nõ exẽplis, sed legibus est iudicandũ: vt C. de sent. & interloc. nemo. Sed secũdũ cõsuetudinẽ bene iudicatur [2], vt extra de eo q mitt. in pos. cũ venissent. xij. distinct. illa. & xxxij. dist. placuit. Itẽ multa alia requiruntur ad hoc vt aliquid dicatur cõsuetudo, vt dicemus j. distinc. viij. frustra.

Vnde in eodem libro Etymolog. Isidorus ait: *Ius genus, lex autem species eius est.*

CAN. II.

IVs generale [a] nomen est: lex autem iuris est species. Ius autem est dictũ, quia iustũ est. Omne autem ius legibus, & moribus constat.

Quid sit Lex.

CAN. III.

LEx est [b] constitutio scripta.

Quid sit Mos.

CAN. IIII.

MOs est longa [c] cõsuetudo de moribus [d] tantummodo tracta.

Quid sit consuetudo.

CAN. V.

COnsuetudo autẽ est ius quoddam moribus institutum [e], quod pro lege suscipitur, cùm deficit lex [f]. Nec differt, an scriptura, an ratione cõsistat: quoniã & legẽ ratio cõmẽdat. Porrò si ratione [g] lex consistat, lex erit omne iam, qđ & rõne cõstiterit dũtaxat, quod religioni cõueniat [h], qđ disciplinæ congruat [i], quod saluti proficiat [a]. Vocatur autem consuetudo, quod in communi est vsu. Cùm itaq; dicitur, non differt, vtrùm consuetudo scriptura, an ratione consistat, apparet, ꝙ consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantùm vtentium est reseruata. † Quæ in scriptis redacta est, constitutio siue ius vocatur. Quæ verò in scriptis redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet appellatur.

[2] Est & alia diuisio iuris, vt in eodem lib. testatur Isidorus ita dicens:

Quæ sint species iuris.

CAN. VI.

IVs autem naturale est, aut ciuile, aut gentium †.

Quid sit ius naturale.

CAN. VII.

IVs naturale [b] est commune omnium nationum, eò ꝙ vbique instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua: vt viri & fœminæ coniunctio [c], liberorum successio [d], et puerorum educatio [e], cõis omniũ [f] possessio, & oĩm vna libertas: acqsitio eorũ q̃ cęlo, terra, mariq; capiunt [g]. Itẽ depositę [h] rei, vel cõmẽdatę [i] pecunię restitutio, violentiæ per vim [k] repulsio. Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam iniustum, sed naturale ęquúmque habetur.

Quid sit ius ciuile.

CAN. VIII.

IVs ciuile est, quod quisque populus, vel ciuitas [l] sibi proprium diuina humanáq; [m] causa constituit †.

Quid sit ius gentium.

CAN. IX.

IVs gẽtiũ, est sedium [n] occupatio, ędificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes [o], postliminia [p], fœdera pacis,

f Cum deficit lex. Hic videẽ, quod tũc demũ recurrendum est ad consuetudinẽ cum lex deficit. Et sic est ar. ꝙ nunquã secũdũ cõsuetudinẽ est iudicandũ, si ius cõtrariũ præcipiat, & arg. j. xj. dist. cõsuetudinis. & c. cõsequẽs. & j. dist. viij. si cõsuetudinẽ. & c. cõsuetudo. & extra de sen: & re iud. cum causa. & extra de fo. cõpe. quod clericis. Rñdetur ꝙ ꝓ nõ secũdũ cõsuetudinẽ, sed secũdũ iura est iudicandũ, vt ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. secũdũ hoc multa occurrũt contraria, vt j. dist. xxxij. placuit. & extra de eo q mit. in pos. cũ venissent. & extra de cogna. spiri. sup eo. & extra de arbit. dilecti. & extra de consuet. c. ij. & extra de testa. c. ad hæc. Ex istis oĩbus habeẽ, ꝙ cõsuetudini staẽ cõtra ius scriptũ. Solutionẽ autem istius qñ cõsuetudo præiudicet iuri, dicemus j. viij. dist. c. frustra. Io. Hoc tene, ꝙ cõsuetudo rationabilis & præscripta iuri scripto ꝓiudicat. ita mihi videtur, vt extra de cõsue. c. vlt. etiã si alia nõ interueniant, de qbus facit mentionẽ Io. in illo c. frustra. B. Sed ad quã cõsuetudinẽ dicis recurrendũ: an ad cõsuetudinẽ terræ, an ad Romanã cõsuetudinẽ, an ad cõsuetudinẽ loci vbi cõtractũ fuit, an ad cõsuetudinẽ vicinarũ prouinciarũ? Videẽ ꝙ ad cõsuetudinẽ Romanã, vt j. xj. dist. c. vlt. instit. de satisd. §. vlt. Ecõtra videẽ, quod ad cõsuetudinẽ loci, vt xij. dist. illa. & C. de ædi. fi. priua. an in totũ. & iura prælleg. ad hoc inducas. Ad hoc dico, ꝙ iudex maxime delegatus primo secũdũ canones iudicabit, deficiẽtibus canonibus iudicet secũdũ leges [3], vt extra de no. ope. nun. intelleximus. & j. dist. x. si in adiutoriũ. deficiente omni iure ꝓcedat ad gñalẽ cõsuetudinẽ [4], vel etiã particularẽ, cum defuerit gñalis: licet quidã tũc dicãt recurrẽdũ ad cõsuetudinẽ Romanã, deficiẽte iure & cõsuetudine ꝓcedat de similibus ad similia: vt xx. distin. de quibus. ff. de legi. l. nõ possunt, omnibus deficiẽtibus ad Romanã cõsuetudinẽ ꝓcedat: vt ff. de legi. & cõsti. de qbus. in prin. licet sit arg. quod ad consuetudinẽ vicinarũ prouinciarũ sit recurrendũ: vt extra de cẽsi. super eo.

g Rõne, Arg. ꝙ deficiẽte lege, vel canone põt allegari rõ, vt xix, dist. si Romanorũ. & distin. viij. frustra.

h Quod religioni cõueniat. Multa enim sunt cõtra rationẽ, tñ congruunt religioni, vt virginẽ peperisse.

i Quod disciplinæ cõgruat. Quia licet prælatus de ratione posit coercere subditum delinquentem, tamen disciplinate tenetur ipsum coercere, vt proficiat ei ad salutem, vt xlv. distin. cum beatus.

Argu. extra de test. Raynutius. ~~§. dicit. ver. præcedit. de hoc no. xij. dist. id lud. in gl. argu. contra ibi vi deas.~~

Consuetudo vtrum præiudicet iuri scripto.

Iudex per quæ iura debet iudicare.

3 De hoc xv. qõ. iij. ca. sane. §. hunc autẽ. versic. sed sicut.

4 Adde Bald. in l. aduersus. C. si aduersus rẽ iud. & Alexã. de Imo. in l. solet. ff. de iud.

Quod

a Quod saluti proficiat. Licet ratio sit quod homo debeat persequi inimicum, tamen non proficit hoc ~~ad salutem~~.

Ius naturale dicitur multipliciter.

b IVs naturale. Ad intelligentiam istorum nota ꝙ natura multis modis dicitur: quandoque dicitur natura vis insita rebus similia de similibus procreãs. Secundo modo diciẽ natura quidã stimulus seu instinctus naturæ ex sensualitate proueniẽs ad appetẽdũ, vel ad procreãdũ, vel ad educandũ. 32. q. v. horrendus. ff. de vent. inspi. l. j. §. ius naturale. insti. de iu. na. gen. et ciui. in prin. Tertio modo dicitur instinctus naturæ ex rõne proueniens, & ius ex tali natura ꝓueniẽs diciẽ naturalis æquitas: et scdm hoc ius naturæ dicũtur oĩa cõmunia. i. cõmunicanda tempore necessitatis: vt xlvij. dist. sicut. Quarto modo diciẽ ius naturale præcepta naturalia, hoc est: Nõ furtum facies: non mœchaberis. xxxij. q. vij. quid adulterio. insti. de obli. quæ ex delict. nascun. circa prin. & omne ius diuinũ dicitur naturale ius. et secundũ istud ius similiter omnia dicuntur cõia. i. communicanda, bene enim fuit aliquid proprium de iure diuino, nam ipsi Adæ fuit dictũ, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & alibi: Non cõcupisces rem proximi tui. xlvij. di. virum. Similiter ius ciuile dicitur varijs modis. Quandoq; dicitur ius ciuile illud ius, quod non est naturale, vel ius gentium. secũdum hoc ius canonicum dicitur ius ciuile, secundũ ꝙ hic sumitur. Secundo modo dicitur ius ciuile omne illud ꝙ non est canonicũ ius. Tertio modo ius ciuile dicitur lex xij. tab. ff. de ori. iur. l. ij. §. exactis. Quarto modo dicitur ius ciuile ad differentiam iuris prætorij. Ioã.

† Quãdo ita simpliciter vt ex nunc statuitur, sed si consuetudo publica authoritate i scriptis redigitur, & authoraẽ ne dubitetur & alia probatiõe opus sit, nihilominus cõsuetudo est, et dicitur: ~~dicitur cõsuetudo particularis pro consuetudine~~

† Cõcor. text. in §. huius studij. ver. dicendũ. in sti. de iust. & iure.

1 Sub. de qua coniunctione est intelligendũ secũdũ Ber.

Filius egẽtem patrẽ cogitur alere.

Tempore necessitatis omnia sunt cõmunicanda.

Ius ciuile quadrupliciter dicitur.

2 Cõcor. text. in l. ex hoc iure. cũ ibi nota. ff. de iust. & iure.

c Coniunctio. Si intelligas de coniunctione corporum, scdm hoc est ius naturale proueniẽs ex sensualitate. Si intelligas de cõiunctione animorũ [1], est ius naturale ex ratione proueniens, extra de big. debitum.

d Succesio. Non intellige de successione, quæ fit per hæreditatem, cum illa non sit naturalis: sed de successione per carnis propaginem. Vel etiam intelligi potest de illa qua liberi iure naturæ succedunt parentibus. ff. vnde lib. l. j. & l. scripto. §. non sic.

e Educatio. Patres enim thesaurizant filijs, non filij parentibus: vt xvj. q. j. prædicator. similiter filius patrem egentem cogitur alere. xxij. q. iiij. inter. et C. de alen. li. l. j. & ij. & in casu mater filium, & libertus patronũ: vt ff. de li. agn. si qs. §. idẽ in liberis. et §. solent.

f Communis omnium. Id est, nihil erat proprium alicui iure diuino [1]. Vel dic cõmunis, communicanda tempore necessitatis: vt xlvij. di. sicut. nam etiam secundum legem Rho. tempore periculi cibaria maxime erant communia: vt ff. ad legem Rhodiam. l. ij. §. cum in eadem naue. in fi. xij. q. j. dilectissimis.

g Capiuntur. Hæc enim & alia quę in nullius bonis sunt, cedunt occupanti: vt institu. de rerum diui. §. feræ.

h Item depositæ. Fallit in duobus casibus: vt j. xxij. q. ij. cap. ne quis. & si dominus & deponens simul petunt rem, potius restituitur domino: vt ff. depo. bona fides.

i Commendatæ. Commẽdare idem est quod deponere, vt ff. deposi. l. Lucius Titius.

k Per vim. Quod cuilibet licet: vt ff. de iustitia & iu. vt vim. in fi. extra. de sentẽ. excom. c. iij. §. si vero. in fi. De illa materia habes not. xxiij. quæ. j. in summa. Ioan.

Vim vi repellere licet.

l IVs ciuile. Vel ciuitas. Sic aliqua ecclesia ius sibi statuit: vt j. dist. xj. catholica. & de conse. dist. iij. pronuntiandum.

† Cõcor. tex. in §. ius autem ciuile. instit. de iure nat. gẽ. & ciui.

m Diuina humanaq;. i. contemplatione Dei. de cõse. di. iij. c. iij. & hominũ: vt ff. de ser. l. j.

n IVs gentium. Sedium. Scilicet hostilium: vt xxiij. q. vij. si de rebus. & q. v. dicat aliquis. instit. de rerum di. §. item quæ ex hostibus. ff. de acqui. re. do. naturalem. §. fi. Vel dic sedium vacantium, quæ occupanti conceduntur: vt insti. de rerum diui. §. feræ. Alioqui si propria authoritate raperet etiam rem suam, cadit à dominio [3]: vt j. xvj. quæ. vj. placuit. ff. quod metus causa. C. vnde vi. si quis in tantam. nisi forte alio modo non posset eam consequi per iudicem: vt xxiij. q. ij. c. j. & ij. & ff. quæ in fraudem cred. ait prætor. §. si debitorem. Ioan.

3 Ad huius dicti declarationem vide quod no. extra de causa pos. & ꝓprie. pastoralis. in gl. sed si non potuit.

o Seruitutes. Alibi dicitur, quod seruitus sit inducta per ebrietatem xxxv. di. vj. dic. alibi videtur inducta ex præscriptione septentrij: vt dicã j. di. vij. c. ius autem. in summa gloss. quæ incipit à iudicijs. super illo ver. iustificationibus. sed dicitur inducta de iure gentium: quia ius gẽtium eam approbat, non quod eam primo inuenerit. Si ergo bellum iustum est: qui capitur, fit seruus capientis: vt xxiij quæst. v. dicat. & secundum hoc peccat taliter captus, si recedat à domino suo: vt xvij. quæstio. iiij. si quis seruum. sed si bellum non est iustum, licitum est ei fugere, dum potest: vt ff. de cap. nihil interest.

Captus in bello an licite possit aufugere.

p Postliminia. Postliminium est ius quo restituitur alicui res quam per captiuitatem amiserat: vt xxvj. q. ij. prima actione. & xxxiiij. q. j. cum per bellicam. nisi sint arma, quæ non restituuntur, quia illa turpiter amisit: vt ff. de cap. l. ij.

Universidad de Deusto Biblioteca

induciæ†, legatorū[a] nō violandorū religio, connubia īter alienigenas[b] prohibita. Hoc inde ius gētiū appellaf, q a eo iure omnes fere gētes vtūtur.

Quid sit ius militare.

CAN. X.

Ius militare, est belli inferendi solēnitas, fœderis[c] faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnę commissio. Item signo dato receptio. Item flagitij militaris disciplina, si locus deseratur[d]. Item stipendiorū modus[e], dignitatū[f] grad⁹, præmiorū honor: veluti cū corona[g], vel torques[h] donatur. Item prędę decisio, & pro personarum qualitatibus et laboribus iusta diuisio, ac principis portio[i].

Quid sit ius publicum.

CAN. XI.

Ius publicum est[k] in sacris, et sacerdotibus, & magistratibus.

Quid sit ius Quiritum.

CAN. XII.

Ius Quiritū[l] est propriè Romanorū, quod nulli[m] tenent, nisi Quirites, id est, Romani†. In quo agitur de legitimis hereditatibus[n] vel curationibus, vel de cōtractibus, de tutelis, de vsucapionibus[o]: quæ iura apud nullum alium populum reperiūtur, sed propria sunt Romanorum, & in eos solos cōstituta.

DISTIN. II

1 ps Constat[p] autē ius Quiritum ex legibus, et plebiscitis, & senatusconsultis, & cōstitutionibus principum, ex edictis senatorū, siue responsis prudentum.

Quid sit lex.

CAN. I.

Lex est cōstitutio populi[q], qua maiores natu[r] simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

Quid sit plebiscitum.

CAN. II.

Plebiscita sunt[s], quæ plebes tantùm constituunt: et vocantur plebiscita eò, quod ea plebs sciat, vel sciscitatur & rogat, vt fiant.

Quid sit senatusconsultum.

CAN. III.

Senatusconsultum, est quod tantùm senatores populis consulendo decernunt†.

Quid sit cōstitutio, vel edictū.

CAN. IIII.

Constitutio vel edictum est[t] quod tantùm Rex, vel Imperator constituit vel edidit.

Quid sunt responsa prudentū.

CAN. V.

Responsa[v] prudentum sunt, quę iuris-

a Legatorum. Si quis legatum vel amicorum vel hostium impedit, secundum canones excommunicatur, vt xciiij. distin. si quis. xxiiij. q. ij. si quis. secundum leges traditur hostibus: vt sit seruus illorum. ff. de leg. l. vlti. Ioan. Theutonicus.

b Alienigenas. Vt xxviij. q. j. caue. & capi. sequen.

c Ius militare. Fœderis. i. pacis componendæ.

d Deseratur. Secūdū canones, qui fugit in bello publico, infamis est: vt vj. q. j. infames. secundū leges capite punitur: vt ff. de re mil. omne. §. qui in acie. Io. Theuton.

e Modus. j. xij. q. ij. Vulteranæ & j. xvj. quę. vlti. c. j. & c. contra.

f Dignitatum. Quis sit dignior, vel superior alio.

g Cum corona. Id est, mai⁹ munus.

h Vel torques. Id est, min⁹ munus.

i Ac prīcipis portio. Non ergo oīa q̄ capiunt in bello, sunt prīcipis. & sic est contra xxiij. q. v. dicat. vbi dicit q̄ regis sunt oīa. Sed dic qd prīcipis sūt omnia quo ad tuitionē, sed ipse tenet ea diuidere secūdū merita personarū. xij. qō. ij. Vulteranæ. & c. concesso.

k Ius publicum est. Vnde qui lædit sacerdotes vl res sacras, ab omnibus tanquā pro publico crimine potest accusari. argu. ij. q. j. in primis.

l Ius Quiritum. A Quirino. Id est, Romulo.

m Quod nulli. Cōtra. C. de Iudæ. Iudæi. vbi dicitur q̄ Iudæi vtunt Romano iure. Sed ibi omnes vocant Romani, subiecti Romano imperio: prout dicitur, Propriū Romanorum est habere filios in potestate, prout etiā gentiles sunt sub Romano imperio. Nam Imperator est princeps totius mundi: vt vij. q. j. in apibus. sed in diuersis prouincijs diuersi reges sub eo constituti sunt. v. q. iij. scitote. & ff. ad le. Rhod. de iac. qui leuandæ. & l. deprecatio. Qui ergo nō vult esse sub Romano Imperio, nec hæreditatem habere potest, nec alia quæ hic de iure Romano enumerantur. arg. viij. dist. quo iure.

n De legitimis hæreditatibus. Ab intestato vel ex testamento delatis. Et hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod superest deducto ære alieno.

o De vsucapionibus. Vsucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis temporis lege diffiniti. ff. de vsu. l. iij.[1]

Constat autē. Hęc dist. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit qnque differētias secularīū legū. Secūda ibi, Quædā. I. de F.

p Constat. In ij. dī. agitur quæ sint partes, siue species Romani iuris: agit etiam quare leges cōsulares, vel tribunitię, vel alię sic sunt appellatę, &c.

q Lex est. Populi. Olim populus statuit leges: sed hodie non, quia trāstulit hanc potestatem in imperatorem[2]: vt instit. de iure naturali. §. sed qd prīcipi. Vel dic qd popul⁹ hodie pōt, & quod dicitur ibi transtulit, id est, cōcessit.

r Qua maiores natu. Maiores natu dicūtur nobilitate, antiquitate, dignitate, scientia: vt ij. q. vij. quærendum. & c. criminatiōes.

s Plebiscita sunt. Plebiscita prio facta fuerunt propter discordiam, quæ fuit inter nobiles et plebeios: vt ff. de origine iuris. l. ij. §. eisdem temporibus.

t Constitutio vel edictum est. Propriè dicuntur constitutiones principum, & edicta prætorum[3]. Dicitur etiam edictum iudicis: vt est citatio. vigesima quarta, quæstione iij. de illicita. ff. de re iudica. contumacia.

v Responsa. Olim licuit cuilibet totam hæreditatem suam relinquere alteri: sed Falcidius statuit, quod quarta pars hæreditatis deberet relinqui legitimis hæredibus. Est autem triplex Falcidia. Vna est debita iure naturæ, quæ competit legitimo hæredi. Alia est debita iure institutionis, quā potest iure hæres institutus petere: cum tota hæreditas est exhausta Ioan. Et istas duas potest hodie habere filius institutus. extra de testamen. Raynaldus. & ita

†Cōcor. text. in §. ius autem gentium. gl. in ver. bella. instit. de iu. na. gen. & ciuili.

Pœnæ fugientis in bello.

Principis sunt omnia.

† Tex. est si. in §. sed ius quidē ciuile, cum glos. in ver. ius Quiritū. & ver. à Quirino. Instit. de iur. na. gē. & ciu.

Iudæi & gētiles sub sunt imperio.

Hæreditas.

Vsucapio.

1 De hoc dic vt plene nota. xvj. q. iij. in princ.

2 Adde an possit facere statutum: & si potest, ān principe existēte in ciuitate nō cōsentiente: no. Bald. in l. homi. num. C. de leg.

†Cōcor. text. in §. cōstat autem. versi. senatuscōsultū. cum gl. in ver. senatus. instit. de iu. na. gen. &c.

Constitutio & edictū diuersa sunt.

3 De hoc nota. ff. de ædil. edic. per totum Lauren.

consulti respōdere dicūtur cōsulētibus: vnde & rñsa Pauli dicta sunt. Fuerūt em̄ quidā prudētes & arbitri æqtatis, q institutiōes ciuilis iuris cōpositas ediderūt, quibus dissidentiū lites contentionesque sopirent[a].

Quæ sunt tribunitiæ vel consulares leges.

CAN. VI.

2 Quædam etiam leges dicunt ab ijs, q̄ eas cōdiderūt, vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam sub Octauiano Cæsare suffecti consules Papius† & Pompeius legē tulerūt, quæ à nominibus eorū appellatur Papia & Pōpeia, cōtinens patrū pręmia[b] pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; Impatore Falcidius tribunus plebis legē fecit, ne quis plus extraneis testamēto legaret, quā vt quarta pars supesset hæredib⁹: ex cuius nomine lex Falcidia est noīata.

Quæ sit lex Satyra.

CAN. VII.

Satyra[c] verò lex est, q̄ de plurib⁹ simul rebus loquit: dicta quidē à copia rerum, & quasi à saturitate. Vnde & satyrā scribere, est poëmata varia cōdere, vt Horatij, Iuuenalis, et Persij.

Quæ sint Rhodiæ leges.

CAN. VIII.

Rhodiæ[d] leges naualiū cōmerciorū sunt, ab īsula Rhodo cognominatę, ī qua antiqtus mercatorū vsus fuit.

DISTINCT. III.

1 ps Omnes[e] hæ species seculariū legum partes sunt. sed quia constitutionum alia est ciuilis, alia ecclesiastica: ciuilis uerò forense, uel ciuile ius appellatur, quo nomine ecclesiastica constitutio appelletur, uideamus. Ecclesiastica constitutio canonis nomine cēsetur. Quid autem sit canon, Isid. in lib. v. Etymologia. declarat dicens:

Quid sit canon.

CAN. I.

Canō[f] Grecè, Latinè regula nūcupaf.

Vnde dicatur regula.

CAN. II.

Regula dicta est, eò quòd rectè ducit, nec aliquem aliorsum[g] trahit. Alij verò dixerunt, regulā dictam, vel quòd regat, vel q̄ normam rectè & bene viuēdi præbeat, vel quòd distortū prauūq; corrigat.

2 Porrò canonū alij sunt decreta pontificū, alij statuta conciliorū. Conciliorum uerò alia sunt uniuersalia, alia prouincialia. Prouincialiū alia celebrantur auctoritate pontificis Roma. præsente uidelicet legato[h] sanctæ Romanæ eccle-

& ita cessat opi. dominorū. C. ad le. Fal. quāquam. B. Tertia quæ dicitur quarta Trebellianica[1]: & cōpetit hæredi instituto, qui rogatus est hæreditatē alteri restituere, vt legitur extra de testa. Raynutius. Ioan.

a Sopirent. Nec enim licet iudici ab eorū responsis deuiare, vt instit. de iure natu. §. respōsa.

Quædā etiam. Hęc est secunda pars dist. in qua ponit quasdā leges denominatas à conditorib⁹. Io. de Fāt.

b Præmia. Hęc fuerūt præmia, q̄ si qs haberet Romæ tres filios, in Italia quatuor, in ꝓuincia qnque, nō poterat vocari ad on⁹ tutelę[2]. insti. de excu. tut. in prin. Vel aliter cōstitutū est, q̄ si quis habet minus quam xxv. ann. excludit ab honoribus: tñ si esset xx. ann. & haberet qnq; filios, numer⁹ filiorū supplet numerū annorū. ff. de mun. & hono. ad rē. & ff. de min. l. ij.

c Satyra. De hac satyra nihil habemus, sed tangit in C. de lati. lib. l. vni. in princ. & ꝓœmio Digestorū. §. & antea. in fine.[3]

d Rhodiæ. Iniquissima est illa lex. s. quod patientibus naufragiū ihabitatores oīa auferāt: vt ff. e. Modestinus. sed hodie lex illa correcta est C. de furt. authē. nauigia. & extra de consuetu. c. fi. imo tales sunt excōicati ipso iure, vt extra de rapto. excōicationi.

Omnes hę. Hæc dist. diuidit in tres partes. In prima ꝓbat qd sit canon. Secunda ibi, Porro. Tertia ibi, Officiū. Io. de Fant.

e Omnes. Sed qa supra tractauit de speciebus seculariū legum, modo vult tractare de ecclesiasticis constitutionibus, quæ varijs nominibus appellātur. quādoq; illud appellatur canon, quādoq; decretū, quandoq; decretalis epistola. Canon dicitur id quod statuitur in vniuersali cōcilio. extra de big. altercationis. Decretum dicitur q̄ papa statuit de consilio cardinaliū suorū ad nullius consultationē. Decretalis epistola dicitur quam statuit papa, vel solus, vel cū cardinalibus ad consultationē alicuius. lix. dist. hoc ad nos. xix. dist. si Romanorum. Item adhuc alias inuenimus appellationes canonicæ constitutionis, vt dogma, mandatū, interdictū, sanctio, vt xxv. q. ij. si quis dogmata. Dogma est q̄ cōsistit in doctrina fidei christianæ. xxiij. dist. q epiścopus. Mādatū q̄ cōsistit in doctrina de moribus. xiij. distin. his igit. Interdictum, in quo nulla pœna adijcit. xxxij. distin. interdixit. Sanctio, vbi pœna adijcitur. xxxvj. distinct. cap. ij.

f Canon. Habet autem canon sub se quatuor species, vt xxv. q. ij. si quis dogmata.

g Regula. Aliorsum. Ergo si regula nunquā trahit aliorsum, oīs regula est ius. male ergo dixit lex, q̄ ita definit regulam: Regula est quæ rē breuiter enarrat, nō vt ex ea ius fiat. ff. de regu. iur. l. j. Ad hoc dicas, q̄ si illud appellas regulā, i. quo aliquid generaliter statuit, nō adiunctis exceptionibus, secūdum hoc ex regula non sumit ius, & ita loquit lex. Sed si appellas regulā id qd includit i se suas exceptiones, secūdum hoc regula nūq̄ fallit: & ita sumit hic.

Porro. Hæc est ij. pars disti. in qua distinguit inter concilia ꝓuincialia, & generalia & priuilegia. Ioan. de Fant.

h Legato. Ad hoc specialiter destinato. licet enim aliqs sit generalis legat⁹, non tamē potest facere gñale, vel etiā ꝓuinciale cōciliū: quia ea quæ specialiter Romano pontifici conceduntur: mādata generali iurisdictione nō trāsferuntur, vt extra de offi. leg. quod trāslationem. & mandata generali iurisdictione conciliū non potest exercere is cui mādatur, vt ff. de offi. eius cui mād. est iurisdi. l. ij. Sed nūquid metropolitani in suis cōcilijs possunt cōdere canones? Non videtur, vt j. xvij. dist.

1 Adde an appel. Falcidiæ veniat Trebelliani-ca, not. in l. ij. si quis ali. testa. ꝓhi. & in l. j. ff. de iure codi.

2 Et habere præmium. C. q morbo se exc. l. j.

†Vide in hunc locū Andr. Alcia. lib. dispūctio. iij. cap. iij.

3 Dicitur enim hæc lex de Latina libertate esse, quæ quasi per satyrā fuit introducta, secundum Hugo.

Canon. Decretū.

Decretales epistola.

Dogma.

Mādatū.

Interdictum.

Sanctio.

Regulæ definitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec licuit. & cap. seq. Argu. contra j. xj. dist. catholicos. & de consec. dist. iij. c. j. Dicas ' quod de paruis negotijs, & de ijs quæ spectant ad onus, possunt condere canones: de magnis rebus non possunt, vt xvij. dist. multis. & xxiiij. quæstio. j. quoties.

a Hãc sententiã hic tenet Hu. not. xviij. di. in sum.

PRiuilegia.

a Priuatorum. Priuati dicũtur ꝓprie qui nõ sunt cõstituti in aliqua dignitate, vt xxiiij. q. j. qui contra. Sed hic priuati dicuntur omnes exempti à iure communi: siue sit collegium, siue aliqua specialis persona. vij. quæstio. j. petisti. Hic patet ratio, quare verba posita i priuilegijs potius ponuntur causaliter, quam conditionaliter: cuius dicitur, sicut iuste possides. si illud verbũ inuenis i priuilegio exponas sicut, pro quia: & hac ratione, quia cum priuilegium sit lex, & lex debet esse certa, vt j. dist. proxi. c. erit. & verba priuilegij debent esse certa [2]. inutile esset priuilegiũ. extra de priuil. in his. ar. ff. de legi. j. si quando. Ioan.

2 Alias, hanc rationem assignat Inno. extra de verbo. sig. Abbate. & super ver. præteriti ẽporis morã.

b In priuato. id est in priuatis.

Officium. Hæc est tertia pars, in qua dicit, quid sit officiũ legis. Io. de Fãr.

c OMnis autẽ. Permittit. Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vno modo qđ nullo iure prohibetur, vt secundas nuptias contrahere, vt xxxj. quæstio. j. hac ratione. Secũdo modo, quod contra cõstitutiões humanas indulgetur: vt contrahere in quarto gradu, vt xxxv. q. iij. quædã. & est hęc vera permissio, & dicitur absoluta permissio. Tertio modo dicitur illicitũ permitti vt magis illicitũ vitet: vt comessationes die dñico, vt dist. iiij. deniq;. & permittit adulteriũ ne fiat homicidiũ, vt xxxiij. q. ij. si quod verius. & permittit subdiacono habere vnã fœminã, ne peccet cũ pluribus, vt extra qui cle. vel vo. significauit. & hæc dicit compara tiua permissio [3], sed potius appellat tolerãtia quã permissio. & secundum hãc permissionem dicit canon, quod ea quæ permittimus, nõ approbamus, vt xxx. q. j. hac ratione. & secũdum hanc permissionem dicit decre. quod multa toleramus, quæ si in iudicium deducerentur, cassarentur, vt extra de prębend. cũ iamdudũ.

3 De hoc loquitur xxvj. q. ij. hi qui.

d Vt qui cædẽ. Sed nunqd iudex ecclesiasticus põt taliter dictare sententiã in causa sanguinis, cũ nec causis sanguinũ possit itereſſe, vt xxiij. q. viij. his à qbus. sed dic, ꝙ iudex ecclesiasticus põt dicere eius [e] em̃ præmio [g] aut pœna vita moderatur [h] humana. diuina autem præcipit [i]: vt, Diliges dominum Deum tuum. Deut. 6. a

DISTINC. IIII.

1 ps

CAusa [k] ue rò constitutiõis legũ est humanam coërcere audaciã, & nocendi facultatem refrænare.

Sicut in eodem lib. Isid. testatur dicens:

Quare leges factæ sunt.

CAN. I.

FActæ sunt autem leges, vt earum metu humana coërceatur [l] audacia, tutaq; [m] sit inter improbos innocẽtia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur audacia, & nocendi faculeas.

2 Præterea in ipsa constitutione legum maximè qualitas constituendarum obseruanda est, ut contineat in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, cõuenientiam, & cætera, quæ in eodẽ libro Isidorus enumerat dicens:

Qualis debet esse lex.

CAN. II.

ERit autem lex honesta [n], iusta [o], possibilis [p], secundùm naturam, & secundùm consuetudinem patriæ loco temporique conueniens, necessaria & vtilis, manifesta quoq;: ne aliquid per obscuritatem incautum captiõe contineat: nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

3 Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt: quia cùm leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas.

Vnde Augu. in lib. de vera religione †.

De legibus tunc est iudicandum, cùm instituuntur: non cùm institutæ sunt.

CAN. III.

INistis temporalibus legibus quanquam de his homines iudicent [k], cùm eas instituũt: tamen cùm fuerint institutæ & firmatæ, non licebit [l] iudici de ipsis iudicare, sed secundùm ipsas †.

Leges instituuntur, cùm promulgantur: firmantur, cùm moribus utentium approbantur. Sicut enim moribus utentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ [m] sunt, ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur. Vnde illud Telesphori Papæ, quo decreuit, ut clerici generaliter à quinquagesima ieiunandi propositum susciperent, & à carnibus & delicijs abstinerent, quia moribus utentium approbatum non est, aliter ꝙ gentes transgressionis reos non arguit.

Vnde Telesphorus urbis Romæ archiepiscopus omnibus episcopis.

Septem hebdomadis à carne & delicijs ante paschã clerici abstineant. CAN. IIII.

STatuimus, vt septẽ [n] hebdomadas plenas ante sanctum paschã omnes clerici, id est, in sortẽ domini vocati, à carne ieiunẽt: quia sicut discreta debet esse vita clericorum [o] à laicorum cõuersatione, ita & in ieiunio debet esse discretio.

Has ergo septem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunẽt: & hymnis, et vigilijs, atque orationibus inhærere die noctúq; studeant.

Item Ambrosius libro sermonum ††,

Septimam hebdomadam Telesphorus XL. addidit.

CAN. V.

QVadragesima sex septimanas habet. Cui addidit Telesphor [p] pontifex septimã hebdomadã, & vocatũ est hoc tempus quinquagesima. Qđ similiter de eo capitulo est intelligẽdũ quod beatus Gre. Aug. Anglorũ episcopo scribit dicẽs:

A quinquagesima ieiunandi propositum sumãt, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat.

Alias viles reputentur. j. q. j. vilissimus.

QVadragesima. Casus istius ca. patet per se. Et hæc duo ca. abrogata sunt, sicut & ieq. cap. in prin. c. & h. d. sequens §. quod similiter.

a iiij Deniq.

† Libro vnico. ca. xxxj. f. to mo. j.

† Hasten⁹ verba Augusti.

1 Vide qđ not. xiiij. q. iij. plerique. & ff. de legi. cõtra legem. Ioann. de Fantu.

transgrederetur, frustra imputaretur ei ad pœnam: vt xv. q. j. non est. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. & ff. quando appel. sit. l. j. §. dies istos.

2 Secundum naturam. id est, naturalem rationem. supra distinct. j. consuetudo. Ioan.

b Secũdum cõsuetudinẽ. Quia si est cõtra cõsuetudinẽ inhabitãtiũ per cõtrariã cõsuetudinẽ abrogat: vt j. eo. §. leges. et c. statuim⁹. Item quia cõsuetudo interpretatur legẽ: vt extra de ver. signi. Abbate. ff. de legi. cum de consuetudine. & l. si de interpretatione.

c Loco. Quia in aliquibus locis aliqua statuũtur, quæ alibi nõ reciperentur: vt xxj. dist. ante. & c. aliter. Item in iure cõstituendo considerãda est vicinitas locorũ, vel remotio: vt lxiij. dist. cum longe.

d Tẽporiq;. Oia em̃ debent conuenire suis temporibus: vt xxiij. q. iiij. si ecclesia. & ij. qux. j. si peccauerit.

e Necessaria. Quia non nisi instãte necessitate ius statui debet: vt xxix. di. regulæ.

f Vtilis. Quia inutilis esset abijcienda. lxviij. di. corepiscopi xij. di. oĩa.

g Manifesta. iiij. q. iij. non in testib.

h Captione. Ne aliqs captiose possit eã interpretari, vel etiam ne alicui laqueus pareẽ per eam ' . xxvij. q. j. de viduis. Ioan.

i Priuato. Tunc em̃ esset priuilegiũ. Ideo autem. Hæc est iij. pars di. i qua ponit, ꝙ leges per desuetudinẽ abrogant, & per cõsuetudinẽ cõfirmãtur. & hoc probat per iiij. autho. Ioan.

k Nistis. Iudicent. Cum ergo. Papa vult condere canones, episcopi possunt contradicere, & dicere, canon iste non conuenit consuetudini regionis nostræ: vt §. c. prox. Sed nunquid potius stabitur sententiæ apostolicæ, vel omnium episcoporũ? videtur ꝙ omnium episcoporũ: quia orbis maior est vrbe: vt xciij. di. legimus. Arg. ꝙ sententia Papæ præualet. xxxv. q. ix. veniam. nam etiam error principis ius facit: vt ff. de sup. leg. l. iij. in fi. Dicas ꝙ sententiæ Papæ stabitur cõtra omnes. ix. q. iij. nemo. & c. cuncta. nisi contra fidem diceret. xxv. q. j. sunt quædam.

l Non licebit. Argu. ꝙ semel est approbatum, amodo nõ põt reprobari, vt viij. q. ij. dilectissimi. & c. licet. & xxxij. q. v. horrendus. Ioan. Nisi ex noua causa, extra de offic. delega. ca. insinuante.

m Abrogatæ. Abrogare est in totũ tollere legẽ: derogare est pro parte detrahere legi: vt ff. de verb. sig. derogarur. sed qualiter põt populus abrogare canone cũ nõ possit condere canonẽ: maxime ex quo tota potestas trãslata est in principem. ff. de consti. principi. l. j. Sed dic, ꝙ non potest abrogare nisi per expressum consensum Papæ: vt extra de prębend. cum tam dudum. licet quidam dixerint, qđ sufficeret sola scientia Papæ. Ioã. Sed credo ꝙ consuetudo rationabilis & ꝓscripta tollit legem: vt extra de cõsue. c. vlti. etiam sine scientia principis. difficile em̃ esset eum omnes consuetudines, quæ seruantur, scire. B.

n STatuimus vt septem. Istis duobus ca. o. b. j. de conse. di. iij. à sacerdotibus. vbi quadragesima præcipitur seruari. Sed dic quod istud ca. non tenet, quia hodie quinquagesima nõ seruatur, cum ipsa celebretur post pascha. Ioan.

n Statuimus. i. abrogamus, vel ponitur statuimus pro consuimus.

o Clericorum.

Papæ sententia præfertur sententiæ omnium episcoporum.

2 Vnde dicas quod hæc litera loquit de inferiori iudice. Nã si inferior iudex vel ler. aliquid proponere quare lex illa nõ deberet cõdi, facilius audiretur primo quã postea. ad hoc argu. xxx. dist. Nicena. nam multa impediunt ꝓmouẽdũ, &c. xv. qõ. j. c. ſi. secundum Lau.

† Sermo. xxiij.

† Videatur ambrosius.

Quinquagesima hodie nõ seruatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a DEnique. Dignitas hic habes, q̃ quilibet ordo ecclesiasticus dicitur dignitas, vel honor: vt j.q.j. reperiũtur. Quãdoq; seculares potestates dicuntur dignitates. xxiij.q.v. administratores. Quãdoq; constantes homines dicuntur habere dignitatem, secundum q̃ serui dicũtur habere dignitatem: vt ff. de vsufru. sed etsi quid. §. j. Et ex hoc patet clericos nõ esse priuatas personas, cũ illæ solæ dicantur priuatæ personæ, quæ non habent dignitatem: vt xxiiij.quæ.j.qui contra.

b Ad pensum. Id est, ad quantitatẽ: vt sint duæ partes.

c Sicut loco. i. dignitate. Et est hic arg. q̃ qui præcedit alium dignitate. debet etiam præcedere in alijs: vt j.q.j. vilissimus. Io.

d Dominica. Carnispriuij.

e Hæsitamus. Nõ quid iuris sit, sed quid statuendũ sit, ne scandalũ oriaf. C. de test. l. omniũ. j.q.ij. quam pio.

f Et seculares. Et pro, id est.

g Consuetudine. Arg. q̃ cõsuetudo excusat in delictis: vt hic, & xxxij.q.iiij. obijciuntur. & extra de tẽp. or. sane. 2 Sed cõtra consuetudo nõ minuit peccatũ, sed auget, vt xxiij. q.j. schisma. xxxij. quę. vij. flagicia. extra de sent. nõ satis. imocõsuetudo veniale peccatum facit mortale: vt xxv.di.vnũ oratiõ. §. criminis. So. cõsuetudo excusat à pœna tẽporali, sed nõ à gehennali.

h Venia. Quid est ergo q̃ dicitur alibi nunquam esse veniam datã impœnitenti: vt xxiiij.q.ij. legatur. ideo intelligas de venia pœnæ, non de venia culpæ, tolerat ergo Gre. crimẽ tale, ppter periculum schismatis vel scãdali. vnde nõ est dicendũ, q̃ ignoscatur eis licet non puniat eos, ppter multitudinẽ vel scandalũ. Sustinẽda em̃ sunt crimina rõne scandali, vel schismatis: vt xxij.q.iiij. non potest. & ratione multitudinis: vt l.di. vt constitueretur. hodie non toleratur: vt extra de vi. & honest. cleri. à crapula.

i Ne forte peiores. Hæc est cõparatiua permissio.

k Sanguinẽ. Sic qui multum corrigit, offendit: vt xlv.di.cũ beatus. & alibi dicitur: Noli esse nimiũ iustus: vt de pœ.di.j. serpẽs. ij.q.vij.c. plerunq;. §. de his.

l Par. Id est, æquum & iustum.

m Ab omnibus. Quasi dicat, ex quo caro prohibetur, ergo & omnia quæ de carne procedunt.

n Sementinam. Id est, semen.

o Sumptuosiora. Sed paruos piscicu los põt homo comedere: vt j. lxxxij. dist. presbyter.

p Alioq. Arg. ex quo vnũ concedit, ergo oia similia intelliguñ esse cõcessa: vt j.di. pxi. ad eius. & xxvij. dist. quod interrogastixxij. quæ. ij. si quis per testamentum[4].

Hæc etsi. Hæc est iiij. pars dist. in qua soluit supradicta. Archid.

q Cõscripta. Nã qui exhortat, mandatoris opa nõ fungit. ff. de ijs. q not. infa. ob hęc verba.

CAsvs. Continuat magister dicta ab illo c. priuilegia. hucusque dicendis: & dicit quod illa cõueniũt tã secularibus, quã ecclesiasticis legib. Nũc aũt in hac v. di. reuertitur ad ius naturale, assignando differẽtiã iuris naturalis ad alia iura. Nã istud ius primatũ obtinet inter alia iura tẽpore & dignitate. tempore, quia cœpit ab exordio rõnalis creaturæ. dignitate, q̃ non variatur. Sed cũ ius naturale dicatur supra comprehensum lege & euangelio, quædam autem contraria legi tunc inueniantur concessa, apparet quod ius naturale mutabile est & variatur: & hoc probatur exemplo mulieris, quæ statim post partum & menstruum potest nunc ingredi ecclesiam, licet aliter esset secundum legem, & puer statim cum natus est, potest baptizari. & ad hoc inducit capi. sequentia.

r Hæc quæ. In hac v. di. incipit assignare differentias iuris naturalis ad alia iura. Notandum ergo, q̃ ius naturale in iiij. differt ab alijs iuribus, in origine, dignitate, amplitudine, & snię rigore. In origine differt: q̃a cœpit ab exordio rõnalis creaturæ, vt insti. de re. di. §. cõmodius. sed alia iura ortũ habẽt ab inuentione hoim'. j. dist. vj. c. vlt. Dignitate differt, q̃a hoc ius nullã patit immutationẽ. insti. de iura. §. pen. Nã si qd est cõtrariũ iuri naturali, illud iniquũ est. §. dist. j ius naturale. in fi. Itẽ amplitudine: q̃a iure naturali oia fũt cõia, sed hoc nõ est alio iure. Itẽ snię rigore, q̃a cõtra ius naturale nulla fit dispẽsatio, sed aduersus alia iura sæpe.

s Cœpit. per intelligẽtiã, nõ per essentiã: imo verius posset dici q̃ cœpit quo ad vsum[5]: q̃a ius naturale. i. naturalis æqtas ab æterno fuit, nisi velis intelligere de iure diuino. illud em̃ prius fuit quam esset redactum in scriptis.

t Sed imutabile. Quo ad præcepta & prohibitiones: vt di. vj. §. vlti.

u Sed cũ naturale. Hæc est ij. ps di. in qua obijcit contra id q̃ dicit q̃ ius naturale nõ mutaf. & ꝓbat ptria se. c. q̃ mutef. So. ponet j. di. pxi. §. his itaq;. Et est talis obiectio magri. Puerpera & menstruata vsq; ad certum tẽps ꝓhibebant intrare ecclesiã, sed modo neutra prohibetur. et hæc ꝓhibitio est de iure naturali, ergo restat q̃ ius naturale sit variatũ.

d Quadraginta. q̃tor diebus mortuus est partus ante infusionem animę, sed fœtus fœmineus lxxx. diebus. secũdum hoc videf q̃ tpe, quo cõcipit, debet abstinere: sed ratione dubitationis secus est: q̃a nescif quo tpe concipit. Itẽ quia nescit vtrũ masculũ, vel fœminã pariat. Io.

1 Vt in fi. præcedentis §. & j. dis. prox. §. his itaque.

2 Et exercitiũ. nam tũc creaturæ cœperunt eo vti. Arch. Leui. 15. a

Leu. 12. d

Anima maribus citius infunditur, quã fœminis.

4 Ad hoc facit q̃ leg. & no. xcv. distĩ. illud. in glo. argu. omnia, &c.

cularibus, quàm ecclesiasticis legibus cõueniũt. Nunc autẽ ad doctrinã naturalis iuris & cæterorũ reuertamur. Naturale ius inter oĩa primatũ obtinet tpe & dignitate. Cœpit[a] enim ab exordio rõnalis creaturæ. nã nec variatur tpe. sed immutabile[b] semp permanet.

2 Sed cũ naturale[c] ius in lege & in Euãgelio suprà dicatur esse comprehẽsum, quædam autẽ cõtraria ijs, quæ in lege statuta sunt, nũc inueniantur concessa, non uideturius naturale immutabile permanere. In lege nãq; præcipiebatur, ut mulier si masculũ pareret, qua draginta[d], si utrò fœminã octoginta diebus à tẽpli cessaret ingressu. nunc aũt statim post partum ecclesiã ingredi non prohibetur. Item mulier, quæ menstrua patitur, ex lege immunda esse reputabatur: nunc autẽ nec intrare ecclesiã, nec sacræ cõmunionis mysteria percipere inhibetur: sicut illa, quæ parit, uel illud, q̃d gignitur, nec statim post partum baptizari prohibetur.

Vnde eidem Aug. Anglo. epo Grego. scribit dicens:

PALEA.

CVm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debeat testamenti ueteris præceptione didicisti, quia pro masculo xxxiij. pro fœmina autem lxvi. diebus debet abstinere. quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

Mulier enixa gratias actura ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur.

CAN. I.

SI mulier[e] eadẽ hora, qua genuerit, actura grãs intrat ecclesiã, nullo põdere peccati[f] grauat: voluptas etem carnis, nõ dolor in culpa est. In carnis aũt cõmistione voluptas est, in ꝑlis verò ptu dolor & gemitus. Vnde & ipsi prię mulieri dicit: In dolorib⁹ paries filios. Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam eius pœnã[g] vertimus in culpã.

Idem ad eundem.

Mulierem enixam, vel quod ab ea gignitur, eadem hora nihil prohibet baptizari.

CAN. II.

BAptizari autem vel enixam mulierẽ, vel hoc, q̃d genuerit, si periculo mortis vrgeẽ vel ipsa eadẽ hora, qua gignit, vel eadẽ etiã qua natũ est id, q̃d gignit, nullo mõ ꝓhibetur: ne dũ adhuc tps ad præbẽdũ redẽptiõis mysteriũ q̃rit, interueniente paululũ mora[h] inueniri non valeat, qui redimat.

Item Augustinus.

Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur, ad eius concubitum vir non accedat.

CAN. III.

ADeius verò cõcubitum vir suus accedere non debet, quousq; qui gignit, ablactetur[i]. Praua autem cõsuetudo in cõiugatorũ morib⁹ irrepsit. vt filios suos, quos gignunt nutrire mulieres

e Smulier. Quidam libri habent, cum enixa: sed illud est palea vsque ad hunc locum.

f Pondere peccati. Sed nonne in brochardo legitur in pœnitẽtiali Theodori, q̃ fœmina post partum masculi abstinebit xxxiij. diebus ab ingressu ecclesiæ: sed post partũ fœminæ lxvj. & si ante intrabit, tot diebus pœnitebit i pane & aqua, quot diebus ante intrauit ecclesiã: & qui illis diebus cõmiscetur ei, x. diebus pœnitebit i pane & aqua. Itẽ cõsuetudo est cõtraria illis c. Gre. Sed illud Theodori intelligas de ea, quæ nõ ex deuotione intrat, vel de illa quæ sine necessitate intrat. Sed verius credo, q̃ põt intrare, siue sit necessitas, siue nõ: vt extra de pur. post partũ. voles. cõsuetudo tñ in contrarium se habet. Ioã.

Mulieres enixæ nõ tenenf hodie ab ingressu ecclesiæ abstinere.

Gene. 3. q

g Pœnã. Afflictis em̃ non debet afflictio addi: vt vij.q.j. cũ pcussio. Istud tñ fallit, q̃a corrupta per violentiam nõ cõsecraf. j. xxvj. dist. acutius. & xxxij.q.v. ille autẽ. et mutilati membris nõ ꝓmouẽtur: vt lv. di. per totũ.

3 De hoc not. j. eo. ad eius. in gl. hic est. Archidia.

h Mora. Arg. q̃ mora est vitãda, vbi timef periculũ: vt xxviij. di. de Syracusanæ. de cõsec. di. iiij. ne qd absit. arg. cõtra. ff. de iudi. si debitori. et ff. de sol. q̃d dicimus. Sol. illud in cõtrarijs, ifiud in periculo animæ. Ioan.

CASVS. Hic assignat Gratia, quod supradicta c. loquuntur de generali consuetudine, vel de particulari rationabili, quæ animo seruari debent: & si malæ vel onerosæ consuetudines sunt resecari debent opportunitate inuenta. et ad hoc probandum inducit cap. seq.

c Hoc autem. Quod ẽ. dictum est de cõsuetudine seruanda.

d Omnia talia. Loquitur de consuetudine irrationabili, ne sit contra ẽ. e. i. illud.

e Causæ. arg. qđ non sufficit dicere, ita statutum est, nisi causa statuti assignetur, vt extra de censi. peruenit. j. ij. q. v. consuluit. ff. de constet. di. j. placuit. j. lxviij. dist. corepiscopi. Arg. contra. ff. de leg. non omnium.

f Facultas. i. vbi potest fieri sine scãdalo, vt l. distin. vt constitueretur.

g Religionem. Christianam.

h Quam in paucissimis. Argumen. contra illos, qui nimias fundunt orationes. ff. quod metus causa. l. j. quia gaudent brevitate moderni: vt nov. ff. eo. tit. l. j.

i Manifestissimis ẽ. dist. iiij. erit.

D E ijs. Hæc est tertia pars, in qua dicitur quod consuetudo in celebrandis officijs, quam obtinet metropolitana ecclesia, debet obseruari in omnibus ecclesijs, exceptis monasterijs, in quibus celebrantur officia secundum regulam beati Benedicti. Hug.

k Voluntatem. Illam. s. doctrinis varijs nolite abduci vt ẽ. dist. proxi. nolite.

l Ciues. Ciues ergo cantant cum clericis, & dicunt amen. xxxviij. dist. fedulo.

m Sui episcopi. Argumen. quod regimen omnũ monasteriorum spectat ad episcopũ: vt ix. q. iij. per singulas. & xvj. q. j. qui vere. & lxj. dist.

Ephe. 4.

r Dicit Hugo, q; hoc non colligitur hic. & est sensus. & secundum voluntatẽ sui epi, qa eps hoc etiam velle debet, non q; eis formã huius rei dare debeat, arg. ij. q. j. Agapit.

fæ r, quas in eis constituendis homines secuti sunt: vbi facultas f tribuitur, sine vlla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem g, quam in paucissimis h & manifestissimis i celebrationum sacramentis misericordia Dei voluit esse liberam, seruilibus oneribus premunt, adeò vt tolerabilior sit conditio Iudæorum: qui etiam si tempus libertatis non cognouerint, legalibus tamen sacramentis non humanis præsumptionibus subijciuntur.

Item ex concilio Toletano Vndecimo.

Omnes prouinciales eundem in psallendo modũ teneant, quem metropolitanam sedem habere cognouerint.

CAN. XIII.

D E ijs, qui contra Apostolicam voluntatem k circumferuntur omni vẽto doctrinæ, placuit sancto concilio, vt metropolitanæ sedis authoritate coacti, vniuscuiusq; prouinciæ ciues l, rectoresque ecclesiarum, vnum eundemque in psallendo teneant modum, quem à metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis vel officij à metropolitana sede patiantur se disiungi. Sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vnde honoris consecrationem accepit, vt iuxta maiorum decreta sedes, quæ vniuscuiusque sacerdotalis dignitatis est mater, ecclesiasticæ dignitatis, vel rationis sit magistra. Abbatibus sanè indultis officijs, quæ iuxta voluntatem sui episcopi m regulariter ab illis implenda sunt; cæ-

distin. obitum. Sed nonne monasteria monachorum potius sunt secundum abbatem regenda, ad quem tota potestas monasterij spectat. xviij. quæst. ij. c. nullam? Sed illud verum est de regulis viuendi, non de regulis cantandi. xij. q. j. non dicatis.

a Publica. Scilicet clericorum secularium quorũ officia publica sunt, cum ipsi populum habeant, sed monachi non semper habent populum: vnde ipsi non faciunt publica officia, vt xvj. quæst. j. interdicimus.

b Adstringat. Argumen. metropolitanum posse suspẽdere & excommunicare suum suffraganeũ: vt j. xviij. dist. placuit. & c. si episcopus. j. x. qõ. iij. quia cognouimus. xj. q. iij. si quis episcopus.

c Placuit. j. de consec. dist. v. conuenit. istis tamen capitulis derogatur per contrariam consuetudinem.

Item aduersus. Hæc. distin. diuiditur in duas partes. Secũda ibi, Est tamen.

d Item aduersus. Assignauit magister differentiã iuris naturalis ad alia iura in origine & dignitate & amplitudine: nunc assignat differentiam eiusdem iuris ad alia in sententiæ rigore. nam contra alia iura admittitur dispensatio. xxv. quæstio. j. c. finali. sed contra ius naturale quod consistit in præceptis & prohibitionibus, nunquam: magister tamen excipit vnum casum de perplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris sit de perplexitate. Dicũt quidam quod aliquis potest esse perplexus inter duo mortalia, vt Iudæi qui crucifixerunt Christum, peccauerunt mortaliter. de pœni. distin. j. periculose. et si non occidissent, similiter peccassent mortaliter: quia fecissent contra conscientiã, quæ dictabat eis contrarium: quia dictum erat eis, Quicunque fecerit se filium Dei, morte moriatur. & omne quod fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. xxviij. quæst. j cap. j. & ex his extra de præscriptio. quoniam. Item vt dicunt, potest aliquis esse perplexus inter mortale & veniale, vt cum aliquis quærit aliquem inimicum suum, quem scio esse in loco aliquo, si dico quærenti illum esse in loco illo, pecco mortaliter: quia prodo eum. si nego eum esse ibi, pecco saltem venialiter, vel etiam mortaliter si sum perfectus: vt xxij. quæstione ij. ne quis. si taceo, ex taciturnitate mea præsumitur eum esse in loco illo. Item in alio exemplo: si vxor petit debitum a viro, & vir negat, peccat mortaliter. si reddit, videtur peccare venialiter: quia delectatio carnis non potest esse sine veniali peccato, vt videtur xxxiij. quæst. iij. vir cum propria. & sic est perplexus e.

Similiter videtur quod aliquis potest esse perplexus inter duo venialia: vt aliquis simplici verbo promisit se bibere plus quam posset; si plus bibat, peccat venialiter. xxv. distinct. c. vnum orarium. §. criminis. si contra verbum suũ facit, peccat venialiter. vt xxij. quæst. ij. primum. Sed dicendum est. quod nullus põt esse perplexus inter duo mala: quia secundum hoc sequeretur, quod aliquis ex necessitate teneretur facere malũ, sed dicit canon, quod Deus nunquam redderet interitum, nisi spontaneum reperiretur homo habere delictum: vt xxiij. quæstione quarta. Nabuchodonosor. versicu. vasis ixæ. Præterea si ex necessitate teneremur alsquid mali facere, lex quæ illud prohibet, esset impossibilis: cum tamen omnis lex debet esse possibilis f: vt x. distinctio. iiij. erit. Perplexio ergo quantũ ad rem nihil est: sed quantum ad animum & ad stultam opinionem alicuius perplexio aliqua est. vnde Iudæi non erant perplexi. nisi quantum ad animum: & ideo debuissent consulere peritiores, vt Apostolos, vel sacras scripturas. In alio exemplo dicitur, quod ille qui interrogatur, debet tacere, nec hoc ei nocet, si alter ex taciturnitate sua aliquid præsumat. Absit enim quod ea quæ, &c. vt xxiij. quæst. v. de occidendis. Præterea non semper sequitur, quod qui tacet consentiat, vt lxxxvj. distinct. tanta. Quod autem obijcit de vxore, non credo quod talis delectatio sit aliquod peccatum: vt xxxij. quæstio. ij. quicquid. Si tamen vis tenere, quod sit ibi veniale peccatum, dicas cum H. quod vir debet mulierẽ petentem debitũ prudenter eludere promittẽdo se postea facturũ, donec ipsa efferueat: & si nec sic illa desisteret, tunc vir det ei copiã corporis sui, vt quã cito mulier expleuerit libidinẽ suã, statim vir recedat nec, peccet ad actũ.

e Duo mala. Intellige quantum ad fatuam illius opi. qui sic credit perplexum. & sic intelligas omnia verba hic posita: non enim vtrunq; illorũ malum est, licet ille opinetur vtrunq; esse malum.

f Necessitas. i. casus, vel refertur ad opi. stultam.

1 Id est, necessitate adstrictus ad aliquod malum perpetrandũ: secũdũ Lau.

2 Itẽ qui ex necessitate peccat, pœnã nõ meretur: ga volũtarios reos, &c. xv. q. illa.

a Resoluere. Id est, facere.

b Quod minori. Secundum quod ipse opinatur, cum alterum illorum non obligat ipsum.

c Peierare. Secundũ quod talis opinatur. non enim peierat licet non seruet tale iuramentum: vt xxij. q. iiij. si aliquid.

d Illinc. Id est, in iuramento.

e Duplici. Non intelligas, quod in homicidio tria peccata committãtur, & in periurio duo: sed ibi dicit quod in homicidio tres offenduntur, in periurio, duo. Et est hic arg. quod qui plures offendit, plus peccat. xciiij. dist. si quis autem legationem. & xj. q. iij. præcipuæ. Item est hic argu. quod pro illo potius est iudicandum, pro quo plures rationes faciunt, vt extra de probat. licet. in fin. & qui potiora iura ostenderit, obtinebit. xxj. dist. c. j. & C. de edic. diui Adriani tollen. l. vltima. Sic & deterior est causa illius contra quem plura faciunt: vt xxviij. dist. de Syracusana. Item contrariũ hic signatur. xxij. quæst. v. ille qui, vbi dicitur quod periuriũ sit maius homicidio. Sed ibi soluitur.

f Hinc. Scilicet in homicidio.

Nerui testiculorum. CASVS. *Hoc caput diuiditur in tres partes. In prima parte ostenditur, quòd perplexitas prouenit ex suggestione diaboli. In secunda parte, quæ incipit ibi, Quod melius. ponuntur tria exempla perplexitatis. Vnum est de illo, qui iurat se celare omnia secreta socij sui, quem scit velle interficere maritum adulteræ suæ, sed timet eum propter iuramentum quod fecit, manifestare. Secundum de eo, qui malo præfato obedientiam fecit timens si non obediat ei etiam in malo, propter obedientiam quam ei fecit. Tertium exemplum est de eo, qui per simoniam prælaturam acquisiuit, qui timet peccare si gregem sibi cõmissum derelinquat. In tertia parte quæ incipit ibi, Est tamen. datur consilium quid in huiusmodi perplexitatibus sit faciẽdum. Nam dicitur quod de duobus malis minus malum est eligendũ. & hoc probatur exẽplo Pauli, qui concessit minima, id est, matrimonia, & coitum coniugalem causæ incontinentiæ, vt maiora & graviora vitẽtur, scilicet fornicationes.*

g Nerut. Id est, suggestiones diaboli neruosæ, id est, callidæ & illaqueantes.

h Testiculorum. Testiculi dicuntur suggestiones eius: quia sicut testiculi sunt ministri & instrumenta humanæ generationis, & in se continent omne incentiuum libidinis, ita suggestiões diaboli generãt in hominibus vitia, et ad omnia illicita accendunt. 5. distin. vj. sed pensandum.

i Leuiathan. Id est, diabolo.

k Perplexi sunt. Id est, perplexãtes. & sic omnia verba intelligas actiue.

ADDITIO

Perplexantes dicit, quod reddunt hominem perplexum: in veritate tamen perplexio nihil est. Archi.

l Implicatis. Id est, implicantibus.

m Inuentis. Inuẽtionibus.

n Particeps. Secundum opinionẽ eorum stultam, sem per intelligas.

Resoluere[a], quod minori[b] nexu nosci obligari. Quid autẽ leuius ex his, quid ve grauius sit, puræ rationis acumine inuestigemus. Etem dũ peierare[c] cõpellimur, creatorẽ quidẽ offendimus, & nos tantũmodo maculamus. Cùm verò noxia promissa complemus, & Dei iussa contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nosipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illinc[d] enim duplici[e] culparũ gladio perimus, hinc[f] tripliciter iugulamur.

Item Grego. in moralibus parte sexta, libro xxxij. c. lv. & lvj. †

De eodem.

CAN. III.

Nerui[g] testiculorũ[h] Leuiathan[i] perplexi sunt[k]: qa suggestionum illius argumẽta implicatis[l] inuentis[m] illigantur, vt plerosq; ita peccare faciãt, quatenus si fortasse fugere peccatum appetãt, hoc sine alio peccati laqueo nõ euadant, & culpam faciant, dum vitãt, ac nequaquã se ab vna valeant soluere, nisi in alia se cõsentiant ligari.

Quod melius ostendimus, si qua ex conuersatione hominum illigationis huius exempla proferamus. Ecce quidã dum mundi huius appetit amicitias, cuiuslibet alteri similem sibi ducẽti vitam, quod secreta scelera illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit: sed is cui iuratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autẽ, qui iusiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuersis hincinde cogitationibus impugnatur: atque hoc silere formidat, ne silendo adulterij simul & homicidij particeps[n] fiat, & prodere trepidat, ne reatu se periurij obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit, ne a transgressionis[o] contagione liber non sit. Alius cuncta, quæ mundi sunt, deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno se subdere regimini appetit: sed eum, qui sibi apud Deum præesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: cui fortasse is, q sine iudicio eligit, cùm præesse iã cœperit, agere quæ Dei sunt, prohibet, & quæ mundi sunt iubet. Pensans itaque subditus vel quę sit culpa inobedientiæ, vel quod contagiũ secularis

† 18. & 29. Iob 40. b

o A transgressionis contagione. Iste admonebit illum ne faciat: vt ij. q. j. si peccauerit. Si nolit cessare, faciat quod dicitur xxij. q. v. hoc videtur. & sic liberabit se: quia sacramentum non fuit inuẽtum, vt esset vinculum iniquitatis. xxij. q. iiij. inter cætera. Vnde si quis iurauit aliũ non accusare, tamen potest denun

Iuramẽtũ nõ est iniquitatis vinculum.

Universidad de Deusto Biblioteca

denuntiare crimen eius, vt extra de iureiurā. quemadmodum. in fi. cum autem nō potest probare, debet tacere, vt ij.q.vij.pleriq;. Si autem potest probare, faciat quod dicitur ij.qō.j.si peccauerit. Vel dicat alij sic, frater scias, quod quidam te vult occidere, non tamen nominando aliquē: extra de offi.iudi.ordi.si sacerdos. Contra tamen est extra de fur. qui cū furē. sed non est cōtra, quia fur non manifestauerat furtum indicanti.

a Formidat. Quid si subditus credit, quod præceptum prælati sit contra Deum? secure non obediat: quia licet generaliter iurauerit ei obedire in omnibus, nō tamen est intelligendum, nisi de licitis & iustis & honestis, vt xj.q.iij.non semp. & ca.si dñs Iulianus. & extra de iureiur.ad nostrā.ij. & ca. veniētes. ff. de pig.obligatiōe generali. Sed si dubitet, an sit contra Deum, obedire debet, vt xxiij.qō.j. quid culpat. in fin. Vtrum autē teneatur recipere ordines ab eo, quē scit simoniacū esse, no. j.q.j.si quis à simoniacis.

b Suscepti. Iste si vult saluari, dimittat locum, & sit in perpetua pœnitentia, vt j.q.j.si quis neq;. & q. vij. requiritis. & extra de simo. Matthęus. non tamē dimittat sine authoritate Papæ, vt vij.q.j.mutationes. & c.suggestum. Sed credo, vt Ioan.de Fan. dicit, quod bene potest dimittere sine licētia Papæ: quia rem habet furtiuā. Vnde ipsam tenetur statim restituere, aliter non pœnitet. xiiij. qō. vj. si res aliena. & fur semp est in mora. ff. de condit. fur. si pro fure. §. vlt. Sed arg. cōtra extra de renun. c. nisi. & ca. post translationem. Sed illa intelliguntur in his, qui nō per ostium intrauerunt, vt j.quæst.j.ordinationes.

Est tamen. Hæc est secunda pars dist. in qua consulit quid in prædictis perplexitatibus faciendum sit. Archidia.

c Præcipitat. Quid si pręcipitet se in fugam, & moritur, vtrū peccet mortaliter, quæritur? Et distinguendum est, quod si nō ita esset altus murus, quod bene pręsumebat se euadere, non peccat mortaliter: aliter sic. Argu. pro primo xxiij.q.v.de occidendis. pro secūdo arg. xxiij. qō.v. si nō licet. & ca. non est nostrum. & maxime si ex honesta causa se pręcipitasset, vt extra de sepul. ex parte. ij.

Subditus an semper teneat obedire p̄lato.

Præcipitans se, an mortaliter peccet.

vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat a : ne aut obediēs Deum in suis præceptis deserat, aut rursus non obediens, Deū in electo priore cōtēnat, & infrà. Alius pensare pondus ecclesiastici honoris negligens, ad locū regiminis præmijs ascēdit: sed quia omne, quod hic eminet, plus mœroribus afficit, quàm honorib9 gaudet, dū cor tribulationibus premit, ad memoriā culpa reuocatur: doletq; se ad laborē cum culpa peruenisse: quāquam sit iniquum quod admiserit, ex ipsa fractus difficultate cognoscit. Reum igitur se cum impensis premijs agnoscens, vult adeptæ sublimitatis locum deserere: sed timens ne grauius delictum sit suscepti b gregis custodiam reliquisse, vult suscepti gregis curā gerere: sed formidat ne deterior culpa sit regimina pastoralis † gregis dimittere, quàm empta possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hincinde se conspicit esse. Quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur: aut rursus sacra actio seculariter empta teneatur. Vndique metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non dignè lugeat, quod non etiā deserēs emēdat, aut certè regimē deserēs, dū aliud flēre nitit, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat.

† Alias regimina pastoralis gratię empta possidere.

a Est tamē quod ad destruēdas Behemoth versutias subtiliter fiat, dū mē inter minora & maxima peccata constringitur. Si omnino nullus sine peccato euadēdi aditus patet, minora semper eligātur: quia & qui murorum vndiq; ambitu, ne fugiat, clauditur: ibi se in fugam præcipitat c, vbi breuior murus inuenitur †. Hinc etiam Paulus cū quosdā in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit d minima e, vt maiora f declinarēt, dicēs: Propter fornicationē vnusquisq; vxorem suam habeat. Et quia g tūc solùm coniuges sine culpa in admistione sunt, cùm nō pro explenda libidine, sed pro suscipienda h prole miscentur: vt hoc etiam quod concesserat, sine culpa, quamuis minima non esse monstraret, illico adiunxit: Hoc autem dico secundùm indulgētiam, non secūdùm imperium. Non enim sine vitio est quod ignoscit, & non præcipitur. Peccatū profectò vidit, sed quòd posset indulgeri p̄uidit. Sed cū in dubijs constringimur, vtiliter minimis i subdimur, ne in magnis sine venia k peccemus. Itaq; plerūq;

† Ingeritur. 1.Corin.7.a

1 Sub. q̄ dicunt minima respectu continentiæ. xxvij. q. j. nuptiarum.

Minus malū de duobus est faciendum.

d Concessit. i. concessum ostendit, sicut alibi exponit, da. i. datum pronūtia, vt xxiij.q.v.c. remittūtur. §. hinc notandum.

e Minima. id est, matrimonialia 1.

f Maiora. i. fornicationem. Vel minima appellat immoderatā exactionem debiti coniugalis. Et illud potius permisit Apostolus, quam fornicationē: vt xxxij. qō.ij. quicquid. & secundum hoc proprie ponitur concessit. secūdū priorem intellectum ponitur concessit, id est, cōcessum ostendit.

g Et quia. Argu. cōtra H. qui dicit, quod vir nunquam potest cognoscere vxorem sine peccato: vt no. xxxiij.q. iiij. vir cū ppria.

h Sed pro suscipienda. Et causa reddendi debitum, vt not. xxxij.q.ij. quicquid.

i Minimis. Quoties enim sine captione nihil fieri potest, id faciendū est, quod minus captiosum est: vt ff. de regu. iur. quoties. & l. semper.

k Sine venia. Simile dicitur alibi. Quod permittimus nolentes, pręcipimus: vt xxxj.q.j.hac ratione.

Verum

Verum. Hæc distinctio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat, quod nullus debet peccare minus, vt maius siue grauius alius non peccet. Secunda ibi, Consuetudinis.

a Verum. In hac dist. xiiij. quęritur, an aliquis debeat minus malum committere, vt alter euitet grauius malum. Et dicendum est quod non: vt j. ca. proxi. & continuatur iste §. ad id quod dixerat in superiori di. scilicet quod cū duo mala nobis instāt, minus est eligendum: sed hoc non est verum circa diuersas personas.

b Quod ait. verba sunt Aug. et incipit ibi, merito quæritur.

c Periculosissime. hic dicit Aug. quod nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malū. & intelligunt hoc quidā, quod nemo debet minus mortale cōmittere, vt alius euitet maius mortale: sed veniale debet committere, vt alter euitet mortale. Nam etiā animā quis debet ponere pro proximo, & sic mortem temporalem potest aliquis subire, ne alter incurrat pœnam æternam. de pœ. distin. ij. charitas. & §. proxi. sed pro veniali debetur tantum pœna temporalis, pro mortali æterna. xj. quæst. iij. nemo. ergo aliqs potest peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Item quia Apostolus dicit †: Orabā esse anathema pro fratribus meis: sed nemo anathematizatur, nisi pro mortali: vt vndecima, quæst. iij. nemo. Item cum virtus, & vitium sint cōtraria, nec se cōpatiātur: vt xxxij. quęst. j. cum renuntiatur. sed venialia simul cum virtutibus insunt homini, non ergo proprie dicūtur vitia, vt de pœ. distin. iij septies. Alij dicunt, quod nullum peccatum debet homo facere, vel pro suo bono vel alterius: vt xxiij. quæst. v. cum homo. versi. quid si alius. non enim Deus vult tale damnum cum tali lucro compensari: vt xxxiij. quæstione quinta. si dicat. non enim debet quis crimen suum alienis commodis impendere: vt xlvj. distinctio. sicut non suo. Præterea, neque pro salute alterius temporali, vel æternali debet quis peccare venialiter: quia nullus perducendus est ad salutem opitulante mendacio: vt xxij. quæst. secunda. c. faciat. & capi. primum. Ioan. Sed quare redarguitur hic Loth ab August. cum alibi commendetur ab Ambrosio: vt xxxij. quæst. vij. offerebat? Sed Ambrosius considerauit pietatem, quam habuit ad hospites: August. vero delictum filiarum. xxvj. distinc. cap. j. & secundo.

Gen.19. b

Veniale potest ne qs cōmittere, vt alter euitet mortale?

† Ad Roma. ix.

neruorum Behemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

DISTINC. XIIII.

Verū a hoc ita in una eadēq; psona intelligitur. Cæterùm, an in diuersis eadē dispensatio locum habeat, uidelicet ut cō mittamus minora, ne alij grauioribus implicentur, meritò quæritur.

De his ita scribit Augu. *in lib. quinto Quæstio. super Genesim, lib. primo.*

Non sunt à nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant.

CAN. I.

Quod ait b Sodomitis Loth, Sunt mihi duæ filiæ, quę nondum nouerūt viros: perducam illas ad vos, & abutimini illis, sicut vobis placuerit: tantùm in viros istos, ne faciatis iniquum. Quoniam volebat prostituere filias suas hac compensatione, vt viri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterentur: vtrùm admittenda sit compensatio flagitiorū, vel quorumcunq; peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat: an potius perturbationi Loth, nō consilio tribuendum sit, quod hic dixerit, meritò quæritur. Et nimirum periculosissimè c admittitur hæc compēsatio d. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est.

2 Consuetudinis autē, vel constitutionis rigor nunquam relaxatur.

Vnde Leo papa ait:

Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non.

CAN. II.

Sicut quædam sunt e, quæ nulla possunt ratione conuelli, ita multa sunt, quæ aut pro necessitate tēporum f, aut pro consideratione ætatum g oportet tēperari: illa consideratione h semper seruata, vt in ijs, quę vel dubia i fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendū, quod nec prę-

d Hæc compensatio. Argu. quod non est admittenda compensatio in malis: vt xiiij. quæstio. quinta. forte. & xxxiij. quæst. v. cap. j. & xxxij. quæst. viij. non solum. & prima quęstio. j. non est putanda. Admittitur tamen compensatio in criminibus vel excipiēdo, vel replicando: vt trigesimasecūda, quęstione sexta. nihil. & ff. soluto matrimonio. viro. verū est in iudicijs admittitur compensatio, non in foro pœnitētiali. xxxiiij. quæst. v. quod Deo.

Cōpensatio in pœnitentiali foro nō admittitur.

Consuetudinis. Hæc est secunda pars huius distinct. in qua dicitur quādo rigor est relaxandus, & quando non. Ioan. de Fan.

CASVS. Iste §. continuatur ad illud quod dictum fuit supra, in princip. xiij. distin. vbi dictum fuit quod aduersus ius naturale non admittitur dispensatio, sed hic dicitur, quod consuetudinis, vel constitutionis rigor relaxatur quandoque. etiam hoc probatur in sequen. capi.

e Sicut quædam sunt. vt præcepta decalogi, & forma baptismi, & forma conficiendi corpus Christi. de consecra. distinc. quarta. proprie. & dist. secunda. accipite.

f Temporum. vt prima quæstione septima. quod pro remedio. & lxxxj. distinc. presbyter. & xxxiiij. distinc. fraternitatis.

g Aetatum. vt infra trigesimatertia, quæstione secunda. in adolescentia 1. & octuagesima sexta distinctione. tanta.

h Consideratione. infra vigesimanona distinctio. sciendum.

i Vel dubia. Extra de sponsa. iuuenis.

1 Hoc ca. loquit de iuuenili ętate, sed frequens concor. loquitur de senili. ad hoc xxvj. qō. 7. tempora. & cap. hoc sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVoniã de iure. Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima quæritur & probat ex quo tempore habuerunt[1] concilia orthodoxa. Secunda ibi, Quintum vero.

a Quoniã de iure naturali. Hactenus tractauit magister de naturali[2] iure, hic incipit tractare de iure canonico. assignat itaq; rationẽ & originem ipsius. & ostendit quæ opuscula recipiantur ab ecclesia, & quæ non.

Canones. CANONES. *Hoc capi. diuiditur in tres partes. In prima parte ostenditur, quod à tẽporibus Constantini canones generalium cõciliorũ inceperunt. Ipse enim primo dedit authoritatem Christianis libere cõgregandi cum ecclesia antea fuit passa persecutionem. In secunda parte, quæ incipit ibi, Inter cætera, dicitur quod sub quatuor Imperatoribus sunt quatuor concilia vniuersalia celebrata, scilicet sub Constantino, Theodosio seniore, Theodosio iuniore, & Marciano. & ostenditur quid in eis fuerit reprobatum: & quod ista quatuor concilia, & his similia debẽt inuiolata seruari. In tertia parte, quæ incipit ibi, Synodus. ponit etymologias istorũ nominum, scilicet, synodus, concilium, & cœtus.*

b Constantini. ff. xvj. distinct. Isidorus ait in libro sexto Etymologiarum, capit. xviij.) à tẽporibus Cõstantini b cœperunt. In præcedentibus nanque annis persecutione ferente docendarum plebium minimè dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia nõ erat episcopis licentia conueniendi in vnum, nisi tẽpore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis liberè congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarũ conuenientes, iuxta fidem Euangelicam & Apostolicam secundum post Apostolos[c] symbolum tradiderunt.

Inter cætera autem concilia quatuor sunt venerabiles synodi, quæ totam principaliter fidem cõplectuntur, quasi quatuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. Harum prior Nicena synodus trecentorum octodecim[d] episcoporum sub Constantino Augusto Imperatore peracta est, in qua Arrianæ perfidiæ condemnata est blasphemia, quam de inæqualitate[e] sanctæ Trinitatis idem Arrius asserebat. Consubstantialem enim Deo patri Dei filium eadem sancta synodus per Symbolum diffiniuit.

Secunda synodus numero centumquinquaginta patrum sub Theodosio seniore in Constantinopoli[f] congregata est, quæ Macedonium[g] spiritũ sanctum esse Deum negantẽ condemnans, consubstantialem patri & filio spiritum sanctum demonstrauit, dans symboli formam, quam tota[h] Græcorum & Latinorum confessio in ecclesijs prædicat.

Tertia synodus Ephesina prima[i] ducẽtorum episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestorium duas personas[k] asserentem in Christo, iusto anathemate condemnauit, ostẽdens manere in Christo duas naturas, & vnam[l] domini nostri Iesu Christi personam.

Quarta synodus Calcedonensis, quæ sexcentorum triginta sacerdotum sub Martiano † principe habita est: in qua Euticem[m] Constantinopolitanum abbatem verbi Dei, & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eiusdem Dioscorũ defensorem[a] quondam Alexãdrinum episcopum, & ipsum rursus Nestorium episcopum cum reliquis hæreticis vna patrum sententia prædamnauit, prædicans eadem sancta synodus Christum Deũ sic natum de virgine, vt in eo substantiam & diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. Hæ sunt quatuor synodi principales fidei[b] naturam plenissimè prædicãtes. Sed & si qua sunt alia concilia, quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor authoritates, omni maneant stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere[c] condita continentur. Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus. Concilij verò nomen tractum est ex more Romano. tempore eñ quo agebantur causæ, conueniebant omnes in vnum, & communi intentione tractabant.

Vnde & conciliũ à cõmuni intentione dictum est, quasi cõcidiũ, d, in l, literam transeunte: vel conciliũ dictum est à cõi intentione, eò q̃ in vnum dirigant oẽm mentis obtuitũ. Cilia etenim oculorũ sunt. Vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt conciliũ, quia non consentiunt in vnum.

Cœtus verò cõuentus est, vel congregatio, à coëundo, id est, à conueniendo in vnũ. Hinc etiã conuentus est nuncupatus, eò quòd ibi omnes cõueniũt in vnũ. Sicut à cõuentu cœtus dicitur, sic conciliũ à societate multorum in vnum appellat.

De quatuor quoq; cõciliis scribit beatus Grego. ita dicens:

De authoritate quatuor conciliorum. CAN. II.

SIcut sancti euangelij libros, sic quatuor cõcilia suscipere & venerari me fateor. Nicenũ s. in quo peruersum Arrij dogma destruitur. Constantinopolitanũ quoq; in quo Eunomij & Macedonij error cõuincitur. Ephesinum etiam primũ, in quo Nestorij impietas iudicatur. Calcedonense verò, in quo Euticetis & Dioscori prauitas est reprobata. Hæc tota deuotione amplector, & integerrima approbatione custodio: quia in his velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ communis atque actionis norma consistit.

2 Quintum verò concilium veneror, in quo epistola quæ Ibæ dicitur[d], erroris plena, reprobatur, in quo Theodorus per sonam mediatoris[e] Dei & hominum in duabus substantijs[f] separãs, ad impietatis perfidiã cecidisse cõuincitur: et in quo scripta Theodori p quæ beati Cyrilli fides reprehẽditur, ausu demẽtiæ plata refutãtur. Cũctas verò, quas p̃fatas venerãda cõcilia personas respuũt, respuo: quæ venerãtur, amplector: quia dũ vniuersali sunt cõstituta consensu, se & non illa destruit qsquis præsumit[g] absoluere, quos ligant, aut religare, quos absoluunt.

De eisdẽ etiã scribit Gelasius † Papa dicẽs:

Quæ concilia sancta Romana ecclesia suscipiat. CAN. III.

SAncta Ro. eccle. post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiã has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicenam ccexviij. patrum mediante Constantino maximo Aug. in qua Arrius hæreticus condemnatus est. Sanctam synodum Constant. mediante Theodosio seniore Aug. in qua Macedonius hæreticus debitã dãnationẽ excepit. Sanctã synodum Ephesinã primã, in qua Nestorius dãnatus est cõsensu beati Papæ Celestini mediante

c ij

ADDITIO. Habet enim vtranque, extra de hæreticis. cum Christus. vbi not Ala. quod ante illam definitionem, de qua loquitur ipsa decret. contrarium dicere licebat, cũ phibitũ non esset, sed post nequaquam: ergo quod prius nõ fuit fidei articulus, post consecrationem factus est fidei articulus. Archidiaconus.

a Defensorem. Peccabat ergo in fide, ex quo erat defensor hæreticorũ: vt xxiiij. quæstione prima. cap. primo. & quæstio. iij. qui aliorum. & extra de hæretic. vergentis. sicut dicit lex de latrone. C. de ijs qui latr. occ. l. j Sed contra xxj. distinctione. intantum. & xxiiij. quæstio. ij. sane profertur. versũ. item Romanorum ibi enim dicitur, quod Dioscorus non peccauit in fide, sed expone non peccauit in fide, id est, non peccauit in fide tãtũ, quia in hoc peccauit quod ausus fuit Papam Leonem excommunicare. xxj. distinct. intantum.

b Fidei. Articulos.

c In hoc opere. Isidori, ne sit contra xix. distinctio. si Romanorũ. versicu. præsertim.

Sicut sancti Euangelij.

d Ibæ dicitur. Ab inuentore.

e Mediatoris. Id est Christi. Ioan.

f Substantijs. Scicet personis.

g Præsumit. Videtur ergo quod Papa non possit destruere † statuta conciliȝ: quia ordinis maior est vrbe xciij. distinct. legimus. circa medium. vnde requirit Papa consensum concilij. xix. distinct. Anastasius. Argumen. contra xviij. distinct. c. concilia. §. hinc etiã. & extra de electio. significasti. vbi dicitur quod conciliũ nõ potest Papę legem imponere. et xxxv. quæstione ix. veniam. Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei xxv. quæstione j. sunt quidam. Sancta Romana ecclesia.

Synodus quid est.

Cõcilium vnde dr.

Cilia.

Cœtus. Cõuentus.

† Legendo sic. Cœtus. Conuentus. Cœtus. Quia per coitum. Dicitur nomen. ad

1 Notandum quòd Damasus Papa constituit, vt Symbolũ cãtaret in missa ex decreto sancte synodi vniuersalis apud Constãtinopolim celebratę. Archidia.

2 Quod dicit litera generaliter: inuit solutionẽ. Hug. Lau. & Archi.

3 Notandum quòd Damasus Papa constituit, vt Symbolũ cãtaret in missa ex decreto sancte synodi vniuersalis apud Constãtinopolim celebratę. Archidia.

† Lege Marciano.

† Gelasi⁹, scilicet prim⁹, circa annum Dñi 496. C.M.

Addi

Universidad de Deusto
Biblioteca

dante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite: & Archadio episcopo ab Italia destinato. Sanctam synodum Calcedonensem mediante Marciano Augusto, & Anatholio Constantin. episcopo, in qua Nestoriana & Euticiana hæresis simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt. Sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, post istorum quatuor authoritatem, etiam custodienda & recipienda mandamus, & decernimus.

Iam nunc subijciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. Opuscula beati Cypriani martyris & Carthaginen. episcopi. Item opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi. Item opuscula beati Gregorij Nazianzeni episcopi. Item opuscula beati Basilij Cappadocen. episcopi. Item opuscula beati Ioannis Constantin. episcopi.

Item opuscula beati Hilarij Pictauiē. episcopi. Item opuscula beati August. Hypon. episcopi. Item opuscula beati Ambrosij Mediolanensis episcopi.

Item opuscula beati Hieronymi presbyteri. Item opuscula beati Prosperi religiosissimi. Item epistolam beati Leonis papæ ad Flauianum episcopum Constantin. destinatam: cuius textum aut vnum iota si quisquam idiota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter acceperit, anathema sit.

Item opuscula atque tractatus omniū patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli prædicatione seiuncti sunt: sed communionis ipsius gratia Dei vsque ad vltimam diem vitæ suæ participes fuerunt, eligenda decernimus. Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter susciendæ sunt. Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ita esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed Dei gratia & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundùm authoritatem antiquam, vel consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur: quia eorū, qui scripsere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut dictis superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cuiusdā Quirici & Iulitę matris eius, sicut Georgij, aliorūq; passiones huiusmodi, quę ab hęreticis probantur conscriptæ. Propter quod (vt dictū est) ne vel leuius subsannādi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis, quàm hominib⁹ noti sunt, omni deuotiōe venemur. Itē vitas patrū, Antonij, Pauli, Hilarionis, & omniū eremitarū, quas tamēvir beatissimus scripsit Hieronymus, cū omni honore suscipim⁹. Itē actus beati Syluestri apostolicæ sedis præsulis: licet eius, qui scripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Romana catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. Item scripta de inuentione sanctæ Crucis dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptistæ: nouellæ quidem reuelationes sunt: & nonnulli eas catholici legunt, sed cùm hæc ad catholicorum manus peruenerint, beati Pauli Apostoli sententia præcedat: Omnia probate, quod bonum est tenete. Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiā scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus quæ beatum Hieronymum prædictum sentire cognoscimus: & non solùm de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus, reliqua autem omnia cum authore suo dicimus esse renuenda. Item chronicam Eusebij Cæsarien. atque eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & in laudibus, atq; excusatione Origenis schismatici vnū scripsit librū: propter rerum tamen singularem notitiam, quæ ad instructionem pertinet vsquequaque non dicimus renuendos. Itē Orosium virū eruditissimum collaudamus; quia valde necessaria aduersus paganorum

ganorum calumnias ordinauit, miraq; breuitate cōtexuit. Itē venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus.

Itē Vincētij nihilominus laboriosum opus nō spernim⁹, sed imitamur. Cæterùm, quæ ab hæreticis cōscripta vel prędicta sunt, nullatenus recipit catholica & Apostolica ecclesia Romana.

Quibus et pauca, quę ad memoriā venerūt, & catholicis vitanda sunt, decreuimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodū à Cōstātino Cæsare Cōstantini filio cōgregatā mediāte Tauro præfecto, ex tūc & in æternum cōfitemur esse damnatam. Item Itinerariū nomine Petri apostoli, quod appellat sancti Clemētis, lib. vij. apocryp. actus nomine Andreæ Apostoli apocryphus. actus nomine Philippi apocryphus. Actus nomine Petri Apostoli, apocryphus. Actus nomine Thomę Apostoli, apocryphus. Euāgelia Thaddæi nomine apocrypha. Euāgelia nomine Thomæ Apostoli, quibus Manichæi vtuntur, apocrypha. Euangelia nomine Barnabæ Apostoli, apocrypha. Euangelia nomine Bartho. apocrypha. Euāgelia nomine Andreæ apostoli, apocrypha. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falsauit Hircius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obstetrice saluatoris, apocryphus. Liber qui appellatur pastoris †, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ vel Genesis, apocryphus. Liber, qui appellatur pentametrum de Christo Virgilianis compaginatū versibus, apocryphus. Liber, qui appellatur actus Theclæ † & Pauli, apocryphus. Liber, q appellatur Lepotius, apocryphus. Liber Prouerbiorū ab hæreticis trāscriptus, & sancti Sixti nomine signatus, apocryphus. Reuelatio, quæ appellat Pauli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ, apocrypha. Reuelatio, quæ appellat Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellat pœnitentia Adę, apocryphus. Liber, qui appellatur Diogenes nomine gigantis, qui post diluuium cum dracone ab hæreticis pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iob, alias est Iacob, apocryphus. Liber, qui appellatur de pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber de pœnitentia Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur Iamne & Mambre, apocryphus. Liber, qui appellatur sors Apostolorum, apocryphus. Liber Lusanæ, apocryphus. Liber Canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physologus ab hæreticis conscriptus, sed beati Ambrosij nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili †, apocrypha. Opuscula Tertulliani siue Aphricani, apocrypha. Opuscula Iouiniani & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, & Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Omnia opuscula Fausti Manichæi, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexādrini, apocrypha. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Pictauiēn. Victoris, apocrypha. Opuscula Faustini Regiñ. Galliarum apocrypha. Opuscula Frumentici, apocrypha. Epistola Iesu ad Abagarū, apocrypha. Passio Gregorij, apocrypha. Passio Quirici * & Iulitæ, apocrypha. Scriptura, quæ appellatur Salomonis contradictio, apocrypha. Philateria omnia, quæ non ab Angelo, vt illi confingunt, sed magis à dæmone conscripta sunt, apocrypha. Hæc & his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Teruidus †, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, & Bonosius, qui simili errore defecerunt: Montanus quoque cum suis obscœnissimis sequacibus: Apollinarius, Valentinus siue Manichæus, Faustus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatius, Sebatius, Calixtus, Donatus, & Eusta-

* Quirici. Alias Cyrici.

ADDITIO. Apocryphum dicitur occultum & secretum, ab apo, quod est de, & crysis, quod est secretum: inde liber dicitur apocryphus, id est, occultus & secretus, scilicet cuius author ignoratur: non tamen ab ecclesia recipitur, sed reprobatur, quasi dicat nō in ecclesia, sed remote & secrete ab ecclesia est legendus, secundum Hugo. Vnde dic apocrypha Græce, Latine secreta. Et qa in cameris solent virgines abscōdi, & secrete morari, secundum Ioan. de Fan. inde est, quod virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur secreta.

† Hyrici

† Pastoris

† Pamphili. Nō est dicendū hęc verba ab aliquo asino adiecta, vt ait beatus Rhenanus in ꝓfatiōe sua in histor. Eusebij Cęsariēsis, prę sertim qa oēs libri sic habēt etiā inter cōcilia ecclesiæ, tomo j. sed dicendum esse alteri⁹ Eusebij cꝫ illius Cæsariēsis. ī. eo. col. 2. approbati,

† Cherinthus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chius, Iubianus, Pelagius, Iulianus: & Latienſis, Celeſtinus & Maximianus, Priſcillianus ab Hiſpania, Lapedius, Dioſcorus, Euticius, Petrus, & alius Petrus, ex quibus vnus Alexãdriam, alius Antiochiam maculauit: Achatius Conſtantino. cum conſortibus ſuis, necnon & omnes hæreſes, quas ipſi eorumq; diſcipuli ſiue ſchiſmatici docuerũt, vel cõſcripſerunt: quorum nomina minimè retinemus, nõ ſolùm repudiata, verùm etiam ab omni remota eccleſia eliminata, atque cum ſuis authoribus authorumq; ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. Cæterùm, qui libri in eccleſiaſticis officijs per anni circulum à nonnullis legantur (quòd ritum illum apoſtolica nõ reprobat, ſed ſequitur eccleſia) pro fidelium ædificatione annotandum cenſuimus. Quidam, quòd in ſeptuageſima ponunt Pentateuchum vſq; in vndecimã diem ante Paſcha. A xv. die ante Paſcha ponunt Ieremiam vſq; in cœnam domini. In cœna domini legunt tres lectiones de lamentationi-
Thren.1.a bus Ieremiæ: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, &c. tres lectiones de tractatu Auguſtini in Pſal. liij. Exaudi domine deprecationem meam, & ne deſpexeris. & tres de Apoſtolo, vbi ait in
1.Co.11.d epiſtola ad Corinth. Conuenientibus vobis in vnum. Secunda lectio ſic incipit: Similiter poſtquam cœnauit. Ter-
Luc.22.b tia de ſpiritualibus: Nolo vos ignorare
1.Co.10.a fratres. In paraſceue tres lectiones de lamentationibus Ieremiæ: tres de tractatu ſancti Auguſtini in Pſalmo: Exaudi Deus deprecationem meam. & tres de
Hebr.4.c Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Hebræos: Feſtinemus ingredi, &c. Secunda lectio, Omnis nanq; pontifex. Tertia: de quo nobis eſt grandis ſermo. In ſabbatho ſancto: tres lectiones de lamentationibus Ieremiæ prophetæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in lxiij. Pſal. Exaudi Deus orationem meam, cùm tribulor. & tres de Apoſtolo, vt ait
Hebr.9.b in epiſtola ad Hebræos vbi ait: Chriſtus aſsiſtẽs pontifex futurorum bonorum. Secunda lectio, vbi enim teſtamen-
Ibid.10.a tum. Tertia: Vmbram enim habet lex futurorum bonorum. In Paſcha domini homiliam ad ipſum diem pertinentem. Iufra hebdomadam homilias. In octauis Paſchæ ponunt Apocalypſim, & actus Apoſt. & epiſtolas canonicas, vſque in viij. Pentecoſtes. In octauis Pentecoſtes ponunt librum Regum & Paralipomenon, vſq; in calen. Auguſti. In dominica prima menſis Auguſti, ponunt Salomonem, vſque in calendas Septembris. In dominica prima menſis Septembris ponunt Iob, Tobiam, Eſther, Eſdram, vſque in calendas Octobris. In dominica prima menſis Octobris ponunt librum Machabæorum, vſque in calendas Nouembris. In dominica prima menſis Nouembris, ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas, vſque in calendas Decembris. In prima dominica menſis Decembris, ponunt Eſaiam prophetam, vſq; in natiuitatem domini. In
Eſaiæ 9.a Natali domini legunt primùm de Eſaia tres lectiones. Prima lectio: Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c. Secunda: Conſolamini, cõſolamini. Tertia: Conſurge Ieruſalem. Deinde leguntur ſermones vel homiliæ ad ipſum diẽ pertinentes. In natali ſancti Stephani homilia de ipſa die. In natali ſancti Ioannis ſimiliter. In natali Innocentium ſimiliter. In natali ſancti Syluestri ſimiliter. In octaua Natalis Domini homilia de ipſa die. In dominica prima poſt Natiuitatem domini, ponunt epiſtolas Pauli, vſque in ſeptuageſimam. In Epiphania lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit. Omnes ſitientes. Secunda: Surge illuminare Ieruſalem. Tertia: Gaudens
Eſa.55.a Eſa.60.a in Domino gaudebo. Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

DISTINCTIO XVI.

Canones quorũ apoſtolorum ſunt recipiendi.

[1] [pars] Apoſtolorum [2] *canones, qui per Clementem pontificem Romanum (ſicut quidam aſſerunt) dicuntur eſſe translati, ſunt quinquaginta. Hos non recipiendos, ſed inter apocrypha deputatos, Iſidorus ſcribit, dicens:*

Apoſtolorum canones, Apoſtolica reijciuntur authoritate.

CAN. I.

Apoſtolorum. Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secũda ibi, Soluta eſt.

a Apoſtolorum. Hic intitulatur xvj. diſtin. in qua probat, quod canones Apoſtolorum ſunt recipiẽdi. & poſtea oſtendit quo tempore, & quo reſidente in papatu vel imperio quodlibet concilium eſt celebratum. Et nota quod Gratianus ponit quandam cõtrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam non ſoluit. probat enim authoritate Iſidori, quod canones Apoſtolorum non ſunt recipiendi: quia ſunt apocryphi. poſtea probat authoritate Zepherini & Leonis, quod ſunt recipiendi, & non ſunt apocryphi. Solut. breuis eſt, quia illi canones ſunt recipiẽdi, qui à veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi non, qui à Pſeudo Apoſtolis ſunt editi. ſ proxima diſtinctio. verſi. item geſta.

a Canones. Sic conſtruetq̃ uis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apoſtolorum.

b Vtilia. Argu. quod vtilevitiatur per inutile, vt not. ſ. diſtinct. ix. ſi ad ſcripturas.

c Atque inter apocrypha. id eſt, ſine certo authore, vt ſapientiæ Salomonis, liber Ieſu filij Sirach, qui dicitur Eccleſiaſticus: et liber Iudicum, & Thobiæ, & liber Machabęorũ: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur: ſed forte non generaliter.

d Clementis. Id eſt, qui ſub nomine Clementis compoſitus eſt ab hæreticis.

e Itinerariũ. Qui actus Petri contineat, quos per orbẽ ibi agit de itinerando pegit, itinere: id eſt, de actione huius mũdi, in hoc mũdo remanentibus, quid ſcilicet facere debeamus.

f Exceptis. Impropria videt hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonib⁹, aut à falſis. Non de falſis, quia nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris, quia nullus eorũ eſt apocryphus. Vel dic quod hoc nomen canones, ſumitur large tam pro veris, quam pro falſis canonibus: vt ponitur j. diſtin. §. verum.

g Orthodoxæ. Id eſt, rectæ: orthos rectũ, doxa gloria. Inde dicitur fides orthodoxa. i. catholica, recta & Hugo. ſcilicet in qua rectè gloriamur. Io de Fan.

† Dignũ ſanum. Et merito quum ſint ibi plura, quæ ſuperfluè dudũ apocrimi ta leuera (ſalubio die) mirẽ Halodẽ, in limoud Latum. C. Nr. Biblia habet aliqs librosapocryphos.

† Iudicũ, lege, liber Iudith.

h Placuit. Ex his tribus capitulis ſurgit contrarietas, quã Gratianus nõ ſoluit, nec ponit. Sexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonũ Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lxx. & Leo quinquaginta. Quidam [2] ita ſoluunt, quod ſexta ſynodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus ante Leonẽ, & obſeruabant lxxxv. canones, prout dixit ſexta ſynodus. ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore, x. ex illis perierunt, & ſic remanſerunt tantũ 50. vt dicit Leo. ſed hæc ſolut. ſtare nõ põt: nã Zepherinus præceſſit vj. ſynodum nã vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt j. ea. diſ c. ſexta. qui lõgo tempore fuit poſt Zepherinum, vt ex chronicis apparet. Omiſſis aliis ſolutionib⁹, dic qđ non contradicunt ſibi: qa dicebat ſynodus lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat 50. fuiſſe capitula: Zepherin⁹ nõ dicit de capitulis, ſed de ſententijs: & poteſt eſſe quod in vno capitulo ſint ſententiæ plures. Iſidorus.

2 Vt Gofredus.

Anones [a] qui dicuntur Apoſtolorũ, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recepit, nec ſancti patres illis aſſenſum præbuerunt pro eo, quòd abhęreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur: † quamuis in eis vtilia [b] inueniantur, tamẽ ab authoritate canonica, atque Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atq; inter apocrypha [c] deputata. Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliã conſtitutis.

Apoſtolorum canones ſunt recipiendi.

CAN. II.

Exaginta ſententias Apoſtoli præſcripſerũt cum quàm plurimis epiſcopis, quas ſeruandas eſſe cenſuerunt.

Itẽ Leo Papa ix. contra epiſ. Niceti Abbatis.

Exceptis quinquaginta capitulis canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur.

CAN. III.

Clementis [d] librum, id eſt, Petri apoſtoli Itinerarium [e], & apoſtolorum canones numerant patres inter apocrypha, exceptis [f] capitulis quinquaginta, quæ decreuerunt orthodoxæ [g] fidei tractatores adiungenda.

Itẽ vj. ſynodus, cap. ij.

CAN. IIII.

Placuit [h] huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula

Epiſtola Iſidori in capite canonum. Iſidorus ſeruus Chriſti lectori ſuo cõſeruo: Propter eorum authoritatem ceteris concilijs præponimus [i] canones, qui dicũtur eſſe Apoſtolorũ, licet à quibuſdam apocryphi dicãtur: quoniam plures eos recipiũt, & ſancti patres eorum ſententias ſynodali authoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. Item primus ordo (vt prædictum eſt) de celebrando concilio ibi inſertus habetur: poſtmodum canones Apoſtolorum, atque apoſtolicorum, id eſt, à ſancto Clemente vſque ad ſanctum Sylueſtrum: & decretorum, atq; conciliorum diuerſorum breuiarium eſt interpolatum ſequens ordinem ſuum.

Item cùm Adrianus Papa ſextam ſynodum ſuſcipiat cum omnibus canonibus ſuis, cum etiã ſancta viij. vniuerſalia concilia profeſsione Romani pontificis ſint roborata, in ſexta autem ſynodo, ſiue in ſeptimo

funguntur^a, qui videlicet electum antistitē ad apostolici culminis apicem prouehant cōsecrandum. Eligatur autem de ipsius ecclesię gremio^b, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non inuenitur, ex alia sumatur, saluo debito honore & reuerētia dilecti filij nostri Hērici, † qui impræsentiarum rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente speratur, & iam sibi cōcessimus sicut successoribus illius, qui ab hac apostolica sede personaliter^c hoc ius impetrauerint. Quòd si prauorum, atq; iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, syncera, atque gratuita fieri in vrbe^d non possit electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisq; laicis licet^e paucis, ius potestatis obtineant eligendi apostolicæ sedis pontificem, vbi congruerit. Planè postquam electio fuerit facta, si bellica fuerit tempestas, † vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is, qui electus est, in apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen sicut verus Papa obtinet authoritatem regēdi Romanam ecclesiam, & disponendi^f omnes facultates illius, quod beatum Gregoriū ante suā consecrationem. cognouimus fecisse. Quòd si qs contra hoc decretum nostrum synodali sententia promulgatum quasi per seditionem, vel præsumptionē, aut quolibet ingenio electus, aut etiā ordinatus, seu inthronizatus fuerit, authoritate diuina & sanctorū apostolorum Petri & Pauli perpetuo anathemate cum suis authoribus, & fautoribus, & sequacibus à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijciatē, sicut Antichristus, & inuasor & destructor totius Christianitatis. Nec aliqua super hoc ei audientia^g reseruetur, sed ab omni ecclesiastico gradu in quocūque fuerat prius, sine retractatione deponatur. Cui quisquis adhæserit, vel qualemcunque tanquam pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententiæ sit mancipatus. Quòd si quis huius nostrę sanctę decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere & perturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate atq; excommunicatione damnetur: & cum impijs (qui non resurgent in iudicio) reputetur, omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli (quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & in futura Psal. 1.

e Laicis licet. Hoc tantum ad laicos refertur.

f Et disponendi. Secus est in alijs prælatis. Nā illi ante confirmationē ² non habent ius administrandi, vt extra de elect. nosti. nisi sint Archiepiscopi trāsmōtani, vt extra de elect. quod sicut. Vel nisi sint exempti: qui si trāsmōtani sunt, statim possunt administrare, vt extra de elect. nihil. Sed certè videtē, q̄d in omnibus idē iuris est, vt si electus non posset intrare possessionē rei, ad quam est electus, nihilominus pro possessore est habendus: vt xcij. dist. si quis episcopus. & extra de restitut. spolia. sæpe. Sed illa c. loquunt quando impeditur per aduersarium: secus posset dici quando impedimentum est in seipso, puta quia nondum est consecratus. extra de dolo & contuma. contingit.

Elect⁹ ante confirmationē non administrat.

2 Subaudiunt quidā, & installationem: alij dicunt solam cōfirmationem sufficere, & hoc verius est.

De hoc not. Inno. extra de causa pos. cū super. in gl. j. ibi videas.

g Audiētia. Hic habes casum, vbi alicui denegatē audientia, scilicet in casu intrusionis. & iij q. j. Deus ergo. §. patet. Item & in casu schismatis: vt xxiij. q. v. nō vos. Item cum quis recipit ecclesiam de manu laici: vt xvj. q. vij. si quis deinceps. Item cū quis excōmunicat suū maiorem: vt xxj. dist. in tantum. vnde videtur, quod spoliatus pro aliquo istorum casuum non possit petere restitutionem, ex quo ei denegatur audientia. Argu. contra extra de restitut. spolia. in literis. Ioan. Solu.

Audientia est multipliciter deneganda.

Universidad de Deusto Biblioteca

furorem[a] sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis suis nō sit, qui inhabitet: fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Commotus commoueatur ipse, & filij eius mendicēt, & eijciantur de habitationibus suis. Scrutetur etiā fœnerator omnē substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cūcta elemēta[b] sint ei contraria: & omnium sanctorum quiescētiū merita illum confundant[c], & in hac vita super eū apertam vindictam eorum ostēdant[d]. Obseruatores autem huius nostri decreti, omnipotētis gratia protegat, & authoritas beatorum apostolorū Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

2 Episcopi verò & cæteri ordines infra constituti qualiter ordinari debeant, ex authoritate Carthagineñ. concilij quarti, † cui interfuit Augustinus tēpore Honorij Augusti ostendamus, ab eorum examinatione incipientes.

Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur.

CAN. II.

QVi episcopus ordinandus[e] est, antea examinetur[f], si natura sit prudens, si docibilis[g], si moribus temperatus[h], si vita[i] castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negotijs cauens[k], si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: & ante omnia si fidei documenta[l] verbis simplicib⁹[m] asserat[n], id est, patrē & filiū & spiritū sanctum vnum Deum esse confirmās, totamq; Trinitatis vnitatem, deitatē, coēssentialē, & cōsubstantialem & coæternā, & coomnipotentē prędicans: si singulas quasque in trinitate personas plenū Deū, & totas tres personas vnū Deū: si incarnationē diuinam nō in patre, neq; in Spiritu sancto factā, sed in filio tantùm credat: vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, deus verus ex patre esset, & verus homo ex patre carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationabilem, simulque in eo vtriusque naturæ, id est, Deus & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Deus creator omnium q̄ sunt, & author, & rector: & Deus cum patre & Spiritu sancto omnium creaturarū, qui passus sit pro salute nostra vera carnis passione, & mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera sui carnis receptione: & vera animę resumptiōe, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendū est etiā ab eo, si veteris et noui testamenti, id est, legis et prophetarum et apostolorum vnum eundemq; credat authorē, et demū viuos ac mortuos iudicaturum, et si diabolus non per conditionem[o], sed per arbitrium factus sit malus.

Psal. 108. lu. quilibet spoliatus restitui debet, nisi spoliatus sit à iudice iusta de causa, vt extra de rescript. dilectus. & nisi in casibus exceptis, vt extra de restit. spo. literas. & c. ex transmissa. iij. quæst. j. in summa. nec excommunicatus directè poterit restitutionem petere, vt extra de exceptio. cum inter. iij. quæstio. j. in summa. vbi de hoc, Ber.

a Furorem. id est vindictam.

b Elementa. id est, siue sit in terra, siue in aqua, puniatur.

c Confundant. i. à confusione nō liberentur.

d Ostendant. Nec peccauit iste maledicendo: quia maledictorū duo sunt genera. xxiiij. q. 6. iij. cum sancti.

Episcopi vero. Hæc est secunda pars di. in qua ponit, quæ sunt quærenda in episcopo tempore consecrationis. Io. de Fant. Casus huius §. per se patet.

Cōsecrādus, an sit ante examinand⁹.

e Qui episcopus ordinandus. Id est consecrandus, quia tūc est scrutinium faciendum

† Quarti. Vbi sanctum hoc & Christianissimū decretum habetur c. j. ad verbū in primo Tomo conciliorū pag. 437. O q̄ tempore Augustini feruebat fides & disciplina Christiana in Aphrica, & semp vbi tales doctores præsunt. C. M.

f Examinet. Ista examinatio nō est facienda, nisi circa ignotos. xlvij. distinct. de Petro. & xciiij. distinct. valde. & hoc verum est de scrutinio electionis, nisi forte summatim etiā circa notum quæreretur de modo eligendi, & de ijs, quæ habes extra de elect. cum in cūctis. Scrutinium autem quod fit in cōsecrando, illud nūquam est omittendum etiā circa notum: vt hic, & lxv. dist. c. j. ij. & iij. & lxxv. dist. c. j. imo repellitur & si in vno deficiat. xxxviij. dis. quæ ipsis.

g Si docibilis. Melius diceret docilis: qa homo est docilis & doctrinalis, liber docibilis: quandoque tamen ponitur vnum pro alio, vt hic, & Ioā. in euang. Et erunt omnes docibiles Dei. debet autem rationem reddere omni poscēti. xxxvj. di. c. qui ecclesi. §. ecce.

Docilis et docibilis differunt.

h Temperatus. j. xj. q. iij. illa præpositorum.

i Vita. j. dist. liij. legem.

k Cauēs. Nam ꝓpter simplicitatem repellitur quis, vt xxxix. di. Petrus. sed iam promotus non deponitur, sed ei coadiutor datur vij. q. j. quia frater noster.

l Fidei documenta. id est, fidem.

m Simplicibus. id est, apertis, non implicitis. extra de sum. trin. firmiter. & . s. distin. iiij. erit autem. non inusitatis[1]. j. dist. xxxvj. illiteratos. melius xxxvij. dist. relatum. ar. ad testes repellendos. ar. iiij. q. iij. si testes. §. itē in testibus. ar. contra instrumenta.

1 Vnde apostol⁹ ad Timotheum, Profanas vocū nouitates deuita. Io. de Fantu.

n Asserat. Profiteri debet qđ obseruabit patrum regulas, in auth. quomodo oportet episcopos. §. ad nos ergo. circa princ. coll. j.

o Non per conditionem. i. per creationem[2]. vult enim dicere, quod non est creatus malus, vt quidam dicunt, sed ex libero arbitrio factus est malus. imo adhuc habet liberum arbitrium: sed illud est ad malum tantum. alioqui si non haberet liberum arbitrium, non demereretur. xxiij. quæstio. iiij. vasis iræ. uno quotidie fit peior

2 Subaudi, non necessitatem.

Quærendum est etiam ab eo, si credat huiusmodi, quam gestamus, carnis & non alterius resurrectionem: si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne hac gesserint, vel pœnas, vel præmia: si nuptias non prohibeat: si secunda matrimonia nō damnet, si carnium perceptionem nō culpet, si pœnitentibus reconciliatis communicet: si in baptismate omnia peccata, id est, tam originale peccatum contractum, quàm illa, quæ voluntariè admissa sunt, dimittantur[a]: si extra ecclesiam[b] catholicam nullus saluetur. Cùm in his omnibus examinatus fuerit inuentus plenè instructus, tunc cū omni cōsensu clericorū[c] et laicorum, et cōuētu totius prouinciæ episcoporū, maximè metropolitani vel authoritate, vel præsentia ordinetur episcopus, suscepto in nomine domini nostri Iesu Christi episcopatu: nō suæ delectationi, non suis moribus, sed his patrum diffinitionibus acquiescat.

Item Isidorus de vita clericorum.

Qualis debeat esse clericorum conuersatio.

CAN. III.

3 HIs igitur † lege patrum cauetur: vt à vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus se abstineant: non spectaculis[d], non pompis intersint, conuiuia publica fugiant: priuata nō tantùm pudica[e], sed & sobria colant: vsuris nequaquam incumbāt, neque turpium occupationibus lucrorum: non fraudibus cuiuscunque studium apperant: amorem pecuniæ[f] quasi materiam cunctorum criminum fugiant, & secularia negotia officiaque abnuant, honoris gradum per ambitionem non suscipiant, pro beneficiis[g] medicinæ Dei munera non accipiant: dolos, & coniurationes caueant, odium, æmulationes, obtrectationes, atque inuidiam fugiant: non vagi oculis, non effræni lingua, aut petulāti, fluidoq; gestu incedāt: sed pudorem & verecundiam mentis simplici habitu incessuq; ostendāt: obscœnitatē etiam membrorum & verborum sicut & operum penitus execrentur: viduarum, & virginum frequentationes[h] penitus fugiant, contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant: castimoniam quoque non violati corporis perpetuò obseruare studeant, aut certè vnius matrimonij vinculo fœderentur: senioribus[i] quoq; debitā præbeant obedientiam, neque vllius iactantiæ studio semetipsos attollāt: postremò doctrinæ, lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio[k] iugiter incumbant. Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus sese mācipandos student, scilicet, vt dum scientię operam dant, doctrinæ gratiā populis administrēt.

Item Clemens.

Qui dignè sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur diuinum.

Diabolus liberū habet arbitrium.

peior. similiter angelus habet liberū arbitriū, sed illud est tantum ad bonum: & per id quotidie meretur, & fit melior. Homo habet liberum arbitrium æque ad bonum & ad malum, vt xxiij. quæ. iiij. Nabuchodonosor

Peccata p quid dimittunt.

a Dimittantur. i. dimissa ostendantur. nam per contritionem dimittuntur adulto peccata nō per baptismū[1]. Aut enim adultus accedit ad baptismum cum charitate, aut non. si cum charitate, iam nullum in eo est peccatum: vt legitur de centurione, vt xxvj. distin. deinde. & de conse. di. iij. non dubito. Si sine charitate, nullum peccatū ei dimittitur, de conse. distin. iiij. ostenditur. dimittuntur tamen satisfactiones, quas pro peccatis facere debet: vt de conse. distin. iiij. sine pœnitentia. Item & originalia dimittūtur per baptismū adultis, sed nullum mortale, si non habet charitatem. j. quæ. j. vide.

1 Sed remanet iniquitas ipsa, id est, fomes peccati. de pœ. dist. 4. ca. ille Rex. & videas quod legitur & no. de cōsecr. dist. 4. ca. fi. & c. nō ex quo. Arch.

b Extra ecclesiā. j. quæst. j. extra ecclesiam catholicā. & c. ex ecclesia.

c Et laicorū. Sed quare hic post examinationem requiritur consensus clericorum & laicorum? Qui enim electioni cōsensit, postea electo nihil obijcere potest, vt viij. q. ij. dilectissimi. Sed dicas hic loqui de examinatione, quæ fit tempore consecrationis: nec aliud vult dicere, nisi qđ consecrari debet, si ita est, quod omnes cō senserint in eum. Itē patet hic, quod laici possunt contradicere electioni, vt dicam j. c. illud, &c.

† Alias ergo.

Electioni possunt laici contradicere.

HIs igitur. Hęc est tertia pars distin. in qua ostendit Isidorus qualiter clerici debeant viuere, & quæ vitare, & quæ obseruare debent, vt doctrinę gratiam possint populis ministrare. Ioā. de Fan. & P. & hæc sint loco casus.

d Non spectaculis. Vbi turpes ludi exercentur: vt j. de consec. dist. v. non oportet. & xxxiiij. dist. presbyteri.

e Pudica. i. continentia quo ad sermones lasciuos[2], et quotidie esurire debent, & esse cum vacuo ventre, vt j. de consecr. dist. v. sint tibi.

2 Scilicet vt non dicātur ibi, vel fiant impudica, vel inhonesta. 44. dist. conuiuia. secūdum Hug.

f Pecuniæ. Diuites tamen nō sunt abijciendi cum bonis operibus. xxx. dis. hæc autem scripsimus.

g Pro beneficijs. Et pro sacramētis ecclesiasticis, quæ dicūtur medicinæ: quia sanāt vulnera peccatorum. xij. q. ij. animę. Io. de Fā. dixit in omnibus sacramentis committi simoniā, nisi in matrimōio: ideo forte, quia ibi non confertur gratia[3] spiritus sancti, vt xxxij. q. ij. connubia. sed in alijs sacramentis confertur, vt j. q. j. quicq̄d inuisibilis. Gre. dixit quod ibi committitur simonia, cum sit maius inter sacramenta, vt xxxij. quæstione secūda. honorantur.

Simonia in omni sacramento cōmittitur.

3 ~~Hanc sententiā nō approbo: [illegible] confertur, & [illegible]~~

h Frequētationes. Nota solā frequētatione prohiberi. ex eo enim quod frequenter fit, præsumitur quod male fiat: vt lxxxj. dist. cleric⁹. & si q̄spiā. & volum⁹. & xxxij. dis. hospitiolū.

i Seniorib⁹. Id est prælatis.

k Exercitio. j. de cōse. di. v. nunquā.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAN. IIII.

Tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdotiū paucos habere ministros, q possint dignè opus Dei exercere, quā multos[a] inutiles, q onus graue[b] ordinatori adducant.

Item ex concilio Carthaginensi quarto.

Si electo in episcopum aliqua obijciuntur, quinque vel sex episcopi, ad eius purgationem conueniant.

CAN. V.

Illud[c] statuendum est, vt quando ad eligendum[d] episcopum conuenerimus, si qua cōtradictio fuerit suborta[e] (quia sæpe talia sunt facta apud nos) non præsumant ad purgādum[f] eum, qui ordinādus est, tres[g] tantùm[h] accedere, sed postulentur ad numerum supradictū duo vel tres. Et in eadem[i] plebe[k], cui ordinandus est, discutiantur primò personæ contradicentium: postremò etiā illa quæ obijciuntur[l], pertractentur: & cùm purgatus[m] fuerit, sub aspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, corroboretur vestræ dignitatis responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est, Satis placet.

Item ex concilio Tole. vndecimo.

Vota suæ promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina.

CAN. VI.

Qvanquam omnes, qui sacris[n] mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile[o] est tamen, vt promissionis suæ vota sub cautione[p] spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat disciplina. Solet enim plus[q] timeri, qd' singulariter pollicetur, quàm quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, vt vnusquisq;, qui ad ecclesiasticos gradus est ascēsurus, non ante honoris cōsecrationem accipiat,

Multitudo est reprobata.

[a] Tales. Multos. Multitudo enim aliquos facit magis viles: vt xciij. dist. legimus. et multitudo est canonibus inimica, vt extra de præbē. quia in tantum. Et multitudo onerosa nihil habet honesti: vt in authen. de referendarijs. in fin. colla. ij. Item est hic argu. contra illos, qui allegant multa. de consec. dist. v. nō mediocriter. xxiiij. q. j. odi, & proieci. Nam vtilius est pauca effundere, &c. C. de veteri iure enuc. tanta. §. si quid autem.

[b] Graue. Qui ex certa scientia indignum ordinat, aut deponitur, aut priuatur potestate ordinandi[1]: vt quinquagesima dist. ex pœnitētibus. & .lj. dist. aliquantos.

1 De hac materia legit & no. 36. distin. quæ ecclesiasticis. et ibi dicā. Archid.

[c] Illud. Si electo consecrando obijcit crimen, non est consecrandus ante causæ examinationem: & si prius venerāt quatuor episcopi ad consecrationē, ad huc veniant duo. & si ante venerant tres, veniant adhuc alij tres ad audiēdam causam criminis obiecti. Et secundum hoc exponas eligendum, id est, cōsecrādū[2]. & expone purgandum, id est, examinandum. & ita intellige qđ hic obijciebatur crimen in modum accusationis. Nam si esset obiectum in modum exceptionis, non viderentur necessarij tot episcopi: cū causa illa posset expediri per procuratorem: vt extra de accusation. super his. & sic patet, quod metropolitanus possit audire causam criminalem episcopi, licet non possit eum deponere: tamē requiritur præsentia plurium episcoporum. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur se purgare. Dic vt iij. q. vj. c. quamuis. & c. accusatus.

2 Sub. & sic tenet. Sic improprie exponit eligere, id est, confirmare. 9. q. 1. remoto. et eligere, id est, consecrare. viij. q. j. episcopo. in fi. secundū Hugo. & Io. de Fant.

[d] Ad eligendum. Id est, consecrandum.

[e] Suborta. Id est, quod obijcitur crimen ei.

[f] Ad purgandum. Id est, examinandum.

[g] Tres. Qui soli possent consecrare eum, sed ipsi nō possunt audire causam criminalem.

[h] Tantum. Scilicet accedere. alias est in textu accedere.

[i] Et in eadem. Ibi enim melius potest inquiri de crimine, vbi aliquis conuersatus est, vt xxiiij. q. j. pudenda. extra de elec. postquam.

Electū laici possunt accusare.

[k] Plebe. No. arg. q laici admittuntur ad accusandum electum, vt s. eo. l. qui episcopus. in fi. lxj. dist. studij. lxiij. di. vota nam episcopus debet habere bonū testimonium ab ijs, qui foris sunt: vt viij. q. j. licet. & & consec. dis. j. iubemus. Item quia interest ipsorum, vt extra de testi. c. decætero. & est arg. ad hoc extra de test. ex parte Adæ. & in auth. de san. epis. §. si quis autem. coll a. ix. & est argu. ad hoc lxxj. distin. Maximianus. Arg. contra xxviij dist. cōsulendum. vbi etiā ad denūtiationem non admittūtur laici si malo zelo ducātur. Item si ideo dicis admittendos laicos, quia ipsorū interest: ergo siue sint bonæ famæ, siue malæ, admittuntur: quia nullus remouetur ab accusatione, qui suam iniuriā prosequitur: vt iiij. q. vj. omnibus. male ergo dicit decretum, quod laici infames non admittantur ad accusationē clericorum[3]: vt ij. q. vij. accusatio. Potest hic dici, quod hic loquitur cum ciuiliter agitur, & in eo casu quilibet admittitur, etiam fœmina: vt extra de testi. tam literis. Si quæris, quare ergo tot episcopi conuocantur cum ciuiliter agitur? Respon. quia agitur de crimine, licet nō criminaliter. Vnde oportet etiam inscribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accusa. super his. Et est arg. ad hoc iij. qō. vj. hæc quippe. vbi xij. episcopi requiruntur: & tamen ibi ciuiliter agitur, vt videtur.

3 Præterea ex hoc sequeretur, q siue iste electus malæ famæ fuerit, siue non, semper admittentur laici, p istud c. omnib'. quod tamē falsum est. ij. q. j. in primis. ver. si. Io. de Fant.

[l] Illa quæ obijciuntur. Si sint grauiora vel non.

[m] Et cum purgatus fuerit. Id est, iudicatus innocēs.

[n] Qvanquam. Sacris. id est, ecclesiasticis.

[o] Expedibile. id est, iustum.

[p] Cautione. Scilicet iuratoria.

[q] Plus. Sic ergo aliquis iure communi se potest tueri[4] & priuilegio. lxxxvij. dist. quisquis. & extra de rescri. c. j. Arg. cōtra de fide instru. inter. vbi dicitur, quod idem non potest dari et confirmari. Item ar. cōtra C. de thesau. l. vnica. De hoc plura arg. inuenies c. distin. contra morem. Sed ita dicat cōsilio meo, si quęratur ab eo: hoc habeo de iure communi: et si hoc non esset, habeo ex priuilegio, vt extra de præscrip. veniens. Itē no. quod plus valet specialis cautio, quā generalis: vt hic, & ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. Item & plus specialis confirmatio, quā generalis. extra de cōfir. bonæ. Item & specialis appellatio quam

4 Scilicet cōtra promittentem: & dic forte q.d. ad cautelam fit. hic enim nō magis tenetur si specialiter promittatur, quā si generaliter. & qđ dicit glo. ex priuilegio: dic iure speciali scilicet ex sua pmissione. Archidia.

quàm placiti[a] sui annotatione[b] promittat: vt fidem[c] catholicam syncera cordis contritione ac deuotione custodiēs, iustè & piè viuere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat: atq; vt debitum per omnia honorem atq; obsequij reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat, iuxta illud Papæ Leonis edictum: Qui scit aliquibus esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat: pœna tamen iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab ijs, qui transgressores[d] fuerint, persoluenda.

Dehinc disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinentur.

Qualiter ordinetur episcopus.

CAN. VII.

Episcopus cùm ordinatur, duo episcopi imponant manus, & teneant Euangeliorum codicem[e] super caput & verticē eius: & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

Qualiter ordinetur presbyter.

CAN. VIII.

Presbyter cùm ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenēte, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manus episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos orario vtroque humero ambitur, ita tempore consecrationis eodem orario debet vti instanter.

Vnde in Bracarensi cōcilio legitur:

Quod quisque accepit tempore consecrationis, ferat tempore oblationis.

CAN. IX.

Ecclesiastica institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos cùm ordinatur, orario[f] vtroq; humero ambiatur: scilicet, vt q imperturbatus præcipitur persistere inter prospera & aduersa, virtutū semper ornamento vtroque circunseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificij non assumit, quod se in sacramento accepisse nō dubitat? Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat etiam in oblatione vel perceptione suæ salutis: scilicet, vt cùm sacerdos ad solennia missarū accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis[g] & sanguinis domini nostri Iesu Christi sumpturus: nō aliter accedat, quàm orario vtroque humero circunseptus, sicut tempore ordinationis suę dignoscitur consecratus: ita, vt de vno eodemq; orario ceruicem[h] pari-

Specialitas, an sit generalitati præferenda.

quam generalis: vt extra de appel. super eo. & specialis delegatio, quàm generalis: vt extra de rescrip. ad hoc. & specialis subscriptio quàm generalis. ff. ad le. Cor. de fal. l. diuus. j. respon. & speciale mandatum: vt extra de rescr. c. j. & melius c. pastoralis. Alias tamen plus valet generalis correctio, quàm specialis, quādo multitudo est in causa. xxiij. q. iiij. non potest. & generalis petitio, vt xiij. qō. ij. non æstimemus. & generalis quæstio. ff. de quæstio. l. j. §. qui quæstionem.

[a] Placiti. Id est, pacti.

[b] Annotatione. id est, scriptura.

Electus suo superiori multa cū iuramēto promittit.

[c] Vt fidem. Not. quod quilibet clericus suo prælato præstabit obedientiam, vt j. de conse. distin. v. in omnibus. & no. q præstat electus suo maiori iuramentū de fide & canonibus seruandis, vt hic: de indemnitate rerum ecclesiæ seruanda, vt xxviij. distin. de Syracusanæ. de immoderata exactione non faciēda. x. qō. vl. c. j. in fin. Item de fidelitate. extra de iureiur. ego N. Item de pensionibus debitis soluendis. argu. extra de noui ope. nunt. cum ex iniuncto. extra de elect. qualiter. Item de pensionibus nō augendis, argu. extra de iureiur. tua. Itē suspectus de inobedientia, iuramentum præstat de obedientia seruāda. extra de maiori. & obe. cum in ecclesijs. in fine. Nec obstat contrarium extra de ma. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non suspecto.

Clericus sub pœna se pōt obligare.

[d] Transgressores. Hic habes, quod clericus se potest obligare sub pœna spirituali & pecuniaria. Ad spiritualem pœnam se potest obligare, scilicet ad pœnam depositionis, vel anathematis: vt j. quæs. vij. quoties. de consec. dist. ij. ego Berengarius, extra de elec. cum dilectus. in fine. similiter ad pecuniariam pœnam se potest obligare. xxj. q. v. si quis cuiuslibet. extra de arbi. cum dilecti[1]. Sed nunquid pœna soluta potest agi ad obedientiā, vel ad id quod promissum est sub pœna: vel an sufficiat tantum pœna esse contētum? De hoc dic vt not. xxv. qō. ij. quæcunq;.

1 De hoc etiam no. ij. qō. si qs p̄sbyter. Archidi.

Dehinc. Supra ostensum est de electione et ordinatione Papæ & de examinatione episcoporū. & quales esse debeāt episcopi & alij clerici. Nūc vero ostēdit qualiter debeat fieri ordinatio primo episcopi & postea cæterorum.

[e] Episcop'. Codicem. Consueuit quæri an quilibet istorū episcoporum ordinet episcopum: et an appositio libri sit de substantia cōsecrationis? Et potest dici, quod nullus solus eum ordinat, sed q-libet eorū cōsecrat eum: quia consecrare est cū alio sacrare: vt xxiiij. q. j. pudenda. sicut plures ferunt trabē, ita qđ nullus per se. ff. ad le. Aquil. ita vulneratus §. j. non autē credo quod liber sit de substantia cōsecrationis.

Episcopus solus consecrare nō potest episcopum. Consecrare qd est.

[f] Ecclesiastica. Orario. Id est, stola[2].

2 Consecrationis eucharistiæ. Hugo.

[g] Corporis. No. quod si in ęgritudine sumit sacerdos eucharistiā, circundabit stola vtrūq; humerum.

[h] Ceruicem. Si sacerdos legit Euangeliū, nunquid vtetur stola secundum quod diacon'? Ar. q sic, vt xciij dist. præcipimus. & xciiij. dis. c. j. & ij. Potius credo sequendam consuetudinē, vt xij dist. scit. maxime de ijs, quæ breuiter sunt edicta. ff de ventre inspicien. l. j. §. vlti.[3] Dalma

3 Laur. & Hugo. di-

Universidad de Deusto Biblioteca

ter & vtrunque humerum premens, signum in suo appareat pectore crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subiacebit. 4 Dalmaticis autem, nec episcopis, nec diaconibus absq; apostolica licentia vti permittitur.

Vnde Grego. Aregio episcopo Francorum.

Absque apostolica licentia Dalmaticis, nec episcopis, nec diaconibus vti licet.

CAN. X.

COmmunis filius [a] diaconus Petrus nobis innotuit, quòd fraternitas vestra tempore, quo hic fuit, poposcit, vt sibi & archidiacono suo vtendi Dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia hominum suorum infirmitate [b] compulsus festinanter abscessit: vt nec ipse mœror incumbens diutius (vt dignum erat, & res desiderata poscebat) sineret permanere, & nos in multis implicatos (vt ecclesiasticæ rationis est consideratio) nouum [c] hoc inconsultè & subitò indulgere non permitteret: idcirco rei postulatæ prolongatus est effectus. Nunc verò charitatis tuę bona reuocantes ad animum, huius authoritatis nostræ serie petita concedimus: atque te, & archidiaconum tuum Dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus, easdemq; Dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente trāsmisimus.

Qualiter ordinetur diaconus.

CAN. XI.

DIaconus dum ordinatur, solus episcopus [d], qui eum benedicit, manus super caput eius ponat: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. 5 Quæritur autem, an post benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum, chrismatis liquore debeant perūgi.

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiscopo Bituricē.

Nec presbyteris, nec diaconibus in consecratione, chrismate manus perungere licet.

CAN. XII.

PReterea sciscitaris, vtrū solis presbyteris, an etiam diaconibus debeant, cùm ordinantur, manus chrismatis [e] liquore perungi: quod in sancta Romana ecclesia, cui authore Deo seruimus, de neutris agitur. Sed quòd sit à nouæ legis ministris actum, nusquā (nisi nos fallat [f] obliuio) legim⁹. Ergo ad beati Innocentij Papę canonica decreta sanctitatem tuam trāsmittimus: & quæ tibi sint in consecrationibus & orationibus obseruāda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum episcopum emissæ te affatim † edocebunt.

PALEA.

EX *epistola Simplicij papæ Seuero & Florentino episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis,* Gabrenen. *diaconi relatu peruenit de quibusdam ecclesiæ ipsius clericis, quorum cùm unus ad presbyterij, duo ad leuitarum ministeria consecrarentur: episcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum suam super eos tantùm posuisse: & presbyterum quendam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse: qui propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus iudicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis uocatione præuentus. Sed quia ille examini diuino relictus est, humano iudicio accusari nō potest: ij, qui superſunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ potius elogium acceperunt: ne sibi licentiā talis usurpatio faciat, decernimus, ut gradus sacerdotalis & leuitici ordinis, quem peruersè adepti sunt, depositi æquo iudicio amittant.* Tales enim *meritò iudicati sunt remouendi, quia prauè inuenti sunt constituti.* Item *quæritur, an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus episcopus oculorum languore impeditus manus imponit, & presbyter super eos orationem dicit?*

De his ita statutum est in concilio Toletano.

Et ordinator, & ordinatus damnationis subeat pœnā, cùm episcopus manum imponit, & alius orationem dicit.

CAN. XIII.

QVorundam clericorum, dum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum ministeriū sacrarent, episcopus oculorum dolore detentus fertur manum suā super eos imposuisse [a] tātùm, & presbyter quidā illis cōtra ecclesiasticum ordinem benedictionē dedisse. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest [b]: ij, qui superſunt, gradum sacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruersè adepti sunt, amittant [c].

Ex concilio Carthaginensi iiij.

Qualiter subdiaconus ordinetur.

CAN. XIIII.

6 SVbdiaconus cùm ordinatur, quia manus [d] impositionē [e] non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam, & calicem vacuū: de manu verò archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, manile, & manutergium.

Qualiter acolythus ordinetur.

CAN. XV.

ACOlythus cùm ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium [f] cum cereo, vt sciat se ad accendenda [g] ecclesiæ luminaria mancipari: accipiat & vrceolum [h] vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam [i] sanguinis Christi.

Qualiter exorcista ordinetur.

CAN. XVI.

EXorcista cùm ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum [k], siue baptizatū, siue catechumenum.

Qualiter lector ordinetur.

CAN. XVII.

LEctor cùm ordinatur, faciat de illo verbū episcopus ad plebē, indicans eiusdem fidem, ac vitam, atq; ingenium. post hoc spectante [l] plebe tradat ei codi-

---

ount hoc nō esse in iure determinatum: et ideo statur cōsuetudini. aīs credit verum esse, quod s. proxim. dictū est. scilicet φ debet stolā habere vt diaconus. Scripsit etiā Lau. de subdiacono: stola, quā portat in manu sinistra quod cōsuetudine reperitur non iure.

Loci incēperies excusat.

Dalmaticis. Hæc est quarta pars, vbi quæritur quid iuris de Dalmaticis. Ioan. de Fan. & P.

a COmmunis filius. ille diaconus.

b Suorum infirmitate. Nota, φ propter infirmitatem suorum potest aliquis se excusare, sicut propter timorem suorum, vt extra de appella. ex parte. Item not. φ propter intemperiem loci, aliquis excusatur, vt hic, & lxxiiij. dist. quorundam. Ar. cōtra extra de dolo & contu. cum dilecti. in fi. Io.

c Nouum. Not. φ ea quæ de nouo petuntur, non sine magna deliberatione cōceduntur: vt hic, & xvj. qō. j. in parochia. maxime à Romana ecclesia quæ omnia cū magna maturitate solet tractare, vt xxxv. q. ix. Apostolicæ. Quia in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt ff. de consti. principum. rebus. Hodie vero diaconi indistinctè vtuntur Dalmatica, vt xj. quæstio. iij. episcopus aut presbyter [1]. lxxvj. distin. de ieiunio.

1 Hoc c. non videtur hoc probare: quoniam ibi habetur de alba. sic xciij. dist. i. diaconus in conuentu. sed Hugo & Laurē. intelligūt albā. i. dalmaticā. sic etiam exponit in præcedenti ca. diaconus.

d DIaconus dū ordinatur, solus episcopus. Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri astātes, vt s. eod. presbyter.

Quæritur. Hæc est quinta pars dist. vbi quæritur, vtrū sacerdotes vngantur oleo, vel chrismate: & respondetur φ oleo tantum Io. de Fan.

e PRæterea. Chrismatis. Manus sacerdotis inūgunt oleo, similiter inungitur & brachiū siue humerus principis: sed & manus & caput episcopi inunguntur chrismate, vt extra de sacra vnctio. cum venisset. in fi. cōtrarium hic assignatur xvj. q. j. c generaliter. §. ecce sufficienter. vbi dicitur φ manus sacerdotis sicut manus episcopi cōsecrantur. Sed verum est quod consecrantur oleo, sed non chrismate [2], vt dixi. Si autem aliquis est vnctus oleo pro chrismate, vel econuerso, nihilominus ordinatus est: sed suppleri debet id quod omissum est, vt extra de sacra. non iter. pastoralis.

f Fallat. Non ergo Papa habet omnia iura in pectore suo [3]. Vnde etiā Vrbanus dicit, qd' non reperitur prohibitum, quin vir & vxor simul possint suscipere puerum, vt xxx. q. iiij. quod autem. & tamen antecessor huius Leo illud prohibuerat. de conse. distin. iiij. non plures. & hoc concedo. Quod autem dicitur, quod Papa habet omnia iura in pectore suo [4]: vt C. de testa. omniū. verū est per interpretationem: quia omnia interpretari potest. Nam & quandoque impeditur minori intelligentia: vt extra de censi. cum instantia.

2 Vnde quod hic dicit chrismate: sol. cōtrariū. nam in cōtrario dicit de vnctiōe olei secundum Laur.

3 Hoc nō videtur φ cedere hic. nā hic nō erat obliuio iuris, sed exemplorum, secūdū Lau.

† Adde de hac dictiōe affatim, nota. in c. vno. in glo. sup verb. affatim. extra de reli. domi. lib. vj. & per Archi. hic.

4 Ad hoc facit l. pe. C. de his qui. vt in dig. quandoq; tamē papa, vel Imperator errant in iure: vt l. iij. §. fin. & ibi glo. ff. de sup. leg. adde Baldū in l. præscriptiōe. co. vj. C. si cōtra ius vel vtili. pub.

Quorun

a QVorundā. Imposuisse. Hic habes, quod duo imperfecta sacramenta nō constituunt vnum perfectū: & hoc ideo, qa sacramenta sunt vnitatis. de cōsec. dist. ij. quia passus. & vnitas diuisionē non recipit. xxiiij. q. j. loquitur [1]. Idem dico in sacramento baptismi & eucharistiæ, & in omnibus illis, vbi certa forma desideratur, quod duo imperfecta nō faciunt vnum perfectum. Idem est in excusatione tutorū, quod duę imperfectę excusationes non faciūt vnā perfectā: vt C. qui numero tut. l. j. [2] Idem est in stipulatiōe: qa non diuidit. ff. de verb. obli. l. j. & l. continuus. Sed sacramētum solēnitatis, vt est missa, bene diuiditur. & ibi duo imperfecta faciunt vnum perfectum: vt vij. q. j. nihil.

1 Ar. contra xvj. q. iij. ca. placuit. §. præscriptionum. ver. quod si ab eo. vbi de hoc in gl. ar. aliqua &c.

2 Adde glos. huic cōtrariam in c. nihil. in verbo, presbytero. infra vij. q. j. & concordeas, vt ibi.

b Non pōt. Quia crimina morte extinguuntur, & nullus post mortē potest accusari: vt xxiiij. qō. ij. c. j. ff. de bonis eorū, qui ante sententiā mortem sibi consci. l. vlti. & xxxiij. qō. ij. admonere. Nisi in crimine hęresis: vt xxiiij qō. ij. sane. ij. Vel si aliquis hæreticos instituit hæredes, vt extra de hære. si quis episcopus. vel si in notorio crimine decessit: vt lxxxviij. di. neq;. prout consuuit notari xxiiij. q. ij. in summa.

Defunct⁹ de quibusdā criminibus potest accusari.

c Amittant. Et tamen nunquā eum receperunt: & ita aliquis dicitur amittere, quod nunquam habuit: vt v. qō vj. quia. xxiij. q. iiij Guilisarius.

Amittit quis quod nunquam habuit.

ADDITIO.

Ad idem xvj. distinct. concilia. vbi de hoc. Archid.

SVbdiaconus. Hæc est sexta pars distin. in qua probat per xvij. c. qualiter minores ordinantur. Ioā. de Fan. & P.

d Quia manus. scilicet consecratoriam, sed ordinatoriam accipit.

e Impositionem. Verum est, quod non imponitur manus super caput [3] subdiaconi, sicut super caput diaconi vel sacerdotis: sed imponitur manus super ipsum, secundum quod impositio manus idē est quod ordinatio: & sic non obstat cōtrariū lxix. dist. quoniam. vbi dicitur, quod etiā lectori manus imponitur.

3 Hic videas quod legitur & not. v. qō. vj. quia. j. responso.

Vide – 1315.

f ACOlyth⁹. Ceroferariū. id est, candelabrum.

g Ad accendenda. Non in lampadibus, sed cum legitur euangelium: vt xxj. dist. cleros.

h Vrceolum. Ad vinum.

i Eucharistiam. Id est, calicem.

k EXorcista cū. Super energumenum. Energumeni dicuntur lunatici, & obsessi à dæmonibus, ab en, quod est in, & erge, quod est labor: & mene, quod est defectus: quod est quasi in opere deficiens. Archidiaco.

Energumeni.

l LEctor. Spectante. lxvij. distin. reliqui. contra vbi dicitur, quod Episcopus minores ordines potest cōferre sub testimonio trium. Sed hic loquitur de ignotis.

Ostia

Universidad de Deusto Biblioteca

1 Et recipiat fideles. Arch.

2 Scilicet benedictis. al's non est verū qđ minores conferant: vt hoc c.quoniā.hic al leg.Arch.

OStiarij. Claues. Vt eijciat excommunicatos & infideles [1]: vt xxj. di. c.j.in fi.

[a] Psalmista. Sola.de abbatibus [2] non dubitat & corepiscopis, quin minores ordines cōferant: vt j. lxviij.dist. quāuis. & lxix. dist. quoniam. Similiter episcopus, qui renunciauit episcopatui. extra de eo qui renun.epi.requisiuit. Sed qualiter sacerdotes conferunt ordinem primū, cum ordinari nemo possit sine titulo: vt lxx.dist.c.j & solus episcopus titulum confert: vt xvj. q.vij. c.nullus. & extra de offi.archidia. cum satis. Sed hoc verum est de maioribus ordinibus. Vel dic, qđ possunt assignare titulum, sed non curam animarum. Signatur cōtrarium xxv.dist. perlectis. vel dicitur, quod collatio illorū ordinū spectat ad episcopum. sed illud verum est de solenni ordine.

Corona nō debet esse magna.

[c] Debet. Parum, nā magnitudo coronæ est signum cōuersionis, vt extra de succes.ab intest.cum dilectus. in parte decisa.xij. q.j.duo.

[d] Prohibete. Iuxta Apostolum.in epistola ad Corinthios dicitur [3]: Vir si comam nutrit, ignominia est ei: mulier si comam nutrit, gloria est ei.

3 Apostolus tamen dicit illud generaliter non de clericis tā tum, secūdum. Lau.

[e] Sphæræ. j. xij. quæstione j.duo.

[f] Clerici. etiā vxorati, vt extra de vita & honestate clericorū, clericus. xxxij.distin. si qui vero. sed illud potest intelligi, si vult gaudere priuilegio clericali: alias secus: vt lxxxiij. dist. quisquis. Ioan. Ego dico, quod clericus coniugatus nō potest gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tonsuram, cum hoc faceret in vituperiū ordinis clericalis: vt extra de cleri. coniu. c. Ioannes. Bar.

ADDITIO.

Ad hoc plene notatur 1. dist. c. vlt. xx. q. iij. cos. xxxij. di. si qui. Archi.

[g] Religionē. Alioqui perdit priuilegiū clericale. extra de vita et hone. cle. c. vlti. extra de sen. excō. in audiētia. De habitu clericorum plene habes xxj. q. iiij. summa.

[h] Si qs. Comā. vel barbam, vt extra de vi. & hone. cleri. c. v.

[i] Sit anathema. Videtur ergo, qđ omnis apostata sit excōmunicatus: vt extra de apost. c. j. & infamis est. iij. q. iiij. si qs vero [4]. vj. qō. j. infames. quod non concedo [4]: & expone sit. i. fiat. Nam & monachus in apostasia potest recipere ordinem: vt extra de tem. or. ex parte. & Inno. dicit, quod admoneri debet priusquam suspendatur: vt extra de sent. excom. sacro.

[k] Sanctimonialis. Semper. etiam in lecto & in infirmitate: vt xx. q. j. vidua.

[l] Sacratas. Monachas. non sacratas.

[m] Sacratas pallas. scilicet corporalia.

[n] Et ne pestis. Sic. v. viij. dist. mala.

Non

[†] Comā. Dixi extra de vita & honestate. c. clericus. ad tex. C. M. Clericus coniugat⁹ nō gaudet priuilegio clericali.

Apostata qlibet an sit excommunicat⁹.

* alias si quis vero à suo.

4 Dicas, quod hoc nō potest verum intelligi in clerico seculari. Nā in regulari sec⁹, vt extra lib. vj. ne cle. vel mo. vt periculosa. Archi. 5 Et est ar. qp monach⁹ electus in epi scopū nō debet habitum mutare, secundum Lau. Ad idē extra de vi. & hone. cle. in magno. in fi. & hoc arsumit, ex eo qp hic dicit, semper.

Templarij & Hospitalarij non sunt laici.

Secretarium.

[o] Cum. Ideo. Ordinatus. Ordinatio. Ordinare. Ordinatum. Ordinatur. Ordinatis. Ordinatos. Ordinatas. Ordinatorum. Ordinatarum. Ordinatoribus. Ordinatores. Ordinatoris. Ordinatorē. Ordinatoribus. Ordinatoribus. Ordinatores. Ordinatorum. Ordinatorū

fuerit. §. notādum. sibi, præuaricator.

Ignoti sunt examinādi & non alij.

1 De hoc not. supra dis. proxi. qui episcopus. i pri. Archidia.

NVllus. Testimonio. Hic habes quod testimoniū populi ḡ̃ualet examinationi. Vnde sufficit quod clericus ordinandus habeat famam pro se. Et per hoc etiam patet, quod noti nō sunt examinandi, sed tātum ignoti: vt xlvij. dist. de Petro. xciiij. dist. valde. extra de præsump. mandata [1].

PResbyteri. MAVS. Vacante Stomen. ecclesia defecit Sacerdos in ecclesia beati Eleutherij martyris: & cum illa ecclesia episcopo indigeret, nec erat episcopus, qui eam ordinaret, clerici Stomensis ciuitatis supplicauerūt Papæ vt præciperet Celestino episcopo quatenus nomine visitatoris tantum, & non tanquam proprius episcopus ordinaret in præfata ecclesia Iulianū presbyterum diaconem in locum deficiētis presbyteri electum. Præcepit ergo Papa episcopo Celestino, vt Iulianū diaconē promoueat in presbyterū in prædicta ecclesia tātū nomine visitatoris, & Felicissimū in locū Iuliani substituat diaconē, vt ecclesia illa, nec sacerdote indigeat, nec ministro. Casus sequentis capituli & §. patet.

b Ciuitatis. Carētis episcopo. Sed nonne vacante sede episcopali capitulum potuit dare

2 Istæ decre. nō p-

Ex Decretis Syluestri Papæ capitulo septimo,

De eodem.

CAN. I.

NVllus acolythorum, vel subdiaconorum rem cōsecratam à presbytero alīs porrigat: quia aliud est ministrer, aliud assistēs: misi tamē ipse supportet, quod ei sacerdos imposuerit ore suo benedictum.

Item ex concilio Carthagin. iij.

Ante probationem nullus ordinetur clericus.

CAN. II.

NVllus ordinet clericus, nisi probatus fuerit vel examine episcoporum, vel populari testimonio [2].

Item Gelasius Papa Celestino episcopo.

Ad ministerium alicuius ecclesiæ clerici eiusdem promoueantur.

CAN. III.

PResbyteri, diaconi, & vniuersi clerici Stomen. ciuitatis [b] petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martyris Eleutherij episcopi, quæ in supradicta ciuitatis parochia probatur esse constructa, presbyterū, qui constitutus fuerat, defecisse: atque in eius locum Iulianum diaconē ipsius ecclesiæ pro celebritate ipsius loci, quan tocyus debere ordinari. Et ideo, frater charissime, si de eius vita, vel moribus nihil est, quod contra canonum veniat statuta, suprascriptum presbyterij honore decorabis, sciturus [c] visitatoris te nomine, nō cartdinalis creasse [d] pontificis. Pariter etiam & Felicissimum diaconem in eius ecclesiæ ministeriū (si conuersatio eius fuerit probabilis) subrogabis: vt locus processionis celeberrimus ad ministeriorum consecrationem, nec sacerdote indigeat, nec ministro [e].

Itē ex cōcilio Laodicē.

Metropolitanorum & episcoporum examine promoueantur cæteri episcopi.

CAN. IIII.

EPiscopi iudicio metropolitanorum, & eorum episcoporū, qui circuncirca sunt, promoueātur ad ecclesiasticam dignitatem: ij videlicet, qui plurimo [f] tempore probantur tam verbo fidei, quàm rectæ conuersationis exemplo.

2 Cùm itaque sine examinatione nullus sit ordinādus, quemadmodū, & quo tempore sacerdotum & cæterorum infrascriptorum examinatio debeat fieri, considerandum est.

De his in concilio Nauatensi ita legitur:

Qui ordinandi sunt, feria quarta ad examinationem conueniant.

CAN. V.

QVando episcopus ordinationem facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministeriū accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem vocandi sunt ad ciuitatem vnà cū presbyteris, qui eos repræsentare debent: & tunc episcopus à latere suo eligere debet sacerdotes [g], & alios pru-

Cū itaq;. Hęc est secūda pars, in qua dicit quod ordinandi sunt examinandi. Io. de Fan.

g QVando. Sacerdotes. tamen hoc videtur esse officium

Archidiaconus instituendos examinare debet.

officiū Archidiaconi, & repræsentare abbates ordinandos, & abbatissas in sede ponere: vt extra de offi. Archi. vt nostrū. Et est argu. ad hoc ff. dist. proxi. ostiarius. Et secundum hoc videtur quod si Archidiaconus debet examinare instituendum, quod teneatur

ADDITIO.

De hoc not. extra de offic. archid. ad fin.

a Patriam. Nam propter nat' uitatem, vel patriam carius, vel vilius emitur mancipium ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. qui mancipium.

b Institutionem. i titulum.

Ordinādi de quibus sunt examinandi.

c Inuestigēt. Sed nunquid ordinādi ita rigide sunt examinandi? quod videtur, vt extra de purg. can. constitutus. & extra de elec. cum in cunctis. Arg. contra ff. de ædil. edic. l. si quid venditor. in princ. vbi dicitur quod non ita amare, sed cum quodam temperamento accipiēdum est, vt non requiratur nimia perfectio, extra de elect. cum nobis olim. Hæc autē tria potissime requirenda sunt, ætas legitima, literatura sufficiens [1], morum honestas: vt extra de elect. cum in cūctis. Et si non fuerit in his trib⁹ examinatus, deponendus est, vt extra de elect. nihil est.

d Iam condemnati. Sunt ergo tales ipso iure suspensi. j. quæstio. j. reperiuntur.

Alias. Dictum est ꝫ. quod clerici collaterales episcopi, debent probare & examinare ordinandos. & ordinādi debēt esse probati populi testimonio. Nūc vero dicitur, quod si neutrum istorum interueniat, episcopus non debet præsumere facere ordinationē. Casus seq. c. cum §. patet.

e Alias. id est, si non sunt examinati à collateralibus episcopi [2] vel probati per testimonium populi. ad hoc ꝫ. eo nullus.

2 Vt supra c. proximo.

f EPiscopus. Clericorum. Sed contra. xv. q. vij. c. vlti. vbi dicitur, q̃ solus episcopus honorē dare potest: solus auferre non potest. Sed ibi hæc dictio

dentes viros, gnaros diuinæ legis, exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam [a], ætatem, institutionem [b], locū, vbi educati sunt, si sint bene literati, si instructi in lege Dei, ante omnia diligenter inuestigent [c]: si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicib⁹ asserere queant. Ipsi autem, quibus cura committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscunque muneris cupiditate illecti à vero deuient, vt indignum & minus idoneum ad sacros gradus suscipiēdos episcopi manibus applicent. Quòd si aliter fecerint, & ille, qui indignè accesserit, ab altari remouebitur: & illi, qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati [d] ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres cōtinuos dies diligēter examinentur: & sic sabbatho, qui probati sunt, episcopo repræsententur.

Aliàs [e] autē, sine clericorum, videlicet consilio, & populi testimonio, nullū episcopus ordinare præsumat.

Vnde in cōcilio Charthagin. iiij. legitur.

Sine clericorum suorū consilio episcopus clericos non ordinet.

CAN. VI.

EPiscopus sine consilio clericorū [f] suorum clericos non ordinet: ita, vt ciuium comitentiam, & testimonium quærat.

3 Quęrit, quid fieri debeat de ijs, q̃ sine examinatione proiecti [†] sunt.

De his ita legitur in cōcilio Martini Papæ.

De ijs, qui sine examinatione ordinantur, & postea peccata sua confitentur.

CAN. VII.

SI quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certè cùm discuterentur, criminosa peccata confessi [g] sunt, aut post ordinationē ab alīs detecti sunt, abīciantur ex clero. Similiter verò & de vniuerso clericorū ordine seruetur. Nā hoc sibi, quod irreprehensibile [h] est, sancta catholica defendat ecclesia.

1 Hæc in monacho non est necessaria: vt legitur & no. infra, xvj. q. j. legi.

h QVod irreprehensibile. Ergo minores ordines cum

Episcop⁹ debet habere capituli consensum in multis.

3 Scilicet in dispensari. Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, quod si aliqui sine examinatione ordinātur, si de rebus criminos⁹ sint, deponant. Io. de Fān. Item in apponāt. Io. de Fān. lienatiōe.

g SI quis. Confessi. Si mente probationū aliquis confitetur crimen, talis habetur pro conuicto. Sed omnibus si sponte aliqs con fitetur crimen, nullus ex amplius accedens, Archidia. Confessus de crimine, an habeatur ꝓ conuicto.

† Ordinati.

4 Hæc de positio fieri debet qui cū ordinauit, nō ab eo, cū ipse deberit depositi, sed ab eo superiore secundū Hug. idem sentit gof.

Universidad de Deusto Biblioteca

DISTINC. XXV.

Vod nullus sine examinatione ordinandus sit, breuiter probatū est. Quid autem [a] ad episcopū, quid ad unūquenq; inferiorē pertineat, Isido. Ispalen. episcopus in epistola ad Ludifredum scribit, ita dicens:

Quod episcopi & caterorum sit officium in ecclesia.

CAN. I.

PErlectis sanctitatis tuæ literis gauisus sum, quòd optatam salutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in consequentibus insinuare eloquiū tui sermo studuit, gratias ago Deo, quòd solicitudinem officij pastoralis impendis: qualiter & quo modo ecclesiastica officia ordinētur, perquiris. Et licet omnia prudentiæ tuæ sint cognita [b]: tamen, quia affectu fraterno me consulis, ex parte, qua valeo, expediam: & de omnibus ecclesiæ gradibus, quid ad vnumquenque pertineat, eloquar. Ad ostiarium nanq; pertinent claues ecclesiæ, vt claudat, & aperiat templum Dei: & omnia, quæ sunt intus extraq; custodiat: fideles recipiat, excommunicatos & infideles [c] excipiat.

Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusq; super energumenos & catechuminos in exorcizando imponere. Ad acolythū pertinet præparatio luminariorum. in sacrario ipse cereum portat: ipse suggesta pro eucharistia subdiaconibus præparat. Ad psalmistam pertinet officiū canendi, scilicet dicere bñdictiones [d], laudes [e], sacrificiū [f], respōsoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiā. Ad lectorē pertinet lectiōes [g] pronuntiare, & ea, quæ ꝑphetæ vaticinarūt, populis prædicare [h]. Ad subdiaconū pertinet cali cem & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisq; ministrare, vrceolum quoque & aquā, manile, & manutergium tenere, Episcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi: in baptismo, siue in chrismate, & patena & calice: oblationes quoque inferre, & dispone re in altari: componere etiam mensam Domini, atque vestire: crucem ferre, & prædicare Euangelium & Apostolum [i] ad populum. Nā sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus nouum prædicare præceptū est. Ad ipsum quoq; pertinet officium precum [k], & recitatio [l] nominum. Ipse præmonet [m] aures habere ad Deum, ipse hortatur clamare [n], ipse donat pacē [o], & ipse annūtiat [p].

Ad presbyterum pertinet sacrificium corporis & sanguinis domini in altario Dei cōficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. Ad episcopum pertinet basilicarū consecratio, vnctio altaris, & consecratio chrismatis [q].

1 Ar. cōtra supra ea dist. qñ. sumpto ar gu. a contrario sensu. Sed ista hic & ibi sub. manifeste. Arch.

Vod nullus. Hæc distinctio diuidit̄ in tres partes. In prima ponūtur officia minorū clericorum & episcoporum & aliarum dignitatū, scilicet Archidia. Archipresb. Primicerij, Sacristæ, Thesaurarij. Pet. Secunda ibi, ex hac. Tertia ibi, nunc autē. Io. de Fant.

a Quid autem. In hac distin. ostendit quid pertineat ad vnumquenq; ordinem [1]. Secundo ponit regulam apostoli, Oportet episcopū esse sine crimine. & inde nacta occasione ponit varias significationes huius nominis crimen. & ostendit qd̄ sit mortale, & qd̄ veniale.

2 Et hoc vsq; ad §. nunc autē.

PErlectis. CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Isidorus, quæ officia pertineant ad singulos ordines. In secūda parte quæ incipit ibi: hi sunt ordines. ostendit, qd̄ quatuor dignitates debent esse sub Episcopo in ecclesia maiori, scilicet Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius, & Thesaurarius: & quæ ad ipsos pertineant, & quibus præponantur: quod prosequitur vsque ad §. nunc autem.

Nota, quę rere licet.

b Cognita. no. q̄ quærere possumus ea, quæ sunt nobis nota: vt xj. dist. qs ieiscat. xxiij. q. j.

a Et sacrificij. portandi ad altare.

b Et iurgia. Hic videtur, quod archidiaconi habeant ordinariam iurisdictionem, & quod possint instituere clericos: & suspendere, vel excommunicare: vt lxiij. dist. si quis in plebibus. & extra de pœn. licet. et extra de excessibus præla. ad hoc. & de offic. delegat. super eo. & de præben. referente. & extra de institu. cùm venisset. Arg. contra. xvj. q. vij. nullus. & extra de offic. archid. c. iiij. et v. Item vicarius est episcopi: vt j. capi. j. & extra de offic. archi. capi. j. ergo habet delegatam iurisdictionē, non ordinariā. Ad hoc dico, quod Archid. habet ordinariā iurisdictionē [2]. Et quod legit̄ extra de offic. archi. capi. iiij. intelligo cum Archid. exten debat manus ad ea, quæ sibi non competebant ex officio cui mā. cio: nisi cōsuetudo est iurisdictionis præscripta, vel generalis aliarum ecclesiarum illius diœce. Nec obstat quod dicitur esse vicarius episcopi: quia nihilominus est ordinarius iudex. Nam & vicarius alicuius ecclesiæ perpetuus, dicitur ordinarius: vt extra de prębē. de monachis. Sic video, quod vicarius iudicis ordinariam habet potestatem: quod ex eo patet, quia interponit decretum de non alienādis rebus minorum. C. de offic. eius, qui vi. alterius. l. ij. sed hoc non posset facere, si haberet delegatam iurisdictionē: vt ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. ij. videtur tamen ex hoc, qd̄ habeat delegatam iurisdictionem: quia appellatur ab ipso ad Archiepiscopū, vt extra de præben. referēte. Sed si haberet ordinariā iurisdictionem, gradatim fieret appellatio: vt ij. q. vj. anteriorum. Item alia ratione videtur hoc, quia tantum de humiliorib⁹ negotijs cognoscit, vt hic dicitur: ergo est pedaneus iudex: vt C. de peda. iudi. l. vlti. sed pedanei iudices delegati sunt: vt C. de ped. iud. l. pe. Item quia episcopus hoc officium delegat alijs: vt x. q. j. episcopū. Sed illud intelligas de illo iure visitādi quod episcopo cōpetit. H. dicit ipsum habere ordinariā: sed tamen eam non potest exercere sine authorirate episcopi: sicut metropolitanus ius habet cōfecrandi episcopū: illud tamen ius nō potest exercere sine alijs episcopis. lxiiij. dist. c. j. ioā. Mihi videt, quod solus episcopus in ciuitate sua debeat esse iudex ordinarius: vt vij. qō. j. in apibus. nisi secus sit de consuetudine iam præscripta, vt extra de præscrip. de quarta. & capi. auditis. & melius de offic. arch. c. vlti. quod est Honorij. B.

1 Ad hoc facit qd̄ not. ix. q. iiij. nullus primas. in glos. ergo nec. & infra dicam xxiiij. q. iij. tam sacerdotes. ibi videas. Archi.

2 Idē Bal. in l. præcipimus. in prin. C. de appell. et Alexā. de Imo. in ti.

Ipse prædicta officia, & ordines ecclesiasticos distribuit, ipse sacras virgines benedicit, & dum ꝑcesserit vnusquisq; in singulis ordinibus: iste tamen est præordinator in cunctis. Hi sunt ordines & ministeria clericorū, quę tamē authoritate pontificali, in archidiaconi cura, Primicerij & Thesaurarij solicitudine diuidunt̄. Archidiaconus em̄ imperat subdiaconibus & leuitis, ad quē ista pertinēt ministeria: ordinatio vestiendi altaris à leuitis, cura incensi, & sacrificij [a] necessaria solicitudo: quis Leuitarū ad populū Euangeliū legat, qs preces dicat, seu respōsoria in dominicis diebus aut solēnitatibus decātet. Solicitudo quoque parochiarum & ordinatio, & iurgia [b] ad eiusdem pertinent curam: pro reparādis [c] dioœcesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti [d]: ipse inquirit parochias cū iussione [e] Episcopi, & ornamenta & res basilicarum [f], & parochiarum gesta: & libertatum ecclesiasticarum Episcopo idem refert: collectā pecuniam de communione [g] ipse accipit, & Episcopo defert, & clericis proprias partes ipse distribuit. Ab archidiacono nuntiatur episcopo excessus diaconorum: ipse denuntiat sacerdoti in sacrario

a In vrbe. sed archidia. extra vrbē: vt 3. dictum est.

o Clericos. ciuitatenses.

ieiuniorū dies atq; solēnitatū: & ab ipso publicè in ecclesia prædicant̄. Quādo verò archidiaconus absens est, vicē eius diaconus [h] sequēs adimplet. Archipresbyter [i] verò se esse sub archidiacono, eiusq; præceptis, sicut episcopi sui sciat se obedire: & (quod specialiter ad eius ministeriū pertinet) super oēs presbyteros in ordine positos curam agere. & assiduè in ecclesia stare: & quando epi sui absentia contigerit, ipse vice eius missarū solēnia celebret, & collectas [k] dicat, vel cui ipse iniunxerit. Ad primicerium pertinent acolythi, exorcistæ, psalmistæ atque lectores: signum [l] quoq; dandum pro officio clericorum, pro vitæ honestate: & officiū cantandi, & peragendi solicitè: lectiones, Psalmum, laudes, & responsoria officiorū quis clericorū dicere debeat. Ordo quoque, & modus [m] canendi in choro pro solennitate & tempore. Ordinatio quoq; pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium fuerit pro reparatione basilicarum, quæ sunt in vrbe [n], ipse denūtiat sacerdoti: epistolas episcopi pro diebus ieiuniorū parochianis per ostiarios ipse dirigat. Clericos [o], quos delinquere cognoscit, ipse distringat: quos ve-

b De quo hic nō loquif, secundum Lau.

c Basi

f Basilicarum. ruraliū: quia ea, quæ sunt in vrbe custodit primicerius.

g De cōione. Id est oblationibus.

h Diaconus. cum ergo posit vices suas delegare, ergo est ordinarius: vt C. de iud. à iudice.

i Archipresbyter. in quibusdam eccles̄ijs vocat̄ iste decanus. qnquag. distin. in capite. sed ille est archipresbyter ruralis [3].

k Collectas. scili cet orationes.

l Signum. i. pulsatio campanarum.

m Modus. i. cū organo, vel sine eo.

n Clericos. ciuitatenses.

Universidad de Deusto Biblioteca

a Basilicanos.i.custodes basilicarum¹.
b Et matriculam.i.tabulam.nam in matricula faciat scribi, quod quilibet canonicus legere debeat.
c Aut lege.id est, ordine.& ar.literaturam æquipollere dignitati.
d Ordinatio.i.vt ordinet ea, quæ sũt necessaria ad basilicam, scilicet claues & candelas.

1 Ar. accipit I.dist. contumaces. Arc. Literatura æquipollet dignitati.

Ex hac epistola. Hæc est secunda pars huius distinct. in qua ponit de ordinatione presbyterorum & diaconorum.
e Audire. Oportet. subditos.
f Monita. Id est, conuersationem.
g Disciplinæ. Id est, regulam viuendi: vt xj.quæstio.j. sicut.
h Vnum. In sinistro humero. Et hoc ideo, vt ostẽdatur quod debet trãsire de læua ad dexterã, id est, de tẽporalibus ad spiritualia. & hoc ostenditur cum circunflectitur postea versus dexteram.
Nunc autẽ. Hęc est tertia pars huius distinct. in qua ponuntur xiij capitula apostolicæ regulæ: & sub hac occasiõe ponit quatuor acceptiões criminis. Io.de Fan.
i Propter quod. Id est, quia. simile ponitur xxij.dist. de Constantinopolitana.versi.nanq;.
k Nunc autem. Ab hoc loco vsque ad xlix.distin. assignat xiij.c.apostolicæ regulæ², quæ in locis suis distinguemus. & pertingit hic tractatus vsque ad xij. causam assignando quales in quolibet ordine, & ex quo, & in quem debeãt promoueri: qui lapsi valeãt reparari, & qui nõ: & sub quo iudice quilibet accusetur: & sub quo iudice sint ligandi, vel absoluendi. Si qua autem alia sunt, vt j. interponit, incidentia sunt, vt in vj.vij.viij.ix.& x. Continua. Hactenus ostendimus quales sint promouendi, & qualiter. sint examinãdi: nunc autem ostendit quales in quolibet ordine debeant ordinari. Ioan.de Fant.

Regula ap̃lica habet 13. capitula.
2 Quam tractat vsque ad l.dis. per ordinẽ: demũ repetit eandem & ordinate à dist.81. vsque ad dist.91. si qua alia interponit in distinctionibus, vel in causis, incidentia sunt, vt j. sequitur in causis. glo. secundũ Hugo.

rò emendare non valet, eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat: basilicanos [a] ipse constituat, & matriculam [b] ipse disponat. Quando autem primicerius absens est, ea, q̃ dicta sunt, ipse exquirat, qui ei aut lege [c] est proximus, aut eruditione. Ad thesaurarium pertinet ostiarij basilicarũ ordinatio [d], incensi præparatio, cura chrismatis conficiẽdi, cura baptisterij ordinãdi, preparatio luminariorũ in sacrario & sacrificijs.

2 Ex hac epistola liquet, quid cuiusq; officij sit. Est etiam alia distinctio epõrũ, presbyterorum, diaconorum, quam fecit Clemens in epistola sua ita dicens:

Quid ab episcopis, quid à presbyteris, quid à diaconibus audire oportet.

CAN. II.

Audire episcopum attẽtius oportet [e], & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita [f] autem vitæ à presbyteris inquirere: à diaconibus verò ordinem disciplinæ [g]. Sacerdos quoque vtrunq; humerum orario ambit. Diaconus verò sinistrum tantùm, vt ad ministerium expeditius discurrat.

Vnde in concilio Toletano, capi.ij.

Quare Leuita vnum tantùm humerum orario ambit.

CAN. III.

Vnum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero [h]: ꝑpter quòd [i] orat, id est, prædicat. dexterã autem partem oportet habere liberam, vt expeditius ad ministeriũ sacerdotale recurrat.

3 Nunc autẽ [k] per singulos gradus ordine recurrẽtes, qui ex quibus ordinibus in quem gradum cõscẽdere possint, qui post lapsum valeant reparari, vel qui non: quibus culpis à proprio gradu mereantur deijci: quo accusante, quibus testificantibus possint conuinci, cuius sentẽtia sint absoluendi vel damnandi breuiter [l] consideremus. Ac primũ à pontificali gradu incipientes, qualẽ oporteat eum esse, qui in episcopum est ordinandus, diligẽter inuestigemus, Apostoli regulam [m] secuti, quam in huiusmodi re Timotheo & Tito scribit dicens: Oportet episcopũ irreprehensibilem esse, id est, non obnoxium reprehensioni. Hoc ad Timotheũ [n] tertio, ad Titum autẽ primo: Oportet episcopũ sine crimine esse: quod (vt Hieronymus scribit ad Oceanũ) idem est. Nomine autẽ [o] criminis [p] quodlibet peccatum intelligitur: vnde in eadẽ epistola [q] Hieronymus dicit: Res contra naturam penè [a] est, vt sine peccato aliqs sit: sed talis eligatur, cuius cõparatiõe cęteri grex [b] dicantur. In epistola verò ad Titum crimen vocatur criminale peccatũ, vel [c] criminalis ĩfamia. Vnde ibi legitur, crimen est querela, id est peccatũ accusatione et damnatione dignum. Quòd autẽ sine crimine iubetur esse, qui in episcopum eligitur, non ante baptisma sed post baptismũ intelligendum est: vt à tempore videlicet baptismatis, nullius criminis conscientia mentem eius remordeat. vnde Hieronymus scribit in eadem epistola ad Titum: criminis appellatio aliàs latè [d] patet, cõplectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Vnde Beda super epistolam Iacobi: Peccata, quæ ex ignorantia [e] vel infirmitate humana committuntur: dicit, & præcipit alterutrum cõfiteri, quia facilè [f] dimittuntur. quæcunque verò fiunt ex deliberatione, non nisi per pœnitentiã. Hinc etiam [g] Augusti. ait: Nullum peccatum est adeò veniale, quod non fiat criminale [h], dum placet.

Aliàs ea demum significat quę semel commissa ad damnationem sufficiunt. Multa enim ex deliberatione procedũt, quæ nisi sæpius reiterata, & in consuetudinem fuerint deducta, quãuis grauent post mortem, non tamen æternaliter perdunt: quia etsi quadam ratione crimina appellentur, tamẽ mortifera & capitalia non sunt.

Vnde Augustinus, in homilia de igne purgatorio, exponẽs verba Apostoli ait: Si quis super hoc [i] fundamentum ædificauerit ligna [k], fœnum, & stipulam, &c. 1.Cor.3.c

Multi sunt, qui lectionẽ istam malè intelligentes falsa securitate decipiuntur: dum credunt, quòd si super fundamentũ Christi capitalia crimina ædificant, peccata ipsa per ignem transitorium possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuã peruenire. Intellectus iste, fratres charissimi, corrigendus est: quia ipsi se seducunt, qui sibi sic blandiũtur. illo enim transitorio igne, de quo dicit Apostolus, Ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignem: non capitalia [l], sed minuta peccata purgãtur: de quibus & si nõ

l Breuiter. id est, ad duodecimam causam.
m Regulam. hæc sunt xiij. capitula, quæ prosequitur. Oportet episcopũ esse sine crimine. Vnius vxoris virum. Non vinolentum. Prudentem. Ornatum. Hospitalem. Pudicum. Doctorẽ. Nõ percussorem. Non litigiosum. Nõ cupidum. Domui suæ bene præpositum. Non neophytum.
n Ad Timotheũ. scribit.
o Nomine autẽ. Gratianus volens exponere authoritatem Apostoli, oportet episcopum esse sine crimine, assignat hic plures significationes huius nominis crimẽ: & licet hic quidã quinque significationes assignent, ego non assigno nisi quatuor. Dicitur enim quandoq; crimen omne delictum siue mortale, siue veniale: siue ex deliberatione procedat, siue ex ignorantia, secundum quod dicitur: Nemo sine crimine viuit. & hanc significationem innuit ibi, nomine autẽ criminis. Quandoque dicitur crimen infamia procedens ex crimine, prout ibi sumitur in epistola ad Titum. Quãdoq; dicitur crimen solũ id, quod ex deliberatione procedit, siue illud sit mortale, siue veniale: prout ibi sumitur, criminis appellatio, &c. Quarto modo dicitur crimen solum id, quod est dignũ depositione, prout ibi sumitur, alias ea demum. Ioann. Deinde exemplificat quod crimẽ sit mortale, quod veniale: ostendẽs qđ mortalia delentur per pœnitentiam, venialia in purgatorio. hæc videas qualiter dixi in casibus. B.
p Criminis. In præcedenti authoritate.
q Vnde in eadem epistola. Sic cõtinua: licet quodlibet delictum dicatur crimen, non tamen ita accipitur in præcedenti authoritate; quia secundum hoc fere nullus esset idoneus, &c.

Crimen quadrupliciter dicit.

a Pene.j.de pœn.dist.j.c.vltimo.
3 Pene dicitur propter beatam virginem & sanctum Ioannem, qui fuerunt sanctificati in vtero: vel est philosophicum temperamentum.
b Grex. Sic j.q.j. vilissimus. lxj. distin. in sacerdotib⁹.
c Vel. Pro id est, criminis appellatio.

Virgo beata et sãctus Ioannes fuerũt in vtero sanctificati.

CASVS.

Ponitur tertia acceptio huius nominis crimen. Dicitur enim crimen quodlibet mortale peccatum, vel veniale, quod ex deliberatione procedit, & non deletur, nisi per pœnitentiam. Quæ vero procedunt ex infirmitate, vel ignorãtia, præcipit Iacobus alterutrũ confiteri: quia facile dimittuntur.

Iacobi vltimo.

d Late. Sed latius supra ibi, nomine autem. hic enim solũ mortale & veniale qđ de ex liberatione ꝓcedit.
e Ex ignorantia. scilicet venialia peccata.
f Quia facile. quia etiam laico possumus ea confiteri, q̃uis habeatur copia sacerdotis: sed mortalia nõ confitebimur, nisi sacerdoti, dũmodo possit haberi eius copia, alias laico possumus ea confiteri: vt de pœn.distin.j. quem pœnitet. & distin.vj. qui vult. Vel ideo facile quia per orationem dñicam, vel per eleemosynam, vel per modicum ieiuniũ, vel per aspersionẽ aquæ benedictæ dimittũtur: vt de pœniten. distinct. iij. de quotidianis. & distinctio.vj. qui vult. & de consecra. distinctio.iij. aquam.
g Hinc etiam. Respicit ad id quod dixit, si ex deliberatione. Ioan.

ADDITIO. Et ?expones sic, Hinc. id est, ad ostendẽdũ ꝙ illa quæ cõmittuntur ex deliberatione indigent pœnitentia: & possunt ista esse verba Gratiani, vel Bedæ introducentis authoritatem August. secundum Hug.

Confiteri laico possumus.

Venialia remittunt varijs modis.

h Criminale.i.cuius assiduitas & contemptus vitandi veniale nõ fiat mortale: non enim videtur, quod id qđ est veniale, possit fieri mortale¹: quia secundũ opi. istorum nihil potest speciem permutare. Nisi velis dicere, quod veniale & mortale non sint species peccati, sed accidẽtia. Vñ sicut mortale fit veniale recepta pœnitentia, de pœn.distin.j.serpens. sic econuerso fit veniale mortale. Alij dicũt, ꝙ tm̃ ipse contẽptus venialium est mortale peccatum. secundũ hoc expone fit mortale. i. tibi per cõtemptũ fit² mortale, sicut ibi exponitur: accedit verbum ad elementũ, et fit sacramentum. j. quæstione j. detrahe.

1 Quod dic, vt legit & no. de pœnit. dist.j. tres. ꝓpe fine.
2 Id est, orit. Arc.

Aliàs ea demum. Hic ponitur quarta acceptio huius nominis crimen, s. quod semel commissum sufficit ad dãnationẽ & depositionem, nõ tamen infamat: & ostenditur in hoc §. quæ peccata sint mortalia: & quę venialia: & quædam ex his enumerantur mortalia, quæ per pœnitentiam purgant, venialia ĩ purgatorio post mortem. Et dicitur, qđ per lignum magna venialia designantur, per fœnum minora, ꝑ stipulã minima intelligunt.
i Super hoc. Id est, super fidem, id est, postquam fidẽ quis susceperit. i. licet quis post fidem sumptã venialiter peccauerit, nihilominus saluus erit.
k Ligna. Per hoc innuit tria gñ̃a venialiũ, ligna vocat grauiora venialia, fœnũ minora, stipulã minima. ligna enim diutius sunt in igne, quàm fœnum: & fœnum diutius quàm stipula.
l Non capitalia. Hac authoritate dicunt quidã qđ nullus pro mortali peccato punit igne purgatorio, sed tm̃ ꝓ veniali. Alij dicunt qđ si aliqs cœperit pœnitere ꝓ mortali, & non pficit hic pœnitentiam, perficiet eam in purgatorio. Sed si hic non est contritus de mortali, non purgabitur pro illo in purgatorio. Sic videtur Aug. hic velle, & de pœ.dist.j.si peccatũ. & c.sicut primi. & de pœn.dist.vlt.c.vltimo.

Venialia triplicia sunt.

Puniť ne aliquis in purgatorio ꝓ mortali peccato.

Universidad de Deusto Biblioteca

omnia a vel b aliqua commemoranda sunt, ne aliquis inaniter excusare se conetur: & dicat se nescire, quæ sunt minuta peccata, & quæ criminalia. Et quamuis Apostolus plura capitalia cōmemorauerit, nos tamen (ne desperationem facere videamur) breuiter dicamus, quæ illa sunt: sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falsum testimonium, rapina, furtū, superbia, inuidia, auaritia: & si longo tempore teneatur, iracundia: & ebrietas c, si assidua sit, in eorum numerum computatur. Quicunque enim aliquod de istis peccatis in se dominari cognouerit, & non seipsum dignè emendauerit, & si habuerit spatium, lōgo tempore pœnitentiam non egerit, & largas eleemosynas non errogauerit, & à peccatis ipsis non abstinuerit: illo transitorio igne, de quo Apostolus ait, purgari nō poterit: sed æterna illum flāma sine vllo remedio cruciabit. Quæ autem sunt minuta, licet omnibus nota sint: tamē quia longum est, vt omnia replicentur, opus est, vt ex eis, vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut in potu plus accipit d, quàm necesse est, ad minuta peccata nouerit pertinere: quoties plus loquit̄ quā oportet: plus tacet e, q̄ expedit: quoties pauperes importunè petentes exasperat: quoties cùm sit sanus corpore, alijs ieiunantibus f prandere voluerit: aut somno deditus tardius g ad ecclesiam surgit: quoties excepto h filiorum desiderio i vxorem suam cognouerit: quoties in carcere positos tardius requisiuerit, & infirmos tardius visitauerit. Si discordes ad concordiam reuocare neglexerit k. Si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium aut seruum l exasperauerit, quàm oportet. Si amplius blanditus fuerit quàm oportet. Si vnicuique maiori personæ, aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari m voluerit. Si pauperibus esurientibus nimium deliciosa, vel sumptuosa n conuiuia præparauerit. Si se, aut in ecclesia, aut extra ecclesiam fabulis otiosis (de quibus in die iudicij ratio reddenda est) occupauerit. Si dum incautè iuramus o, & cùm hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, vtique periuramus: & cùm omni facilitate vel temeritate p maledicimus: quoniam scriptum est, Neque maledici regnum Dei possidebunt.

Item Gregorius.

Quæ sunt venialia peccata quæ post hanc vitam purgātur. CAN. IIII.

Qualis hinc q quisque egreditur, talis in iudicio r apparebit vel repræsentabitur: sed tamen de quibusdam

a Non omnia. Scilicet quæ sint mortalia, quæ venialia.
b Vel. Pro saltē.
c Ebrietas. Quæ quandoq; est mentis obliuio: & hæc est pœna, & nō est aliquod peccatū: vt xvj. quæst. j. sane. quandoq; dicitur studium ad inebriandum se: & hoc est mortale peccatum, vt xxxv. distin. ante omnia. extra de vita & hone. cleric. à crapula. quandoq; dicitur frequens actus bibendi: et illud est veniale, vt in versi. seq.
d Plus accipit. Casu, non ex contemptu, & non ad ingurgitationem: alias esset mortale peccatum: vt iiij. dist. denique.
e Plus tacet. In prælatis est taciturnitas mortale peccatum: vt xliiij. distin. sit rector. xl. dis. si Papa. in alijs est veniale.
f Ieiunantibus. Sed nonne comedere ante horam comedendi est mortale peccatum 1, vt de consec. distin. j. solent. & distin. v. quinq; modis? Sed non intelligas de ieiunijs statutis, sed de illis, quæ quilibet pro sua volūtate seruat. lxxvj. distinc. vtinam.
g Tardius. Si peccatum est aliquid tardius dare. xiij. q. ij. qui oblatiōes. xvj. q. j. decimæ.
ADDITIO. Dic q ipsum surgere non est peccatū, sed tarditas & negligentia. cum istis concord. secundū Hug.
h Excepto. Argumen. contra Hug. qui dicit quod vir non potest cognoscere vxorem, q̄n venialiter peccet: vt dixi s. distinct. xiij nerui.
i Desiderio. Supple & causa reddendi debiti.
k Neglexerit. Hoc est in prælato mortale: vt xc. di. præcipimus.
l Seruum. In hoc casu seruus auditur agens contra dnm suum, & dominus talis cogit eū vendere: vt ff. de ijs qui sui vel alie. iu. sunt. l. ij. §. dominorū. Similiter marit⁹ vxorem tenetur moderate castigare, vt vij q. j. sicut. in fi. nisi sit clericus, qui eam durius potest castigare, vt xxxiij. q. ij. placuit.
m Adulari. xxij. q. ij. primum. Contra xj q. iij. nemo peritorū. & xlvj. distin. clericus qui. Solu. Tribus modis adulatur quis, vel attribuendo alicui homini bonū quod nō habet: vel nimium extollendo bonum, quod habet. vtrunq; istorum est veniale. vel probando malum qd' habet: & istud est mortale. xj. q. iij. væ qui dicitis.
n Vel sumptuosa. xl. di. nō cogantur.
ADDITIO. Hoc vult sonare ista cōcor. sicut infirmat̄ diues, si vtatur vilibus: ita infirmātur pauperes, si vtant̄ deliciosis, secundū Hug. Arc.
o Iuramus. Intellige cū quis iocando iurat. Nā pro temerario iuramēto bene peccat aliquis mortaliter: licet nō tāta pœnitētia imponatur ei sicut si solēniter & ex discretiōe iurasset: vt xxij. q. iiij. qui sacramēto. Idē dico i iuramēto p metū extorto: vt extra de iureiu. verū. Cōtra ij. qō. iiij. nos sanctorū. Solu. ibi de solēni. hic de nō solenni.
p Temeritate. Sed si ex odio, esset mortale. vnde sequitur, quoniam.
q Qualis hinc. hoc verum est de summe bonis, vel summe malis. Nam quidam sunt summe boni, quidam summe mali 2.
r In iudicio. vt xiij. q. ij. tempus. Ioan.

Ebrietas quandoq; est mortalis.
Taciturnitas in prælatis est peccatū mortale.
1 Quærit nō asserit, nā hoc dicere esset durū. Arc.
Maritus vxorē castigare potest.
Adulatio tripliciter fit.
Iuramētū an semper sit mortale peccatum.
1. Cor. 6. b
2. De hoc etiam nos. extra de cele. miss. ar. cum Marthæ. in fi.

Culpis

culpis a esse ante iudicium purgationis ignis credendus est b, pro eo, quod veritas dicit, Quia si quis in Spiritum sanctum blasphemias c dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neq; in futuro. In qua sententia dat̄ intelligi quasdā culpas in hoc seculo, quasdam in futuro posse relaxari. quod autē de vno negatur d, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen (vt prædixi) hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendū est: sicut est assiduus, & otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ familiaris, quod vix sine culpa e, vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, sciūt. Quę etiā post mortem grauant, si adhuc in vita positis minimè in morte fuerint relaxata.

Idem Augustinus.

De eodem.

PALEA.

Qui in aliud seculum distulit fructum cōuersionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic ignis & si non sit æternus, miro tamen modo grauis est. Superat enim omnē pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita, vel pati potest.

Aliàs autē ea tantùm delicta significat, quorū est perpetua infamia: vnde illud Hieron. Primùm itaque sine crimine, &c. Vnde Hierony. scribit in eadem epistola ad Titum.

Item & Inno. papa.

A die baptismi sine crimine debet inueniri, qui in episcopum est ordinandus. CAN. V.

Primùm f itaq; sine crimine iubet̄ esse episcopus: qd' alio verbo ad Timoth. irreprehensibilē nominatū puto: non quòd eo tantùm tēpore, quo est ordinandus, sit sine vllo crimine, & præteritas maculas noua conuersatione diluerit: sed quòd ex eo tēpore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest præses g ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit: aut qua libertate pėccātem corripere h potest, cùm tacitus ipse sibi respondeat i eadē se admisisse, quæ corripit †? Ecce, q ordinādus est in episcopū, nō solùm tēpore suæ ordinationis, sed etiam omni tempore post baptisma à crimine immunis debet esse.

DISTINC. XXVI.

Sequitur k in vtraq; epistola, Vnius vxoris virū:

a Culpis. Scilicet venialibus.
b Credendus est. Hic vult dicere, quod quædam culpæ tolluntur per ignem purgatorij ante diē iudicij.
c Blasphemias. Qui peccat per impotentiam, dicitur peccare in patrem: quia patri attribuitur potentia. xxiij. dist. qui episcopus. Qui peccat per ignorātiā, dicitur peccare in filiū: quia filio attribuitur scientia. xxxviij. distinct. si iuxta. Sed qui ex contemptu peccat, dicitur peccare in spiritum sanctū: vt ille, qui est obstinatus in peccato: & illud dicitur irremissibile 1, id est, non ita de facili remittitur, sicut præcedentia. de pœni. distin. j. §. potest. & dist. ij. sciendum.
d Negatur. Arg. quod de vno negatur, de alio conceditur: vt xv. q. iij. de crimine. ff. de iudi. l. cū prætor. sic quod de vno cōceditur, de alio negatur: vt xl. dist. disciplina. j. quæst. j. per Esaiā. xxxiij. q. v. qui sitit 2. Arg. cōtra. C. de natu. lib. authē. item si quis. vbi licet vnum nominet, tamen extēditur ad alios. sic lxj. dist. miramur. argu. ff. de custo. reo. si quis.
e Sine culpa. Similiter militia, mercatio, procuratio, siue administratio aliqua vix sine peccato sit, vt de pœni. dist. v. falsas. & capi. qualitas.
Qui in aliud. Alias. Hic prosequit̄ Gratianus secundum H. quintam acceptionem huius nominis crimen, dicens quod crimen dicitur quodcunq; irrogat perpetuā infamiam.
f Primum. Ex hoc capi. tres oriuntur opiniones. dicit Hu. quod qui semel peccauit, non potest amodo promoueri, vel aliquos actus legitimos exercere: vt hic, & lxviij. distinct. quoniam. & j. quæst. vij. si quis omnem. & quinquag. distinct. illud. & vj. quæst. j. qui crimen. & viij. quæst j. in scripturis. in fine. & extra de tempo. ordi. capi. ex tenore. Et argu. pro eis ff. de ædil. edic. quis sit fugitiuus. primo respon. Fur enim non purgat vitium furti, licet rem restituat. ff. de furtis qui ea mente. nec raptor vitium rapinæ. ff. vi bono. rapto. l. penultima. Alij dicunt, quod post quodlibet mortale acta pœnitentia potest quis promoueri, nisi sit crimen enorme: vt lxxxj. distin. Apostolus. Et est argumētū ad hoc, quinquag. distinct. ferrum. ff. de ædili. edic. quod ita sanatum est 3. Quia status nostri temporis, &c. vt xxxiiij. distinct. fraternitatis. Et dicūt, quod ille canon corrigit alios, qui de rigore loquuntur. Tertij dicunt, quod quantumcunq; sit graue delictum, dummodo sit occultū, post pœnitentiam non impedit promouendum: vt quinquag. distin. de his. Ego credo, quod siue sit occultum, siue manifestum, dummodo sit enorme, impedit promouendum, licet egerit pœnitentiam, quinquag. distinct. miror. Ioan. Sed certe hoc non est verum, licet Ioā. hoc dicat. Nam pro occulto crimine nemo repellitur post pœnitentiam: nisi in homicidio: vt dicit noua decretal. extra de tempo. ordi. capi. vlti. quæ declarat hoc totum. B.
g Præses. i. episcopus.
h Corripere. Nota, quod potest qs accusari de peccato, de quo pœnituit xxxiij. quæst. secūda. admonere.
i Respondeat. sic infra distinct. proxi. vna tantum. & xlij. distinctio. capitulo primo. & vndecima distinct. in sacerdotibus. §. primo.
Sequitur. Hæc distin. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, Sicut duobus. Io. de Fant.
k Sequitur. In hac xxvj. dist. exequitur secundum præceptum apostolicæ regu

Peccatur vario modo in patrem, & filiū, & spiritum sanctum.
Mat. 12. c
1 Quod dic, vt legit̄ & no. j. de pœn. distin. j. §. pōt etiā. et dist. 2. et c. sciendū. Archidi.
2 In fine.
Promoueri vtrū possit ille qui semel peccauit.
3 Ad idē de pœ. dis. j. quā cuiuslibet. & c. quāobrē. ver. neq; enī, &c. Et 32. q. 1. q autē. in fi. lvj. distin. nunquam. nam Deus vitijs tantum irascitur, nō hoibus. de pœ. dist. j. quāobrē. Archid.
† Cōcor. l. frater à fratre. ff. de condi. indebit. & l. altius. ff. si seruitus vendi.

læ, opor

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, oportet episcopum esse vnius vxoris virũ, quod negatiue exponitur, id est, non pluriũ: tamen in casu necessitatis bigamus promouetur vsq; ad subdiaconatum: vt xxiiij. dist. c. for. Assignantur autem quatuor rationes, quare bigamus nõ possit promoueri.

Bigamus propter quatuor rationes prohibetur promoueri nõ potest.

Vna, propter defectum sacramẽti: qa nõ est ibi sacramẽtum vnitatis, cùm carnem suã diuiserit in plures: vt j. ead. acutius. Item propter prærogatiuam ordinum: vt j. eadem. vna. Item propter signũ incõtinentiæ ex eo, qđ de vna trãsiuit ad aliam: vt lxxxij. distin. proposuisti. Item ex eo, quod nõ habet frontem hortãdi viduitatẽ: vt j. ea. vna. in fin.

a Vnius. id est, nõ plurium. sic extra de testi. licet. Et sic verba affirmatiua exponũtur negatiue: vt j. quæst. j. iudices. xxiij. q. iiij. si ea.

b Monogamum. Monos vnum, gamos mulier vel nuptiæ. inde monogamus, scilicet qvnã tantũ habuit vxorem. H.

c Post baptismũ. Non dicit verum, quia matrimoniũ non soluitur in baptismo: vt j. ead. c. deinde. et male sentit hic Hieronymus. vnde Augustinus eũ corrigit in proximo capit.

d Nouo homini. Sub eo modo loquendi seruus post manumissionem dicitur nouus homo: vt ff. de adi. leg. si seruus legatus. & alia lex dicit, quod post manumissionẽ alius intelligitur: vt ff. de solu. qui res. §. areã.

post baptisma uidelicet, non ante baptisma.

Vnde Hieronymus scribit ad Oceanum.

Post baptismum debet esse monogamus, qui in episcopum est ordinandus.

CAN. I.

VNius a vxoris virũ, id est, monogamũ b post baptismũ c. si enim & ante cõiugem habuerit, quę obierit, nõ imputetur ei, cui prorsus nouo homini d nec stupra, nec alia, quæ antè fuerunt, iam obsunt.

Augustinus verò contra testatur scribens in epistola ad Titum.

Qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum aliam, ordinandus non est.

CAN. II.

ACutius intelligunt: qui nec eum, q catechumenus vel paganus habuerit vnã ante baptismum, & post baptismũ habuerit alteram, ordinandum cẽsuerunt: qa de sacramento e agitur, non de peccato propter sanctitatẽ sacramẽti. Si-

ni, id est, sicut duobus coniugijs nen potest aliquis deseruire simul, sic ab vno cõiugio in aliud ire non licet: quia talis apostataret à via ordinandi.

c De sacramento. Sensus est, bigamus non repelliturquia peccauit, sed propter sacramenti defectũ, qui est in eo, extra de big. à nobis. & ca. nuper. Et no. quod in matrimonio triplex designatur sacramentum: coniunctio animorum per verba de præsenti designat coniunctionem fidelis animæ ad Christũ: sed commistio carnis designat cõiunctionem Christi & ecclesiæ: vt extra de biga. debitum. Item designat ibi vnio Deitatis cum humanitate, vt de consecra. dist. iij. in Christo. & illam designat cõiunctio corporum.

f Cõsecrari. quæri consueuit, cum consecratio episcopi maior sit & dignior, q̃ virginũ, quare possit consecrari in episcopũ, qui nõ solum vxorem habet, sed etiã post mortuã vxorem habuit concubinam: vt xxxiij. distin. habuisse. & xxxiiij. dist. capi. fraternitatis. Et si qua fuerit corrupta, vel ante baptismũ, vel postea non possit inter sacras virgines consecrari: vt xx. q. j. iuuenculas? Respõdetur, sacra virgo significat ecclesiam triumphantem, vbi non est macula neq; ruga. xxj. dist. quãuis. sed episcopus ecclesiam militantem, vbi sunt boni & mali. xxxj. dist. quoniam. xj. q. iij audi.

g Significat. Et ita ipse episcopus est sacramentum: sicut aqua ipsa. j. q. j. detrahe verbum ab aqua, quid erit, nisi aqua?

h Vni viro. Id est, Deo, & non diabolo, & sic bene aptatur seq. litera.

i Sub eam. i. non ab eo diuisam: & bene sequitur.

In baptismate culpa dimittitur, non lex coniugij aboletur.

CAN. III.

DEinde opponitur nonne dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit et amiserit vxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus: eamq; primam videri, quæ nouo homini copulata sit: qa illud

Corrupta in epm cõsecrari potest, sed nõ corrupta inter virgines.

DEinde. CASVS. Hoc capi. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod Rufus, & Eusebius, & cæteri episcopi Macedoniæ tres prauas opiniones habebãt. prima erat, quod ille nõ debet bigamus reputari, qui ante baptismũ habuit vnã, et postea aliã, & eam quã post baptismũ aliquis habuit, videri quasi nouo homini copulatã. Sed hanc opin. reprobat Inno. per duo inconuenientia. Primũ est, quod secũdum illorũ epi. si aliquis ante baptismũ tres habuerit vxo-

res, post baptismum quartam, quæ quarta est, erit prima secundum eos. Secundum inconueniens est, quod hæc talis, quæ quarto ducta est, debet loco virginis reputari. Secunda opinio erat, quod totum quicquid agit homo ante baptismum, in baptismo deletur. quod Innoc. reprobat: cum in baptismo tantum peccata deleantur, & non matrimonia, cum Deo authore sint constituta. Tertia opinio erat, qđ matrimonium ante baptismum non erat legitimum: & hoc improbat tali ratione: quia si hoc verum est, filij inde nati non erunt legitimi, nec hæreditatem habebunt, sed erunt spurij, vel naturales. Hoc etiam improbatur authoritate domini. nam interrogatus à Iudæis, si liceret homini dimittere vxorem suam, respõdit: Quos Deus coniunxit homo non separet. & de his tantum loquebatur scilicet Iudæis, qui ante baptismum contraxerunt. In secũda parte, quæ incipit ibi, quæro & solicitus. reuertitur Innocentius ad secundam opinionem & eam improbat duabus rationibus

Prouerb. 19. a

vsque in finẽ. Prima est, quod secundum hoc filij nati ante baptismũ & post non erunt fratres, nec inter eos erit familiæ ercisc. iudiciũ: quod est absurdum. Secunda est quia secundum hoc bona, quæ facit aliquis catechumenus, non prosunt ei, si quod ante baptismum gessit, in baptismo deletur: quod non fuit verum in Cornelio gentili, nec in præceptis legalibus diligenter impletis. Et sic concludit quod per baptismum non abolet matrimonium, sed peccatum.

a Cum cæteris. Improprie ponitur hæc dictio, cæteris, vt ibi, & cum eo alij duo latrones. sic lvj. distin. Cœnomanensem'. xxxiiij. distinct. si quis viduam. viij. quæstione iij. Artaldus. vnde licet sic inueniatur scriptum in aliquo instrumento, hæc ecclesia cum cæteris capellis, per hoc non probatur ecclesiam istam esse capellam.

ADDITIO.

Argumentum contra j. quæst. vij. & si illa, in princ. vbi de hoc. Archid.

b Acque. Id est, simili ratione.

c Sed obijcitur. Mat. 19. Nunc obijcit contra secundam opinionem.

d Quid de talium. Hic obijcit contra tertiam opinionẽ.

e Vel naturales. Qui dicuntur legitimi, qui naturales habes xxxij. quæstio. iiij. liberi. & qui spurij. ff. de sta. ho. l. vulgo.

f Sortiuntur. vxores & viros.

g Responsum. Non interpretandas esse locutiones secundum personas, quæ loquuntur, quid vel quibus loquuntur, vt hic, & j. quæstione vij. didici. & extra de maiorit. & obe. Persona loquentis, an in generali sermone. arg. ff. de pigno. Paulus. §. vltimo. Sed contra argumen. C. de solu. inquisitio & argumen. ff. loc. qui insulam. §. vltimo. vbi nec dominus, nec familia excipitur in generali sermone.

h Authoritate. quod enim ratione probari non potest, extirpandum est, vt lviij. distinctione corepiscopi.

i Lex præcepit. xxiij. q. iij. qui peccat, non peccat legis authoritate, &c.

Cæteri & alij, qñq; ponunt ĩproprie.

1 Et cap. aplica. & in c. quia. ff. de constit. princ. l. j. §. debitum. Arc.

1 Hic videas quod dicam de pœ. dist. 2. cap. tolle charit. §. Adã. fuglo. dicens hoc, &c. Archid.

†Cõcor. tex. i l. naturaliter. quẽ vide C. de epis. & cler.

Corrupta in epm cõsecrari potest, sed nõ corrupta inter virgines.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Destinatos. Quid d̃ hoc iuris sit, habes xxiiij. q. v. rẽos.

b Concessum. Quasi dicat, eadem causa non operatur contrarios effectus. sic lvij. distin. si quis in ægritudine. sicut eadem solutio non parit liberationem & repetitionem: vt ff. de sol. qui hominẽ. §. vlti. extra de bapt. maiores.

Causa eadem diuersos effectꝰ non opat.

c Inter peccata. Videtur ergo, qd̃ infamia contracta ante baptismũ, nõ tollitur per baptismum. & ita qui ante baptismum fuit infamis, postea nõ potest promoueri: vt xlviij. distinct. quoniam. & j. qõ. vij. si quis omnem. Hoc nõ credo, sed dico infamiam & irregularitatem ex proprio delicto, pueniẽtem tolli in baptismo [1]: ga dona baptismi sunt sine omni pœnitentia et satisfactione: vt de consec. dist. iiij. nõ ex quo. in fi. Archi.

Baptismꝰ tollit infamiã præcedentem.

1 Ar. infra de cõsecra. dist. iiij. nõ ex quo. in fi. Archi.

tibus studuit, humilitatem secutus est, patientiam tenuit, eleemosynas fecit, morti destinatos [a] qualibet ratione eripuit, adulteria exhorruit, castitatẽ tenuit: quæro, si hæc omnia cùm factus fuerit fidelis, amittit: quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspicias gentilem hominem Corneliũ orationibus atque eleemosynis vacantem, angelum audientem per reuelationem, ipsumq; Petrum videntem, nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptisma videtur esse cõcessum [b]? Si ita creditur: mihi credite, non modicum erratur: quia quicquid bene gestum fuerit & secundùm præcepta legalia custoditũ, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mãdato perficitur, non potest dici peccatum. et qd̃ peccatum non est, solui inter peccata [c] credi non debet. Eritque integrum & salutare, existimare aboleri non posse prioris nomen vxoris: cùm nõ sit dimissum pro peccato, quod ex Dei sit voluntate completum.

Item Ambrosius in libro de Officijs.

Bigamus reputatur, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum aliam.

CAN. IIII.

VNa tantùm nec repetita nobis copula permittitur, & in ipso coniugio lex est nõ iterare coniugium: nec secundæ coniugis sortiri cõiunctionem. Quod plerisque mirum videtur, cùm etiam ante baptisma, iterata coniugia, electioni muneris, & prę rogatiuę ordinationis [d] impedimenta generent: & cùm etiam delicta obesse non soleant [e], si lauacri remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non põt: in coniugio non culpa, sed lex est. Quod culpæ est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis est, in coniugio non soluitur. Quomodo autem potest esse hortator [f] viduitatis, qui & ipse coniugia frequentauerit? Ioannes Baptista dum Herodem ab incestu prohiberet, dicens, Non licet tibi habere vxorem fratris tui: euidenter ostendit inter infideles cõiugia esse. Vnde datur intelligi, quòd bigami dicuntur non solùm qui post baptisma coniugia frequentant, sed etiam qui ante baptismum vnam, & post baptismum alteram habuisse probantur. Bigamus [g] verò in sacerdotem ordinari non debet: non quia deliquerit secundam accipiẽdo vxorem, sed quia prærogatiua exutus est sacerdotis [h].

Vnde Ambr. in epistola ad Vercellenses ait:

Luc. 4. d Mat. 14. a

d Vna tantum. Ordinationis. Simile j. xxxiij. di. seriatim.

e Nõ soleant. Ergo infamia ex delicto, pueniens non nocet quantũ ad legem promotionis, scilicet per baptismum deleta.

f Hortator. Sic xxv. dist. c. vlti. & xlvij. di. c. sicut hi. §. necesse.

g Bigamus. Bigamus cõponit à bis & gamos, quod est mulier vel vxor. et sic dicitur bigamꝰ, qui duas habet, vel habuit vxores. Ar.

h Sacerdotis. Idẽ de

Quolibet sacro ordine. xlij. dist. quiescamus. Vi sine crimine.

Quod autem. Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima inducit Gratianus superficialiter allegando probare, quod si diaconus fuerit protestatus, quod non poterit continere, si contrahit, tenet matrimoniũ: sed hoc est falsum. Secũda ibi, Quidã. Io. de Fan.

2 Quod autem. In hac xxvij. dist. primo ponit icidẽtem [1] quæstionem, scan episcopus possit vti matrimonio contracto. Secundo ponit contrarietates capitulorum quorundam, quæ loquuntur de vouentibus. & ea soluit distinguẽdo inter vouentes solenniter & vouentes simpliciter. Et incipit hic tractare de continentia clericorũ, & protenditur iste tractatus vsque ad xxxvj. dist.

1 Nã vltra ꝓpositum principale, hoc interserit de cõtinẽtia clericorum vsq; ad 35. dist. vt dixi ẽ. in tit. huiꝰ lib. Arch.

b Diaconus. Secundum qd̃ patet per §. sequentem, hoc c. põt intelligi de matrimonio iam contracto et de contrahendo: & secundũ hoc diuersis modis exponitur litera. Secundũ quod intelligit de contracto planũ est, quia iste M. Papa præfecsit Gregorio. qui indixit cõtinentiã subdiaconibus. xxxj. dist. ante. sed hoc exponẽ pro incipiendo, id est, pro cõtracto retinendo. Licuit eñ etiã tpe Siricij vsque ad Greg. subdiaconibus vtiã cõtracto matrimonio. lxxxvij. di. quicũq;. lxxxiij. di. ꝓpofuisti. Exponẽ ergo, ꝙ dicit mrimoniũ desideravit. i. d. sideravit vti iã cõtracto. Secundũ autẽ, qd̃ loquit de cõtrahẽdo, de diacono fuit tm̃ quæstũ, & de eo tm̃ reipõ. Idem tamẽ est & de subdiacono j. xxxij. di. c. si qs eorũ. & secundũ hoc plana est litera. Quod tamẽ dixi ꝙ M. ꝓcesit Gre. H. dicit p chronicã suã falsũ eẽ, & dicit ꝙ Gre. ꝓcesit Mar. lxvj. an.

Textum dupliciter exponit.

2 Scilicet cũ effectu, et de facto contraxerit. Archi.

Non peccat bigamus, sed prærogatiua sacerdotij exuitur.

CAN. V.

QVi sine crimine vnius vxoris est vir, tenetur ad legem sacerdotij suscipiẽdi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidẽ non habet coninquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis.

DISTIN. XXVII.

QVòd autem [a] vnius vxoris vir episcopus iubetur eligi, quæritur, an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum: ut tempore suæ administrationis eius possit copula fungi, quam unicam & virginem sibi desponsauit.

Hoc Martinus Papa prohibet dicens:

Non ordinetur diaconus, nisi castitatem fuerit professus.

CAN. I.

Diaconus [b] qui eligitur, si contestatus [c] fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit se in castitate nõ posse manere, hic non ordineñ. Quòd si in ordinatione tacuerit [d], & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit, sit alienus à ministerio, & vacet à clero.

Hac authoritate datur intelligi, quòd illi qui uxores habent, uel accipere uolunt, nec diacones, nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam profitean-

Testatio an valeat.

c Si cõtestatus. No quod ꝓtestatio val. t. vt extra de no. ope nũ. cũ ex iniuncto. & j. di. proxi. diaconi. extra qd̃ met. cau. per latũ. et xxxj. qõ. ij. Lothar. ius. & ff. de nego. gest. Nesennius. ff. qui. mo. pig. vel hyp. fol. si debitor. §. j. Arg. contra extra de cõsti. cum M. Ferrariensis. & de ap. solicitudinẽ. Io. Hoc credo tenendũ, ꝙ protestatio semper valet facta præsente aduersario, nisi contradicat aduersarius, vel iudex, si facta fuerit re adhuc integra existente, vt in hoc cap. & extra de in integ. restit. cum venissent. nisi in casibus quibus expressum est ꝙ protestatio nõ valeat, vt ibi extra de consti. cum M. & de appel. solicitudinem.

d Tacuerit. No. taciturnitatẽ laici, p cõsensu, vt hic & liiij. di. si seruus. & lxv. di. si forte, & xx. q. ij. puellas. ff. so. ma. l. ij. Arg. cõtra extra de præscrip. nihil. Sol. taciturnitas semp habetur pro cõsensu, nisi in tribus casibus not. ij. qõ. vij. plerunq;. Itẽ in casibus illis vbi requirit expressus cõsensus vt in seruitute imponenda non sufficit cõsensus tacitus, sed expressus: vt ff. de ser. vrba. præd. inuitũ. Itẽ in procuratore constituendo. ff. de proc. filius. §. inuitũ. Itẽ in furto, vt ff. de fur. qui vas. §. vetare. Itẽ in soluendo matrimonio, vt ff. de ritu nupt. in eo iure. §. iij. Vel distingue an tale sit factũ, quod possit fieri me prohibẽte: in eo casu non obest taciturnitas, vt rẽ meã quis possit vendere me inuito: & ideo ibi non nocet taciturnitas, vt ff. de cõtra. emp. rẽ alienam. Si autẽ tale factũ est quod nõ potest fieri me prohibente: ibi taciturnitas habet ꝓ consensu [3]: vt extra de ijs, quæ fiunt à præla. c. ij. Sic distinguit lex ff. de re iu. læpe. fic xj. quæstio. iij. quando. & extra de sent. & re iud. quamuis. Ioan.

Taces ad cõsentiat.

3 De hoc etiam no. extra de præsump. nonne. ibi videas. Archidia.

tis uotum. Si uerò diaconus à ministerio cessare uoluerit, contracto matrimonio licitè [e] potest uti. Nam & si in ordinatione sua castitatis uotum obtulerit, tamen tanta est uis in sacramento coniugij, quòd nec ex uiolatione uoti potest dissolui ipsum coniugium.

Vnde Augustinus in libro de bono coniugali ad Iulianum.

Nubentes post votum, non sunt abinuicem separandi.

CAN. II.

2 QVidam nubentes post votũ [f] asserunt adulteros esse: ego

Hac authoritate. CASVS. *Concludit Gratianus ex supradicto cap. quod illi qui habent vxores, vel habere volunt nec diacons, nec sacerdotes fieri possunt. Sed si diaconus à ministerio cessare voluerit, matrimonio tam contracto vti potest, quia & si etiam in sui ordinatione castitatem promittat, tamẽ tãta est uis matrimonij, vt ipsum matrimoniũ nõ dissoluatur. & hoc probat per sequẽtia. Quod tamen dicitur ab illo ver. Si vero. falsum est, nisi hoc intelligas in orientali ecclesia. Casus autem plani sunt vsque ad c. quod interrogasti.*

e Licite. Allegando dicit.

Quidam. Hæc est secũda pars di. in qua corrigit & dicit, qd̃ vouẽtes simpliciter, licet non debeãt contrahere, tamẽ tenet matrimoniũ. Io. de. Fan.

f Post votum. Quidam dicunt illud votum esse simplex:

Universidad de Deusto
Biblioteca

plex: quod fit per verba de futuro, vt ego voueo, quod post mortem vxoris continebo. hoc votum impedit, vt dicunt, sed non dirimit matrimonium. Votum solenne est, quod fit per verba de præsenti, vt ego voueo continentiam. istud impedit, & dirimit. extra qui cler. vel vouen. meminimus. & cap. consuluit.

Votum solēnizatur triplicit-er.

Ego credo tribus modis votum solennizari, vel per ordinem, vel per habitum, vel exeo, quod coram aliquibus testibus deuouit se alicui religioni. & dic vt nota. xxvij. quæstione j. Ioan. Quod Ioā. dicit de habitu intelligas si recipiendo habitum fecit professionem expressam vel tacitā: vt extra de regul. statuimus. & cap. præceden. quia solus habitus non solennizat votum: vt eodem titu. porrectum. Bartho.

a Si vir simplex votum. Id est, propositum perpetuæ continentię habendæ.

Nubens post votū peior est adultero.

Ex quibus omnibus liquidò colligitur, quòd nõ sufficit prælatis bona cõuersatio, & morũ honestas, nisi addatur scientia doctrinæ.

Vnde sacerdotes ingressuri tẽplũ tabernaculi prius lauabantur in labio æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. Hinc etiam in canticis cãticorum, oculi [l], per quos prælati ecclesiæ intelliguntur, assimilantur columbis quæ residẽt iuxta fluẽta plenissima [m].

9 Hinc etiam Hieronymus in Leuitico.

Sacerdotis est legis scientiam habere, non bellis, sed orationibus vacare. CAN. III.

probari ordinẽ factorũ. sic xliij. dis. sic rector. & xx. di. c. j. Io. arg. j. q. j. vt euidenter. Apo. 22. d

c Custodiũt. Quia videre debet quibus prædicet, & quibus nõ, vt xliij. dist. in mandatis. et xxij q. vlt. c. pen. Matt. 10.

d Qui audit. Discendo.

e Veni. Docendo.

f Serpentes. Ne eorum dolis supplantemini. Mat. vlt. Mar. 14.

g Et simplices. ne alijs dolos machinemini. Ioan. vt xvj. q. j. si cupis. b 1 xvj. q. j. si cupis.

h Satisfactionem. f respondendo eis satisfaciatis. Et est ar. quod prælati tenentur respondere ad omnes quæstiones. Nam tantum debẽt differre prælati à subditis, quãtum granum à palea, vt xxv. dist. c. vnum orarium. §. nomine autẽ crimi nis. j. q. j. vilissimus. & viij. q. j. licet. Io. Prælati ad oẽs q stiones fidei tenẽt.

i De ea fide. i. de articulis, quos creditis & tenetis. Io.

k Spe. id est, de his quæ speratis. 1. Petr. 3.

l Oculi. f. sponsæ.

m Plenissima. Sic semper prælati sedebũt iuxta fluẽta euangeliorũ & sacræ scripturę. Et si cut columba sedet ex natura iuxta aquam, vt videat in ipsa aqua vmbram superuenientis accipitris, & sic sibi præcauere consuetuit: sic prælatus sibi per scripturam præcauebit contra hęreticos. x. distin. iuuẽtus. xj. di. nolite. 1. Tim. 4. d Prælatus columbã imitetur.

Si quis. Exod. 38.

Cant. 5.

Si quis vult CASVS. *Tria sunt opera, quæ Moyses & Aaron faciebant. s. legere, docere populum, & orare. Hæc tria opera debet episcopus facere, si vult imitari Moysen & Aarõ. Et si oranerit episcopus, vincet populus eius dæmones: sicut populus Israël vicit Amalechitas orante Moyse.*

1 Not. in c. hic alle. xxiij. qõ. viij. igit. i fi. Archi.

2 Nõ vadit. Nunquid ergo episcopi nõ intererunt bellis[simo], quia etiã possunt alios hortari ad bellum, vt xxxiij. quæst. viij. igitur. & ca. hortatu Ioan.

b Indesinenter. omnino, vel horis statutis. sic xxx. q. iij. hi qui. de consec. dist. v. nunquam. xxxj. dis. si laicus. ff. de condi. & demon. si qs ita. xxij. dist. sacrosancta.

Exod. 17.

Ed quęrit. Hęc di. diuiditur in quinq; partes. Secũda ibi, cur ergo. Tertia ibi relatum. Quarta ibi, ideo. Quinta ibi, vt itaque. Ioã. de Fan.

2 Scilicet incidẽter. Hugo.

c Sed quæritur. In hac xxxvij. dist. quæritˢ G. an ordinandus debeat habere peritiam scẽtiarũ scientiarũ. Primo autem oſtẽdit, quod clerici non debent respicere libros gentilium[3]. Secundo ponit arg. in contrarium, & talem dat solutionem, quod quidam legunt libros gentilium causa delectationis & voluptatis: & hoc est prohibitũ. Quidam legunt ad eruditionẽ: & illud licitũ est, vt per eos sciãt recte loqui, & discernere verum à falso. Ioã vt j. e. §. cur ergo. Et not. quod in omnib⁹ c. vsq; ad §. sed econtra videtur solaxo lupras prohiberi.

Clerici, an libros gentilium respicere possint.

3 Et hoc facit vsq; ad §. j. eo. sed econtra.

Item Hieron. ad Damasum papã de filio, pdigo.

Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis euangelijs comœdias legunt. CAN. II.

Sacerdotes dei omissis euangelijs, & prophetis, videmus comœdias legere, amatoria Buccolicorũ versuũ verba cantare, tenere Vergilium in manibus, & id quod in pueris adest causa necessitatis [c], crimen in se facere voluptatis.

Idem.

In vanitate & obscuritate sensus ambulãt, qui secularibus disciplinis occupantur.

CAN. III.

On ne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus, in dialectica arte torquetur, qui Physicus perscrutator oculos trans cælos leuat, & vltra profundum terrarum, & abyssi in quoddam inane demergitur, qui iambum feruet, qui tantam metrorum syluam in suo studioſius corde distinguit & congerit: & (vt ad alterã partẽ trãseam) qui diuitias per fas & nefas quærit, qui adulatur regibus, hæreditates caprat alienas, & opes congregat: quasi ĩ momẽto, cui sit relictur⁹, ignorat?

Idem in Esaia.

Qui scripturas sacras malè intelligit, vel seculari sapientia abutitur, vino inebriatur et sicera.

CAN. IIII.

Vino inebriantur, qui scripturas sacras malè intelligunt [f], atque peruertunt: sicera, qui abutuntur seculari sapientia & dialecticorum tendiculis: quæ non tã tẽdicula sunt appellãda, quã phantasmata, id est, vmbræ quædã & imagines, quæ citò pereunt, & resoluũtur. Idẽ. Secũm tropologiã [g] pseudo, pphetas eos debemus accipere, qui aliter scripturarũ

DIST. XXXVII.

1 ps Ed quæritur [c], an secularibus literis oporteat eos esse eruditos?

De his ita scribitur in concilio Carthag. quarto.

Libros gentilium non legat episcopus. CAN. I.

Episcopus gentiliũ [d] libros nõ legat: hæreticorũ autẽ plegat pro necessitate, aut tempore,

d Episcopus gẽ tilium. ergo nec leges audire debent. Nam oppro brium est eis, si se velint esse peritos disciplinarum forensium. C. de test. consulta diualia. Sed contra, leges sunt per ora principum diuinitus promulgatæ, vt xvj. q. iij. nemo [4]. Dic quod ad hoc licet audire leges, vt per eas melius intelligãtur canones. Ar. j. ead. di. § sed seculares. Io. Episcopus an licet leges audire. 4 Ad idẽ C. de Ion. tẽp. p̃scri. l. ff. xxv. qõ. j. ideo. Archi.

e Necessitatis. vt sciant recte loqui.

f Vino. Intelligunt. Talibus, qui male intelligunt dicta magistri, essent aures præscindendæ: vt xxiij. quæst. j. si Petrus. Aures male intelligentibus sunt euellendæ.

g Secũdum tropologiam. i. secũdum moralem intellectũ. à tropos, quod est conuersio[5], quã do verba nostra cõuertimus ad mores informandos. xliij. distinc. sit rector. Tropologia. 5 Et logos sermo. in de tropologia. i. cõuersio sermonis. Hugo. de hoc not. lxxvj. dist. iejunium. in fine.

ADDITIO.

Isti contrarium faciebant. & facit de pœn. distinc. j. super tribus. Archidi.

Legant

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] LEgant. Eccle siasticis. Ar. contra ſ. xxxj. diſtin. omnino.

[b] Strenam. Strena eſt primum donum, quod datur i principio cal endarum: & datur pro augurio. xxvj. qō. vlt. nō obſeruetis. & dicitur ſtrena, quaſi ſine threna, id eſt, ſine lamenta tione.

Strena.

Sportula.

[c] Sportulam. Quę datur pro fabulis Saturni, vel pro feſtis Saturni celebrā dis, vel pro ludis Saturni bonæ fortunæ.

[d] Sed quia filios. Talis repellitur à teſtimonio, vt vj. q j. qui crimen. Itē nec poteſt eſſe epiſcopus, vt xlviij. diſt c. ſicut hi. § neceſſe. imo potius dicitur canis, quàm epiſcopus, vt ij. q. vij. qui nec. Ioan.

Scientiæ ſeculares nō ſatiāt.

[c] LEgimus. Libros. quia legit eos cauſa delectationis, non cauſa eruditionis, vt de conſe. di. v. non mediocriter.

[f] De ſiliquis. i. ſecularibus ſcientijs, quæ inflant, non ſatiant[1].

1 Sicut ēm filiquæ onerāt ventrem, & inflant, ſed non ſatiant, & ſic illæ à ſpirituali fame non liberāt, nec ęcitatem expellūt: ſed onere peccatorū & gehēnę reatu grauant. Quicunq; ergo ad remouendā ęcitatem ignorātię illas artes & ſcientias diſcere appetit, quaſi ſiliquis vētrē ſuū replere cupit, ſecundum Hu. 3. Reg. 2. c

† Alias, diſputatione.

Sed econtra. CAſſVS. Amodo probat Grætianus, qđ clerici ſecularibus ſcientijs debent eſſe eruditi. Et hoc probatur ſex rationibus. Prima eſt in principio. Secunda ibi, legitur etiā. Tertia ibi, In Leuitico, Quarta ibi, Magi. Quinta ibi, Deniq; Sexta ibi, hinc etiam Ambro.

[g] Vt expoliarent. xliij. q. v. dixit.

[h] Tres partes. Scilicet moralem, naturalem, rationalē. Deſpecta.

hæretici, quæ philoſophorum ſententia diffinitur non aſtruendi uim habere, ſed ſtudium deſtruendi: ſed non in Dialectica verba accipiunt, quàm ſpiritus ſanctus ſonat: & diuinos eos, qui cōiectura mētis ſuæ incerta futurorum, quaſi vera pro nuntiant abſque diuinorum authoritate verborum. Idem. Quicunque ſcripturas non ita intelligunt, vt rei veritas habet, vuā acerbam comedunt.

Idem in epiſtola ad Epheſios.

Reprehenduntur epiſcopi, qui filios ſuos ſecularibus eruduntliteris. CAN. V.

LEgāt epiſcopi aeq; presbyteri, qui filios ſuos ſeculariboseruditeris, & faciunt illos comœdias legere, et mimorum turpia ſcripta cantare, de eccleſiaſticis[a] ſumptibus forſitan eruditos. Et quod in Corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel ſubſtātiam ſuam totam effundēs, quilibet pauper obtulerat, hoc in calēdarum ſtrenam [b], & ſaturnalium ſportulam [c], & mineruale munus grammaticus & orator: aut in ſumptus domeſticos, aut in templi ſtipes, aut ſordidū conuertit in lucrum. Eli ſacerdos ipſe ſanctus fuit: ſed quia filios [d] ſuos non eruditit in omni diſciplina, & correctione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt.

Item ex reſponſalibus Vrbani Papæ ad Carolum, ca. xlviij.

PALEA.

OMnem uim inuentorum ſuorum in Dialectica diſputantes† ponunt placuit† deo patri filio & ſpiritui ſancto. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis.

† Alias, placuit Deo ſalutare populū ſuū. regnū enim, &c.

Itē Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis.

Beatus Hieronymus ab angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat.

CAN. VI.

LEgimus de beato Hiero. quòd cùm libros [e] legeret Ciceronis, ab angelo eſt correctus†, eò quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.

* Corpo ſcum. Mul tū tacerib. corrodo cho impo nus. Cur reſumpſ. cuſtum. Indagines Lucretius. Cur ſigi dadocti, legi puni ſolectus. Iandus. Or M.

Hinc etiā filius ille prodigus in euāgelio reprehenditur, qui de ſiliquis [f], quas porci manducabant, ventrem ſuum replere cupiebat. Hinc etiam Origenes ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij ſunt: percuſsi, vanam dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumenta intelligit.

Ex quibus omnibus colligitur, quòd nō eſt ab eccleſiaſticis ſecularium literarum quærēda peritia. Sed ecōtra legitur, quòd Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiā, quòd præcepit dominus filijs Iſraēl, ut expoliarēt [g] Aegyptios auro & argento: moraliter inſtruens ut ſiue aurū ſapientiæ, ſiue argentum eloquentiæ apud poëtas inuenerimus, in uſum ſalutiferæ eruditiōis uertamus.

In Leuitico etiā primitias mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ domino iubemur offerre. Magi quoq; tria munera obtulerūt: in quibus nonnulli tres partes [h] philoſophiæ uolūt intelligi. Deniq; in expoſitione Pſalterij Caßiodorus teſtatur: Omnis ſplēdor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poëticæ locutionis, quælibet uarietas decoræ pronuntiationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. Hinc etiam Ambroſius ait ſuper Epiſtolam Coloſſenſium: Omnis ratio ſupernæ ſcientiæ, uel terrenæ creaturæ in eo eſt, q eſt caput earum & author: ut qui hunc nouit, nihil ultra quærat: quia hic eſt perfecta uirtus et ſapientia. quicquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur. In Daniele & Salomone oſtendit infidelibus ſe eſſe autherem totius eloquentiæ & ſapientiæ: quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs & prophetijs aſtrologiam, & alia hu-

[a] Deſpecta. reſpectu aliarum ſcientiarum. Ioan.

[b] TVrbat. Si qua. Argu. quod vtile non vitiatur per inutile: vt xvij. quæſt. iiij. queſti. ſ. diſtinc. ix. ſi ad ſcripturas. cōtra. Ioan.

[c] Magiſter. Nā legitur, quod cum Paul⁹ veniſſet Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat ſcriptum: Hæc eſt ara ignoti Dei[1]: in quo viuimus, mouemur, & ſumus: à qua ſcriptura Apoſtolus incepit prædicationem ſuam: & aperuit illis Athenienſibus ſenſum illius ſcripturæ, proſequens de Deo noſtro, & dicens: Quem vos dicitis ignotum, ego prædico & colo. tunc Dionyſius Areopagita videns quendam cæcum tranſeuntem dixit illi, Si illuminaueris iſtū cæcum, credam tibi: qui ſtatim inuocato nomine Chriſti illuminatus eſt, & ille credidit.

1 Alias, ignoto deo, dativi caſus.

Dionyſ⁹ per prędicationem Pauli fuit cōuerſus.

Apoſtolus vſus eſt ſententijs poeticis.

[d] Indidiſſet. In epiſtola Pauli ad Titum illud Epimenidis poētę, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. j. quæſtio. j. domidus declarauit. Interſeruit etiam in prima epiſtola ad Corinth illud Menandri: Sæpe bonos mores corrumpūt colloquia prava. xxviij. quæſtio. j. ſæpe. Item vſus eſt illo verſu: Odero, ſi potero: ſi non, inuitus amabo. ſed Hieron⁹. de conſe. diſtinctio. v. nonnunquam. vſus eſt verſibus Virgilij: & Augu. illo Lucani, mens hauſti nulla, &c. xxvj. quæſt. v. nec mirum. & iuriſperitus authoritate Virgilij. ff.

quendam epiſcopum non reprehendit, quia eas dicerat, ſed quia contra epiſcopale officium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat.

Hinc etiā Ambroſius ſcribit ſuper Lucam.

Seculares literæ legēdæ ſunt, ne ignorentur.

CAN. VIII.

LEgimus aliqua, ne negligamus [f]: legimus ne ignoremus [g]: legimus nō vt teneam⁹, ſed vt repudiemus [h].

Itē Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titum.

Grammatica legenda eſt, vt per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur.

CAN. IX.

SI quis artem nouerit grammaticā vel dialecticam, vt rectè loquē di rationem habeat, & inter falſa & vera dīudicet, nō improbamus. Geometria [i] & Arithmetica & Muſica habēt in ſua ſciētia veritatem: ſed non eſt ſcientia illa ſcientia pietatis. Scientia pietatis eſt, noſſe legem, intelligere prophetas, euangelio credere, apoſtolos non ignorare. Grammaticorū autem doctrina etiam poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta.

Idem.

Exemplo Danielu probatur non eſſe peccatum ſecularibus literis eruditi.

CAN. X.

QVi de menſa [k] & vino regis nolunt comedere, ne polluantur vtiq;: ſi ſapientiam atq; doctrinam Babyloniorū ſcirent [l] eſſe peccatū,

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda prębantur? Sed ſeculares [e] literas quidam legunt ad uoluptatem, poëtarū figmētis, uerborumq; ornatu delectati: quidam uerò ad eruditionem eas addiſcunt, ut errores gentilium legendo deteſtentur, & utilia, quæ in eis inueniunt, ad uſum ſacræ eruditionis deuoti uertant. tales laudabiliter ſeculares literas addiſcunt.*

Vnde beatus Gregorius

[e] Sed ſeculares. Vnde beatus Gregorius ſ. lxxxvj. diſt. cum multa.

[f] LEgimus aliqua, ne negligamus. Vt vetus teſtamentum.

[g] Ne ignorem⁹. Nam quamuis nullus ſit vſus, tamen ſcientia neceſſaria eſt: vt ſ. diſtin. viij. c. vltimo.

[h] Repudiemus. vt libros hæreticorum: vt xxiiij. q. iij. c. vlt.

[i] SI quis. Geometria. De aſtronomia non facit mentionē, quia hæc abijt in deſuetudinem: vt xxvj. q. ij. c. ſors non eſt. §. his ita.

[k] QVi de menſa. Daniel, Ananias, Miſael, Azarias[2], nam turpe eſt alicui decertāti, ius. in quo verſatur, ignorare: vt ff. de origine iuris. l. i. §. ij. ſeruus.

Daniel & ſocij ſui.

2 Iſti alio noie dicti ſunt Balthaſar, Sidrac, Miſac, & Abdenago, ſecundū Hugo. et Laurent.

[l] Scirēt eſſe peccatū. Ex eo, quod Hieronymus hic induxit exemplum Danielis, colligitur argumen. quod in dubijs recurrendum eſt ad exēpla maiorum & aliorum. xvj. quæſtio. j. ſunt, nonnulli. xxij. quæſtio. j. vt noueritis. j. quæſtio. vij. conuenientibus. xij. quæſtio. ij. queſta. xvj. quæſtio. iij. præſulū. xiij. quæſtio. j. cap. vlt. xxvj. quæſtio. ij. non ſtatim. & cap. non exēplo. C. de ſen. & interlo. nemo. contra. Solu. vbi iura deſiciunt, recurrendum eſt de ſimilibus ad ſimilia: alias nō. xx. diſtin. de quibus. dicit ibi. Item ar. præſumi eo ipſo bonū, quod ab aliquo bono

Dan. 1. a Recurrit qñq; de ſimilib⁹ ad ſimilia.

Universidad de Deusto Biblioteca

bono sit factum: vt vij. q. j. omnis qui. & xxiiij. q. j. cũ beatissimus. ix. q. ij. Lugdunensis. xij. q. j. expedit. xxviij q j. sic enim. xxxj. omnino. Ioannes.

Vergili⁹. a Prædicta. Scilicet de incarnatione, vt illud Vergilij: Iam noua progenies cælo demittitur alto.

Ouidius. b Contineri. Vt illud Ouidij: Odero, si potero: si non, inuitus amabo, &c.

c De quibusdã. Neque magistros. Arg. quod scholares [1] in scholis, de ecclesijs suis debent habere præbendas. s. distinct. xxxij. si qui. ff. ex qui. cau. ma. in integ. necnon. ff. de neg. gest. l. j. extra de cle. non re. inter quatuor. j. qõ. ij. sacerdos. Sed contra j. qõ. ij. placuit. j. de consecra. dist. j. nemo. j. xij. q. ij. concessa. xvj q. j. generaliter.

1 Intelligo aliquẽ esse i scholis, licet aliquãdo diuertat causa eũdi ad curiã Romanã, vel alibi stati reuersur⁹: nam tunc nec diuersisse videt. de pœ. dis j. diuortium. Arch.

d Subiectis. id est, baptismalibus ecclesijs.

e Vt magistri. Quid iuris sit de magistris, habes extra de magistr. quia nõnulli. & extra de magist. ca. j. quia à clericis ipsius ecclesiæ & à pauperib⁹ nihil petent, vt ibi dicitur. Sed nunquid magister iure licito potest facere collectam? Videtur qđ non, quia scientia donum Dei est: vnde vendi non potest: vt j. qõ. iij. non solũm. quia professores iuris etsi honeste accipiunt, tamen inhoneste petunt: vt ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. est enim quidam. Item quia potius debent proijcere pecuniam exemplo Cratis. xij. quæ. ij. gloria. §. Crates. Item quia propter honorem adipiscendum legunt, non propter vtilitatem aliorum: quare tãquam suorum negotiorum gestores nihil ab auditoribus petere debent: vt ff. de neg. gest. si pupilli. §. ij. Sed contra: qui pro tempore præstat obsequium, debet consequi beneficium: vt xij. q. ij. charitatem. Item quare nõ posset magister vendere doctrinam suam, sicut iurisperitus consilium: vt xiiij. quæ. v. non sane? Item nonne testis gratis testatur, & tamẽ recipit procurationem, id est, pecuniam procurationis nomine, vt iiij. q. iij. c. si testes. §. venturis. Et episcopus gratis cõsecrat ecclesiã, tamẽ recipere potest procurationem: vt extra de sim. cum sit. & officium magistri remunerandum est: vt ff. de do. Aquilius? So. tunc petat magister collectam, cum ei sua plenissime non sufficiũt: vt x. q. iij. priscis. & xij. q. j. episcopus ecclesiasticarum rerum. Ioã. Ego credo quicquid dicat Io. quod magister potest facere collectã, de qua viuat & procuretur, etiam si abundet [2]: quia episcopus cum consecrat ecclesiam, & cum visitat, recipit procurationẽ, etiã si abũdet, vt in decre. de sim. cum sit Romana. & extra de censi. cum apostolus. & eo. tit. sopitę. nec vẽdit magister scientiã, quia ęstimari nõ potest, sed pro labore suo, promittitur ei prçmium. Nam prædicator non dicitur vendere prædicationem, & tamen petere potest sustentationem, vt extra de rescrip. cũ ex officij. & de censib. cum venerabilis. & xiij. quæst. j. c. ecclesias. §. his itaq;. & §. quia ergo. Bart. [3]

Magister pro docẽdo an possit collectã facere.

2 Ar. cõtra. x. qõ. iij. cauendum. iuxta fin. vbi de hoc, & ibi dicã. Archi.

3 De hoc etiam notã. j. q. iij. videntes. & plene extra de magistris. qa. Archi.

nunquam acquiescerent discere, quod nõ licebat. Discunt autẽ non vt sequantur, sed vt iudicẽt, atq; cõuincant. Quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperit⁹ matheseos, risui nõ pateat: & aduersus philosophos disputãs, si ignoret dogmata philosophorum? discant ergo ea mẽte doctrinam Chaldaicã, qua & Moyses omnẽ sapientiam Aegyptiorũ didicerat. Idẽ. Si quando cogimur literarũ secularium recordari, & aliqua ex his discere, quæ olim omisimus, nõ nostræ est voluntatis: sed (vt ita dicam) grauissimæ necessitatis, vt probemus ea, quæ à sanctis ꝓphetis ante secula multa prædicta [a] sunt, tam Græcorum, quàm Latinorũ & aliorũ gentiliũ literis contineri [b].

Item ex synodo Eugenij Papæ.

Magistros & doctores episcopi congruis locis constituant.

CAN. XI.

De quibusdam locis ad nos referẽ, neque magistros [c], neq; curam inueniri pro studio literarũ. Idcirco ab vniuersis episcopis subiectis [d] plebibus & alijs locis, in q̃bus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligẽtia habeatur, vt magistri [e] & doctores constituãtur, q studia literarũ, liberaliumq; artiũ dogmata assiduè [f] doceant: quia in his maximè diuina manifestantur, atq; declarantur mandata.

Item Aug. in lib. cõtra Manichæos.

Authoritatibus gentilium eorum vanitas retunditur, atq; conuincitur.

CAN. XII.

Si quid veri [g] de Deo Sibylla, vel Orpheus, alij've gentilium vates, aut philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem [h] ad reuincendam paganorum vanitatem: non tamen ad istorũ authoritatem conplectendam. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem angelorum, & confessionẽ dæmonũ [i]: tantum inter authoritatem prophetarũ, & curiositatem sacrilegorũ.

Item Clemens Papa.

Ad intelligẽtiam sacrarum scripturarum, secularium peritia necessaria ostenditur.

f Assidue. i. horis competentibus. sic s. xxxj. dist. sacerdotibus. ff. de cõdi. & demõ. si quis ita legauerit.

g Si quid veri. Arg. quod testes vel instrumenta possunt pro parte rata haberi, pro parte non, vt dixi s. distinct. ix. si ad sacras. Sed illud verum est, quando reprobantur ratione personæ: secus si reprobantur propter dicta. Item argumen. quod si aliqd induxero pro me, quod non teneor recipere contra me. s. dis. xix. si Romanorum. contra. Ioan. Solu. si vtor aliquo contra me, & pro me vti debeo, nisi in casibus specialibus. ij. q. vij. si hæreticus. Dic vt ibi. Bart.

Instrumenta possunt pro parte approbari, & pro parte reprobari.

h Valet quidem. Arg. esse argumentandum ab exẽplis paganorum, & in dubijs ad ea recurrendum. j. xiij. q. ij. questa. s. distinct. xxj. submittitur.

i Dæmonum. Cum dixerunt filio Dei, Ad quid venisti ante tempus torquere nos? Apostolus tamen in epistola ad Corinth. videtur contrarium dicere, cum dicit: Si cognouissent eum, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Dic, quod sic perfectè eum non nouerunt, tamen credebant eum filium Dei, cum viderunt eum ambulantem super aquas: cum viderunt eũ esurire, non credebant.

Diaboli vtrum cognouerũt Christum esse filium Dei.

Rela

Relatum. Hæc est. iij. pars huius di. in qua dicit, q̃ à sapientibus debemus audire, quæ legunt in sacra scriptura. Io. de Fant.

a Traditionẽ. Tales dicuntur transferre terminos patrum, vt xxiiij. q. iij. transferunt.

b Verisimilitudines. i. statim volunt per similitudines procedere in alijs. & licet per similia licitum sit argumẽtari [1]: vt xx. distinctio de libellis. non tamen semper, vt xxvij. q. j. nuptiarum. & xxviij. q. j. sic enim.

1 Ad hoc extra de cõsti. trãslato. et de resc. iter. et de trãsla. iter. extra de appell. vna. ff. ad legẽ Aquili. illud. Arc.

c Alienum. Nisi illud reperiatur in authoritate, vt cũ inuenimus annum poni pro die, vel econtra: vt xxxj. dis. tenere. xxxiij. q. ij. hoc ipsum.

d Discere. Prius enim debet discere, quam docere: vt xvj. q. j. sic clericatus. & c. sic viue. & xxxvj. dist. c. qui ecclesiast. §. ecce.

Testificari põt qs de eo, qđ vidit i ętate puerili.

e In pueritia. Ar. quod aliqs potest testificari, de eo, quod vidit in puerili ætate: vt hic, & de consec. dist. iiij. cum itaq;. & c. placuit. & xxvj. distin. deinde. Nam & liber factus potest testificari de eo, quod vidit, cum esset seruus: vt ff. de verb. sig. l. notionem. §. vl. [2] Arg. contra, quia hæc ætas nescit quid agat: vt C. de fal. mo. l. j. & impubes nihil intelligitur scire: vt ff. de iur. & fac. igno. l. vlti. Dic, quod si fuerit capax doli, bene potest de eo, quod tunc vidit, testari de puro facto: sed de circunstantijs, scilicet qualiter quid factum sit, nõ: quia in hoc facile potuit falli memoria. Ioan. Quod satis credo, arg. instit. de inuti. stip. §. pupillus. ff. de regul. iuris. l. in negotijs. Bartho.

2 Ad idẽ facit expsse, vt videtur ff. ad Syll. l. excipiuntur. Archi.

CAN. XIII.

3 Relatum nobis est, quòd quidã in vestris partibus commorantes aduersantur sacris doctrinis: et prout eis videtur, non secundùm traditionem [a] patrum, sed iuxta suum sensum docere videntur. Multas enim quidam (vt audiuimus) vestrarum partium ingeniosi homines ex ijs, quæ legũt, verisimilitudines [b] capiunt: & ideo diligenter obseruandum est, vt lex Dei cùm legitur, non secundùm propriam ingenij virtutem, vel intelligẽtiam legatur, vel doceatur. Sũt enim multa verba in scripturis diuinis quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpserit: sed non oportet. Non enim sensum extrinsecus alienũ [c] & extraneum debetis quærere: vt quoquo modo ipsum ex scripturarum authoritate confirmetis: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis oportet. Et ideo oportet scientiam ab eo discere [d] scripturarum, qui eam à maioribus secundùm veritatem sibi traditam seruat: vt & ipse possit eam, quãrectè susceperit, competenter asserere. Cùm enim ex diuinis scripturis integram quisq;, & firmã regulam veritatis susceperit, absurdum nõ erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studijs, quæ fortè etiam in pueritia [e] attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicit, falsa & simulata declinet.

Item Isidorus in libro sententiarum.

Quare prohibeatur Christianus poëtica figmenta legere.

CAN. XIIII.

4 Ideo prohibetur Christianis legere figmenta poëtarũ, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim thura [f] solùm offerendo dęmonibus immolatẽ, sed etiam eorum dicta libẽtius capiendo.

5 *Vt itaque ex præmissis authoritatibus apparet, imperitia sacerdotibus semper esse debet aduersa: quoniam si per ignorãtiam cæcitatis alijs ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt. Vnde dicitur in Psalmo: Obscurentur oculi eorum [g], ne uideant: & dorsum [h] eorum semper incurua. Cùm enim obscurantur illi, qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum facilè sequentes inclinantur. Elaborandum est itaq; sacerdotibus, ut ignorantiam à se quasi quandam pestem abijciant. Licet enim seruus nesciens uoluntatem domini sui & non faciens, dicatur uapulare paucis, non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus: Qui ignorat [i], ignorabitur. quod de eo in-*

Ideo prohibetur. Hæc est quarta pars huius distinctionis, in qua dicit causam, quare fuit prohibitum studere in libris gentilium. Ioan. de Fan.

f Thura. Quasi dicat non refert, an quid fiat, an eius simile: vt xj. q. iij. existimant. & lxxxvij. dis. pasce. ff. man. l. vlti.

Vt itaque. CASVS. *Concludit Gratia. ex supradictis, quod sacerdotes debent ignorãtiam omnino vitare: quia si sacerdotes cæci & ignorantes velint docere subiectos, ambo in foueam cadunt: quod probatur authoritate Psal. Et licet quis velit se excusare authoritate Euangelij dicentis, Seruus nesciens voluntatem domini, &c. non tamen prodest. Et hoc probatur authoritate Apostoli, qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit à quo potuit discere, alias punitur. quod probatur authoritate Augu. non omnis, &c. Sequens capi. patet.*

g Oculi eorum. i. prælati [3], qui regũt alios.

3 Alias, oculi eorũ, scilicet p̃latorũ q. &c.

ADDITIO. vt xxxvj. dis. d. c. qui eccle. §. ecce. in fine.

h Dorsum. i. subditos, qui sustentari debent à prælatis, quasi in dorso: vel quia sequuntur dorsum ipsorũ. xj. q. iij. præcipue.

i Qui ignorat. Id est, qui negligit scire, vel contemnit scire.

ADDITIO. Nam ignorantia, quę est ex culpa, nocet xxviij. q. j. c. j. §. ex his.

Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

Excusantur ne hi, ad quos apostolorū ꝑdicatio nō peruenit?

a Qui noluit. Videtur ergo, quod illi sint excusati, ad quos prædicatio Apostolorum non peruenit: vt lxxxij. di. ꝓposuisti. Sed nō est ita: quia in omnē terram exiuit sonus eorum. xix. dist. ita dominus. Nec excusatur quis per ignorantiam, qui potest habere copiam peritorū. ff. de iur. & facti igno. l. regula. vel si sua prudentia facile potuit illud scire. C. de inge. ma. l. iij. ff. quis ordo in bonorum possessione seruetur. l. ij. §. in bonorum.

b NOn omnis. A pœna. i. à peccato, pro quo debetur pœna, vel à pœna æterna: aliter non congrue diceret: nec etiam, verum cum in quolibet ignorante sit pœna eo ipso, quod ignorat, secundum Hug.

CVm itaque. hæc dist. diuiditur in tres partes. In prima intendit probare, quod omnes sacerdotes & alij maiores & minores debent esse instructi in lege diuina, & præcipue in canonica. & probat hoc per decem authoritates. Secunda ibi, Quamuis. Tertia ibi, Sed licet. Ioan. de Fan.

c Cum itaque. Superiori di. facta fuit mentio de ignorantia: ideo magister annectit istam xxxviij. di. in qua ostendit, quod ignorantia periculosa est, maxime sacerdotibus. Notandū est ergo, qđ ignorantia iuris, alia est iuris naturalis, alia ciuilis vel canonici. Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, si est adultus, vel discretus: quia in his parum interest decipere, vel decipi posse: vt xvj. quæstio. j. si cupis. de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis, vel canonici neminem excusat: vt j. ea. c. si in laicis. & c. quæ ipsis. Aliquos tamen excusat, vt milites, mulieres [1], rusticos, minores. Io. in damno tamen vitando nulli nocet, vt ff. de iuris & facti ign. error. in fi. nisi in ijs, quæ introducta sunt ad rigorem iuris conseruādum, vt in constōne, si quis in tantā. C. vnde vi. & in præscriptionibus. Bar. Ignorātia facti alia probabilis, & hæc excusat: ꝗa et peritissimos fallit: vt j. j. q. j. si qs à simōiacis. & ix. q. j. ordinatiōes. Alia est crassa, & supina: vt cū qui ignorat id, quod publice factū est in ciuitate. Hæc neminē excusat, vt xvj. dist. quod dicitis. xij. q. ij. qui & humanis. Hoc plenius inuenies j. q. iiij. c. vlti. in fi.

n͂ differentia ignorancie

Ignorātia iuris est multiplex

1. Timot. 4.d

1 De hoc legi. et no. xxij. q. 5. iiij. c inno cens. §. il-

telligendum est, qui noluit [a] intelligere, ut bene ageret.

Vnde Augustinus ait in lib. quæstionum.

CAN. XV.

NOn omnis, qui ignorat, immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari à pœna [b], qui quod disceret, non inuenit. Illis autē hoc ignosci non poterit, qui habentes à quo discerent, operam non dederunt.

DIST. XXXVIII.

CVm itaq; [c] uoluntaria ignorantia omnibus sit noxia: sacerdotibus est periculosa.

Vnde in concilio Toletano legitur.

Sacerdotibus maximè ignorantia vitanda est.

CAN. I.

IGnorantia mater cunctorum errorum, maximè sacerdotibus Dei euitanda est, qui docendi officiū in populo Dei susceperunt. Sacerdotes legere sanctas admonentur scripturas, Paulo apostolo dicente ad Timotheum [d]: Attende lectioni, et exhortatiōi doctrinæ, et semper permane in his. Sciant ergo sacerdotes sanctas scripturas & canones, & omne opus eorum in prędicatione & doctrina consistat, atque ædificet cunctos tam fidei scientio, quàm operum disciplina.

Idem ex eodem.

Officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri, cùm ordinantur.

CAN. II.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur libellum officialē [e] à sacerdote [f] suo accipiant: vt ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis Christū offendant. Cùm verò ad litanias [g] vel ad concilium [h] venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent vel baptizent.

Item Leo episcopis Constantin.

Inscitia sacerdotum, nec excusatione est digna, nec venia.

CAN. III.

SI in laicis [i] videtur intolerabilis inscitia, quantò magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione est digna, nec venia.

Itē Celestinus orthodoxis omnib⁹ episcopis.

Canones non licet sacerdotibus ignorare.

CAN. IIII.

Ignorantia. CASVS. Docet hic concilium Toletan. quod ignorātiā sacerdotes Dei debēt vitare, quæ mater est cunctorum errorum: & ideo maxime in sacerdotibus est vitanda. Vnde sacras scripturas legere debent, quibus populos sibi cōmissos valeant erudire tā in scientia fidei, quàm in moribus: & hoc probatur authoritate Apostoli dicentis: Attende lectioni, &c.

d Ad Timotheū. Argu. quod vni dicitur, ad omnes extenditur, vt xxiiij. quæ. j. quodcumq; & xvj. quęst. j. prædicator. lxj. di. miramur. de pœni. di. j. c. quis aliquando. §. his authoritatibus [2]. C. de diuer. rescript. l. j. ff. de pa. iuris gentium. §. pactorum. Argu. contra. xxv. distinct. qualis.

e QVando. Officialem. in quo continetur officium ecclesiasticum.

f A sacerdote. Id est, episcopo.

g Ad litanias. Id est, in rogationibus. Et sic patet, quod omnes sacerdotes venient ad cathedralem ecclesiam in festo rogationum. sic j. de cō se. distinct. iij. c. iij. de conse. dist. j. & hoc.

h Vel ad concilium. Sic patet, quod conuentus quē habet episcopus cum clericis suis, dicitur concilium, vt xviij. quæ. ij. abbates. xij. q. ij. placuit. xviij. distin. propter. & c. placuit.

i SI in laicis. Videtur ergo quod laici habebunt peritiam iuris: maxime si sint iudices, cum teneātur ferre sententiam in scriptis, vt dixi xx. distin. c. j. Sed pōt intelligi de iure cōsuetudinario, vel de iure naturali, in quo periculosa est ignorantia: vt xvj. q. j.

licitū. fœminas tamen nō ut oibus excusat ignorātia: sed in quibusdā, vt no. ff. de iuris & fa. igno. l. regula. § princi. & C. eo. titu. l. fin.

Ignorātia facti, est multiplex.

2 Vel nunc aliās est c. ad idē de cōse. dist. 4. ꝓpriè.

Processiones rogationū.

Laici iuris peritiā debent habere.

NVlli sacerdotum liceat canones [a] ignorare, nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Que enim à nobis res dignè seruabitur, si decretaliū norma constitutorum pro aliorum libitu licentia populis permissa frangatur?

Item ex dictis Augu.

Quæ sint sacerdotibus necessaria ad sciendum.

CAN. V.

QVæ ipsis sacerdotibus necessaria sint ad discendum [b], id est, Sacramētorū [c] liber, Lectionarius, Antiphonarius, Baptisterium, Computus [d], Canones pœnitētiales, Psalteriū, Homiliæ per circulum anni in dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum [e] defuerit, sacerdotis nomen vix [f] in eo cōstabit: qa valde periculosæ euangelicæ minæ sunt, quibus dicitur, Si cęcus cæco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt.

Item ex sexta synodo.

Quæ oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus.

CAN. VI.

OMnes psallentes repromittimus [g] Deo, In tuis iustificationibus meditabor, nō obliuiscar sermones tuos. quod omnes quidē Christianos obseruare saluberrimum est: sed præcipuè hos, qui ecclesiasticam consecuti sunt dignitatem. Vnde diffinimus omnem, qui ad episcopatus est prouehēdus gradum, modis omnibus psalterium [h] nosse, vt ex hoc etiam omnis clerus, qui sub eo fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratꝰ autem diligēter à metropolitano, si in promptu habeat legē scrutabiliter, & nō transitoriè, tam sacros canones & sanctū euangeliū quā diuini apostoli librū, & omnem diuinam scripturā: atq; secūdùm mandata conseruare, & docere sibi populū commissum. Substātia [i] enī summi sacerdotij nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est, vera diuinarum scripturarū disciplina: quemadmodum magnus perhibet Dionysius. Quòd si disceptauerit [k], & ita libenter facere, & docere minimè sponderit, nullatenus consecretur. Ait enim prophetæ Deus: Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Osee 4.b

n͂a quid debeat scire episcopus ordinand⁹.

Item ex cōcilio Carthaginensi quarto.

De eodem.

CAN. VII.

PLacuit [†] vt ordinandis episcopis, vel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur [l]: ne se aliquid cōtra statuta concilij fecisse pœniteant.

† Pro declaratiōe huius ca. vide Alexan. de Imol. in l. si qs. C. de pact. & §. igitur ordinandus. in authen. quomodo opor. epi.

Item Zepherinus Papa.

Sacræ scripturæ inhærentes non obscurantur iniquitate mundana.

CAN. VIII.

SIcut stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium & inhærentes firmamento [m] sanctæ scripturæ non obscurat mundana [n] iniquitas.

Item Hieronymus in Esaiam.

Ignorantia scripturarum est ignorantia Christi.

CAN. IX.

SI iuxta Apostolum Paulum Christus Dei virtus est, & Dei sapientia: & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusq; sapientiam [o], scripturarum ignorantia, Christi est ignorantia. 1. Corint. 1.d

qui ignorat scripturas ignorat Xp̄i dei virtutes & sapiētias

Item Gregorius in Moralibus.

A domino sciuntur, vel ignorantur, qui ea, quæ Dei sunt, sapiunt, vel ignorant.

CAN. X.

QVi ea, quæ Dei sunt, sapiunt, à domino sapiuntur [p]: & qui ea, quæ

1 Vel dic q. j. si cupis [1]. quod hoc c. potest intelligi de illis laicis qui in dignitate sunt cōstituti, de quibus habet exēplum lix. dist. si officia. Arch.

a NVlli sacerdotum. Canones. Pœnitētiales, si intelligis de sacerdotibus: vt xxvj. q. vij. tempora. si intelligis de episcopo, planum est: vt xxiij. distin. qui episcopus [2].

b QVæ ipsis. Ad discendum. Supple hæc sunt.

2 Ad idē lxj. dis. statuimus. & extra de consan. et affi. c. j. in fi. & j. eo. omnes.

c Sacramentorū. i. missale.

d Computus. quo ad dies & menses.

e Si vnum. Arg. quod vbi plura requiruntur ex necessitate, si vnū ex his deest, nihil agitur, vt de conse. dis. iiij. in synodo. xxij. q. ij. animaduertendum. Sic qui offendit in vno, factus est reus omniū: vt de pœni. di. v. consideret. & est simile [3] C. de testa. si vnus. & ff. de transactionibus. cum hi. §. si prætor. Argu. contra xxx. q. v. aliter. ff. de vent. in spi. l. j. in fi. [4]

3 Scilicet à principio glos.

4 Hic ad de qđ leg. & not. 33. q. 5. c. 2. in glo. 2. 23. dist. quorūdā. Archida.

f Vix. Quia vbi res deest, nec nomen habebitur: vt lxviij. distin. corepiscopi. vij. quęst. j. factus. C. de fer. à nullo. xxxv. q. vij. quid est. Mat. 15.b

g OMnes psallentes. Repromittim⁹. id est, videmur nos obligare, cum dicimus illa verba, In iustificationib⁹ tuis meditabor. Psal. 118.

h Psalteriū. lxxxv. dist. archidiaconum [5]. xxiij. di. cui episcopus.

5 Alias, icipit Florentinum.

i [6] Substantia. i. de substantia [†] sacerdotij videtur esse, quod ordinandus habeat scientiam.

k Si disceptauerit. id est, si contradixerit.

l PLacuit. Inculcentur. similiter cum nouū celebratur concilium: vt xviij. dist. 4. decernimus. xj. q. iij. curæ.

[redacted]

m SIcut stellas. Firmamēto. id est, meditationi & lectioni. H.

n Mundana. Vnde dicitur, ama sciētiā scripturarum, & carnis vitia non amabis. de consec. dis. v. nunquā. Hu. & Lau.

o SI iuxta. Sapiētiā. sic argumētatur: Christus est sciētia: ergo q ignorat scientiam, ignorat Christū [6]: & intellige de tali ignorantia, quæ contemnit discere. s. proxima. c. fin. Io.

p QVi ea. Sapiuntur. id est, approbantur.

Igno

[redacted]

6 Adde quę tenenē scire Christiani ad beatitudinem cōsequendam, not. Bal. in gl. super tit. C. de summa Tri. Inn. & Io. An. in ca. ij. §. ꝓ defectu. de renun.

Universidad de Deusto Biblioteca

1.Corint. 14.g

a Ignorat. Intellige de eo qui contemnit scire, vel de eo, qui de facili scire posset, si habuisset tractatum cum peritis: vt C. de in ge. ma. l. iij. §. dist. proxi.

QVamuis. Hæc est secunda pars huius distinct. in qua dicit, quod illi errant, qui falsa pro vero approbant: vel econtrario. Ioã. de Fan.

b Errare. Errare enim est aliud pro alio putare: vt xxij. quæstio. ij. in quibus [1].

c Eademque. In ijs, quæ spectãt ad salutem animæ, nihil interest decipi, vel decipere: vt xvj. quæstio. j. si cupis.

d Quã scire. Hic videtur, quòd bonum sit ignorare mala: vt xxxij. distin. hopitiolũ. Sed cõtra, omnis scientia à Deo est [2]: vt xxxvij. dist. c. legimus. §. hic. & bonum est scire mala, vt ea vitemus: vt §. dist. proxi. qui de mensa. & cap. si quid veri. Dic q omnis scientia bona est: sed dicitur aliqua scientia mala, quia mala est illi cui dat occasionẽ peccãdi: sic Adę fuit malum pomũ paradisi: vt xj. qõ. iij. quid ergo. & Iudæ buccella: vt j. quæst. j. §. opponitur. ver. nec mirum. de consec. dist. ij. & sancta.

Sed licet. Supra dictum est, q presbyteri debẽt ignorantiã euitare: sed licet quandoq per ignorantiam peccent in grammatica, non tamen propter hoc sunt à grãmaticis, i. à scholasticis despiciendi: quoniam vitia sunt magis præcauẽda, quàm verba.

e SEdulo. Sententias. No-

1 Adde qualiter errare, ignorare, nescire & titubare differunt, not. gl. sup tit. ff. de iur. et fa. ign. & in l. de statu. ff. de testa. hic aũt error ꝓprie sumitur pro errore, quẽ positiuũ vocãt Theologi scholastici. C. M.

2 Ar. cõtra. 26. q. 2. qui fine. & qõ. v. episcopi. in prin. Scientia aliqua dicitur mala.

Dei sunt nesciunt, à domino nesciuntur: Paulo attestãte, qui ait: Si quis ignorat [a], ignorabitur.

Idem. Quicunq; stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.

Item Augustinus.

Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire, quod nescit, errare probatur.

CAN. XI.

[2] QVamuis errare [b] quãta possumus cura cauendum sit non solùm in maioribus, verũ etiam in minoribus rebus: nec nisi rerũ ignorantia posit errari: non est tamen consequens, vt continuò erret quisquis aliquid nescit: sed si quis existimet se scire, quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod erroris est ꝓprium. Veruntamẽ in qua re quisquis erret, interest plurimum. Nam in vna eademq; [c] re, & nescienti sciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuersis autẽ rebus, id est, cùm iste scit alia, ille alia: & iste vtiliora, & ille minus vtilia, vel etiam noxia: quis non in eis quæ ille scit, ei præferat nesciẽtẽ? sunt enim quędam, quæ nescire melius est, quã scire [d].

[3] Sed licet per ignorãtiam grammaticæ artis aliquid vitiosum proferant episcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à scholasticis sunt despiciendi: quia morum vitia magis, quàm verborum sunt præcauenda.

Vnde Augustinus in libro de catechizandis rudibus.

Non contemnant scholastici ecclesiasticam simplicitatem.

CAN. XII.

SEdulò monendi sunt scholastici, vt humilitate induti Christiana, discant non contẽnere, quos cognouerint morũ vitia magis, quàm verborum deuitare: sed cordi casto linguã exercitatã nec conferre audeant, quam etiam præferre cõsueuerunt. His maximè vtile est nosse ita esse pręponẽdas verbis sententias [e], vt pręponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quã disertiores audire sermones: sicut malle debẽt prudẽtiores quàm formosiores [f] habere amicos. Nouerint enim nõ esse voces ad aures Dei, nisi animi affectũ. Ita enim non irridebũt, si aliquos antistites & ministros ecclesię fortè animaduerterint, vel cũ barbarismis, vel solœcismis Deum inuocare, vel eadem verba, quæ pronuntiant, non intelligere [g], perturbateq; distinguere. Nõ, quia ista minimè corrigẽda sunt, vt populus ad id, quod planè intelligit, dicat [h] amen [i] †: sed quia piè tolerãda sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono [k] in foro, sic voto in ecclesia benedici. Itaque [l] forensis illa [m] nonnunquam fortè bona dictio [n], nunquam tamen benedictio dici potest.

Idem ad Alexandrinũ episcopum.

CAN. XIII.

INdigunum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi, restringã sub regulis Donati †.

Idẽ de vera religione.

ta quod magis considerãda est sententia, quàm verba: vt j. q. j. Marciõ. xxij. q. v. humanæ. de conse. dist. iiij. retulerunt. & si non sanctificatur. & potius mens est consideranda, quã verba: vt xxxiij. q. j. paratus. Arg. cõtra extra de spõsa. ex literis. Sol. non est à verbis recedendum, nisi ex verbis prauus generetur intellectus: & tunc verba sunt interpretanda.

f Quàm formosiores. Vnde Seneca, Infirmus non quærit medicũ eloquentem, sed curare scientem.

g Intelligere. Ar. quod non est deponendus aliquis propter imperitiam [3]: vt x. q. j placuit.

h Dicat. Argu. contra extra de filijs presby proposuit. vij. qõ. j. illud. sed nec hic populus respõdet amen, officiãdo ecclesiã, vel missam. Et ita videtur, quod nec sine ministro potest presbyter missam dicere: licet H. dixerit, quòd bene posit cũ populo tantum ecclesiam officiare.

i Amen. Videtur ergo sufficere, si populus respõdeat sacerdoti in missa [4]: & sic est cõtra. vij. q. j. illud. Sed dic, quòd non respõdet populus officiãdo missam.

k Vt sono. Hoc est dicere, sicut in concione laici cõpositos sermones & politos considerant: sic viri ecclesiarum votum & intentionem considerare debent sacerdotis.

l Itaque. Id est, quàmuis.

m Illa. Concio.

n Bona dictio. no mihetur, non tamẽ potest dici benedictio. xxviij. distin. pres

Sententiã potiꝰ quã verba attendi debet.

Seneca.

3 Ad idẽ lxxiij. di. eporũ. in fi. xxv. q. ij. in Galliarum. in fine.

Presbyter an sine ministro possit celebrare.

† Alias. ducat animum.

4 Dicit Hug. hoc quidẽ verũ est, sed hoc non colligit hic. nõ enim dicitur q populus sic rñdeat officiãdo, &c. vt sequitur. de hoc supra in gl. prę cedẽt Archidia-

† Hic textus quotidie allegatur ad hoc q sacri canones nõ arcẽtur grãmaticis regulis.

presbyterum.

a NVllus. Opprobriũ. Et dicit Augustinus, Ego senex à puero nondũ anniculo paratus sum edoceri: vt xxiiij. q. iij. si habes. Et stultus est, q bona quæ videt, discere contemnit: vt xxij. dist. de Constantinopolita. Et si vnum pedem haberem in sepulcro, alium extra, adhuc vellem discere: vt ff. de fideicom. lib. apud Iulianũ. Vnde Seneca: Nulla ætas sera est ad discendum.

Incitatio optima ad discendũ.

ECce. Hęc dist. breuis est: & ideo non diuiditur.

b Ecce. In tribus supradictis distinct. demonstratũ est episcopum debere esse prudẽtem in literis tam diuinis, quam secularibus. Nunc vero i hac xxxix. dist. ostendit, quod oportet episcopum esse prudentẽ in negotijs secularibus: vt sua cautela reddantur ecclesiæ indemnes, & cuiq; necessaria pro suo modulo ministrentur. & hoc exemplo domini, qui turbas sequentes non solum verbis spiritualibꝰ, sed etiã corporalibus alimẽtis reficiebat. Quam peritiã, quia Petrus Diaconus non habuit, est à dignitate repulsus, ad quam fuerat electus, vt probat sequens ca. quod per se patet.

Episcopꝰ debet esse prudẽs in negotijs secularibus.

c Habere peritiã. Et ita hoc est adhuc de illo capitulo, de quo tractatur xxxvj. dist. scilicet oportet episcopum esse prudentem. secũdum Hug. & Laur.

d Solertiam. Id est industriam, solicitudinẽ. Solers enim antiquitus dicebatur, qui erat omni bona arte instructus. Et dicitur solers, q

PALEA.

LOcutio diuinarum scripturarũ secundùm cuiusque linguæ proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua quædã propria locutionum genera, quæ cùm in aliam transferuntur, uidẽtur absurda.

Item Hieronymus ad Pammachium.

CAN. XIIII.

ECclesiastica interpretatio etiam si habeat eloquentiæ venustatem, dissimulare eam debes, non fugere: vt non otiosis philosophorum scholis, paucisq; disciplinis, & vniuersa loquãtur hominum genera.

Item Clemens.

Propter opprobrium senectutis à paruulis, & à minimis non erubescat discere episcopus.

CAN. XV.

NVllus episcopus ꝓpter opprobrium [a] senectutis, vel nobilitatem generis, à paruulis, vel minimis eruditis, si quid fortè est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & discere atq; agere bona recusat, magis diaboli, quàm Christi membrum esse ostenditur: & potiùs infidelis, quàm fidelis esse monstratur.

DISTIN. XXXIX.

ECce [b] plenariè monstratũ est, quòd sacerdotes oportet literarum tam sacrarum, quã secularium esse peritos. Nunc autem queritur, an secularium negotiorum oporteat eos habere peritiã [c]. Hanc prælatis ecclesiæ esse necessariam multis rationibus probatur. Debent prælati subditis non solùm spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solùm uerbo docebat, sed etiam uirtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plenè perficere possint, secularium negotiorum oportet eos habere solertiam [d], ut eorum cautela & ecclesiæ seruentur indemnes, & cuique necessaria, pro suo modo [e] ministrentur.

Vnde quidam in episcopum electus à beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesiæ dilapidarẽtur.

Vnde Gregorius scribit nobilibus ciuibus Neapolitanis †.

Secularium negotiorum imperiti non sunt in episcopos ordinandi.

CAN. I.

PEtrus diaconus, quẽ à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est [f]: & nostis, quia hoc tempore talis in regiminis arce debet constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiã de extrinseca [g] vtilitate & cautela sciat esse solicitus.

DISTINC. XL.

[1] OPortet quoque esse episcopum ornatum, & hospitalem [h]. Per ornamenta episcopalia, uirtutes debent intelligi, quæ à domi-

sit solicitus in arte & vtilis, secundum Papiam.

e Pro suo modo. quia plus quandoque conferẽdum est vni, quam alteri: vt j. q. ij. clerici. xij. q. ij. Vulteranæ. extra de præben. de multa. in fine.

f PEtrꝰ. Simplex est. Quædã est simplicitas quæ est contraria dolo [1], & illa est bona: vt xvj. q. j. si cupis. sed hic vocat simplicitatem negligẽtiam siue stultitiam, vt xxxvj. dist. in princip. Illa enim impedit promouendum, vt hic, & arg. lxxiiij. distin. episcoporum. sed ꝓmotum non deijcit, sed datur ei coadiutor, vt vij. q. j. quia frater. & xij. quæsti. ij. vobis. Tamen iste Petrus nõ tantũ propter simplicitatem fuit remotus: sed etiam, quia solidos dedit ad vsuram, vt xlvij. distinctio. de Petro.

1 Simplicitas est duplex. j. ij. q. vij. Sancta quippe id est, simplicitas est simplicitas contraria difficultati.

C. de furt. l. vltim. in prin. insti. de fideicõ. hæredi. §. quia. Arc.

g Extrinseca. Debet enim cautus circa sua negotia esse: vt xxiij. distin. qui episcopus. & est simile lxxxvj. dist. fratrem. Ioan.

† lib. 7. epistolarum.

OPortet. Hæc distinc. diuidit in sex partes, in quarum prima probat primo & principaliter, quod ornatus debet esse sacerdos, et sic omnes alij clerici, vt honorem faciant suis cathedris & dignitatibus. & hoc probat p quatuor authoritates. Secũda ibi, Homo Christianus. Tertia ibi, si papa. Quarta ibi, ante omnia. Quinta ibi, Illud. Sexta ibi, Multi. Ioan. de Fant.

1.Ti.3.a

h Oportet. Hospitalem. Hic prosequitur v. cap. apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse ornatum. Est autẽ duplex

i plex

Universidad de Deusto
Biblioteca

plex ornatus exterior, & interior. Exterior ornatus consistit in grauitate, & in incessu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. De isto ornatu agitur in proxima seq. distinct. Interior ornatus est virtus, & de hoc agitur hic: & ostendit, quod locus nō dat virtutē, nec dignitas, sed vitæ meritum.

Psal. xiv. Ioan. Exod. 28.

a NOn nos. Perennem meritorum dotem. id est, Apostolicam dignitatem per bona merita acquisitā[1].

1 Ar. xxiiij. q. j. pudenda.

b Cum hæreditate. Id est, ad hoc transmisit, vt essent hæredes bonitatis suæ.

c Per actuum lucrem. id est, per bonos actus.

d Quos. id est, quia eos.

e Quis enim. Quasi dicat, & si quandoque forte Apostolici nō essent boni, tamen semp præsumuntur esse boni. quis enim, &c. Sed nonne contrarium est. xix. distin. Anastasius. xxj. distinc. nunc autem? Sed nō dicit hic quod sancti sunt, sed quod sancti præsumūtur, donec contrarium constet: quia hæreditatem innocentię recipiunt, vt hic dicitur. Sed quid si cōstet de ipso, quod adulterium commisit, vel homicidiū?

Papa siue apostolicꝰ semp̄ præsumit bonus.

Papa de homicidio vel adulterio accusari nequit.

Dicit Hug. quod licet non possit accusari, inde tamen peccat. & quod hic dicitur bene facere, subintelligit de ijs, quæ possunt æque torqueri ad bonum vel ad malum: quia semper in dubio p ipsius facto præsumitur. Sed hoc certe idem est in quolibet sacerdote, vt xj. quæsti. iij. abfit. & xlj. distinctio. c. j. & lxvj. quæstio. j. capit. si clericatus. Respondeo hoc verum est: sed tamen magis præsumitur pro papa, vt xciij. distinct. cap. j. vnde sacrilegij instar esset disputare de facto[2] suo: vt xvij. quæstio. iiij. capi. si quis. §. qui autem. Vel dic quod facta papæ excusantur, vt homicidia Samsonis, & furta Hebræorum, adulterium Iacob: vt extra de diuortio. gaudemus. Ioannes.

2 Istum fuisse Ioan.

f Illustrat. id est, dat eis occasionem bene viuendi: vt lxxxj. distinct. valet.

no eis repromittuntur, dum dicitur: sacerdotes eius induantur salutari. Vnde in ueteri testamento uarijs uestibus ex præcepto domini sacerdotes ornati legūtur: quia multimodis uirtutibus debet splendere uita pontificis, ut gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed uita & mores sanctum faciūt sacerdotem. Vnde ex officio suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene uiuendi se nouerint assecutos.

Vnde Symmachus papa ait:

Officium sacerdotum non confert, sed admit licentiam delinquendi.

CAN. I.

NOn nos beatum Petrum (sicut dicitis) à domino cum sedis priuilegio, vel successores eius peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille quippe perennem meritorum dotem [a] cum hæreditate [b] innocētiæ trāsmisit ad posteros. Quod illi concessum est per actuum lucem [c], ad illos pertinet, quos [d] par conuersationis splendor illuminat. Quis enim [e] sanctum dubitet esse, quem apex tantę dignitatis attollit? In quo si desint bona acquisita per meritū, sufficiunt quæ à loci præcessore præstātur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur, illustrat [f].

Item Hieronymus.

Filij sanctorum sunt, qui exercent opera eorum.

CAN. II.

NOn est facile stare [g] in loco Petri et Pauli, scilicet tenere † cathedram regnantium cum Christo: quia hinc dicitur: non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum [h].

† Alias, temere.

Item Gregorius.

Morum nobilitas, non loci, vel generis sacerdotes notificet.

CAN. III.

NOs, qui præsumus, non ex locorum [i], vel generis dignitate, sed morum [k] nobilitate [l] innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate.

Idem Anastasio presbytero.

Non loca, vel ordines, sed merita Deo coniungunt.

CAN. IIII.

NOn loca, vel ordines [m] creatori nostro nos, pximos faciūt: sed nos aut merita bona ei coniungunt, aut mala disiungunt.

Item Ioannes Chrysostomus.

Magnitudo peccati, vel dignitatis quenquam fortiter deiicit.

CAN. V.

2 HOmo Christianus fortiter cadit [n] in peccatum propter duas causas: aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis †.

Item ex dictis Bonifacij martyris.

g Stare. digne, sicut exigit eminentia dignitatis. Hug.

h Opera eorum. xxxv. distinct. cap. eccleſiæ.

i Nos. Non ex locorum. tā tem, ne sit contra. lxxxj. distinctio. valet.

k Morum. C. de episco. & cleri. l. si quenquam.

l Nobilitate. Sic infra. j. quæstio. j. vi liſſimus.

m NOn loca, vel ordines. tātum: quia per ordines confertur gratia, vt j. quæst. j. quicquid. & est simile xxiij. q. iiij. sicut ij.

HOmo. Hæc est secūda pars huius distinct. in qua probat, quod vnus in eodē genere peccati magis punitur, quam alius: & hoc probat per illud capitulū. Ioannes de Fantu.

n Cadit. id est, cadere videtur ab ecclesia. Ex hoc capitulo plurimi dicūt, quod circunstantię loci & temporis & dignitatis & scientiæ aggrauant peccatum[3]: vt magis peccet clericus, quā laicus in eodem genere delicti: & magis literatus quam nō literatus. & magis peccatur in loco sacro vel tempore, quam extra. argum. xix. distinctio. capit. nulli. & quinquagesi. distinctione. quia sua. & vndecima, quæstione tertia. præcipue, & xxv. quæstione prima. cap. nulli. de pœnit. distinctio. v. cōsideret. & xxxij. quæstio. quinta. qui videtur. Et augetur peccatum dignitate peccan-

Circūstātiæ peccata aggrauantes.

3 Adde ad hoc text. gl. et doc. in l. aut facta. §. j. ff. de pœn. et de hoc fatis no. Gofre. in sum. de pœ. & remissi. §. confitetur quis, &c.

†Cōcor. ex. i. l. nemo. C. de sum. Tri. & l. oē. §. manus. ff. de re militari.

peccantis[1], vt ff. de re milita. omne. §. augetur. Alij dicunt quod circunstantiæ cum sint bonæ, & à Deo, non debent esse alicui occasio mali. Vnde dicunt, quod circunstantiæ nō aggrauant peccatum, sed solus contemptus. Si ergo laicus ex maiori contemptu peccat, magis peccat, quam clericus. Sed quia non cōstat ecclesię qualiter quis peccet an ex contemptu, vel alio modo. xxiiij. quæstio. iij. Deus. ideo non potest iudicare de peccato secundum contemptum: & ideo iudicat per circunstantias, quasi per quasdam præsumptiones. & magis punitur clericus, quam laicus: quia magis præsumitur contra ipsum. & licet hic duæ causæ tantum enumerentur, quæ videntur aggrauare peccatum: tamē plures sunt. de pœ. distinctione quinta. considereꝛ.

1 Ad hoc v. q. vj. ꝓſbyteri. C. de epiſ. & cler. preſbyteri.

Damnatur Apostolicus, qui suæ & fraternæ salutis est negligens.

CAN. VI.

3 SI Papa suæ & fraternæ salutis neligens deprehenditur, inutilis & remissus in suis operibus, & insuper à bono taciturnus [a]: quod magis officit sibi, & omnibus nihilominus, innumerabiles populos cæteratim secum ducit, primo mancipio [b] gehēnę, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus. Huius culpas isthic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine [c] est iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius [d]. Pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tantò instantius orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere.

Item Augustinus ad Valerium.

Non ordines, sed vitæ merita nos Deo commendant.

CAN. VII.

4 ANte omnia peto, vt cogitet religio-

Prelati tacere non debent.

2 Taciturnus. Taciturnitas mortalis est in prælato: vt quadragesimatertia, distinct. capi. j.

b Mancipio. Id est, diabobo, qui mancipatus est gehennæ. de pœnitentia distinctione prima. mancipium.

Papa iudicatur à nemine.

c A nemine. Papa à nemine potest iudicari, vt nona quæstione tertia. nemo. quod intellige nisi ipse se subijciat. xxij. ij. quæstione vij. nos si incompetenter. Sed contra xxiiij. quæstio. ij. fane profertur. ver. item Romanorum. vbi dicit quod Dioscorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quamuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Constantinopolitanum. Item adhuc obstat xij. q. ij. non liceat. ibi, vnus Papa iudicat de suo successore. Sed ibi non iudicat de ipso: sed dicit quod non liceat ei alienare res ecclesiæ.

Papa an de crimine accusari possit.

d A fide deuius. Quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi. Si enim paratus esset corrigi, non posset accusari: vt xxiiij. q. j. aperte. & ca. ait. & cap. hæc est fides. & ij. quæ. iij. dixit Apostolus. Sed quare non potest accusari de alio crimine? ponamus, quod notorium sit crimen eius, vel per confessionem, vel per facti euidentiam, quare non accusatur: vel de crimine simoniæ, vel adulterij, etiam cum admonetur, incorrigibilis est, & scandalizatur ecclesia per factum eius? Certe credo quod si notorium est crimen eius quandocunque, & inde scandalizatur ecclesia & incorrigibilis sit, quod inde possit accusari. Nam cōtumacia dicitur hæresis[1], vt lxxxj. di. si qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt xxxviij. distinct. nullus. Hic tamen specialiter fit mentio de hæresi, ideo, quia etsi occulta esset hæresis, de illa posset accusari: sed de alio occulto crimine nō posset. Item nunquid pōt denuntiari crimen Papę secundū regulam istam, Si peccauerit in te frater tuus [3]: cū nomine fratris quilibet Christianus dicatur, vt xj. quæst. iij. ad mensam. Sed dico, quod nō potest denuntiari crimen de ipso, nisi inde posset accusari. nā inutilis esset denuntiatio [4]. Item nunquid Papa posset statuere, quod non posset accusari de hæresi? & esp. q. nō: quia ex hoc periclitaretur tota ecclesia. quod non licet. j. xxv. q. j. sunt quidā. quia hoc fit in eo casu, quo desinit esse caput ecclesiæ: & ita nō tenet cōstitutio. Sed pro quo peccato potest Imperator deponi? pro quolibet, si est incorrigibilis. vij. deponitur si est minus vtilis, vt xv. q. vj. alius.

1 Die quod hæreticus dicit plu ribus modis: vt no. xxiiij. q. iij. iter. & extra de hæret. firmissime.

3 Vt 2. q. 1. si peccauerit.

4 Sub. et denuntiatio fit ad correctionē, ad quā cōpelli nō potest: cū superiorē non habeat. Archi.

Impator ꝓ quo peccato deponi potest.

Papa[e] est primus locus.

1 Ita quod hæreticus dicit pluribus modis, vt no. xxiiij. q. iij. iter. & extra de hæret. firmissime.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] SIcut viri. Clericatus, id est, minor ordo. hic videtur, quod si laicus promoueretur in sacerdotem, nullum reciperet characterem: sed si haberet aliquem minorem ordinem, et per saltum reciperet superiorem, bene reciperet characterem: vt lij. dist. solicitudo. Alij dicunt, quod laicus verum ordinem reciperet, dum tamē baptizatus fuerit. arg. j. q. j. ventum. Ioan. quod verum credo. B.

1 Idē no. xxvj. dis. c. j. in gl.

[b] Electio. Consuuit istud induci, qđ ex sola electione non cōsequitur aliquis ius: vt de hoc dixi Ixiij. distin. quanto.

ILlud. Hæc est quinta pars huius di. in qua probatur, quod nō est ita magnus, quin cadere posset, si gratiam non haberet. & hoc probatur per hoc cap. & duo ca. sequen. Ioan. de Fant.

[c] Extra paradisum. In agro Damasceno.

Nobilitatis ratiōe ꝓ aliquo præsumif.

[d] Non loci. Argumen. quod ratione loci, vel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo non præsumitur: vt xiij. q. ij. gloria. Argu. contra. xxiiij. di. quando. Et certe pro nobilibus semper debet præsumi in ijs, quæ spectant ad nobilitatem. argu. ff. de fide instrumen. l. fi. Ioan.

† Quamlibet.

[e] Q Vælibet. Occulta. Argumen. contra eremitas.

[f] Erratis. Id est, peccatis, vel delictis.

[g] Peruersa ciuitate. arg. quod nō nocet bono malorum conuersatio, vel cohabitatio.

Gen. 19. g

2 Et 35. dist. sexto die.

[h] In monte. Xv. quæstio. j. inebriauerunt.

SIcut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimoniū, & sicut duorum copulatio vnū perficit corpus: ita clericatus [a] & sacerdotium vnum faciunt presbyterū, & electio [b] & consecratio vnum faciunt episcopum: quæ omnia vnum faciūt corpus: quod citius corrumpitur & ad terram trahitur, nisi legaliter conseruetur, nisi iustè viuendo laudetur.

Item Ambrosius.

De eodem.

CAN. IX.

SIlud autem animaduerte, ꝙ extra paradisum [c] vir factus est, intra paradisum mulier: vt aduertas, quòd non loci [d], non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam comparat sibi. Deniq; extra paradisum (hoc est in inferiori loco) vir factus melior inuenitur, & illa quæ in meliori loco (hoc est in paradiso) facta est, inferior inuenitur.

Item Gregorius.

Gratia, non locus, saluat animam.

CAN. X.

QVælibet † occulta [e] loca sine gratia animam saluare non possunt: quod aliquādo in ipsis quoque conspicimus erratis [f] electorum. Nā Loth in ipsa peruersa ciuitate [g] fuit iustus, in monte [h] peccauit. Sed ista cur dicimus, cū maiora nouerimus? Quid enim paradiso iucūdius? quid cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit [i].

Idem.

De eodem.

CAN. XI.

ADam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est [k]: hoc est, quia Dei nobilitatem à se deiecit, nobilitate loci priuatus est.

Item Ioannes Chrysostomus †.

Non est verus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos.

CAN. XII.

[l] MVlti sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo fratres, quomodo sedetis super cathedram: quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum [i] sanctificat. Non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit cathedræ: qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ. Ideóq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, nō dignitatem. in iudicio enim tuo sedes. Si quidem bene viueris, & bene docueris, populum instruis: si bene docueris, & malè viueris, tui solius condemnator eris. Nam bene viuendo, & bene docendo, populum instruis, quomodo viuere debeat. Bene autem docendo, et malè viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condēnare. Idem †. Quicunque desiderauerit [m] primatum in terra, inueniet confusionem in cælo: nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit [n]: nec vnusquisque eorum festinet quo

[i] Ceeldit. Nam ex varietate locorum, nullum discrimen inducitur. C. de temp. in integr. restitu. l. vlti. Arg. contra. xxxiij. q. v. qui viderit.

[i] Cecidit 1. Et hæc est causa, quare nos persequitur: quia nos illuc debemus ascendere, vnde ipse descendit. xvj. quæstione ij. c. j.

[k] ADam. Eiectus est. Gene. iiij. de pœniten. distinc. j. Adam. & priuatus: vt de pœniten. distin. j. cap. serpens. & capi. sicut primi.

MVlti. Hæc est vj. pars huius distin. in qua dicit, quod nomen sacerdotis debet consistere in re, & non tantum in nomine: vt per hoc cap. probatur. Io. de Fant.

1 Sed homo locum. Sed res accedere debet homini bus, & non homo rebus. ff. de ædil. edic. l. iustissime.

Idem quicunque.

CASVS. Quidam desiderabant dignitatem vt præessent tantum, & non vt prodessent, sed dicit Ioannes Chrysost. quod tales inuenient confusionem in cælo, nec inter seruos Christi cōputabuntur. Non enim debet aliquis festinare qualiter appareat maior alijs. Nam qui iustior est, maior est: & non qui maior est dignitate, est iustior.

[m] Desiderauerit. Ad hoc vt præsit, non vt prosit: ne obstet viij. q. j. qui episcopatum.

[n] Tractauerit. Nota quod consilio, quod aliquis loquitur

3 De casu eius habetur de pœnit. dist. ij. principiū. Laurentius.

Dæmon quæ nos persequit.

† Chrysosto. Tomo 7. homil. 43. in caput 23. Mat. vsq; ad verbū, Quicūq; C. M.

† Idē. Habetur Tomo 7. homil. 35. in 22. caput Matthæi. C. M.

quitur de episcopatu punit. sic eo ipso, quod quis loquitur ambitiose de minimis, peccat. xvj. q. j. si cupis. & qui loquitur de mulieribus, vt xxxij. dist. hospitiolum.

Peccat q de minimis ambitiose loqtur.

[a] In honore. Quia non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. xxiij. q. iiij. sicut ij. & xvj. quæst. j. sunt nonnulli. Et est hic arg. quod illa pars, quæ iustiori rationi innitit, maior dicitur, licet sit minor. sic xxxj. distinct. Nicena. xix. distin. in canonicis. iiij. q. iij. c. iij. extra de testi. in nostra 1, & xx. distin. c. j.

1 Extra de clec. ec clesia vestra. ij. ibi videas. & dixi plene 31. distinc. Nicena. Archi.

CCe. Supra in precedēti distinctione. dicitū est, quod oportet episcopū esse ornatum moribus, & virtutibus. In hac vero xlj. distinct. dicitur quod oportet episcopū esse ornatū in exterioribus, in habitu scilicet, & incessu. In habitu, ne fulgidis vel sordidis vestibus se exornet. Quod ꝓbat authoritate Hieronymi dicentis: Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt. quod tam de vestibus, quam de cibis est intelligendum. Et ad hoc inducit sequens capi. De incessu autem dicet j. eo. c. vlti.

Ornatꝰ exterior clericorum.

[b] Et incessu. vt gratuitate itineris ostendat grauitatem mētis, vt j. eo. c. vlti.

[c] Q Visquis. Vide. Nota ꝙ quilibet se conformabit socijs suis in cibo et in moribus, vt dist. viij. quæ cōtra. xij. dist. illa. Et est arg. quod rationē societatis tolerat excommunicatus: quia excommunicatus ratione contractus ad communionem admittitur. extra de sent. excom. cap. si vero.

Excōicatus ratiōe societatis toleratur.

modo alīs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur. Quoniam non qui maior fuerit in honore [a] inter homines, ille est iustior: sed q fuerit iustior, ille maior.

DISTINC. XLI.

CCe quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus. Sed præterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu [b]. Habitu, ut nec fulgidis, nec sordidis se uestibus ornet. ut enim ait Hieronymus, nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt: quod tam de uestibus, quàm de cibis intelligendum est.

Vnde Augustinus ait in libro de doctrina Christiana.

Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis.

CAN. I.

QVisquis rebus præteuntibus restrictius vtī, quàm sese habent mores eorum, cum quibus viuit [c]: aut intēperans [d], aut superstitiosus [e] est. Quisquis verò sic eis vtitur, vt metas cō suetudinis bonorum, inter quos versat, excedat, aut aliquid significat [f], aut flagitiosus est [g]. In omnib⁹ enim talibus nō vsus rerum, sed libido [h] in culpa est. Quod igitur locis & temporibus & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temerè flagitia [i] reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens vtatur: insipiēs autem fœdissima gulę flamma in vilissimū olus ardescat: & sanius quisque maluerit more domini pisce vesci [k], quàm lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut hordeo more iumentorū. Non enim propterea continētiores nobis sunt pleræque bestiæ, quia vilioribus alūtur escis. Nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur: sed ex causa [l] vtendi, & modo appetendi, vel probādum, vel improbandum est, quod facimus.

Itē Augustinus super epistolam Ioannis.

Non cibus, sed appetitus in culpa est.

CAN. II.

DEliciæ quælibet, si absq; desiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinētiæ. Dauid enim aquam malè concupitam effudit, & Elias carnes comedit.

Item in libro de verbis domini.

Contra suæ infirmitatis consuetudinem aliquibus cibis diuites vti non cogantur.

CAN. III.

NOn cogantur [m] diuites [n] pauperū cibis vesci: vtantur consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant aliter se non posse sustentari. Si consuetudinem [o] mutant, ægrotant. Vtantur superfluis [p], dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis.

[d] Aut intemperās. scilicet nolens conformare se alijs.

[e] Superstitiosus. id est, inanis gloriæ cupidus, vel hypocrita.

[f] Significat. Forte habet vērtrem insatiabilem: vel causa infirmitatis hoc facit.

[g] Aut flagitiosus est. Prodigus, vel hypocrita. Luc. vlt. Gen. 25.

[h] Sed libido. quasi dicat, potius considerabim⁹ causam facti, quā ipsum factum. sic xxiij. quæstio. viij. occidit. & xxix. distin. sciendum. Argu. contra j. xxxij. quæsti. iiij. origo.

[i] Flagitia. Id est, nō statim dicamus aliqđ esse vitiosum. Nam dubia in meliorem partem sunt interpretāda. extra de regu. iur. capit. estote.

[k] Pisce vesci. hāc historiam habes de pœnit. distin. ij. c. vt cognouerunt. §. opponitur.

[l] Sed ex causa. vt j. xxj. q. iiij. omnis iactantia.

[m] NOn cogantur. Arg. ꝙ mitius agendum est cū diuitibus, & nobilibus, quam cum pauperibus 2: vt lxxxvj. distin. non satis. & lxxxiiij. distin. peruenit. 50. distinct. contumaces. xxxvj. quæstio. vij. tempora. Arg. contra xxij. q. v. qui cōpulsus. Dic, ꝙ ignobiles magis puniuntur corporali pœna quā nobiles: sed pecuniariter magis punit nobilis, quā ignobilis: vt xxiiij. quæst. j. qui contra. & ff. de pœn. l. si quis aliquid. & l. quædam.

2. Reg. 23. a 3. Regum 17. a

2 Ad idē quod leg. & not. extra de vo. c. j.

Nobiliū & ignobilium pœna nō est æqua.

[n] Diuites. cūsunt in pœnitentia.

[o] Si consuetudinem. Arg. quod cōmutationes pœnarum possunt fieri in spiritualibus lxxxij. distinct. presbyter.

Pœnæ in spiritualibus, possunt commutari.

[p] Superfluis. id est, pretiosis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Pauperibus vilia. Argu. contra. j. xlix. dist. cap. vlti. in fine.

b Quod dicit. Mat. 11. et Lucæ. 7. Abstinentia Christi, et Ioannis Baptistæ diuersa fuit.

x Id est, Christ⁹ iustus est ostensus à suis discipulis siue apostis, secundum Barbrixi. qui ipsum oia iuste facere intellexerunt.

c In eo. Tangit hic q̃ Christus in Euangelio Matth. xj. dicit de Iudeis: Venit Ioannes non manducans carnes, neque bibens vinum: & dixistis, dæmoniũ habet. venit Iesus mãducans & bibẽs, & dixistis, ecce vorator & potator vini. Sed licet alij male opinarentur de ipso, tamen iustificatus est ab Apostolis suis'.

c Illi. datiui casus.

d Positas. coram alijs.

e Si id in tẽpore. id est, pro tempore scilicet cum coram aliquibus tẽpore necessitatis citius ꝓponitur cibus.

f Neque. id. est, nõ ideo debet quis statim comedere, q̃ videt alios necessitate exigente comedere, & proponitur cibus.

g Cum. i. quando.

h His. id est, eis.

i Scio. Sic facient episcopi, cũ veniẽt ad pauperes ecclesias: ne breuis hora cõsumat viãtũ longi temporis. extra de censi. cum Apostolus.

Parsimonia. CASVS. Octo enumerantur in capi. quorum sex commendantur, & duo reprobãtur, & scire debes, quod parsimonia est vsus rerum temporaliũ cum moderatione.

k Parsimoniam. i. temperatũ vsum.

l Diligentiam. id est, voluptatem.

m Infucatũ. id est, pretiosum. vel infucatũ, id est, non pretiose fucatum.

n In priuatis. Argu. contra illos, qui dicũt male esse orãdum in priuato loco, & non corã hominibus, quã in ecclesia, ex illa authoritate, Tu autem cũ oraueris intra cubiculum tuũ, & clauso ostio ora patrẽ: sed illud de cubiculo mẽtis intelligit.

o Quæ supra. Nã quicquid supererogaueris, reddã tibi. sic lxxxvj. distinc. non satis.

Parsimonia. CASVS. Dicit hic Gregorius quod vitia diligenter sunt præcauẽda: quia sæpe sub specie virtutum vitia latenter subintrant.

p Sæpe se vitia. Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt.

q Episcopus. Supellectilem. Hoc hodie non tenet: quia modo habent amplas possessiones: vt xij. q. j. expedit. & sic non est contra de conse. di stin. j. vasa. & extra de censi. cum Apostolus. vbi dicitur quod archiepiscopi quinquaginta equi taturas habebunt in visitationibus.

Sicut ergo. Concludit Gratian⁹ ex supradictis, quod sicut mores eorũ, cũ quibus viuimus, seruandi sunt in cibis: sic etiam in indumẽtis, & in incessu etiã debet esse sacerdos ornatus: vt grauitate itineris mentis ostendat maturitatem. Si enim incompositẽ, & non decẽter incedit (vt dicit Augustinus) mẽtis inæqualitas indicatur.

Et hoc

fis, dent pauperibus vilia [2].

Idem in libro quæstionum Euangelij.

Æquanimitas tolerandi, non vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit.

CAN. IIII.

Quod dicit dominus in Euangelio [b], iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis: ostendit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerandi inopiã, & temperantiã: per abũdantiam non se corrumpendi, atque opportunè sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino quid alimentorum sumas, vt sue curras necessitati corporis, dummodo congruat in generibus alimentorũ his, cum quibus tibi viuendum est. neque quantum sumas interest multum: cùm videamus aliorum stomachũ citius saturari cibis, & eos tamẽ illi [c] ipsi paruo, quo satiantur, ardẽter & intolerabiliter & omnino turpiter inhiare: alios autẽ paulò plus pauculo quidem saturari, sed tolerabiliter inopiam perpeti, vel ante horã positas [d] epulas, si id in tẽpore [e], aut opus sit, aut necesse sit, cũ tranquillitate aspicere, neque [f] tangere. Magis ergo interest, nõ qd, vel quãtum alimẽtorum pro congruẽtia hominũ, atque personæ suæ, & ꝓ suæ valetudinis necessitate qs accipiat: sed quãta facilitate & seueritate animi careat: cũ [g] his [h], vel oportet, vel necesse est carere: vt illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus dicit: Scio [i] & minus habere, scio & abundare: vbique & in omnibus imbutus sum: & satiari, & esurire, & abundare, & penuriã pati. Omnia possum in eo, qui me confortat.

Item ex concilio Gangrensi.

Temperantia ciborum, & vestium, non dissolutio eorum laudatur.

CAN. V.

Parsimoniam [k] cũ veste humili non reprobamus: sicut etiam ornatum præter corporis diligentiam [l] infucatum [m] laudamus: dissolutos autem, & fractos vestibus, & incessu nõ recipimus: pietatem in priuatis [n] domibus non includentes. Omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationẽ in ecclesia Dei factã ad vtilitatem communẽ recipimus: & bona opera, quæ supra [o] vires in fratres pauperes exercentur secundùm ecclesiasticas traditiones, beatificam⁹, & omnia, quæ cõueniũt traditionibus Apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

Item Gregorius.

Sub specie virtutum, sæpe se vitia ingerunt.

CAN. VI.

Sæpe se vitia [p] ingerunt, & se esse virtutes mentiuntur: vt tenacia, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiæ, remissio, pietas velit videri.

Item ex cõcilio Carthaginensi quarto.

Meritis fidei & vitæ, non diutys episcopalis authoritas quæritur.

CAN. VII.

Episcopus vilem supellectilem [q] & mensam ac victum pauperẽ habeat:

Orare publice, quã clam melius est.

Phili. 4. c

Et hoc probatur exemplo Catilinę, qui propter varijs incessum fuit à Sallustio notatus.

a Vnde historiographus Sallustij.

b Mutabilitatem. Catilinæ.

Hospitalem. Hęc dist. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima dicitur quod sacerdotes debẽt esse hospitales, et recipere pauperes Christi. et hoc probatur per id qd sequitur vsque ad cap. quiescamus. Secunda ibi, Quiescamus. Tertia ibi, sed licet. Quarta ibi, Non oportet. Io. de Fã.

CASVS. In hac xlij. dist. prosequitur Gra. sextum cap. Apostolicæ regulæ, scilicet oportet sacerdotem esse hospitalẽ, quod probat vij. ratiõibus. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, Qui enim Apostolum. Tertia ibi, Si enim sacerdos. Quarta & quinta incipiũt ibi, Ordinãdus itaque. Sexta ibi, quomodo etiam secũdum Hierony. Septima ibi, Vnde Apostolus. Octaua ibi, Si enim vidua. Casus autem sequentis capit. planus est.

Sacerdos debet esse hospitalis.

c Hospitalem. In hac di. ostẽdit Gratianus, qd hospitalis erat ordinãdus, quia non haberet frontẽ inuitandi alios ad hospitalitatẽ, si domũ suã hospitibus clauderet. & quia hæc pietas remuneratur æternaliter, & tpaliter. Item exemplo Abrahę & Loth, qui quoniã hospitales erant, Angelos, hospitio recipere meruerunt'. addit etiã q̃ in hospitalitate non erit electio, vel delectus personarum [2]. Adiungit etiã de comuiijs in ecclesia nõ faciendis [3]. In fine breuiter tangit vij. cap. Apostolicæ regulę s. oportet episcopũ esse pudicum [4].

1 Vt infra §. j.

2 Et infra ead. quiescamus.

3 Vt infra ea. nõ debet. & ca. sequenti.

4 Scilicet in §. pudicus.

d A seipso. Simile. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. vlti. ff. de fideiussor. l. tutor. ff. de pa. cũ in eo. xlvij. di. c. sicut hi. §. necesse. in pri.

† Cõcor. text. in l. altius. ff. si ser. vend. & in l. frater à fratre. ff. de cõdi. inde.

e Aliena. Xlvij. di. sicut. j. xciij. di. diaconi. j. xiiij. q. iiij. quid dicam. sic extra de resti. spolia. sæpe. & xvj. q. j. decimæ.

Gen. 19.

f Corporalis. Sine operibus pietatis.

ADDITIO.

Et quod dicit ad modicum. dicas respectu eorum, per quæ habet vita æterna. Vtilis tamẽ est: qa opportunitatem peccandi aufert. de conse. dist. v. nunquam. Laur.

g Ad omnia. Id est, ad temporalia, & æterna, vt xvj. q. j. decimæ.

h Ab hac. Hospitalitate.

i Alienus. Vt lxxxv. dist. archidiaconum.

k Vidua. Xxxj. q. j. quomodo.

Si

Mat. 25. a

Tatior poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum à seipso [d] & à domestica sua ecclesia debet exigere, quod postea populis imperet, & si primum imitando Christum ipse debet facere, quæ postea populum doceat, necesse est ut pauperes hospitio recipiat, quò ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat. Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abrahã & Loth per hospitalitatis opera Deo placere, & Angelos hospitio meruerũt recipere, & quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerunt, quomodo clausas domos cũ hospitibus ignis ingressus perdiderit. Quomodo etiam secundum Hieron. aliena [e] rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur, ac sic per opera omnia pietatis se instituat, ut & præsentis vitæ subsidii, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat. utrunque enim pietati promittitur. Vnde Apostolus scribens ad Timotheum ait: exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis [f] quidem exercitatio ad modicum utilis est. pietas autem est utilis ad omnia [g], habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Ab hac [h] quisquis alienus [i] fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. Si enim vidua [k] ab ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit hospitio, quæ pedes sanctorum non lauit, quæ omne opus bonum nõ est executa: multò magis sunt prohibendi à sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde quidam hospitali-

1. Timo. 4. b

DISTINC. XLII.

1 pars

Hospitalẽ [c] verò sacerdotem esse oportet, ne sit de numero eorũ, quibus in iudicio dicetur: Hospes fui, & non suscepistis me. Qui enim Apostolum secutus fuerit, alios ad hospitalitatem debet inuitare. Quomodo hospitalitatis exhor-

Universidad de Deusto Biblioteca

a S I quis. Diotrephen. proprium nomen. vel id est, sacerdotem.

Q Viescamus. Hæc est secunda pars huius dist. in qua dicitur quod in eleemosynis dandis non debet esse differentia cum petitur pro nutrimento. Si autem peteretur causa prædicationis, tunc esset discernendum. Hoc autem intelligo de eleemosynis quotidianis, nõ autem de præmeditatis. alias contradiceret Hierony. xvj. quæstione j. ca. fin. vbi dicit, quod in paupere magis est attendẽda religio, quam paupertas. Io. de Fant.

b Curiositate. Non enim semper erimus curiosi: nã multa sunt dissimulanda. ff. de noua. l. doli. in fine.

c Periculum. Si enim in minoribus adhibenda est discretio, fortius in maioribus. sic vij. quæ. ij. c. vlti. ff. ad Carbo. l. j. §. ij.

d Postulat. Ergo indistinctè omnibus est danda eleemosyna, vt infra ead. capit. proxi. & ĩ. §. proxim. & lxxxvj. distin. pasce. & j. quæstio. ij. quam pio. & xj. q. iij. quoniam multos. & xvj. quęst. j. si cupis. & xxiij. quæstio. iiij. duo. alibi dicitur, omni petenti te tribue. Sed cõtra dominus dicit[1]: Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustũ, cui des. Et in canticis vbi dicitur: Ordinauit in me charitatẽ. Et dicit Ambrosius: Ordinata est charitas, vt primo Deus, secundo parentes, deinde filij, postea domestici, vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambr. quod delectus personarum debet esse in misericordia impendenda: vt lxxxvj. dist. non satis. & Hierony. dicit, ꝙ in pauperibus non tam paupertas, quam religio est attendenda: vt xvj. quæ. j. quoniam quicquid. & August. dicit: Vtilius esurienti panis tollitur, quam de cibo securus, &c. vt v. quæstione v. non omnis. xxiij. d. iiij.

† Vide in hunc locũ Alci. lib. prætermissorum j. in dictione agapes. Opinatur enim Alciatus ilapinas hic legendũ, nõ agapes.

Eleemosyna quibus est danda.

1 H. dicit, qd' hoc dicit in euãgelio, sed nescio vbi. Sed potest sumi ecclesiastic. 12. vel hoc dixit secundum interpretationẽ lxx. interpretũ. dicit Rod. qd' ista autoritas de sudet, &c. sumit ex c. præcedẽti, vbi dicit sic: si bene feceris, scito cui benefeceris: & erit gratia in oculis tuis multa. Archi.

tatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est.

Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent.

CAN. I.

S I quis despicit eos, qui fideliter agapes †, id est, conuiuia pauperum exhibent: & propter honorem domini cõuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi conuocationibus, paruipendens quod geritur: anathema sit.

Hinc etiam Ioannes Euangelista in epistola sua quendam Diotrephen [a] excommunicauit, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia deijciebat. In hospitalitate autem non est habendus delectus personarum sed indifferenter quibuscunq; sufficimus, hospitales nos exhibere debemus.

Vnde Ioannes Chrysost. in epistola ad Hebræos.

In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio.

CAN. II.

2 Q Viescamus ab hac absurda curiositate [b], & diabolica & peremptoria. Si enim in clero se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare. Nõ enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est. Circa maiora maius periculum [c] vertitur: non enim das, sed accipis. Si verò pro nutrimento postulat [d], ne in his examines, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator esset circa refugientes ad se, nũquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim nõ putasset eos Angelos, sed cũ reliqs repelleret: sed quoniã omnes [e] recipiebat, suscepit, & Angelos. Nõ enim ex vita eorũ, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus: sed ex voluntate & honorificentia multa & misericordia & bonitate.

3 *Sed licet ipsa conuiuia despicienda non sint, tamen non in ecclesijs celebrari, nec clericos ad ea conuocatos partes ex eis sibi tollere oportet.*

Vnde in Laodicensi conci.

Clerici ad agapem vocati, partes sibi non tollant.

CAN. III.

4 N On oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos ad agapem vocatos partes [f] tollere, propter iniuriã [g], quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini poterit deputari.

In locis Deo dedicatis, nec comedere, nec accubitus sternere liceat.

nimum. Distingue ergo eorum qui petunt eleemosynam, alij sunt cogniti, alij non. Item alij petunt quasi ex debito, vt prædicatores & prælati: alij pro sustentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officij, quia dicit se ad hoc missum, vt ibi prædicet, & tale officium constet ei commissum esse, recipiendus est. Si est incognitus, est examinandus, an ita sit: vt in hoc capitu. Si autem quis petit pro nutrimento: tunc indistinctè omnibus est danda, vt hic, & j q. ij. quam pio. & xj. q. iij. quoniam. nisi quis per securitatẽ cibi negligat iustitiam: quia tunc subtrahenda est ei, vt v. q. v. non omnis. nisi iam fame moriatur, vt lxxxvj. dist. pasce. si autem non possumus omnibus sufficere: tũc danda est potius bono, quam malo, & consanguineo, quam extraneo. & sic loquitur illud: Desudet eleemosyna, &c. & illud: Ordinauit in me charitatẽ: vt lxxxvj. dist. non satis.

e Sed quoniam omnes. Arg. quod ratione dubitationis melius est ex abundanti aliquid facere, quã aliquid dimittere: vt vndecima quæstio. tertia. nolite. decimatertia quæstione secunda. non æstimemus. xxiiij. q. tertia. corripiantur. Et est arg. ad quæstionem, cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominẽ, quod potius ambo admittãtur ad ordines, quam ambo repellãtur [2]. Argumentum contra vigesimatertia quæstione vltima. si quatuor. Quid iuris sit de hoc, notatur in quęstionibus, & est expressum de homicidijs significasti.

Dubitatio notabilis.

2 Arg. ad hoc 33. q. 4. quã magnũ. Lau.

f N On oportet, &c. Partes. & domum mittere. & est contra episcopos, qui nolunt prouincias visitare, & tamen petunt redimi procurationes, vt x. quæstio. j. relata.

g Propter iniuriam. Id est, infamiam.

Nulli.

a N Vlli. Transeuntes. sic in tabernis possunt clerici comedere causa necessitatis, vt xliiij. di. clerici. de vi. & hon. cler. clerici.

b O Ratorium. ab orãdo quippe dicitur, vt in eo nihil aliud, quam oretur, & psallatur. j. eo. in oratorio.

c Quidquã aliud. Tamen ecclesiasticæ causæ[1] possunt, & debent tractari in ecclesia, vt ij. q. ij. præceptum.

Clerici in tabernis possũt qñque comedere.

1 Sed non seculares. extra de immu. eccle. c. j. vbi de hoc.

P Vdicus quoque. Hæc di. diuiditur in quatuor partes, in quarũ prima dicit, ꝙ rector ecclesię debet esse discretus in silentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat, aut dicenda subticeat. Et ad hoc ꝓbandum inducit c. seq. Secũda ibi, In mandatis. Tertia ibi, scimus autem. Quarta ibi, pariter quoq;. Io de Fant.

CASVS. In hac dist. xliij. prosequitur Gratianus vij. c. apostolicæ regulæ. s. oportet epm esse pudicum. quod verũ est, nõ solũ factis, sed etiam verbis, vt probatur per cantica cãticorum.

† quærat † tractet † laudib'

d Pudicus. Hic breuiter tãgit. vij. c. apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse pudicum.

e Genæ. Sicut enĩ per genas cibi[2], sic per prędicatiões ecclesię fideles incorporantur, vt de cõsec. di. ij. qa passus.

2 Scilicet masticãt, et masticãdo incorporantur. Hugo.

Debet. In hoc §. prosequit Gratianus viij. ca. apostolicæ regulę. s. oportet episcopum esse doctorem. i. talem, qui sciat docere. Nam quantũ prodest bonis per exẽpla bonæ vitæ, tantum nocet malis, si sileat. Nam prædicatione prælatorũ mali sunt arcendi & corripiendi: sed in sua prædicatione debet prælatus esse discretus, ne vel tacenda proferat, vel dicenda taceat. Quod sequentibus capitulis probatur.

Canti. 5. c

CAN. IIII.

N On oportet in basilicis seu in ecclesijs agapem facere: & intus manducare, vel accubitus sternere non licet.

Item ex concilio Carthaginensi iiij.

Nisi necessitate coacti, clerici in ecclesia non conuinentur.

CAN. V.

N Vlli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi fortè transeuntes [a] hospitiorũ necessitate illic reficiant. Populi etiã ab huiusmodi cõuiuijs (quantum potest fieri) prohibeantur.

Item ex dictis beati Benedicti abbatis.

De eodem.

PALEA.

O Ratorium [b] hoc sit quod dicitur: nec ibi quicquã aliud [c] geratur †, uel condatur, † quàm quod diuinis ministerijs † conueniat.

Item Augustinus.

CAN. VI.

I N oratorio præter orandi & psallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

DISTIN. XLIII.

1 *P Vdicus [d] quoque debet esse sacerdos, & moribus, & uerbis pudorem indesinẽter exhibeat. Vnde in Canticis canticorum genæ [e] sponsæ, id est, prædicatores, turturi comparantur.*

Debet [f] etiam gratiam docendi habere: quia ut Hierony. ait, innocentis absque sermone conuersatio quantum exemplo prodest, tantum silentio [g] nocet. Nam latratu [h] canum [i] & baculo [k] pastorum lupi sunt arcendi. In ipsa autẽ doctrina discretum oportet esse rectorẽ, ne aut tacẽda proferat, aut dicenda taceat.

Vnde Greg. iiij. ca. sui pastoralis, parte secunda ait:

De discretione prædicationis, & silentij.

CAN. I.

S It rector discretus in silentio, vtilis & cautus in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe nanq; rectores improuidi humanã amittere gratiam formidantes loqui liberè recta pertimescũt, et iuxta veritatis vocem nequaquam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente [l] lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc nanque eos per prophetã dominus increpat, dicens in Esaia, Canes muti, non valentes latrare [m]. Hinc rursus [n] queritur dicens in

f Debet, &c. Hic prosequitur viij. capi. apostolicæ regulæ: oportet ordinandum esse doctorem, id est, talem qui sciat docere & prædicare. considerabit autem prius quibus & quæ prædicet[3], quia non omnia omnibus sunt prædicanda. Hæreticis enim secreta fidei non sunt pandenda[4], nec nimis alta dicet minus capacibus. Et si subditi non obediunt prædicanti, non ideo cessabit à doctrina & correctione eorum.[5]

3 Vt j. ea. distinc. in mãdatis.

4 xj. q. iij. nolite. i si.

5 Vt j. ea. dist. sancimus. cum duobus c. sequen.

g Silentio. Expone negatiue. sic ij. q. vij. sancta.

h Nam latratu. Id est, prædicatione.

i Canum. Infra ij. q. vij. qui nec.

k Et baculo. Comminationis.

S It rector. Hoc capit. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur ꝙ rector debet esse discretus, vt sileat vel loquatur cum viderit expedire. Nam sicut incauta locutio ponit hominem in errorem, sic indiscretum silentium in errore relinquit. & hoc probatur nouem authoritatib. In secunda parte, quę incipit ibi, Sed cum rector. dicitur qd prædicator debet esse vtilis in verbo. i. talia proferat, per quæ corda audientium non lædantur. et hoc probatur tribus authoritatibus. In tertia quę icipit ibi, Prouidendum quoque est. dicitur, quod etiam vtilia non debet nimis effundere: quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur, & hoc probatur tribus authoritatibus.

l Veniente. Iuxta illud. Nam siluisse nocet, multosque silentia damnant. Versus.

m Latrare. Propter pigritiam. Esa. 56. d

n Hinc rursus. Primo conqueritur, & primo ponit verba prophetæ: deinde ea exponit. sic procedit per totum capitulum.

Dicere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccc.13.a a Dicere. Id est, dicitur.
b Tacendo. Nō quod tacens & timens fugere dicitur, vnde etiam tacere habetur, vt lxv. di. si forte. & ff. de interg. actī. de ætate. §. qui tacuit.
c Qui dum fugitiua. i. transitoria.
d Quos simplex relatio. Non refertur ad immediate dictum.
e Securitate. Eo ipso, quod tacetur, promittitur securitas delinquentibus, vt lxxxiij. di. error.
f Sermo. Doctoris.
g Nescit. Scilicet esse peccatum ille cui prædicatur: vel cum eius pœnitentia auditur, quæritur ab eo locus & tempus, & persona, cum qua deliquit, quæ forte peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pœ. di. vj. c. j. in fi. Ta men in quæstionibus, vbi fit præiudicium alij, non fient speciales interrogationes, vt ff. de quæstio. l. j. §. qui quæstionem.
h Custodiunt. Id est, custodire debent.
i Quia angelus. Id est, nuntius domini.
k Præconis. Infra, de consec. dist. iiij. baptismus.
l Pastores. Id est, Apostolus.
m Tintinabilis. Octoginta tintinabula & totidem mala punica in inferiori margine tunicę sacerdotis pendebant.
ad Tit.1.b n Non moriatur. Anima, scilicet, peccando, vel vt fama eius non sit mortua.
Mala.2.b o Opera. Argumentū, quod si aliqua permiserit se desponsari, vel arrari, licet expresse

Ezechiele: Non ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis vos murū pro domo Israël, vt staretis in prælio in die domini. Ex aduerso quippe ascēdere, est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die domini in prelio stare, est prauis decertantibus ex iustitię amore resistere. pastorē enim recta timuisse dicere [a], quid est aliud, quā tacendo [b] terga prębuisse? qui nimirum si pro grege se obȝcit, murum pro domo Israël hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur in Ieremia, Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquā doctores vocātur: qui dum fugitiua [c] esse præsentia indicāt, quæ futura sunt manifestant. Quos [d] diuinus sermo falsa videre redarguit, quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquētibus promissa securitate [e] blā diūtur. Qui iniquitatem peccātium nequaquam aperiūt: quia ab increpationis voce cōticescunt. Clauis quippe aperionis, est sermo [f] correctionis, quæ increpando culpam detegit, quam sæpe nescit [g] ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc etiam Paulus ait ad Titum, Vt potens sis in doctrina sana exhortari, & eos, qui contradicunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur, Labia sacerdotis custodiunt [h] scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus [i] domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus monet dicens: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam. Prædicationis [k] quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotiū accedit, vt ante aduentū iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet declarando gradiat. Sacerdos ergo, si prędicationis est nescius, quam tibi clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quod in actibus Apostolorum legitur, Super pastores [l] primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit, quia nimirum quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi prędicitur in Exodo, vt tabernaculum sacerdos ingrediēs tintinabulis [m] ambiatur, vt videlicet prædicatoris voces habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est, vt audiatur sonitus, quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non moriatur [n]. Sacerdos nanque ingrediens, vel egrediens, moritur, si de eo sonitus non auditur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Aptè autem tintinabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere, propheta testante, qui ait in Psal. Sacerdotes tui induantur iustitia? Vestimentis itaque illius tintinabula inhærent, si vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque opera [o] sacerdotis clament. Sed cùm rector se ad loquendum prępparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat, ne si inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cùm fortasse sapientem se videri desiderat, vitutis compagem insipienter abscindat. Hinc nanque veritas dicit in Marco: Sa-

non consentiat, vi detur quod sponsalia sint contracta. Arg. xxx. q. v. fœminæ. xxvij. q. ij. si quis desponsauerit. xxxij. qō. ij. honorantur. ff. de spon. sed ea'. Nam opera probant, vt xlvj. dist. c. j. xl. q. iij. existimāt. xxij. q. v. cauete. vt extra de ijs quæ fiunt à maio. par. ca. ex ore. Arg. ff. de minori. si filius. ff. de inoffi. test. l. vlt. ff. de ædil. edic. si tamen. §. ei qui. loā. Ego dico, quod si contrahentes possunt loqui, exprimere debent consensum suum, alioqui nō iudicaretur pro matrimonio, cum necessaria sint verba quantum ad ecclesiam, vt extra de spon. tuæ fraternitatis. Quia etiā mutus, si contrahit, signis debet exprimere cōsensum, vt extra de spon. cum apud. Bar. Brixiē. Sed

Esa. 58. a

Exo. 28.

Psal. 136.

Mar. 9. g x Sed sapere. Ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hære. cum ex iniuncto.
b Ad sobrietatē. Id est, sine præsumptione.
c Nimie. id est, in multiloquio.
Rom. 12. a d Læuigatur. id est, leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.
e Brit. scilicet vsque ad vesperam: vt x. distinct. vj. testamentum.
Exo. 28. f
Seminiuerbius qs dicitur. f Seminiuerbius. à presbyteris Athenensium dictum est de Apostolo: quid sibi vult iste seminator verborum. & secundum hoc erit hic seminiuerbius. sed si habes seminuerbius: tunc dic, quod obscurè erat: vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

ADDITIO.

Seminiuerbius. id est seminās verba, vel id est abbreuiās verba, secūdū Lauren. Item Paulus in quadam sequentia dicitur spermologus. Sperma enim Græce, Latine dicitur semen, & logos sermo, secundum Hugo.

Mar. 9. g g Præmisit. Arg. quod ab ordine verborum est argumentandum. xx. distinct. c. j. & xxiiij. quæstio. iiij. dispicet. & j. quæstio. j. vt euidenter. & iij. quæstio. vij. in gratuitus. extra de rescript. cum dilecta. Et si præcedens verbum est dubium, & sequens manifestū, sequens clausula est sequenda. ff. de petit hære. vtrum autem. Quandoque etiam secūdum præcedentem exponitur sequens. ff. de lega. j. si seruus pluriū. in fin.
h Importunitas. Not. quod propter ria. consuenit inducī capi. scilicet qđ tacens & timens videntur fugere. Item

Alias dicitur qđ de ordine scripturę non est curādum. ff. de solut. l. nec enim. Archidia. Argumentum ab ordine verborum sumitur.

Moysen dicitur in Leuitico: Vir qui fluxum seminis patitur, immūdus erit [c]. In mente quippe audientium semen futuræ cogitationis est audita æqualitas locutionis: quia dum per authorem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapiētibus in Actibus Apostolorum, Prædicator egregius seminiuerbius [i] est vocatus. Qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur: quia multiloqo subditus, ex eo sese inquinat. quod si ordinatè promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audiētium corde potuisset: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vsum generis, sed ad immunditiam semen fundit. Vnde Paulus quoque cùm discipulū de instantia prædicationis admoneret, dixit ad Timotheum epistola secunda, Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, insta opportunè & importunè. Dicturus importunè, prȩmisit [k] opportunè: quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit, si habere importunitas [k] opportunitatem nescit.

Item Origenes.

Porcis, & canibus sacra non sunt committenda.

CAN. II.

2 IN mandatis [i] habemus, vt venientes ad ciuitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus: quanto magis nosse oportet quis qualisve sit is, cui immortalitatis verba credēda sunt? Soliciti enim debemus esse ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed ob alias causas vtile est viri huiusmodi habere notitiam. Si enim sciā, quia in his, de quibus nō potest [k] du-

quod æque aliquid probatur factis vt dictis. Item ordinē verborum attendēdum, vt per not. ȝ. posita patet. Leuit. 15.

IN mandatis. Hęc est secunda pars huius distin. in qua dicitur, & hæreticis & paganis nō sunt secreta nostræ fidei manifestāda. & hoc cap. ad hoc probandū inducitur. Si tu quæras, quæ dicta Origenis recipiantur? Respon. recipit ecclesia tanquā sua ea quæ de dictis eius Hierony. recipit. alias sunt cā suo authore damnata per papam Gelasiū. xv. dist. sancta Romana, versi. item Origenis. Ioan. de Fan. Actu. 17. d

i In mandatis. scilicet Euangelicis, Matthæi x. cap. & Mar. vij. vbi dominus præcepit discipulis suis: In quancunque ciuitatē intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & sic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic à minori. Lauren. Additio.

2. Timo. 4. a k Nō potest. Nā timor in dubijs deteriora canit. Et Lucanus, Pessimus in dubijs augur timor. Lucanus.

Quod

Matt. 7. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Quod.id est,quia bona sunt.
b Virtutum. Ergo videtur,quod qui non habet fidem,possit habere virtutem,quod non est verum,vt xxiiij.quæstio.j.vbi.
c Quæ palam.id est,indubitanter sunt mala.
d Permanet. sæpi⁹ admonitus.
e De secretioribus.sed ea quæ spectant ad admonitionem,non autem secreta fidei: quia si illa sciret, facilius nos inde impugnaret,vt xj.quæstio.iij.nolite.
MIror[k] minus †do ctam ſcientiã tuã, ſacerdotem putare poſt perpetratũ homicidiũ[a] poſſe in ſacerdotio miniſtrare: imò (quod eſt ineptius) nobis ſuadere[b] velle, vt ipſi tali præſumptioni præbeamus aſſenſum. Quis enim tam demens, tamq̃; peruerſi ſenſus tale quid exiſtimaret, vel poſt quantamcũque pœnitentiam concedendum: cùm omnino canonicæ diſciplinæ ſit cõtrarium? Debet ergo ſacerdotio priuatus, lacrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus ſaltem remedijs curatus, ſalutis poſsit inuenire ſuffragium.

Item Nicolaus papa.

Ad maiorem gradum clericus peruenire non poteſt, qui paganum occidit.

CAN. V.

CLericum, qui paganum occiderit[c], nõ oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquiſito. homicida enim eſt. Nam cùm diſcreti ſint milites ſeculi à militibus eccleſiæ, non conuenit militibus eccleſiæ militare[d] ſeculo, per quod[e] ad effuſionem ſanguinis neceſſe ſit peruenire.

Item Osbaldo coëpiſcopo Quadrantino.

Qui defendendo ſe, paganum occiderit, ſacerdotali careat officio.

CAN. VI.

DE his[f] clericis, pro quibus cõſuluiſtis, ſcilicet, qui ſe defendẽdo, paganum occiderunt, ſi poſtea per pœnitentiam emendati poſsint ad gradum priſtinũ redire, aut ad altiorem conſcẽdere, ſcito nos nullam occaſionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quẽlibet hominũ, quolibet modo occidendi. Verũtamen ſi contigerit, vt clericus ſacerdotalis ordinis ſaltem paganum occiderit, multũm ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit: ſatiusq; eſt illi, in hac vita domino ſub inferiori habitu irreprehẽſibiliter famulari, quàm alta indebitè appetendo dãnabiliter in profundum inferni demergi.

Item ex concilio Agathenſi.

Cadat ab officio epiſcopus, preſed poteſt miniſtrare in ſuſcepto, & aſcendere ad ſuperiorem: vt extra eo. c. vlt. & ſ. ead. ſæpe[3]. & extra eo. lo. Sed ſi illicitæ rei operam dedit, tunc nec in ſuſcepto poteſt miniſtrare, nec ad ſuperiorem aſcendere: vt ſ. ea. clerico. & c. ſi quis voluntate. Si vero voluntate occidit, nunquam diſpenſandum eſt cum eo, ſecundum quod loquitur c. miror. H. tamen cum ſuo rigore dixit, quod in nullo caſu poteſt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere ſe occidi, quam alium occidere: vt xxxij. q. v. ita ne. & dicit quod hoc verbum cõſulendi, ponitur pro verbo præcipiendi, vt xxviij. q. j. ſic enim. Item ſecundũ H. etiã & no. ſi crimen homicidij ſit occultum, tamen poſt pœnitẽtiam non poteſt exequi ſuum officium: ſecus eſt ſecũdum eum in quolibet crimine alio: vt ſ. ea. de his. niſi in ſimonia. Io. & hoc expreſſe dicitur extra de temp. ordi. c. vlti. & ita duo crimina tantum excipit, ſcilicet ſimoniam, & homicidium. Arg. extra de accuſa. in glo. hic patet. ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis ſua culpa cadat in metum, non nocet, vt not. extra quod metus cauſa.

Deposito eſt perpetua.

2 Nã vere hũ ſtatuere rẽ perfectã ſignat. ſ. c. j. ſecundum Laur. ff. qui

† Nimis

3 Cõcor. tex. in l. & ibi gl. & doc. C. quo. app. non rect.

4 Scilicet in ordine, ſed in beneficio ſic. extra de cle. pug. in du. Henricus. ſ. ead. presbyteros. & ſtudeat. Dici põt, q̃ hoc miror. loqtur i homicida notorio, ſiue manifeſto & voluntario. de hoc leg. & no. ſ. ea. de his vero. Arnia, epiſcopus cum eo poteſt diſpenſare, ſi in ſimplici beneficio ſit commiſſa ſimonia: ſecus ſi in prælatura. Si autem eo ſciente ſit facta, epiſcopus non poteſt diſpenſare cum eo. extra de ſimo. nobis. B. Item nec cum depoſito ſecundũ quoſdam, vt ij. q. vj. ideo. Item nec cum eo, qui ex communicatus celebrat, vt xj. q. iij. ſi quis epiſcopus. & vij. q. j. ſi quis p̃ſbyter. licet ſit argu. contra. ij. q. v. quanto. Sed illud de mandato papæ. Item nec cum eo, qui accedit ad iudicium ſeculare: vt xxj. q. v. ſi quis epiſcopus. Itẽ nec cũ bigamo, vt extra de biga. c. de bigamis. & xxxiiij. diſtinct. lector. Ioan. Nec diſpenſat hodie cum filijs preſbyterorum, vt extra de ſil. presby. c. penul. vbi ſcilicet miniſtrauit pater immediate. B. diſpenſat autẽ in pleriſque criminibus, vt not. j. q. vij. c. requiritis. ſ. niſi rigor. Et generaliter vbi non prohibetur epiſcopo diſpenſatio, ſemper diſpenſare poteſt: vt extra de ſenten. excom. nuper. Licet quidam dicãt, quod in illis ſolis caſibus diſpẽſabit, vbi à iure ei pmittitur: quia cum in quibuſdam criminibus ei cõceditur diſpenſatio: vt extra de iudi. at ſi clerici. ergo in alijs ei prohibetur. argu. xxv. diſtin. qualis. & C. de procu. maritus. Et licet diſpenſatio ſit ius, quod peti non poteſt: tamen quandoque epiſcopus tenetur diſpenſare: vt ſ. ea. vt conſtituereretur. in fin. & cap. ſi quis diaconus. & cap. domino ſancto. & j. quæſtio. vij. diſpenſationes. & xxiij. q. j. noti. in fin.

Homicidiũ vtrũ ipediat p̃ mouẽdos, vt deijciat iam p̃mo tos.

1 Scilicet de miſericordia: vt notat. extra de homic. ſicut. vbi plene de hoc.

2 Vel dic, q̃ ibi fuit caſus fortuitus: vt not. ſ. ead. de his clericis. ſi gl. nullo obſtẽte. vt ſ. e. j. in fi. Arquia te quaſi obno chid. xium. De hoc notaui in quæſtionibus. B. Si vero caſu committitur homicidium, aut dedit operam rei licitæ, aut nõ. ſi dedit operam rei licitæ, ei non imputatur,

3 Et cap. hi qui. & ca. ſi duo. niſi forte ſcẽ grãde. ſcã dalum in de oriret: ſecundum quod loquitur c. miror. H. tamen cum ſuo rigore dixit, quod in nullo caſu poteſt homicida p̃ indicij ei mouere: quia potius debet quilibet permittere ſe occi purgatio. di, quam alium occidere: vt xxxij. q. v. ita ne. & dicit extra eo. quod hoc verbum cõſulendi, ponitur pro verbo præ ex lris. j. cipiendi, vt xxviij. q. j. ſic enim. Item ſecundũ H. etiã & no. exſi crimen homicidij ſit occultum, tamen poſt pœnitẽ tra de hotiam non poteſt exequi ſuum officium: ſecus eſt ſecũ micici. cũ di dum eum in quolibet crimine alio: vt ſ. ea. de his. niſi leãtus. in in ſimonia. Io. & hoc expreſſe dicitur extra de temp. gl. qui raordi. c. vlti. & ita duo crimina tantum excipit, ſcili- me, &c. ſi cet ſimoniam, & homicidium. Arg. extra de accuſa. fuit gloi. inquiſitionis. B. Alij autem pleriq; dicunt, quod ſiue Vinc.

Extra de trãſla. epiſ. c. 2. per fin.

a Homicidium. ſponte: vt extra de homi. lator.

b Suadere. Plus enim eſt ſuadere, quam compellere. ff. de ſer. corrup. l. j. ſ. perſuadere. & plus punitur ſuaſor, quam faciens. lxxxvj. diſt. tanta. Ioan.

c Clericum. Occiderit. ſponte. B.

d Militare. Per hoc patet quod loquitur de illo, qui in bello fuit. hortari tamen poteſt clericus aliquos ad defenſionem ſuæ eccleſiæ. xxiij. q. viij. vt pridem. arg. ff. de ijs, qui not. infa. ob hæc verba. ſ. vlt.

e Per quod. Arg. quod ratione vnius delicti imputanf tantur omnia delicta, quæ ſequuntur ex illo: vt xv. q. multa pro j. ſi quis inſaniens. xxij. q. iiij. inter. ff. quod met. cauſam. vnũ ſi mulier. Argu. contra de ſponſa. veniens.

ADDITIO. Et facit quod not. ſ. eo. quantum.

Universidad de Deusto Biblioteca

sit homicidium, siue aliud crimen, dummodo sit occultum, post pœnitentiā bene exequitur officium suū sine omni dispensatione, licet non possit promoueri. Sed in simonia post nullam pœnitentiam potest exequi officium suum. j. q. j. erga. Hodie autem obtinet opinio H. circa crimē occultū, vt extra de accus. inquisitionis. B.

a Commiserit. scilicet homicidium, defendendo se sine moderamine. cuilibet enim licitū est se defendere cū moderamine, vt s. distinct. j. ius naturale. & extra de appellatio. cap. significauit. C. vnde vi. l. prima.

b Si episcopus. Aut chartam. Dic vt s. xix. dist. in memoriam.

c Testimonium. infra v. quæsti. vj. presbyteri. ij.

d Si quis viduā. Si qs. Iudex, executor, & assessor in causis criminalibus nō possunt ꝓmoueri. hoc non est ratione peccati: quia nō peccant ista faciendo [1], vt xxiij. q. iiij. quæsitum. & quæstio. v. miles. sed propter irregularitatē, quā ex tali facto contraxerunt.

1 Ideo dicebat Bazianus ꝙ istud c. intelligebat de illis q non peccauerunt.

e Aut facto. vt miles.

f Aut præcepto. vt iudex.

g Aut consilio. vt assessor. & ita ex cōsilio punitur aliquis, contra illud ff. mand. l. ij. in fi. & l. denique. Sed nūquid addi debet de voluntate? Arg. quod sic. j. quæstio. iiij. quia præsulatus. in fi. Quod nō concedo licet ante, quam fiat, vellet illud factū esse, vel post factum gratū habeat.

Cōsilium facit, vt qs puniat.

h Defensione. euitabili. B.

i Post baptismū. Ergo si ante baptismū, potest. Bazianus dixit: si ante baptismum occidit non peccando, vt iudex, non potest promoueri: quia nō tollitur irregularitas. sed si occidit peccando, tollitur totum. Ioan. Et sic melioris conditionis est peccans, quam non peccans. De hoc quid iuris sit, notaui in quæstionibus. & xxvj. distinct. in glos. videtur. B. [2]

Homicida ante baptismū an ꝓmoueri possit.

ſbyter aut diaconus capitale committens crimen.

CAN. VII.

SI episcopus, aut presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, [a] aut chartam [b] falsauerit, aut falsum testimonium [c] dixerit, ab officij honore depositus, in monasteriū detrudatur, & ibi quandiu vixerit, laicam tantummodo cōmunionem accipiat.

Item ex concilio Martini papæ.

Qui homicidij facto, aut præcepto, aut consilio post baptismū conscius fuerit, clericus non ordinetur.

CAN. VIII.

SI quis [d] viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum: quòd si irrepserit, deijciatur. Similiter si homicidij, aut facto, [e] aut præcepto, [f] aut consilio, [g] aut defensione [h] post baptismum [i] conscius fuerit, & per aliquā surreptionem ad clericatum venerit, deijciatur: & in fine vitæ suæ laicā communionem tantummodo accipiat.

Item Gregorius Ianuario episcopo Calaritano.

De sacris ordinibus lapsi, reparari non possunt.

CAN. IX.

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinib9 lapsos, vel post pœnitentiā, vel ante ad ministerij sui officium reuocari: quod omnino prohibemus. & in hac re sacratissimi quoque canones contradicūt. Qui igitur post acceptum sacrū ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, [k] sacro ordine careat, & ad altaris ministerium non accedat.

Idem Venātio Lunensi episcopo.

De eodem.

CAN. X.

ACcedens ad Gorgoniam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [l] relatum est. Peruenit nanque ad nos, quòd postquam de sacris ordinibus lapsus, à sui sacerdotij ordine est deiectus, ad explendum ministerium presbyterij præsumpserit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum esse vestra fraternitas repererit, eum sacri corporis & sanguinis domini participatiōe priuatum, in pœnitentiam redigat, ita vt vsque ad diem vltimum in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Si autem eum talem pœnitentiam agere fraternitas vestra cognouerit, vt ei iustè ad recipiendam inter laicos communionem etiā ante exitum vitę debeat misereri: hoc in tuæ [m] fraternitatis ponimus potestate. & infra. Præterea ad fraternitatis tuæ cōsulta respondentes, statuimus diaconem, abbatem [n],

k PEruenit. Fuerit. De quo fuerit conuictus, vel cō fessus, & hoc [3] verum est, nisi episcopus cum eo dispensasset, vt extra de judic. at si clerici. Sed nonne canon iste prohibet episcopo dispēsare in hoc casu? non, sed redarguit indiscreta dispensatio: vt dixi extra de præben. de multa.

2 Quæstio venerialis est, de qua habuisti 21. dist. in prin. & ibi de hoc. & ij. di. in summa. & xxvj. distin. deinde. Arch.

3 Scilicet qd' canones cōtra dicunt in hac re, &c.

l ACcedens. Presbytero. ergo clericus degradatus non retinet ordinem, argu. liiij. distinct. ex antiquis. & xj. q. iij. episcop9. & xv. q. vlti. si quis presbyter. & xxiij. q. vlt. clerici. & idem videtur per hoc, quod dicit infra, inter laicos communionem. Sed tamen dico qd characterem semper retinet, per id quod habes j. quæstio. j. quod quidam. & xxxvij. q. ij. licite. arg. lxxxj. distin. dictum. Vnde qui percutit ipsum, incidit in canonē saltem in memoriam pristinæ dignitatis: vt ff. de decur. l. vlti. & ff. de quæstio. l. vnius. §. seruus. & de consecr. distin. iiij. ostenditur. Ioā. quod non credo, cū careat omni priuilegio clericali: [4] nec credo, quod conficiat [5], quia omnem potestatem amisit. B.

Degradatum percutiens incurrit excōmunicatione.

m In tuæ. Ergo episcop9 potest remittere pœnitētiā iniunctam à papa. sic xxxiij. quæsti. ij. latorem.

4 Addendo. j. addi. c. j. de pœ. lib. vj. & ca. dnūs. in ver. gl. in verb. sacrilegium. j. 93. distinct.

5 Hęc fuit opi. Ray. quā recitat Gof. et B. extra de cle. excō. capit. ij.

ADDITIO. Vel de hoc dic vt ibi. arg. cōtra. xv. distinct. capit. ij. in fine. ibi videas. De hoc etiam not. xxvj. quæstio. vij. tempora.

n Abbatem. Ergo abbas potest esse diaconus: quia abbas potius est nomen officij, quam dignitatis. xviij. q. ij. ca. j. imo in minoribus ordinibus cō stitutus potest esse abbas. extra de ætate & quali. tuam.

Abbas quem ordinē debet habere.

quem de portu Veneris [a] in crimen indicas cecidisse [b], ad sacrum ordinem non debere, vel posse aliquo modo reuocari, quem quidē sacro ordine priuatum, in pœnitentiam deputare te conuenit, cuius si postea actus, conuersatióq; meruerit, priorem [c] inter alios monachos, vbi decreueris standi locum, non ordinem obtineat [d]. Subdiaconi quoq;, quos similis culpa cōstringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi inter laicos communionē accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconi aliū, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum verò presbyterum, vt nunquam ad sacri ordinis ministeriū præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus, sed eum in insula Gorgonia, atque Capraria solicitudinem [e] monasterij gerere, & in quo statu est, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

Idem.

Loco lapsi alius ordinādus est.

CAN. XI.

POstquam quęquam criminaliter cadentem in locū, quo lapsus est, nulla ratio permittit reuocari, & vltra tres menses [f] ecclesiam vacare pontifice statuta sanctorum canonū non permittunt, ne cadēte pastore dominicū gregem hostis (qd' absit) antiquus insidiando dilaniet, fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, et in lapsi loco debet episcopum ordinare.

Item Martinus Papa.

Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare.

CAN. XII.

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & preuaricationis peccator fuerit deprehensus obnoxius, omnimodo prohibendus est cum manibus lutulentis atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

2 *Econtra [g] exemplis & authoritatibus probatur post actam pœnitentiam proprios gradus licitè posse administrare, & ad maiores posse conscendere. Maria enim soror Aaron postquam lepra percussa est, quia in Moysen murmurauerat, acta pœnitentia à peccato mundata est, & pristinam gratiam prophetizādi recepit.* Nu. 12. c *Aaron [h] aūt post conflatum uitulum etiā in summum sacerdotem consecratus est.* Exod. 32. *Dauid [i] post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit, & in proprio gradu permansit.* 2. Reg. 11. & 12. *Achab quoq; † post mortem Naboth uiri sanctißimi per pœnitentiam humiliatus, in regia sede remansit.* 3. Reg. 21. *Et ut prætereamus multa exempla ueteris testamenti, Petrus negauit Christum, & postea princeps Apostolorum factus est. Paulus Stephanum lapidauit [k], & tamen à Deo in Apostolum electus est. Multi quoq; ab hæresi ad unitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti, alij uerò ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, uti pote, Augustinus [l] & alij complures.*

† [redacted]

Luc. 22. Matt. 22. Actu. 7.

Item ex epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum.

De eodem.

PALEA.

IOannes Chrysostomus duabus synodis orthodoxorum episcoporum fuit dijudicatus, sed iterum fuit restitutus. Marcellus Episcopus Anchiræ Galatiæ depositus fuit, sed postmodum proprium recepit episcopatum. Asclepius dijudicatus à synodo, ecclesiam

1 Verum est dispensatiue, & sic loquitur dec. tuā. ibi, ex tua, &c.

a Veneris. Existentem.

b Cecidisse. Per crimen.

c Priorem. Id est, vt sit monachus, vt prius fuit, non tamen erit abbas.

d Obtineat. Non ordinem vel dignitatem.

e Solicitudinem. Vt sit procurator loci, licet sit infamis: quia infames non excluduntur à ciuilibus muneribus [2], sed honoribus. Argumē. C. de his, qui non imple. stip. sacram. soluti sunt. l. j. libr. x. & de extra de ætate & qualit. tuam. & sic procurator monasterij potest esse infamis, sed non procurator episcopi. v. quę. iij. quia episcopus. quia nō requiritur summa in eis perfectio integritatis, vt xvj. q. j. legi.

Infamis pōt esse ꝓcurator.

2 Ista opi. cōiter tenetur per gl. et doc. in c. cū de putati. de iudi. & c. Imperatorum. de iura. calum. Spec. i tit. de ꝓcu. §. j. versi. itē qd' est infamis. & Alexā. de Imol. in l. reū criminis. in fin. C. de ꝓcu.

f POstquam. Tres menses. Tres menses dantur ad electionem à die mortis, et alij tres menses ad consecrationem petendam. j. 100. di. qm̄. & lxiij. di. obeuntibus. & extra de ele. ne pro defectu. nisi per necessitatem prorogetur, [3] vt xxviij. dist. de Syracusanæ.

Electio fieri debet intra tres menses.

3 De hoc lxj. distin. Osius. et c. bene notat ibi de hoc.

g Econtra. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua magister probat contrariū eius, quod supra probatū est. s. quod post lapsum possunt reparari. probat in quam per exempla & per nouē authoritates. Io. de Fan.

g Econtra. Maria, &c. de hoc dicitur ij. q. vij. c. plerunq; boni viri. §. item obijcitur.

h Aaron. Hæc historia habet. xlv. dist. disciplina.

i Dauid. Hæc historia dicitur ij. q. vij. c. nos si incōp. §. item cū Balaam.

k Lapidauit. i. lapidantibus consensit custodiendo vestes, vt j. c. considerandum. Vnde nō fuit penitus immunis, vt extra de homi. cap. sicut. §. alli quoq;. tm̄ hoc exemplū non competit, quia istud fuit ante baptismum.

l Augustin9. Qui fuit Manichæus [4]. sed ante baptismū: & ideo nō competit exemplum, &c.

4 Arg. cōtra. 22. q. 6. vides. vbi de hoc.

Pond

l ij

n7 de electione epi, ꝙ mensibꝰ debet vacare sedes episcopalis

Universidad de Deusto Biblioteca

Ponderet. CASVS. *In hoc ca. ostendit Calixtus Papa, quod clerici post lapsum per actã pœnitentiã possunt in pristinum statum restitui. Et hoc probat authoritatibus, & exẽplis. xj. Prima est in principio capituli. Secunda probatio incipit ibi, Sed si aliquis lapsus. & ad hoc inducit authoritatem Apostoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, Porrò sanctus Dauid. Quarta ibi, Beatus quoque. Quinta ibi, Peccator. Sexta ibi, Errant itaque. Septima ibi, Nunquid qui dormit. Octaua ibi, Redde mihi. Nona ibi, Vade, & amplius noli peccare. Decima ibi, Non ergo. Vndecima ibi, Sentẽtiã.*

a Ponderet. Grauis erit quilibet in verbis, vt iiij.q.iij. c.si testes.§.in testibus. & qui cito fatur, ad pœnitẽtiam properat, vt dicit Seneca. & potest quis in proprio facto petere inducias ad respondendum, vt ff.de interroga. acti. qui interrogatur an hæres sit. nã testis repentinus, &c.v.q.v.cap.qui ambu.§.sed aliud.

b Quod tibi. In Thobia.

c Tempore. Nã rõ tpis mutat cõstitutio rẽ, vt xxxiiij. dist. fraternitatis.

d Apostolus. Ad Galatas.

e Dauid. Hoc exemplum non competit. nã nihilominus fuit dictũ ei, nõ edificabis mihi domum, quia vir sanguinũ es. j.de cõse. di.j.c.j.& j.q.vij.si quis omnem.

Dauid ꝓhibitus est ædificare.

suam postea recepit. Martianus episcopus Andronopolites damnatus à Papa Iulio, recepit ecclesiã sui episcopatus. Cyrillus episcopus Ierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiæ suæ. Simili modo Polocronium eiusdem ecclesiæ Ierosolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Fortunatum episcopum damnauit, sed ipse postea eum in proprium locum restituit ecclesiæ suæ. Nicenum episcopum à Felice Papa damnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit, & ecclesiæ suæ restituit. Leontius dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius verò quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterij honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Seguine consecrauit episcopum. Abbas nanque episcopus dijudicatus fuit, sed sancta synodus canonicè suam illi restituit ecclesiam. Rothardum verò episcopum sanctæ Sueßionensis ecclesiæ à synodo, cui Carolus interfuit Rex, condemnatum, & Sophidinum Placentinum episcopum meritò reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

Præterea Calixtus Papa de huiusmodi scribit ita:

Clerici post lapsum in suis ordinibus reparari possunt.

CAN. XIII.

PONDERET[a] vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri nõ loquatur. Vnde bene sacra scriptura ait: Quod tibi[b] non vis fieri, alteri ne facias. Nos enim tẽpore[c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Non præcipitemus consilia & opera nostra, neq; eorũ ordinẽ corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, & portemus eũ, & fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus Apostolus[d], Si preoccupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto: vos, qui spũales estis, instruite huiuscemodi in spũ lenitatis, alter alterius onera portãtes, & sic adĩplebitis legẽ Christi. Porrò sanctus Dauid[e] de mortiferis criminibus pœnitentiã egit, & tamẽ in honore permansit. Beatus quoq; Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando dominũ se negasse pœnituit, sed tamẽ Apostolus permansit. Et dominus per prophetã pollicetur dicens, Peccator in quacũque hora cõuersus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Errãt itaque qui putant, sacerdotes post lapsum si condignam egerint pœnitẽtiam, domino non posse ministrare,[f] et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium dignè custodierint. Et ipsi, qui hoc putant non solùm errant, sed etiam traditas ecclesię claues despicere videntur, de quibus dicit: Quodcũque solueritis in terra, erit solutum et in cælo. alioqui hęc sententia aut domini non est, aut vera est. Nos verò indubitãter tã domini sacerdotes, quã reliquos fideles post satisfactionẽ dignam posse redire ad honorem credimus, testãte domino per prophetam, Nunquid qui dormit[g], nõ adijciet[h], vt resurgat[i]? Et propheta Dauid pœnitentiã agens dixit, Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spũ principali confirma me. Ipse nanq; post pœnitẽtiam, & alios docuit[k], & sacrificiũ Deo obtulit,

Tho.4.f — Gala.6.a — 2.Reg.11. & 12. — Matt.26.g — Eze.33.c — Mat.16.g — Psal.40. — Psal.50.

f Ministrare, & suis. Dispensatiue, si crimẽ est manifestum, vel ipso iure si crimẽ occultum. extra de tempori. ordi.c.vlti.

g Qui dormit. In peccato.

h Non adijciet. Id est, non conabitur bene operãdo.

i Vt resurgat. Per pœnitentiam.

k Docuit.i.doctum se promisit, & sic eo ipso, ꝙ quis promittit se velle docere, Deo obligatur. sic xxj.di.in nouo. vbi similiter arguit Anaclet9 ex illa authoritate, dabo tibi claues.i.do in corpore mortali. & sic futurũ ponitur pro præsenti, vt de consec.di. ij.in Christo. ff.de verb.sign. verbum erit. B. simile xxiij.q. v.c.remittuntur. §. hinc notandum.ibi, da, &c.

Docere se velle promittẽs deo obligat.

Miseric

a Misericordiã. si enim in aliquo redarguendi sumus melius est misericordiæ reddere rationem, quam crudelitatis. xxv.q.õ. ix. veniam. & infra xxvj.q.vij. alligant. & xj.q.iij. nemo.j.lxxxvj.distinc.non satis.j.j. q.vij.exigunt.s.distin.ix.sana ꝓpe.

Excedendũ est potius circa misericordiam, quã circa crudelitatẽ.

b ET purgabit. Verba Malachiæ sunt: ecce veniet dominus exercituum, & quis potest cogitare diem aduẽtus eius, & qs stabit ad vidẽdum eũ? Ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonum, & sedebit cõflans & emundans quasi aurum & argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos, quasi aurum & argentũ, & erunt offerentes domino iusta sacrificia: & placebit domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi & anni antiqui.

Malachię verba.

c Tẽpus enĩ. &c. Verba Petri in epistola canonica.

ADDITIO. j.Petri.iij.cap.

d Domo. id est, sacerdotibus. Omnia enim mala à sacerdotibus processerunt. xxiiij.q.iij. transferunt.

e Et alibi. In Ezechiele, capit.ix.

f Omnem. Argu. quod de vno dicitur de omnibus intelligitur: vt lxj.dist. miramur. et xxiiij. q.j.quodcunque.

g Antiqui. id est, patres sancti.

h In principio. id est, ãte peccatum. Arg.j.proxi.c.

i Sic post peccatum. imo plus.j.e. fidelior.

Q Via sanctitas tua.

k Quatuor. scilicet Constãtinopolitana, Ephesina, Calcedonẽsis, Anchiritana: de qua habes j.ead. domino.[1]

1 De istis habet xv. dist.c.j.

l A capite. id est, episcopo.

m Vsque in quartum. id est, subdiaconatum.

n Ita etiam crimine. j. xxiiij. q.j. non afferamus.

o Triticum. id est pœnitentiam.

p Et fructum. id est, restitutionem.

q Gaudeo. Ideo dicit gaudeo, quia post pœnitẽtiã fortior resurgit homo, vt j.eadem. fidelior.[2]

Pœnitentia fortificat.

2 Secundum hunc intellectũ istud magis, qđ est in textu, tenet comparatiue, et legit de veris iustis: & loquit quadã similitudine vulgari. Arc.

r Nonagintanouem. Per hunc numerum designãtur nouẽ ordines Angelorũ, de quibus habes j.de pœnit. dist.ij.principium.

s In deserto. id est in cælo, quod diabolus per casum deseruit. Et pri

dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & cõdignã pœnitentiam Deo gesserint vtrũq; facere posse: docere, & sanctificari. Docuit enĩ quãdo dixit: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Sacrificium Deo obtulit pro se dum dicebat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c. Vidẽs autem propheta sua scelera mũdata per pœnitentiã, non dubitauit prædicando & domino libãdo curare etiam aliena. Mutatur ergo homo à peccato, & gratia Dei resurgit à lapsu: & in pristino maneat officio iuxta prædictas authoritates. Videat ne amplius cadat: sed Euãgelica sententia in eo maneat, quæ ait: Vade, & noli amplius peccare. Vnde apostolus ait: Non ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt non obediatis concupiscentijs eius. Sententiam, quę vetat misericordiã[a] non solùm tenere fratres, sed etiam audire, fugite: quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificijs.

Psal.50. — Ibidem. — Ioann.8. — ad Ro.6.

Item Hieronymus.

In pristinum gradum post pœnitentiam reuocari possunt pœnitentes.

CAN. XIIII.

ET purgabit[b] filios Leui: tẽpus enim[c] est vt iudiciũ à domo[d] Dei incipiat. Et alibi[e] scribitur: A sanctis meis incipite. In filijs autem Leui omnem[f] sacerdotalem intelligit dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi, vt purum aurum remaneat & argentũ: quid de cæteris est dicendum, qui cũ emendati fuerint, & colati, tunc offerent Deo iusta sacrificia, & placebit domino sacrificium eorum, quod offertur pro Iuda, & Ierusalem: hoc est ꝓ ijs, qui dominum cõfitentur, & pacem eius mẽte concipiũt, sicut dies seculi & sicut anni antiqui:[g] hoc est, vt quomodo in principio[h] placuerũt Deo, sic post peccatum,[i] & pœnitentiam placere incipiant, cùm omnium fuerint peccatorũ sorde purgati.

Malac.3.

Item Greg. Secũdino.

Lapsi reparari possunt.

CAN. XV.

QVia sanctitas tua reqsiuit, vt tibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi authoritates scriberemus, dum dicis de hoc canonum diuersorum te legisse diuersas sententias: aliàs resurgendi, aliàs nequaquã posse, ideo nos generales synodos à Nicena synodo incipientes, hanc cum reliquis quatuor[k] veneramur: quia ipsam sequentes cęteræ in cunctis canonicis sententijs vnanimiter concordant. Nos verò præcedẽtes patres sequimur, quia authore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite[l] itaque incipientes, vsque in quartũ[m] altaris ministrum hanc formam seruandam cognouimus: vt sicut minorem maior præcedit honore, ita etiam crimine[n]: & quem maior sequitur culpa, maiori plectatur vindicta: & sic postea pœnitentia credatĩ esse fructuosa. Quid enim ꝓdest triticum[o] seminare, & fructũ[p] eius non tollere? Aut domum construere, & non illic habitare? post dignam itaque satisfactionem credimus posse redire ad honorem, & ad fontem misericordiæ recurrentes Euangelicam sententiam proferamus. Gaudeo[q] (inquit) super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm sup nonagintanouẽ iustis, qui nõ indigẽt pœnitentia. Et ouẽ perditã (nonagintanouẽ[r] nõ errãtibus relictis in deserto[s]) Luc.15.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Et prima. Arg. quod restituti possunt accusare & testificari. arg. j. ea. ferrum. & cap. domino sancto.

Continere difficile est.

b Pauci. Difficile enim est continere: vt xxviij. distin. de ijs. & xxxiij. q. v. qui sitit. nec tamen ideo minus delictum est, vt ij. q. j. multi. in fi. & xxxij. q. vij. flagitia. & licet istud sit naturale, non tamē excusat, vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruus. §. si fornacarius.

c Quid est. Prophetę. Ezechieli. Ezec. ij.

d Stans. Hic stās accipitur in mala significatione, & pro in bona: & ita est hic arg. q̄ aduocatus variis modis potest iura exponere, sicut hæc authoritas: Verbum caro factū est. vel illud, veritas de terra orta est. quādoque exponitur, id est Christus de virgine natus est: vt xxxv. q. x. c. j. quā doque exponit, id est, cōfessio de pœnitente. de pœn. distinct. j. quicunque. Arg. contra. xxiij. quæst. vij. quod autem. Sed hæc diuerso respectu.

Iura vario modo possunt exponi.

Apoc. 2. a

Matt. 26.

ADDITIO.

Ad idem, extra de appella. solicitudinem. in fin. vbi de hoc.

Timor duplex.

e Timore. seruili, scilicet cū quo charitas de dignaꝫ habitare. Inducit tamen iste timor filiā eiusdem, sicut seta filum, vt j. de pœ. distinc. ij. si qs tantā.

Iob verba.

f Errū. In Iob continet̄ ita: habet argentū venarū suarum principia, & auro locꝰ est, in quo conflatur: ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs conuertitur.

Exec. 22.

g Incipit. Arg. q̄ post pœnitentiam reuertitur quis ad priores ſ actus. Sic. xxxij. q. j. cū tua. ver. si cut in. vbi de hoc. & q. v. præceptum. in fi. & vj. q. j. illi qui. & j. ea. c. quia sanctitas tua. in fin. ff. de æd. edic. quod ita. Arg. contra. lxj. distinct. c. in sacerdotibus. Respon. quod nunquam per pœnitentiā reuertitur reus ad priorē statū, vt xxxiij. q. ij. admonere. & lxxxj. distin. c. Romanus. & cap. si quis clericus. sed per dispensationem, vt ij. quæsti. iij. si quem. §. notandum. in fin. Io. nisi in occultis criminibus, vt extra de tempo. ordi. c. vlti. Bart.

h Quod non fuit. i. qualis non fuit. & sic non est hic aliqua fictio iuris.

Ius multa fingit.

humero pij pastoris ad ouile reportādam dominus ipse testatur. Si ouis perdita errans post inuētionem ad ouile humero deportatur, prædictis nō agintanouem nō errantibus in deserto relictis: cur iste post pœnitētiam ad ecclesiæ ministerium lapsus non reuocetur?

Sicut in Apocalypsi dicitur de ministro ecclesiæ: Memento vnde excideris, & age pœnitentiā, & prima i opera fac. Quid enim grauius est, aut carnale delictū committere, sine quo pauci k inueniūtur: aut Dei filiū iureiurando negare? in quo verbo hunc ipsum beatum Petrum Apostolorum principē (ad cuius sacrū corpus indigni sedemus) lapsum esse cognouimus: sed post negationem pœnitētia secuta est: & post pœnitentiam misericordia data est: qa ab Apostolatu eum non expulit, qui ante quidē ipsum se negare p̄dixit.

Idem super Ezechielē.

Post acerrimam pœnitētiam lapsi reparantur.

CAN. XVI.

QVid est hoc, quòd prophetæ l iacenti dicitur, Sta supra pedes tuos, & loquar tecū? qui enim iacēti loquebatur, cur statim promittit se loquturum? Sed sciendum est, quia alia sunt quæ iacentes, alia quæ stātes audire debemus. Iacenti em̄ dicitur vt surgat: stāti autem præcipit, vt ad prædicationem p̄ficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis cōfusione iacentibus præberi non debet authoritas prædicationis, sed cùm iam in bono opere surgimus: & cùm iam recti stare cœperimus, dignum est, vt ad lucrandos alios in prædicationē mitti debeamus. Stans m ergo ppheta visionem spiritualē vidit, & cecidit: cadēs verò admonitionis verba suscepit vt surgeret: surgēs au tem præceptum audiuit vt prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus: cùm iam de æternitatis timore n aliquid sentire cœperimus, dignum est vt per pœnitentiam cadamus: & dū infirmitates nostras subtiliter cognoscentes humiliter iacemus, per diuini verbi consolationē ad fortiora opa resurgam⁹.

Idem.

De eodem.

CAN. XVII.

FErrum o de terra tollitur, cùm fortis propugnator ecclesiæ a terrena (quam prius tenuit) actione separatur. nō ergo in eo debet despici, quod fuit: quia iam incipit p esse, quod nō fuit.

Item Augustinus.

Post condignam pœnitentiam prisţina recipiuntur officia.

CAN. XVIII.

VM exaudiero q eos dabo eis virtutē spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine. Animaduerte in præsenti loco posse docere aliquē post peccatum, si tamen vitia pristina pœnitētia digna diluerit. Vnde Dauid post adulterium, & homicidium loquit̄ in psalmo, Asperges me hyssopo, et mundabor. Lauabis me, & super niuē dealbabor. Nec sua tamen puritate contentus est, sed infert, Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me. Cúmq; hoc feceris, docebo (ait) iniquos vias tuas.

Item Hieronymus.

De eodem.

CAN. XIX.

IEsus filius Iosedech sacerdos magnus, quanquam in typo r aduentū præcesserit saluatoris, q nostra peccata portauit, & alienigenā sibi ex gentibus copulauit ecclesiā, tamen secūdum literam post sacerdotiū sordidatus s inducitur, astat diabolus t à dextris eius, & candida u illi deinceps vestimenta redduntur.

Ite ex concil. Agathēsi.

Post pœnitentiam, clerici correcti gradum suum & dignitatem recipiant.

CAN. XX.

COntumaces clerici prout dignitatis ordo x permiserit ab episcopo corrigantur, & si qui prioris y gradus elati superbia cōmunionem z fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint a, peregrina b eis communio tribuatur, ita vt cùm eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula c gradum suum dignitatémque d recipiant.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem.

CAN. XXI.

SI quis presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus inuentus fuerit aliquid de ministerijs ecclesiæ venundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamen episcopi e dimittendus est, si in suo debeat recipi gradu: quia multoties hoc ipsum quod de sacrosancto altario contaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

Item Augustinus ad Bonifacium.

PALEA.

BEne ualet sacerdos restitui ad honorē suum post peractam pœnitentiam, licet in hoc diuersi diuersa sentiant, dicentes non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas pœnitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

Item Augustinus.

PALEA.

SAcerdos quidem si cecidit, ualet, & habet restitutionis locum post dignam peractam pœnitentiam in honorem suum, trophetā attestante, qui ait: Nunquid qui cadit, non adijciet ut resurgat? Et beatus Gregorius hoc dicit ad secundum episcopum inclusum amicum suum. Etiam a ipso propheta in hoc argumentum habemus, qui cùm post peractum adulterium, & homicidium perpetrauit, tamen postea peracta digna pœnitentia per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur †.

Probatio vtrū cōtra p̄sumptio sit admitten da.

Iob. 8.

†Ego dico. Hæc vera, etiam oibus legistis & canonistis approbat. Idem gl. ff. dist. 54. c. fœminæ. C. M.

2 Alias se cus. ff. de reb. dub. ſ. duos. 2. j. & 4. secūdum Lau. qui hanc sententiā refert hic cū Ioann.

Esaiæ 37.

Iesus

Pſal. 40.

† Hactenus Palea, & Gratianus loquā incipit. C. M.

a IEsus. In typo. Quia duxit alienigenam, sicut Christus ecclesiam.

b Sordidatus. Quia dimisit vxorem.

c Diabolus. Id est, vxor quæ idola coluit.

d Candida. Quando ad concilium Esdræ reliquit illam. xxviij. q. j. & ij.

Pſal. 50.

e Contumaces. Prout dignitatis ordo. Alio enim modo sunt puniendi clerici minorum ordinum, & alio maiorum, vt xxxv. diuinte omnia. & xj. q. j. si qui clericorum. & xij. quæ. ij. fraternitatis.

Clerici maiores aliter puniunt, quam minores.

f Prioris. Id est, altioris.

g Cōmunionem. Id est, nolunt esse inter alios.

Zach. 2. a

1 Laur. dicit cōmunionem. i. cōmunem obseruantiam, et cōuersationem. Arc.

h Neglexerint. Auferetur officiū & beneficium. Io. per suspensionem. secundum Hug.

i Peregrina. Quæ alias dicitur laica. extra de elect. c. ij.

k In matricula. Sic ij. q. j. nomen.

l Dignitatemque. Si enim à vigilijs deest, auferendum est ei stipendium, vt xcj. di. clericus victum. Sed si prælatus per tres hebdomadas deest, per triennium suspenditur, vel etiam si diebus solennibus deest, vt vij. q. j. si quis in clero. si per duos menses, priuatur ecclesia, vt vij. q. j. presentiū. Nisi velis dicere correctum, vt extra de clericis non resid. ex tuę. Sed an post sit repetere fructus postea cum reuertitur non videſ, vt C. de re mil. l. j. lib. xij. alioquī spe restitutionis facilius deliqueret, vt ff. e. dist. c. j. Item quia pœnæ nō solent repeti. ff. de condict. inde. pœnę. Et pœnam quam quis ex suo delicto præstitit, non repetit. ff. de procu. qui prosit. §. pœnā. Item causam habetur q̄ eps̄ possit dispensare cū deposito. Nam & senatus reparatur pricipi. ff. de aqua plu. ar. q̄ data iusta principis. Et eccle sentiç. ex tum, vt xvj. q. j. ecclesia. arg. ad hoc ea. cū xj. q. iij. eps̄. & C. de epis. & cler. placet. Arg. contra de cleri. non resid. ex tuā in fi. et dixi de hoc ij. quę. vj. ideo.

Prælatorum ecclesias negligentiū punitio.

Probatio

2 De hoc nonis extra vt lite nō cōtest. quoniā. ſ. si vero. & vij. q. j. am bitiōis. ibi dicā. Arc.

m Si quis. Iudicio tamen episcopi. Hic ergo permittitur episcopo dispēsare in sacrilegio, sic & in hæresi, vt j. e. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. ſ. de his vero. Et hoc verum est, nisi sit enorme sacrilegium: vt xxij. q. ij. de viro.

Papa ſolus cū ſolus Papa dispensat, lēiter dispensat.

Quomodo. Hæc est iij. pars huius di. in qua concordat iura, & dicit quod qui vere pœnitent, possunt reparari, & qui ficte pœnitent, nō sunt reparandi. & hoc probat x. authoritatibus. Io. de Fan.

Vs

Universidad de Deusto
Biblioteca

a VT constitueretur. Non desperatione, id est, ob hoc, quod ecclesia desperat se posse restituere tales.
b Sed rigore. Hic manifeste colligitur, quod canones qui dicunt lapsos non esse reparandos, vel restituendos, de rigore loquuntur.
c Etiam de cæteris. i. omnibus. nomine em cæterorũ omnes intelliguntur. ff. de verborum significa. cæterorum.
d Sed non ideo. quasi dicat, licet possint restitui aliqui secundum rigorem.
e Nihil detrahebatur. i. vbi non timetur periculum.
f Aliquid. i. rigorem vt nõ refitueretur, vt sic fierent magis humiles.
g Addiderunt. Scilicet, vt nõ possint restitui.
h Per. i. propter.
i Potentias. Id est, dignitates.
k Experimenta. Sic xxix. di. sciendum. vel aliter vt quãdoq; fiat restitutio, quãdoq; nõ.
l Strages. ꝛ. xliiij. dis. comessationes.
m Detrahendum est. Hic habes, qd dispẽsatio qñq; est debita, scilicet vbi strages multorũ iacet. & alibi, vt xl. di. licet. & j. q. vij. dispensationes. & xj. q. iij. plerunque. xxiij. q. j. noli. in fi. et j. e. consideranda. cum enim dispensatio sit quasi quędam misericordia, & est certum, quod quilibet tenetur esse misericors, vt lxxxvj. di. non satis. & licet debita sit, tamẽ peti nõ põt: sicut ẽpatus debetur bono, & tñ nõ potest eũ petere, vt viij. q. j. qui episcopatũ. Quandoq; aũt phibetur dispensatio, vt j. q. j. erga. & ꝛ. ea. miror. qñq; etiã permittitur dispensatio, vt j. ead. domino. & ꝛ. ead. si quis presbyter. Et not. quod aliud est rigor, aliud est ius,

Dispensatio quandoque est debita.

Mat. 16. c

3 Quomodo igitur huiusmodi authoritatum dissonantia ad cõcordiam reuocari ualeat: breuiter inspiciamus. sunt tamen quidam, quos nõ odium criminis, sed timor utilitatis, & amissio proprij gradus, & ambitio celsioris ad pœnitẽtiam cogit, hos sacri canones irreuocabiliter deijciũt: quia qui simulatione pœnitentiæ, uel affectione honoris à Deo non consequitur ueniam, nec ab ecclesia reparationem meretur.

Vnde Augustin. scribit ad Bonifacium.

Quare constitutum est in ecclesia, ne post pœnitentiam quis ad clericatum redeat.

CAN. XXII.

VT constitueretur in ecclesia, ne quisquã post alicui[9] criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu permaneat, non desperatione [a] indulgentiæ, sed rigore [b] factum est disciplinæ: alioq; cõtra claues ecclesiæ datas disputabitur, de quibus dictũ est: Quæcunq; solueritis super terrã, soluta erunt & in cælo. Sed ne fortè etiã de cæteris [c] criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbè ageret pœnitentiã, seueriſsimè placuit, vt post actam pœnitẽtiam de damnabili crimine nemo sit clericus, vt desperatione temporalis altitudinis medicina maior, & verior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitẽtiam, & tamen in honore suo perstitit. Et beatũ Petrum, quando amariſsimas lacrymas fudit, vtiq; Deũ negasse pœnituit, & tamen Apostolus permansit. Sed nõ ideo [d] opinanda est superuacua posteriorum doctorũ diligentia, quia vbi saluti nihil detrahebatur [e], humilitati aliqd [f] addiderũt [g], quò salus tutius inueniretur. Expertus credo ali quorum fictas pœnitentias per [h] affectatas honorum potentias [i]. Cogunt enim multas inuenire medicinas multorũ experimenta [k] morborum. Verùm in huiusmodi causis, vbi per graues dissentionũ scissuras non huius, aut illius hominis periculum, sed populorum plurimorum strages [l] iacet, detrahendum est [m] aliquid seueritati, vt maioribus [n] sanandis malis charitas syncera subueniat.

Item ex epistola cleri Romani [o] missa papæ Cypriano [p] †.

Reparationis beneficium, non nisi post pœnitentiã potest cõcedi.

CAN. XXIII.

ABsitã Romana ecclesia vigorem [q] suum tam profana facilitate dimittere, & neruos seueritatis euersa fidei [r] maiestate dissoluere, vt cùm adhuc non tantùm iaceant in peccatis, sed etiam cadãt [s] euersorum fratrum ruinæ [t], propediu aliud est dispensatio. Rigor est quidam excessus iuris, & quædam austeritas facta ad terrorem, secundum quod dicit canon, qꝝ pœnitentia imponitur contrahenti secundas nuptias, vt xxxj. quæ. j. cap. hac ratione. & c. præcedenti. Et qꝝ communio non est danda etiam in fine vitæ ijs, qui defecerũt in accusatione clericorũ, hoc est, episcoporũ, vt ij. q. iij. si quis episcopum. Et rigor non est seruandus [1], nisi vbi timetur exemplum mali, vt lxv. di. sed illud. Quandoque tamẽ rigor est idem qd subtilitas iuris, vt extra de restit. spol. in literis. & extra de noui oper. nun. intelleximus. Dispensatio est idẽ quod iuris relaxatio, & ea non est vtẽdum, nisi sit necessitas, vel vtilitas, vt j. q. vij. tali. Ius autem media strata incedit inter rigorem et dispensationem. ff. de iurisdict. om. iudic. qui iurisdictioni. & xxiiij. q. ij. legatur.

Rigor dispẽsationi ius diffe-runt.

2. Reg. 11.

Mat. 26. g

1 Et dicqꝝ iuris rigor ex cã multiplici mitigaf; vt notãt extra de sen. excõ. quęris. Archidia.

ADDITIO.

Dicit Hu. idem. f. qꝝ rigor nõ est ius, imo est iuris excessus in austeritate. Ius autem est æquitas. i. æqualitas ius suum vnicuiq; tribuens, bonis præmia, malis supplicia. hoc debet iudex semper obseruare. arg. C. de iu. placuit. Archid.

n Maioribus. Sic dist. iiij. denique.
o Cleri Romani. vel Cornelij papę.
p Cypriano. In chronicis nõ inuenitur, quod aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus, tñ qđ fuit Papa, habes j. de eo tm̃. sed forte hic & ibi est mendosa litera.
q ABsit. Vigorem. Id est, rigorem.
r Fidei. Id est, disciplinæ.
s Sed etiam cadant. Vterius.
t Ruinæ. Id est, euersi & ruentes fratres.

Proper

† Cypriano. Quæ integra habẽtur in epistola ꝝdã diui Cypriani, epistola prima. C. M.

a Properata. Quia quæ committuntur in Deum, remitti, non possunt sine pœnitentia: & quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt j. xxiij. q. iiij. si is qui. & capit. est iniusta.
b Intercepta. Id est, dimissa.
c SI quis. Remissionem. Quæ enim in nos delinquuntur, possumus remittere sine pœnitentia, sed non quæ in Deum, vt xxxiij. quæsti. iiij. si is qui.

Delicta cõmissa in deũ remitere non possumus.

d Sententiam.

Appellãs frustratorie iudicẽ offendit.

Qui ergo non seruat sententiam iudicis, offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui frustratorie appellat ab ipso. C. qñ prouocare non est necesse. l. vlti. in fi. & hæc põt esse causa, quare iudex debeat esse suspectus ei, qui appellauit ab ipso, vt extra de appel. ad hæc.
e Martyres. id est, Christi sacerdotes.
f Vt sciamus. Per signa exteriora considerata in pœnitentibus.
g Videri. Argumẽtum, quod non statim tenetur quis credere etiã bono viro, vt ix. distin. ego solus. simi. ff. quod cum fal. tut. l. ij. imo imputatur alicui, quod nimis est credulus. xj. q. iij. non solũ. lxxxvj. di. si quid vero. ff. de eo per quem fact. l. j. §. j. Nõ obstat xxiij. q. j. quid culpatur. vbi in dubio obeditur, quia ibi loquitur dum prælatus præcipit, quod est dubium: hic de martyribus, qui non erant prælati. xxvj. quęst. v. nec mirum.

Credulus non debet quis esse nimis.

h DOmino sancto. In epistolis. Massanus rogat Isido. vt solutionem canonum contrariorum circa restitutionem lapsorum ei rescriberet.
i Vendicare. Id est, defendere. sic etiam ecõtra ponitur.
k Superstitiosa. ꝛ. viij. di. quo iure.
l Necesse. Ex hoc verbo necesse, & ex illo verbo præcipiũt, quod supra ponitur, patet dispensationẽ quandoq; esse debitã [1], vt ꝛ. ead. vt constitueretur. Et sic patet quod episcopus peccat si nõ dispensat vbi patet ratio dispẽsandi, vt xxxiiij. dist. fraternitatis. arg. ij. q. v. quãto. tamen cum superiore agi potest officio iudicis, vt fiat dispensatio, vt extra de iure par. nullus. licet nõ possit peti iure actionis. sicut potest dici de eleemosyna pauperi debita. xlvij. distinct. sicut.

1 Ad hoc j. xxiij. q. j. noli. vbi de hoc. & j. ea. ſ. qs. versꝰ. qđ si. vbi de hoc. ar. j. ea. cõsideranda. Archid.

Antiq

Item Isidorus ad Massanum episcopum.

Qui sunt reparandi post lapsum, vel qui non.

CAN. XXV.

DOmino sancto, meritisque sancto, fratri Massano episcopo Isidorus episcopus salutẽ. Quod in epistolis [k] venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet, quòd in canone Anchiritano, capitulo decimonono legitur post lapsum corporalem restaurandum honoris gradum post pœnitẽtiam, alibi legitur post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritũ, hęc diuersitas hoc modo soluitur. Illos enim ad pristinos gradꝰ redire canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præcesit satisfactio, vel condigna peccatorum cõfessio. At contrà hi, qui neque à vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictũ, quod admittunt, vendicare [i] quadam superstitiosa [k] temeritate nituntur, nec gradum vtiq; honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Ergo ita est determinanda sententia, vt necesse [l] sit illos restaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepisse merentur diuinæ pietatis. Hi enim non immerito consequuntur ademptæ dignitatis statũ, qui per emendationem pœnitẽtiæ recepisse noscuntur remedium vitæ. Id autem ne fortè magis sit ambiguum, diuinæ authoritatis sententia confirmetur. Ezechiel quidẽ prophęta sub typo præuaricatricis Ierusalẽ, ostendit post pœnitentiæ satisfactionem pristinum restaurari posse honorẽ. Confundere (inquit) ô Iuda, & porta ignominiam tuã. & post paulũ: Et tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatẽ tuã. Exech. 16.

Quod dixit confundere, ostendit opus peccati debere quenq; erubescere, & post confessionem pro admissis sceleribus verecũdam frontem humo prostratam demergere, pro eo quòd dignum confusione perpetrauerit opus. Deinde præcepit,

Exod. 32. in fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt post ignominiam & deiectionem sui nominis, siue dignitatis, reuertatur ad suam antiquitatem [a]. Ergo dum quisque post opus confessionis suæ confunditur, atque ignominiam [b] portans, depositionē [c] suam cum humilitate luget, reuocari secundùm prophetam ad priorem statum poterit.

Item Ioannes euangelista angelo Ephesi ecclesiæ inter cætera quędam similia scribit: Memor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius. Ecce inquantum valui, concilij Anchiritani antiquam planè & plenam authoritatem sacris testimonijs explanaui, ostendēs eum posse restaurari in proprio gradu, qui per pœnitentiæ satisfactionem nouerit priora delicta deflere. Qui verò negligit, nec luget quæ gessit, & lugenda sine vllo pudore religionis, vel timore diuini iudicij committit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas. In fine autem huius epistolæ hoc adijciendum putaui, vt quotiescumque in gestis conciliorum discors [d] sententia inuenitur, illius concilij sententia magis teneatur, cuius antiquior [e] & potior extat authoritas.

Quicunque igitur pro criminibus suis dignè Deo pœnitentiam obtulerint, authoritate Gregorij, & Augustini, & Hieronymi, & Isidori, gradum pristinæ dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore utilitatis, uel ambitione dignitatis, uel honoris, falsas Deo pœnitentias offerunt, in pristini honoris gradum reparari minimè poterunt.

Sed obijcitur illud Hormisdæ Papæ, qui scribit [f] omnibus episcopis per uniuersas prouincias.

Diaconus aut presbyter in adulterio deprehensi, reparari non possunt.

CAN. XXVI.

SI quis diaconus [f] aut presbyter post acceptam benedictionem Leuiticam, cum vxore sua incontinens inueniatur, ab officio suo abijciatur.

Ecce [g] manifestè constat quia secundùm titulos antiquorum patrum sancto spiritu suggerente conscriptos, & secundùm sentētias cccxviij [h] episcoporum, quos Gallicani canones continere videntur, clerici in adulterio deprehensi [i], aut ipsi confessi, aut ab alijs conuicti, ad honorem redire nō possunt [k]. Sed quia fortè non desunt, quibus pro nimia pietate [l] suprascripta sanctorum patrum seueritas minimè placeat, sciat se cccxviij. episcoporum, qui & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere vel damnare. Sed quia fortè maior est in illis pietas, quàm in suprascriptis trecentis octodecim episcopis: maior est in illis misericordia, quàm in sancto [m] Ioanne Papa; maior chari-

Glosses:

a Antiquitatem. Id est, mores antiquos.

1 Si quis. Maiorem. Ex hoc loco videf qđ monachus possit esse prælatus in ecclesia secularī. qđ epūs posit esse, habes xvj. q. j. monachos. & in paro chia. Item quod canonicus secularis posit esse, videtur lxxiiij. di. quorundam. ite q̄ vicedominus epi possit eē videf, quia epūs debet habere testimonium à monachis: vt ij. q. vij. cum pastoris. sed œconomum debet habere epūs, vt sit ei testis: vt xvj. q. vij. qm in quibusdam. ergo potest esse œconomus, vel vicedominus episcopi. & istud Hu. admittit, argu. contra. xvj. quæsti. j. de præsentium. De hac materia notaui xvj. q. dum quē vij. in nona. Potest iste itelectus, qui se quod hic dicitur, quif est ve de ecclesia monarus. sic etiam intelligit lxxiiij. distin. xviij. placuit. Sed quorūdā. contra. j. iiij. q. v. secundum Lauren.

Monach⁹ pōt in ecclesia secularī esse p̄latus.

2 Et vere secundum Laur. secū dum quē iste itellectus, qui se quod hic dicitur, quif est ve de ecclesia monarus. sic etiam intelligit lxxiiij. distin. xviij. placuit. Sed quorūdā. contra. j. iiij. q. v. secundum Lauren.

† Vbi de hoc. Sed si aliq̄ est p̄me. &c. vt no. ff. dist. capitu. ij. Baptizatus i ęgritudine nō est promouendus.

† Permitt. Vbi ba[illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] HOc. Tonsurantur. Arg. ꝙ nullus debet tonsurari ad hoc vt dignitatem consequatur', vt xvj.q.vij. per laicos. Quid iuris sit de hoc, ibi notaui, licet sit arg. contra. lxj. di. bene. Io. H. dicit, quod ipsa spes non inducit simoniam, dum tamen non

1 Ad hoc extra de elect. cum ad nostrã. Spes vtrũ inducat simoniam. ✝ [illegible]

interueniat pactio, quia sola animi destinatio non inducit simoniam ✝, vt extra vt ecclesia. bene. vt nostrum. Alijcõtrarium dicunt, vt arg. viij.q. iij. Artaldus. Io. & certe decretalis videtur dicere, quod sola spes inducat simoniam, extra de sim. cap. vlti. & talis simonia per solam pœnitentiam aboletur, vt ibi dicitur. hoc tamẽ credo, qd̃ spes pro honesto seruitio, non inducit simoniam.

[b] Inculpati. No. ꝙ semper præsumitur, quod in fraudem receperit ordinem, qui subito recipit, licet beneme ritus sit alias: sic præsumitur, ꝙ liberas in fraudem data sit quandoq; licet seruus sit bene meritus: vt ff. qui et à quibus ma. l. j. in fin. argu. ad hoc lxj. di. miramur [2].

2 Et hoc facit i ar. quod etiã in pso na ꝓbata & exercitata non est ꝓtermittẽdum quod iustitutis generalibus continet: vt ibi dicitur. Item 81. dist. c. j. secundũ Hug.

[c] ORdinatos. No. ꝙ confessio vnius nocet alij [3], quod est contra id ij. q. v. interrogatũ. sed hoc est propter causæ connexionẽ, vt lxxxj. di. tantis. vt no. iij. qõ. vj. hæc quippe. Vel dic quod non nocet, nisi quo ad præsumptionem, sicut dictũ vnius nocet quo ad præsumptionem, vt lxxxvj. dist. tanta.

Cõfessio vnius qñque nocet alteri.

3 Sequunt istam gl. Cy. Alex. de Imo. et Moder. i l. si duo. ff. de iureiu.

[d] Ratione. Vt priusũt discipulus.

[e] Confirmat. Id est, confirmare debet.

[f] Difficilius. ꝛ. xl. di. ante omnia.

[g] ECce. Hic ostendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus sit in præpositum, vel decanum, vel archipresbyterum, vel episcopum, & dicit quod nullus eligendus est in præpositum, nisi sit diaconus, vel presbyter: nullus in archidiaconum, nisi sit diaconus: nullus in decanum vel archipresbyterum, nisi presbyter: nullus in episcopum nisi ad minus sit subdiaconus.

Eligẽdus est in quo ordine debet esse.

CAN. III.

HOc ad nos peruenit sæpe nosces, quod non dissimili dignum est detestatione cõplecti, ꝙ quidã honoris desiderio inflammati defunctis epis tonsurãtur [a], & fiunt repẽte ex laicis sacerdotes, atq; inuerecũdè & repente religiosi propositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, qd̃ isti subiectis præstaturi sunt, qui antè, quã disciplinatus limen attingãt, tenere locum regiminis non formidant? Qua de re necesse est, vt quamuis inculpati [b] quisq; sit meriti, antè tamen per distincta ecclesiastici ordinis se exerceat officia.

Item Celestinus episcopis Galliarum.

Non aspiret ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.

CAN. IIII.

ORdinatos [c] verò quosdã fratres charissimi episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinib⁹ ad tantæ dignitatis fastigium constituti fuerint, contra patrũ decreta huius vsurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus: cũ ad eãtum his gradibus, quibus frequentissimè cautum est, debeat peruenire, vt in minoribus initiati officijs, ad maiora firmẽtur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. Omnis enim vitæ institutio ad id qd̃ tendit, se ratione [d] cõfirmat [e]. Qui minimè literis operam dederit, præceptor esse nõ potest literarũ. Qui nõ per singula stipẽdia creuerit, ad meritum stipẽdij ordinem nõ põt peruenire. solum sacerdotiũ inter ista rogo vilius est? cur facilius tribuitur, cùm difficilius [f] impleatur?

DISTINC. LX.

ECce [g] ostẽsum est ex parte, qui possunt ad sacerdotij ordinem promoueri, & qui non. Nunc autẽ considerandum est, ex quibus ordinibus in archipresbyterũ, uel præpositũ, uel episcopũ, uel archiepiscopũ sint eligẽdi.

De his ita statutum est in concilio Vrbani Papæ celebrato Aluerniæ.

Archipresbyter, vel decanus, aut archidiaconus, non nisi diaconus, aut presbyter ordinetur.

CAN. I.

NVllus [h] eps [i] in ecclesia sua, nisi diaconus sit archidiaconum instituere, nec archipresbyterum, aut decanum, nisi presbyteri [a] sint, ordinare præsumat, quod vt districtius teneat, apostolica authoritate, phibemus & interdicimus.

Item Calixtus papa.

Nullus in præpositum, vel archiepiscopum, vel archipresbyterum, vel archidiaconũ, nisi presbyter vel diaconus ordinetur.

CAN. II.

NVllus in præpositum, nullus in archiepiscopum, nullus in archipresbyterũ, nullus in decanum nisi presbyter, vel diaconus: nullus in archidiaconũ, nisi diaconus ordinetur.

Item Innocentius ij.

De eodem.

CAN. III.

INnouamus autem, & præcipimus, vt nullus in archidiaconũ vel decanũ, nisi diaconus vel presbyter [b] ordinet. Archidiaconi verò vel decani, vel præpositi, qui infra ordines ꝓnominatos existunt, si inobedientes ordinari [c] contempserint, honore suscepto priuentur. Prohibemus autem ne adolescentibus, [d] vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitæ clarescunt, prædicti concedantur honores.

Horum unũ propter procacitatem quorundam statutum est, qui nomen præpositurę adepti, officium contemnunt, nolentes fieri sacerdotes: aliàs autem inane esset, cùm etiam in episcopum eligi possint insubdiaconatu constituti:

Iuxta illud Vrbani papæ.

Non eligatur in episcopum, nisi in sacris ordinibus constitutus.

CAN. IIII.

NVllus in episcopatum ✝ eligatur, nisi in sacris [e] ordinibus religiosè viuens fuerit inuentus. Sacros autẽ ordines dicimus diaconatum, & presbyteratũ. Hos siquidem solos primitiua legitur habuisse [f] ecclesia. Subdiaconos verò (quia & ipsi altaribus ministrant) opportunitate exigente cõcedimus: si tamẽ spectatæ sint vitæ, religionis & scientiæ, quod ipsum non sine Romani pontificis, [g] vel cum metropolitani [h] scientia fieri firmiter permittimus. Alterum verò, vt in episcopum, vel archiepiscopum nisi in sacris ordinibus constitutus nõ eligatur, propter dignitatẽ ordinis statutum est.

DISTINC. LXI.

[1] [2] [3] ITem laici non sunt in episcopos eligendi, sed per singulos ordines prius sunt probandi.

Vnde Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum.

Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi.

CAN. I.

SAcerdotale officiũ vestris in partibus in tantam (sicut didicimus) est ambitionem perductũ, vt sacerdotes subitò [k] (quod nimis graue est) ex laicis ordinent.

Itẽ Hormisda papa omnib⁹ episcopis.

De eodem.

CAN. II.

IN sacerdotibus eligendis, vel ordinandis curam oportet esse perspicuã. Irreprehensibiles esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis. [l] Longa [m] debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ.

Idem.

NOn negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quærũt instituta fidelium. Discere prius quisq; debet antè, quam doceat: & exemplum religiosæ cõuersationis de

a Nisi presbyteri. ꝛxxiij. q. iiij. ſtcut excellentiã. cõtra. vbi dicit, quod non gradus elegantior, sed vitæ melioris, &c. Sed dic, quod non tantum ordo cõsideraf, sed ordo & meritum.

b Nnouamus. Vel presbyter. redde singula singulis.

c Ordinari. Cogitur ergo aliquis recipere ordinem, et sic est cõtra hoc lxxiiij. dist. gesta. sed illud ratiõe adiũcti ordinis. lxxiij. distinc. c. fin.

Ordinẽ recipere cogitur qs.

d Ne adolescentibus. intra xxv. ann.' vt extra de elect. cum in cunctis. §. inferiora.

1 Nec ẽm ferendum est eũ legitimã turelã agere. C. de legitut. l. vlti. Io. de Fã. Laicus in episcopũ postulari potest.

NVllus in episcopatum.

e In sacris. Postulari tamẽ potest in episcopum laicus. lxj. dist. c. Ofius. & lxiij. dist. cap. Valentinianus.

f Habuisse. ſupple sacros. nam etiam subdiaconatus fuit tempore Apostolorũ, vt xxxv. distinct. episcopus.

g Romani pontificis. Hodie licite eligitur, vt extra de æta. & qualita. à multis.

Metropolitanus an possit circa ordinẽ dispẽsare.

2 Et ideo dicũt quidam, qd̃ auctoritate mentis istius iuris adhuc hodie possit dispensare cũ acolytho eadẽ ratione. et hãc sententiam videtur sequi Tãc. Vi. Gof. & B. extra de ætate. et qualit. à multis.

+ Alias episcopũ.

h Metropolitani. Sicut ergo olim metropolitanus potuit dispensare circa ordinem: sic videtur quod adhuc possit, cum non auferatur ei hęc dispẽsatio siue iurisdictio. argu. extra de sent. excõ. nuper. [4]

ITẽ laici. Hæc distinc. diuiditi quatuor partes, in quarũ prima probas per septem authoritates sanctorum, quod ex laicis (licet sint boni) nõ debet creari episcop⁹. Secũda ibi, eõtra. Tertia ibi, sed aliud. Quarta ibi, itẽ clerici. Ioã. de Fant.

i Item laici. Hic ostendit, quod laici non sunt eligendi i episcopos: sed possunt postulari. [3] Item ostẽdit, quod tantum de propria ecclesia facienda est electio. Deinde ostendit de visitatore, quod nihil debet præsumere de rebus illius ecclesiæ, cui datus est visitator. Et not. ꝙ vocat hic laicos illos, qui nõ sunt ordinati, & illos qui repente sunt ordinati, & nec isti, nec illi sunt eligendi. Ioan.

3 Vt j. ex. §. his oĩbus. in ca. statuimus. & ci. Ofi⁹. §. sed alias.

k SAcerdotale. Subito. et ita inique & male. Iniquitas ẽm omnia præcipitat: vt j. de pœ. distin. iij. inter hæc hircũ. si tamen necessitas est, in anno & dimidio potest laicus recipere omnes ordines: vt lxxvij. distin. monachus. & capit. sequenti.

Iniquitas omnia ꝓcipitat.

l INsacerdotibus. Corrigendis. sic iij. q. vij. iudicet. & cap. seq.

m Longa. sic ꝛ. xxviij. distinctio. priusquam. On negam⁹. Præsta

Universidad de Deusto Biblioteca

Pontifex debet esse humilis.

1 Nã peccantẽ publice, &c. xlv. disti. sed illud. & xxxij. q. iiij. nemo.

2 Ad idẽ xlviij. dis. c. j. Sed videtur sufficere, si per duos menses sit apud magistrũ. ff. de lega. iij. seruis. §. ornatricibus. Io. de Faut.

† Scilicet prim⁹, anno domini 405. C. M.

Ius cõmune ꝓpter tumultum populi nõ est violandum.

Eligẽdus est magis exercitat⁹

3 lxxxix. disti. episcoporũ.

a Præstare. vnde non petere exemplum, sed dare dignus erat. ad idem xvj. q. j. ꝑdicator. b Emendatiorẽ. sic viij. q. j. qualis. j. q. j. c. vilissimus. c Humilitatis. qa nihil ita splẽdet in pontifice, sicut humilitas: vt 100. distin. cõtra morem. d Teste. quia publica delicta publico egent remedio: vt de pœn. dist. j. c. quis aliquando. §. hoc ergo. & cap. quamuis.[1] e Memorandi. & hoc ꝓpter memoriam præteriti delicti. s. xxv. distin. cap. vlti. & xlviij. distinc. c. j. & iij. q. iiij. capi. ij. & ff. de decur. l. vltima. f Miserũ est. Qui nunquam. s. lix. distin. ordinatos.[2] g Miramur. Aut tumultũ. Argu. quod non est deuiãdum à iure cõmuni ꝓpter tumultum popularem, nec propter sedandam discordiam: vt lxij. distinct. docendus. xviij. qõ. ij. si quis abbas. viij. qõ. j. licet. sic C. de pœn. l. decurionũ. & argu. extra de appel. constitutus. Argu. contra. ff. ad legẽ Corne. de sica. l. penul. & xxviij. dist. de Syracusanæ. & xj. qõ. iij. antecessor. & 50. distin. vt constitueretur. extra de regu. iur. qui scandalizauerit. h Discrimen. id est, periculum. i Præsidentium. id est, sacris officijs deputatorum. k Principatus. j. q. j. principatus. l Inordinatũ. scilicet vt potius eligatur ille, qui diu militauerit in ecclesia: vt j. ea. quid proderit. vel etiam ille, qui est in maiori ordine constitutus:[3] vt lxxv. di stinct. c. vlti. m Quanto. Nota, quanto res est maior, tãto maior est inquisitio faciẽda: vt lix. dist. ordinatos. & xlvij. dist. quãtumlibet. xlij. distin. quiescamus. & vij. q. ij. c. vlt. Et est hoc contra illos, qui dicũt, quod in causis matrimonialibus non est ita districta examinatio facienda circa testes. n Omnium. Arg. quod vni dicit, ad alios extẽditur, vt dixi xxxviij. dist. ignorãtia. & arg. xxxij. q. vij. Apostolus. & xxxj. q. j. quod si. & C. de natu. lib. auth. item si quis. o Quid est cito. vt lxxviij. dist. ca. quid est manus. & lxxxvj. dist. tãta. p Persona. Not. quod propter personam[4] non receditur à iure cõmuni: vt hic, & 50. distin. ex pœnitentibus. & lxxxix. distin. singula. lix. distinct. hoc ad nos. Tamen quandoq; receditur à iure ꝓpter personam, vt fuit in Augustino, vt vij. q. j. non autem. Item propter scandalũ, quod timetur in persona: vt xxiij. q. iiij. nõ potest. Similiter ꝓ miseratione personæ, vt lxxxvj. distinc. tãta. Sed dic, quod ibi personæ fauore non receditur à iure: sed propter vtilitatẽ ꝓuenientẽ ex persona. Pro

Ius cõmune ꝓpter personam non est relinquendũ. 4 Idem propter morem personæ non receditur, non debet recedi. sic no. i. q. j. c. q i qua liber. ꝓ persona.

† [redacted]

se potiùs alijs prestare,[a] quàm sumere. Emendatiorem [b] esse cõuenit populo, quẽ necesse est orare pro populo. longa obseruatione religiosus cultus tradatur, vt luceat: & clericalib⁹ obsequijs erudiendus inseruiat, vt ad venerandi gradus perductus summã, quis sit fructus humilitatis [c] ostendat. Nec tantùm cõsecrare de laicis inhibemus, sed nec de pœnitentibus quidem quisquã ad huiusmodi gradum profanus temerator aspiret: satis illi sit postulanti veniam concedi. Qua conscientia absoluat reũ, qui se peccata sua scit populo teste [d] cõfessum? Quis enim quem paulò antè iacentem viderat, veneretur antistitem? Perferens memorandi [e] criminis labem, non habet lucidam sacerdotij dignitatem.

Itẽ Innocẽtius papa. †

De eodem.

CAN. III.

Miserum est eum fieri magistrum, qui nunquam [f] fuit discipulus: eumque summum sacerdotem fieri, qui in nullo gradu vnquam obsecutus fuerit sacerdoti.

Item Leo episcopus.

De eodem.

CAN. IIII.

Miramur tãtũ apud vos per occasionẽ temporis impacati, aut ambientiũ præsumptionem, aut tumultum [g] valuisse popularem: vt indignis quibuslibet & lõgè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio ecclesiæ crederet. Non enim est hoc consulere populo, sed nocere: nec prestare regimen, sed augere discrimen. [h] Integritas enim præsidentiũ, [i] salus est subditorum. Et vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus [k] autem, quẽ aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiã si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo: & vix bono peraguntur exitu, quę malo sunt inchoata principio.

Quòd si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterque curandum est, vt in domo domini nihil inordinatũ [l] sit, nihilq; præposterum: quantò [m] magis elaborandum est, vt in electione eius, q supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nã totius familiæ domini stat⁹, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, nõ inuenitur in capite. † Vbi est illa beati Pauli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, qua in ꝑsona Timothei omnium [n] sacerdotum Christi numerus eruditur, & inde vnicuique nostrum dicitur: Manus nemini citò imposueris, neque cõmunices peccatis alienis. Quid est citò [o] man⁹ imponere, nisi ante maturitatem ętatis, ante tẽpus examinis, ante tempus emeritum obedientiæ, ante experientiã disciplinæ sacerdotalem honorẽ tribuere non cõprobatis? Et quid est cõmunicare peccatis alienis, nisi talẽ effici volũtate, qualis est, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi cõparat fructũ, qui rectũ tenet in eligẽdo sacerdotẽ iudiciũ: ita graui semetipsum afficit dãno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignũ. Nõ enim in cuiusq; ꝑsona [p] prætermittẽdũ est, quod institutis

Electio facit quem ꝓsumi meliorem.

1 Et est hoc bonũ, scilicet ad hoc, quod hic dicit j. q. vij. sancimus. j. rñ so. C. de re milit. contra publicam. ad fi. Io. de Fã.

Ecclesiæ seruire sp: stipendiorũ licet.

2 Itẽ ar. cõtra extra de electio. cũ ad nostrã. ibi de hoc, & adde qd' no. lix. di. hoc ad nos. Arc.

3 De hoc no. 85. dis. Arch.

a Pro laboribus. Not. ꝙ eo ipso, ꝙ quis electus est, præsumitur esse melior alijs, vt s. di. xciiij. c. j. & di. lix. c. j. & xl. di. c. j. Arg. contra. viij. q. j. illud. b Documenta. Hic mala vita probat aliquem ambitiose peruenisse ad dignitatem: sic econuerso merita alicuius excusant ipsum de ambitione, vt j. q. j. quibusdam[1]. c Episcopum. Constitui. i. consecrari. Solus enim nõ debet consecrare epm, licet solus ipm possit confirmare, vt lxiiij. di. c. j. et lj. di. c. vlt. dũm assit cõsensus capituli sui, vt extra de ijs, quæ fiunt à prælatis. nouit. d Multo. Sic j. di. lix. c. vlti. & s. ea. in sacerdotibus. e Quid proderit. No. ꝙ licitũ est alicui seruire in ecclesia spe stipẽdiorum, vt s. lix. di. si officia. & lxxiij. di. cõsului. Arg. cõtra viij. q. j. sunt in ecclesia. et xij. q. j. habebat[2]. Sed dic qd' sperare põt, dũm nõ principaliter ad hoc seruiat, vt lxxvij. di. in singulis. & viij. q. j. qui episcopatũ. f Alienum. Id est, alijs debitum. sic s. xiij. distin. c. j. ff. de adop. l. fina. g Statuimus. Ab infimis. sic xlviij. di. sicut. h Noui. Seniores in ecclesia semper præponẽdi sunt iuniorib⁹ i electiõe[3], in rñsione, in subscriptiõe: vt lxxv. di. c. vlt. & lxxiiij. dist. eporũ. et xvij. di. c. cõcilia. §. hinc etiã. & c. seq. xcvj. dist. bene quidem. i His omnibus. Hæc solutio nõ valet, quia laicus quãtumcunq; sit perfectus non est eligendus, sed tantum postulandus, vt j. ca. obitum. & s. ea. in sacerdotibus. & s. di. lix. hoc ad nos. qd' autẽ dicitur de his tribus, non obstat, qa diuina ĩspiratione fuit factũ. iiij. quę. iij. c. vlti[4]. Vel dic quod isti postulati fuerunt. Econtra. Hæc est ij. pars, in qua probat contrarium supradictis. Io. de Fã. Neoph

4 Sub cui nemo digni: resistere potest. xix. qõ. ij. cap. ij.

generalibus continetur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit cõtra diuinæ legis pręcepta collatus. Meritò patrum beatorũ venerabiles sanctiones cùm de electione sacerdotum loquerentur, eos demum sacris administrationibus idoneos censuerũt, quorum omnis ætas à puerilibus exordijs vsq; ad pfectiores annos per disciplinæ stipendia ecclesiasticę cucurrisset, & vnicuiq; testimoniũ prior vita præberet. Nec potest de eius prouectiõe dubitari, cui pro laboribus [a] multis pro moribus castis, pro actionibus strenuis, celsioris loci præmium debetur. Si enim ad honores mundi, sine suffragatione temporis, sine merito laboris indignum est perueniri: & notari ambitus solent, quos probitatis documenta [b] non adiuuant: quàm diligens & quàm prudens habenda est dispensatio diuino rum munerum & cælestium dignitatum.

Item ex conci. Laodic.

Non sunt eligendi ad episcopatum, nisi quos probabilis vita commendat.

CAN. V.

Episcopum non oportet præter iudicium metropolitanorum et finitimorũ episcoporum constitui [c] ad ecclesiæ principatum: nec eligantur, nisi ij, quos multò [d] antè nota, probabilisq; vita commendat, & nihilominus, si in sermone fidei, et recta ratione pro sua conuersatione probati fuerint.

Item Celestinus omnibus orthodoxis.

De eodem.

CAN. VI.

Quid proderit [e] per singula stipendia clericos militasse, et oẽm egisse ĩ dominicis castris ætatẽ, si ij, qui futuri sunt sacerdotes, ex laicis reqrantur, qui vacãtes seculo, & omnem ecclesiasticum ordinẽ nesciẽtes saltu prępostero in alienũ [f] ambiunt honorẽ immoderata cupiditate transcẽdere, & in aliud vitę genus (calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ) transire? Talibus itaq; fratres charissimi necesse est, vt obuiemus. His itaque fraternitatẽ vestram decretis cõmonemus, ne quis laicũ ad clericatus ordinem admittat & sinat fieri, vnde & illum decipiat, et sibi causas generet, quibus reus cõstitutorum decretalium fiat.

Item Leo.

Rudibus & imperitis gubernacula ecclesiæ non sunt commitenda.

CAN. VII.

Statuimus, ne in aliquo apostolica & canonica decreta violentur, & ne his regenda domini ecclesia credatur, qui legitimarum institutionum nescij †, & totius humilitatis ignari, nõ ab infimis [g] sumere incrementũ, sed à summis volũt habere principium: cũ valde iniquum sit absurdúmque, vt imperiti magistris, noui [h] antiquis præferantur, rudes emeritis.

† Cõcor. tex. in authẽ. de defen. ciuit. cũ bona gl. in ver. maximorum. in §. quæ igit. col. ij.

His omnibus [i], authoritatibus laici prohibentur in episcopatum eligi.

2 Econtra beatus Nicolaus ex laico electus est in episcopum, beatus Seuerus ex lanificio † assumptus est in archiepiscopum, beatus Ambr. cùm nondum esset baptizatus, in archiepiscopum est electus. Sed sciendum est, quòd ecclesiasticæ prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus cessant & ipsæ †. Vt enim laicus in episcopum non eligeretur, hæc causa fuit, quia uita laicalis ecclesiasticis disciplinis per ordinem non erudita nescit exempla religionis de se præstare alijs, quæ in seipsa experimento non didicit. Cùm ergo quilibet laicus merito suæ perfectionis clericalem uitam transcendit, exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambrosij eius electio potest rata haberi.

† [redacted]

† Cõcor. l. generaliter. C. de epis. & cleric. & l. si pater. C. de hæred. instit.

Vnde idem Ambrosius in epistola ad Vercellenses ait de seipso.

CAN. VIII.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiā[a], sed si nō deest humilitas cōpetens sacerdotio, vbi causa[b] non adhæret, vitium non imputat. Itaq; ordinationem meam occidentales episcopi iudicio[c], orientales etiam exemplo[d] probarunt.

Item obijcitur illud Sardicensis concilij.

Scholasticus ex foro, aut ex administratione postulari potest episcopus.

CAN. IX.

OSius episcopus dixit (& hoc necessarium arbitror, vt diligentissimè tractetur) si fortè, aut diues laicus[e], aut scholasticus[f] de foro[g], aut de administratiōe[h] episcopus fuerit postulatus, vt nō prius ordinetur, nisi antè lectoris[i] munere, & officio diaconi, aut presbyteri[k] fuerit pfunctus, & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascēdat ad culmē epātus.

3 *Sed aliud est[l] postulari, aliud eligi. Postulatur nexibus curiæ adstrictus ab Imperatore, clericus alterius ciuitatis à suo episcopo: sed non eligitur aliquis, nisi in sacris ordinibus constitutus. Fit enim electio cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati; postulatio verò simplici petitione.*

Quam distinctionem beatus Grego. innuit in Registro scribēs cuidā episcopo.

Electio episcopi debet fieri cum solennitate decreti omnium subscriptione roborati.

CAN. X.

EPiscopus[m] dū fuerit postulatus, cū solennitate decreti subscriptionibus[n] omnium roborati, & dilectionis tuę testimonio literarum ad nos consecrandus occurrat.

Sic beatus Ambrosius ante susceptum baptisma ab Imperatore est postulatus, non electus.

4 *Item clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi in electione ijs, qui bene militant in propria ecclesia.*

Vnde Celestinus Papa.

Extranei emeritis in suis ecclesijs non preponantur.

CAN. XI.

NEc emeritis[a] in suis ecclesijs peregrini & extranei, & qui antè ignoti sunt, ad exclusionem eorum, qui bene ciuium suorum merentur testimoniū, præponant.

Idem.

De eodem.

CAN. XII.

NVllus inuitis[b] detur episcopus. Tūc autem alter de altera eligatur ecclesia, si de ciuitatis[c] ipsius clero, cuius est episcopus ordinādus, nullus (quod euenire nō credimus[d]) dignus poterit reperiri. Primū enim illi reprobandi sunt, vt aliqui de alienis ecclesijs meritò præferantur. Habeat vnusquisque suum fructum[e] militiæ in hac ecclesia, in qua suam per omnia officia trāsegit ætatem. In aliena stipendia minimè alter obrepat, nec alij debitam alter sibi vendicare audeat mercedē. Sit facultas clericis retinendi, si se viderint pregrauari: & quem sibi ingeri ex transuerso viderint, non timeant refutare: qui & si non debitum episcopatus præmium[f], vel liberū[g] de eo, q eos recturus est debent habere iudicium.

PALEA.

IN ordinatione præpositi illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem omnis concors congregatio secundùm timorem Dei siue etiam pars congregationis (quamuis praua †) saniori consilio

a Neophytus. Superbiam.ꝫ.xlvij.di. quoniam. b Causa. Videtur ergo, qđ vbi prohibetur electio ex causa, quod cessante illa causa possit fieri electio: vt hic, & xxviij.di.de Syracusanæ.j.q.j.qđ pro necessitate. Arg. contra xxxij.q.j.dixit. & xix.q.ij. duæ sunt. Vno modo sic potest exponi, cessante causa, cessat et cōstitutio. i. qn̄ cā cessat actu et exēplo. i. vt non possit trahi in perniciem exempli.[1] lxiij.di.c. quia sancta.§.verū. Vel dic qđ cessat circa personam illā ad hoc tantum vt dispensari possit secum. Vel dic quod tunc cessat qn̄ hoc in iure exprimitur qđ cessare debeat. Vel dic quando omnis causa cessat & impulsiua, et finalis, et efficiens, & occasionalis, tunc cessat cōstitutio. ff. de post. l. j. §. sexum. c Iudicio. Id est, per sententiam. d Exemplo. Similes ordinando. sed dispensatiue, & sic planum est. e OSius. Aut diues laicus. Qui de suis facultatibus aliquid dedit ecclesiæ, non tñ est recipiēdus ideo, nisi alias dignus sit, vt j.quę.iij.ex multis. nec eñ diuites sunt reijciendi, vt xxx. di. hæc scripsimus. f Scholasticus. Id est, literatus. g De foro. Scilicet, causarum ecclesiasticarum. h De administratione. Ciuili, vel curiali. i Ante lectoris.j. lxxvij.di.qcunq;. et xviij.q.ij.quāsit. k Presbyteri. Hoc totum non potest fieri intra tres menses, & ita differri potest consecratio episcoporum quandoque vltra annum, vt vij.q.j.constitutum. & xxviij.di.de Syracusanæ. l Sed aliud est. Postulatio fit his verbis, petimus, vt facias te promoueri[2], q. volumus te eligere. & tunc dicitur postulari à seipso. Ab alio aūt fit postulatio, vt si clericus, vel laicus sit de epātu alterius, tunc postulatur ab epo loci, vt lxxj.di.priuatus. & etiā à seipso, quia vnius cōsensus nō sufficeret. Si autē[3] laicus diceret, nolo tonsurari, nisi certus sim de electione: vel clericus diceret, nolo ordinari, nisi certus sim de episcopatu. de hoc nullum pactum est interponēdum: vt lix.dist.hoc ad nos. & xvj.q.vij.per laicos. Nec peccat, qui hac spe recipit ordinem, dum tamē principaliter eo proposito non ordinetur, sed ad hoc, vt possit prodesse. viij.q.j.sunt in ecclesia. Si ergo clericus est de eodem episcopatu, ille non postulatur, & est monendus, & etiam cogendus suscipere sacros ordines, vt j.ea.bene. sed laicus de eodem episcopatu à seipso postulatur, vt ꝫ.e.di. Osius. Ille autem à quo postulatur, non cogitur dare postulatū, nisi velit, vt lxiij.di. literas. lxxxv. dist. Archidiaconum. lxxvj. dist. dilectionis. in authē. de sanct. episco. §. nullum. col. ix. Potest tamen per superiorem cogi, vt ipsum det quando non subest iusta cā omittendi. arg. extra de iure pat. nullus. Sed quæro ad quem titulum ordinetur iste, cum adhuc non sit electus, nec aliquod habet beneficiū? dico ad titulum ecclesię, ad quā est postulatus. Pone ergo quod alium postea eligant. Hoc enim facere possunt, quia per postulationem non est ius quæsitū postulato, vt extra de postula. bonæ. & c. postulationem. & ita tenebit electio alterius. Dico, quod licet nil iuris, sit quæsitum postulato, tamen potest eos conuenire, vt prouideāt ei in stipendio cōuenienti, vt extra de iure pa. pastoralis. non enim debuerunt mutare consilium in alterius iniuriam, vt xxij.q.ij.primum. ff. de regu. iur. nemo. Si autem nondum elegerūt alium, potest eos conuenire, vt eligāt ipsum ad illū episcopatum. Et hoc modo pōt dici, quod possunt variare si aliqs à seipso postulatur. Si vero postulat à supiore, & postulatio psentata[4] est ei, & ille cōsentit: satis pōt dici q nō pōt variare postulationē, vt extra de postu. bonę.ij. Itē cleric⁹ alterius ecclesię bñ pōt eligi, sed post electionē est postulādus, vt lxxvj.di. dilectiōis. lxiij. di. literas. lxxxv. di. Florētinū. Sed laicus primo est postulandus, deinde eligendus. extra de ele. in causis. m EPiscopus. Id est, dum aliquis postulatur, vt fiat episcopus, vt lxiij.dist.literas. n Subscriptionibus. In quibus cōtinetur de vita electi, vt j.e.Catinensis. & vij.q.j.qualiter. Sed nunquid adeo requiritur hoc decretum, vt electio sine decreto facta sit nulla? Videtur q sic, vt hic, & xlvij.dist. de Petro. & ij.q.j.legum. & vij.quæstio.j.qualiter. & viij.q.iij.talia. & xij.q.ij sine exceptione. & lxiij.distinct.quanto. Sed dico, quod licet in electione requiratur decretum cum subscriptionibus canonicorum, tamen electio facta sine ipso tenet. Duabus enim de causis fit subscriptio, vna causa, vt si quis vellet variare vota sua, incipere ei obuiare propria confessio, vt j.q.vij. saluberrimum. Alia ratione, vt per subscriptionē sciatur, an oēs canonici fuerint præsentes in electione: arg. extra de ijs, quæ fiunt à præla. quanto. in fi. Licet ergo scriptura requirat in electione, tamen si fiat sine ipsa, tenet. & est simile. Nam i matrimonio multa requiruntur interuenire, & tamē si non interueniāt, tenet matrimoniū. xxx. q. v. nostrates. Ioan. cōtra extra de elect. innotuit. B.

Item clerici. Hæc est quarta pars distinct. in qua probat quandam incidentiam. & dicitur quod nullus alterius ecclesiæ debet eligi, nisi primo omnes clerici illius ecclesiæ fuerint reprobati. Ad secū dum inducit vij. authoritates. supple hic, nisi maior pars eligat aliunde: quia licitum est eis renuntiare iuri suo, extra de elect. cum inter. Ioan. de Fant.

a NEc emeritis. id est, bene meritis in vita & sciētia. j.q.j. vilissimus. b NVllus inuitis. à principio, sed si per negligentiam neminem elegissent, bene daretur eis inuitis, vt lxxxix. dist. volumus. Similiter vbi minor pars contradicit, nec habet iustam causam contradictionis, bene datur eis episcopus inuitis. Idem potest dici de laicis, quod eis inuitis non est dandus episcopus, si habent iustam causam contradictionis: vt lxiij. distinct. si forte. De hoc not. xxiij. dist. c. illud. c Ciuitatis. Nunquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis, vel diœcesis esse reprobādos? Videtur quod sic, vt j. lxiij. dist. sacrorum. & c. plebs. & c. nosse. & extra de vsu pal. cum super. illi enim videntur esse de aliena ecclesia, cum totum non sit aliud à parte: vt extra de elect. cum nobis olim. & qui in continentibus ædificijs demorantur, Romæ morari vidētur: vt ff. de verb. sig. l. qui in continentibus. & l. ædificia. & l. pupillus. §. incola. Sicut in tutela reprobandi sunt omnes de ciuitate antequā eatur ad vicinas ciuitates: vt ff. de tut. & cura. l. diuus. Et præses debet esse de diœcesi: vt C. de inco. l. verum. lib. x. & hoc concedit Hug. Sed credo sufficere, quod reprobati sunt omnes de maiori capitulo. arg. extra de verb. signi. cum clerici. & de rescrip. cum Rodulphus. Sed quid si maior pars eligit extraneum, & minor eligit de gremio suo[1]? Videtur quod hic præualebit electio paucorū; vt vij.q.j. denique. nam in postulatione omnes erant concordes: vt lxiij. dist. literas. Ioan. Sol. hoc falsum est. Sufficit enim, quod duæ partes consentiant in postulatione. de elect. scriptum. B. Item minor pars iustā habet causam contradicendi. Vnde licet sint pauciores, auditur eorum cōtradictio: vt extra de his, quæ fiūt à maio. parte cap. cū in cūctis. xxxj. dist. Nicena. Arg. cōtra extra de electio. cum nobis olim. & ca. cū inter. Dico tenere electionē minoris partis, cum eligunt secundum formā canonum de suo gremio. Vnde si diuersi sunt clerici, pri⁹ examinat ille, qui est de propria, quā qui est de aliena ecclesia, vt distinct. lxxxv. Archidiaconum Florētinū. Nec obstant præmissæ decret. ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, quia nullus fuit ibi ex aduerso electus. Sed adhuc ob. extra eo. tit. in causis. vbi pręualet postulatio trium de aliena ecclesia electioni duorū de ppria. Sed hoc fuit propter formā mādati: quia ita cōuenerant, vt in quem maior pars cōueniret, ille esset potior. & de hoc not. extra de elect. cū inter canonicos. Sed quid si omnes eligant de aliena ecclesia præter vnum, qui eligit de propria? Hic dico non valere electionem vnius: quia nullum de propria potest eligere, cum quilibet eorum cōsensit in alium: vnde in seipsum non potest consentire. Item quid si data est alis quibus potestas vt eligant, & ipsi postulāt extraneū? Tenet postulatio, vt extra de renun. post translationem. extra de elect. in causis. de postu. bonæ. licet autē aperte sint egressi fines mandati, tamen fecerunt id, quod est vicinum mandato: vt ff. iud. sol. iam tamen. §. vlti. Io. Quicquid dicat Io. eius opinio nō seruatur de electione[2] minoris partis de eadem ecclesia. Vnde cum totū capitulū facere videatur, q fit à maiori parte capituli, vt extra de ijs, quæ fi. à ma. par. ca. cum in cunctis. tenebit electio extranei: vt dicit T. per decr. superius allegatas: quia multa fieri non debent, tamē facta tenēt. Nam melior eligi debet: vt viij.q.j. licet. tamē sufficit si bonus eligatur: vt extra de elect. cum nobis. & c. cum dilecti. & de statu. & ima. l. vlti. Bar.

d Non credimus. Not. benignam præsumptionem, quod semper præsumitur quod aliquis sit dignus in ecclesia: vt j. ead. obitum.

e Fructum. sic ff. de adop. nec ei. §. præterea.

f Præmium. scilicet obtinet, vt aliquis de ipsis eligatur. Per hoc videtur, quod licet aliqui perdiderint ius eligendi, quod possunt excipere contra illum, qui datur eis. videtur tamen quod excipere non possunt, sed tantum agere, vt extra de appel. constitutus. in fi.

g Vel liberum. vel, id est, saltem.

Constitutionis causa cessante, an cesset ipsa cōstitutio.

1 Arg. ff. de pœnis. l. si qs aliquid. §. ab ortionis. j.q.j. principatus.

Consecratio episcoporū qnq; differt vltra annū.

Postulatio qualiter fit.

2 De hoc satis not. Inno. extra de postul. c. fi. ibi videas.

3 Si autē. gl. notab. Panor. c. bonæ. j. de postul. C. M.

Beneficij spe ordinē recipiens, non peccat.

Postulat⁹ pōt postulantes cōuenire, vt sibi prouideant.

4 Maxime postq̄ fuerit scrutinium publicatum, ab ea postulatione recedere non possunt, et ita nos. H. extra de postul. c. vl. de electio. i causis in gl. vlt. & cap. publicato.

Electio facta sine decreto tenet.

Episcop⁹ inuitis an possit dari.

Electio an possit fieri de eo, qui nō est de gremio.

1 Ad hoc extra de

Electi. c. ecclesia. ij. vbi de hoc plene per Phi. Arg. cōtra eo. tit. licet. in fi. De hoc notatur 23. dist. c. j. in gl. ergo aliqs. ibi videas.

† parua.

2 Idē sentit Gofr. extra de electio. in causis.

Studij.

Universidad de Deusto Biblioteca

elegerit. Vitæ autem merito & sapientia eligatur, qui ordinandus est: & si ultimus est in congregatione. Quòd si omnis congregatio uitijs suis consentientem personam pari consilio elegerit, & uitia ipsa aliquatenus in notitiam episcopi, uel ad alios uicinos præpositos, uel Christianos claruerint, prohibeatur prauorũ præualere consensum: sed domui Dei episcopus constituat cum alijs dignum dispensatorem.

Item Gregorius ciuibus Neapolitanis.

De eodem.

CAN. XIII.

STudij vestri sit, etiam aliũ, qui aptus sit prouidere, vt si fortè Petrus, quem à vobis electũ asseritis, huic ordini non videatur idoneus, sit in quẽ declinare [a] vestra electio posit. Nam graue cleri illius erit opprobrium: vt si hic fortasse probatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere.

Item Gregorius in registro.

De eodem.

CAN. XIIII.

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antistitis, directa relatio patefecit: quapropter visitationis destitutæ ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter [b] delegamus. Et ideo fraternitas tua ad prædictam ecclesiam ire properet, & assiduis exhortatiõibus clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ admonere festinet: vt remoto studio [c], vno eodemque cõsensu talem præficiendũ sibi expetant sacerdotẽ, qui tanto ministerio valeat dignus reperiri: & à venerãdis canonib9 nullatenus respuatur. Commonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullũ de alia eligi permittas ecclesia, nisi fortè inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officiũ, nullus ad episcopatum dignus (quod euenire nõ credimus) poterit inueniri: prouisurus ante omnia ne ad cuiuslibet conuersationis meritum laicæ personæ aspirare præsumant: ne & illæ personę volũtatis affectum non inueniant, & tu periculũ [d] ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autẽ si qua sunt in ipsius constituta parochia [e], sub tua cura, dispositioneque (quousque illic proprius fuerit ordinatus episcopus) concedimus.

Item Pelagius papa Eucarpo Messanensi episcopo.

De eodem.

CAN. XV.

CAtinensis ecclesię visitationem tibi iniũgimus, cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Impossibile [f] enim est, vt nos in prouincia illa duntaxat in Syracusanis partibus alij cuilibet causas, quę ad Deum pertinẽt, committamus, nisi fortè talẽ per te Deus nunc in Catinensi ecclesia eligere voluerit, de cuius conscientia possimus esse securi, vt à te labores istos paululum remouere possimus. Mox ergo dilectio tua ad supradictam Catinensem ecclesiam pergat, & hominem de clero, qui nec vxorem habeat, nec filios [g], nec crimẽ aliquod canonibus inimicum,

[a] STudij. Declinare. Argu. quod ecclesia potest in duos consentire, vt si vnus non obtineat [1], alter saltem obtineat. argumẽ. lxxxv. dist. archidiaconum. & viij. q. j. in scripturis. maxime vbi difficũt de iure suo, vt extra de postu. bonæ. Sed nõne priuati debẽt esse iure suo, vt extra de electio. cum in cũctis? Sed hæc, & similia loquũtur in eo casu, quando eligẽtes latebat vitium electi. sic xxviij. dist. de Syracusanæ. secundum alios secũdus põt eligi sub cõditione, vt si primus nõ obtineat, secũdus maneat, vt lxxxv. dist. Archidiaconum Florentinum. sic extra de elect. cum terra. sic vij. q. j. quamuis. & cap. pastoralis. Hodie euacuatur totũ per cap. Inno. iiij. qd incipit, in electionibus. de elect. libro sexto.

Ecclesia potest in duos consentire.

[1] Dicas quod hic nõ dicit, qđ aliũ debeat eligere anteq̃ Petrus reprobetur: sed dicitur: vt prouideãt aliũ quem Petro reprobato eligant: & hoc planũ est. Archi.

[b] OBitum. Solẽniter. id est, ita plene quasi episcop9 omnia disponat: vt xij. quæstio. j. quoniam Velina.

[c] Studio. i. dissensione vel inuidia.

[d] Et tu periculũ. & ita videt, quod si vitiosa sit electio, imputatur visitatori. Et p hoc cap. dicit Hug. visitatorẽ habere ius in electione, vt j. c. proxi. & lxiij. distinct. plebs. aliàs non videtur quare pateretur pœnam. Sed dico, quod nõ plus habet iuris, quam per canonẽ exprimatur. argu. xviij. q. ij. hoc tantum. Vnde non dico ipsum posse eligere: vt lxiij. dist. §. ex his. Ea autem facit visitator, quę per sacerdotes nõ possunt expediri: vt vij. q. j. pontifices. Item nisi intra annũ procuret, quod sit ibi episcopus, ipse remouet. vij. q. j. constitutum. & viuet de rebus ecclesiæ. xij. q. ij. charitatem. & c. ecclesiasticis. Item visitator dare potest præbendas, & ecclesias vacãtes, vt hic innuitur in fine ca. & xij. q. ij. non liceat.

Visitator an ius habeat in electione.

[e] Parochia. In tota diœcesi habebit iste prouisionem, vt xij. q. j. quoniã Velina. vt patet in fine capituli.

[f] CAtinensis ecclesiæ. Impossibile. i. nõ cõmode aliter fieri potuit: qa iste erat vicinus [2]. sic sumitur ff. de verb. sig. nepos Proculo. Itẽ dicitur impossibile quod non est honestum. ff. de cõdi. insti. filius. Item quod non iuste fit. xxiiij. quæst. ij. sane. xxij. q. ij. faciat homo.

Impossibile multipliciter dicitur.

[2] Ad hoc C. de cur. fur. l. pe. ff. de his qui effu. & effu. cũ fasc. & locati. plures. § ij.

[g] Nec filios. tamen alias quãtum ad seculares honores, psunt filij, vbi filius pro anno cõputatur. ff. de min. l. ij. Sed nũqd istud est cõtra præceptũ Apostoli, q dixit, Vnius vxoris virum? Sol. hic loquitur quãdo præsumptio est, quod propter filios dilapidet bona ecclesiæ. sic xxviij. dist. de Syracusanæ. & tunc dabit cautionẽ, & faciet inuentariũ. xij. q. j. sint manifeste. Idẽ dico de nepotibus, vt in auth. quomodo opor. episco. §. j. colla. j.

Filius quæ facit quem præsumi maiorem.

Compel

eligi cum auxilio Dei compellat [a], atque suadeat: & statim eum ad Vrbẽ Romã cum decreto & testificatione relationis tuæ transmitte.

Item Gregorius Pasino episcopo.

Qui in episcopum eligitur, nõ sit reus criminum, quæ sacra lex morte punit.

CAN. XVI.

BEne, nouit fraternitas tua quàm longo tempore Aprucium ciuitas pastorali sit solicitudine destituta: vbi diu [b] quæsiuimus quis ordinari debuisset, & nequaquam potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodiæ studio, in amore orationis valde laudatus, religiosam vitam omnino dicitur agere; hunc volumus, vt fraternitas vestra ad se faciat venire, & de anima sua admoneatur, quatenus in bonis studijs crescat. Et si nulla ei crimina, quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt, obuient, tunc hortandus est, vt vel monachus [c], vel à vobis subdiaconus fiat: & post aliquantum temporis (si Deo placuerit) ipse ad pastoralem curã debeat promoueri.

Cui autem uisitatio iniungitur, nihil de rebus eiusdem ecclesiæ à quoquam præsumi patiatur.

Vnde Gregorius.

Non patiatur à quoquã præsumi de rebus ecclesiæ, nisi cui fuerit iniuncta visitatio.

CAN. XVII.

QVoniam Festus Capuanæ ecclesiæ episcopus in Romana ciuitate positus, de hac luce migrauit, curæ nobis fuit, quæ vniuersis ecclesijs impenditur, fraternitati tuæ præsentia scripta dirigere, vt memoratæ ecclesiæ visitator [d] accedas: sic tamen, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu [e], ornatu, ministerijsque, vel quicquid præfati loci esse poterit, à quoquam præsumi patiaris, sed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clericos, plebemque eiusdem ecclesiæ exhibere, te conuenit, vt in vigilijs, obsequioque ecclesiastico sedulè ac deuotè debeant deseruire.

DIST. LXII.

BReuiter monstratũ est ex quibus ordinibus, in quos gradus sunt eligẽdi. Nunc uidendum est à quibus sunt eligendi & consecrandi.

Electio clericorum est consensus principis, petitio plebis.

Vnde Leo Papa. †

Non sunt habendi inter episcopos, qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur.

CAN. I.

NVlla ratio sinit, vt inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus [f] sunt expetiti, nec à cõprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cùm sæpe quæstio de malè accepto honore nascitur, quis ambigat nequaquam ab istis esse

[a] Compellat. Ergo aliquis potest cogi ad episcopatum [1], sicut ad alios ordines: vt xl. distinct. ante omnia. xcij. distin. si quis episcopus per manus. lxxiiij distin. placuit. Ioan.

Episcopatum suscipere põt qs cogi.

[1] Hoc nõ habet hic, sed potius clerici sũt cõpellẽdi ad faciendam electionẽ, secundũ Hugo. & sic non bene arguit gl. Archidia.

[b] BEne nouit. Vbi diu. Argu. quod differri potest electio [2], cum non inuenitur idoneus. Et licet aliqui intra tempus statutum iusto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, vt extra de electio. ne p defectu. Nam non currit præscriptio cõtra illum, qui nõ poterat eligere: vt extra de concess. præben. & eccle. non vacan. quia diuersitatem. & argu. C. de anna. excep. l. j. in fi. C. de inoffi. testa. contra ff. ex quibus cau. ma. l. quod quidam [3].

Electio ex causa potest differri.

[2] Etiã cu iusciq bñ ficij. Lau. Et hic videtur quod legitur & no. lxxv. dis. capitu. ij.

[3] Ex pdictis patet, quod tempus deputatũ ad electionem celebrandam est vtile, non cõtinuũ, nam nõ currit iusto impedimẽto detentis, nec etiã ignorantibus. Arc.

[c] Vel monachus. Sed quare monachus? forte quia erat monasterium, cui deerat prælatus. Vel ideo, quia si est monachus, citius potest promoueri ad sacros ordines: vt lxxvij. dist. monachus. Sed nõne hic diutius expectabitur, quam per tres menses: quod esse non debet: vt l. distinctio. postquam: sic s. ea. Osius. & viij. q. j. constitutum.

[d] QVoniã Festus. Visitator. Hic habes, quod Papa visitationis cõmittit officium. Sed an metropolitanus possit visitatorem cõstituere, sicut præses curatorem: vt Institu. de curato. §. vlti. Non credo. Ioann. Ego dico quod sic, cum non inueniam prohibitum. argu. extra de senten. excom. nuper. B.

Visitatorẽ quis cõstituere potest.

[e] Reditu. A quo custodiri debẽt bona vacantis ecclesiæ, notaui j. xij. q. ij. charitatem. & c. illud.

BReuiter. Nũc hic ostẽdit, quod clericorum sit eligere, & populi consentire. Ostendit etiam, quod si aliquis fuerit consecratus sine authoritate metropolitani deponitur. lj. distin. qui in aliquo. versi. si.

NVlla ratio. CASVS. *Quidam episcopi non fuerunt electi à clericis, nec à populo expetiti, nec metropolitani iudicio cõsecrati. Quæritur de istis talibus episcopis, & de ordinatis ab eis, an debeãt inter episcopos & ordinatos reputari. Et respon. Leo Papa quod nõ: potest tamen dispensari cum clericis ab eis ordinatis: vt infra j. q. j. si qui à pseudo episcopis.*

[f] Nec à plebibus. Consensus plebis requiritur in electione: & eo ipso consentiunt, quod perhibent ei testimonium: quia testimonium plebis æquiualet electioni: vt xxiiij. distinctio. cap. j. & lxvij. dist. reliqui. Sed quid si aliquis est consecratus qui non habuit consensum plebis: nunquid cassabitur cõsecratio? Videtur quod sic, in odium consecrantiũ & eligentium, cum contemptus est: licet ex gratia populus sit requirendus, vel vocandus: vt xvj. quæst. vij. decernimus. xxj. quæst. ij. c. j. & lxx. dist. c. j.

Cõsensus plebis est in electiõe requirendus.

† Episto. 87. episto. 90.

o Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam semper cõsensus plebis est requirendus: vt viij. qq. licet. Item, quia laicus potest excipere contra electum: & dicere, quod ei iniuito non est dandus epͣs: vt j. Lxiij. di. c. si forte. & c. Adrianus. H. dicit, si oritur scandalũ ex hoc, quod cassanda sit electio & cõsecratio: sed dico [1] non ideo cassandã, licet non affuerit: quia plura exigunt quæ tamen omissa nõ vitiãt factũ, ar. xxxv. quæst. v. nostrates, qa huiusmodi lesa omissa non vitiant rem: vt ff. de verb. oblig. l. j. in fin. Eo ipso autẽ intelligit laicus cõsentire, si non dissenserit: vt l. viij. di. si seruũ. ij. ff. sol. mat. l. ij. §. vlti.

[1] Et bene secundum Laurẽ. & Io. de kã.

[a] Tribuendum. Isti tamen dant ordinem, & habent eum, sed non iuste: vt j. de cons. dist. iiij. nullus autem.

[b] Nec docetur. Sic extra de iure pat. quod autem.

[c] Si qui. j. q. j. sacerdotes. & ca si q à pseudo episcopis.

[d] Per seueritatem. s. excommunicationẽ. ferro cm resecanda sunt vulnera, &c. vt xvj. q. j. in canonibus.

[e] Nullus. Deponat. j. q. j. si ꝙs episcopus. & c. si qui episcopi. supra dist. i. ex penitentibus. 3. xxxvj. di. q ecclesiasticis.

Laici, Hæc distinct. diuiditur in quatuor partes. In prima probat per viij. authoritates sanctorũ, quod laici non debẽt eligere nec electioni interesse, nisi vocati. Secunda ibi, contra. Tertia ibi, Principibus. Quarta ibi, Verũ quia. Ioan de Fan.

[f] Laici. In precedenti dist. ostensum est, quod laici tãtũ debent consentire electioni. plenè hic prosequitur, quod nullo modo debent interesse [2]: & hoc facit vsq; ad illum §. his omnibus. Deindè probat contrariũ vsq; ad illum §. electiones. & ibi soluit. Deinde ostendit, quæ priuilegia fuerunt Imperatoribus data circa electiones, quę postmodum fuerunt eis ex causa ablata. Vltimo dicit quod religiosi viri nõ sunt excludẽdi ab electionibus. Est ergo hęc veritas, quod nullus laicus debet interesse electioni, etiã in conuentuali ecclesia, nisi hoc habeat ex consuetudine præscripta: vt extra de iure pat. no bis [3]. licet Hug. dixerit, quod ibi potest bene patronus interesse: vt xviij. q. ij. abbatẽ. & hoc c. dicit intelligi de nõ patronis. Qualiter autẽ est patronus, q mi nus dat, sicut qui plus: quia vnus potest supplere pro opera, quod ei deest in patrimonio. ff. pro so. l. v. & plenius no. xvj. q. vij. pie.

[g] Nullus. Cõmunicẽ. Cũ ergo hęc tria requirũtur. s. communis, cõsonans, & canonica: si vnum istorũ deest, vitiosa est electio, vt argu. xxxviij. dist. quæ ipsis. nõ enim sufficit electionem esse communem, nisi sit canonica, vt hic, & lxxix. di. c. j. & c. autepe. [4] Itẽ est hic ar. quod si alig separatim consenserunt in aliquẽ, qd talis consensus nõ valet: [5] quia nominationes citra consilium publicũ faciæ nõ valẽt: vt ij. q. vj. nominationes. & priuata conuenticula in electionibus prohibẽtur: vt lxxix. di. c. j. & c. nullus. H. Arg. contra lxiij. dist. quanto. extra de elect. qđ sicut. & extra de postu. bonæ. ij. in fi. & seruit [6] sępe ratim concedi ff. de serui. ru. prę. per fundũ. Dico nullã talem esse electionẽ cum sit clãdestina, vt extra de elec. qa ꝓpter. ad fin. & hoc hodie determinatum est extra de elect. in genesi. vbi dicitur, quod singulares electiones nõ valent. Part.

tus absq; recuperationis spe deponatur [c].

DISTIN. LXIII.

[1] pa. Laici [f] nullo modo se debẽt ĩsere re electiõi. Vnde Adrianus Papa. †

Laici electioni pontificum nõ se ingerant.

CAN. I.

NVllus laicorũ principum, vel potentũ semet inserat electioni aut promotioni Patriarchæ, Metropolitæ, aut cuiuslibet Episcopi: ne videlicet inordinata & incongrua fiat electio, vel confusio, vel cõtentio: præsertim cùm nullam in talibus potestatem quenquam potestatiuorũ, vel cæterorũ laicorum habere conueniat. & infrà: Quisquis secularium principum, vel potentum, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem [g] cõsonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediat, & consentiat quicquid ecclesia [h] de electione & ordinatione propriį præsulis fecerit monstrauerit.

Item ex viij. synodo.

De eodem.

CAN. II.

ADrianus Papa secundus (quod Nicolaus prædecessor eius dispoſuerat [i]) missos

[b] Ecclesia. Ecclesiã hic vocat viros ecclesiasticos. Quandoq; vocatur cõgregatio fidelium: vt j. de cons. dist. j. ecclesia. De hoc dixi vij. q. j. scire.

[i] Adrianus Papa. Dispoſuerat. Argu. in cessis. Ę debere

debere consumma re quod antecessor incho auit: vt hic [1], & xij. quæst. ij. hæc huius. & quæstio. v. quia.

[1] Et xviij. qõ. ij. dubium.

ADDITIO.

Ad idem extra de rescrip. literis. vbi de hoc. & xj. q. iij. si episcopus ante damnati. Papa tamen non tenebatur ad hoc: nec hoc dicitur, quod teneretur: bene tamen fecit. B.

Impator quare dicatur Augustus.

[a] Augustos. Not. quod filij Imperatorum dicẽtur etiã Augusti: quia spera batur quod essent futuri Imperatores, & quasi per augurium hoc sperabatur. Vel sicut Imperator dicitur Augustus, quia illius propositi debet esse, quod augeat: sic & filius potest dici Augustus quia & hoc propositum debet habere cum habebit Imperium [1].

[2] Hoc vadet ad solutionem eius quod habetur 21. dist. nunc autem. viij. q. j. in aptibus. Laur.

[b] Bibliothecarius. i. cancellarius. §. xxj distinc. suburitur.

[c] Consecrationes. Hæc sunt verba cõcilii.

[d] Laicorum. j. xcvj. distin. bene quidem.

[e] Ad contractandũ. id est, simul tractandum.

Laici ad aliqua ipi ritualia inuisantur.

[f] Inuitatur. Hinc inuitantur laici ad electionẽ, alibi ad sermonem faciendum: vt xxiij. dist. mulier. Quãdoque ad causas matrimoniales, vt xxxv. quæst. v. ad sedem. Causis autem fidei intererunt etiam nõvocati, vt xcvj. dist. vbi nam. Sed nunquid subscribent laici? argum. quod sic viij. q. j. episcopus de loco [1].

[3] Ad idẽ quod leg. et no. j. ea. quãto. in gl. ex hoc loco. in fi. &c.

[g] Valentinianus. Episcopos. ergo electioni metropolitani intererunt omnes epi scopi comprouinciales: vt j. ea. metropolitano. & lx-

Electio ad quem spectat de iure communi.

suos, Donatum scilicet Hostiensem episcopũ, & Stephanum Neophesinum episcopũ, & Marinum diaconem sanctæ Romanæ ecclesię ad Basilium Imperatorem & ad filios eius Constantinum & Leonem Augustos [a], Constantinopolim direxit: cum quibus & Anastasius bibliothecarius [b] Romanæ sedis vtriusque linguæ Græcæ et Latinæ peritus perrexit. Et synodo congregata (quam octauã vniuersalem, synodum illuc conuenientes appellauerũt) exortum schisma de Ignatij depositione, & Fotini ordinatione sedauerunt, Fotinum anathematizantes, & Ignatium restituentes: in qua sic statutum est: Consecrationes [c] & promotiones episcoporũ concordans prioribus concilijs clericorum electione ac decreto, & episcoporum collegio fieri hæc sancta & vniuersalis synodus diffiniuit & statuit, atq; iure promulgauit, nemi nem laicorum [d] principũ, vel potentũ semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ vel Metropolitani aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata & incongrua hinc fiat electio, cõtẽtio, vel cõfusio: præsertim cùm in talibus nullã potestatem quenquã potestatiuorum, vel laicorum cæterorum habere conueniat: sed silere, vel attendere sibi vsquequo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electio pontificis futuri. Si verò quisquam laicorũ ad contractandum [e], vel cooperandum inuitatur [f] ab ecclesia, licet huiusmodi laico cum reuerentia, si forte voluerit obtemperare se ascisccntibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam & ecclesiæ salutem promouet clerus.

Item ex historia Tripartita. †

Electioni episcoporum Imperator interesse non debet.

CAN. III.

VAlentinianus Imperator veniens ab oriente ad Hesperias partes (vt refert historia ecclesiastica) mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ magistro, qui Mediolanensem ecclesiam, vt lupus diuaniauerat, cùm vellet Imperator catholicum Deo ordinante ibi consecrari episcopum, euocans episcopos [g], hæc eis locutus est: Nostis apertè eruditi diuinis eloquijs qualem oporteat esse pontificem: & quia non decet eum verbo solo [h], sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testémque [i] doctrinæ conuersationem habere bonam: talem itaque in pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus Imperium, syncerè nostra capita submittamus [k], & eius monita dum tanquam homines delinquimus, necessario veluti curantis medicamina suscipiamus. Hæc autem cùm dixisset Imperator, petijt synodus, vt magis ipse decerneret, sapiens & pius existens: atque ille ait, Super vos [l] est talis electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere.

vj. distin. cap. j. Io. sed in his non attendo [4], nisi consuetudinem: vt extra de electio. cum ecclesia. & extra de postu. bonæ. Io. De iure cõmuni omnis electio spectat ad capitulũ: vt extra de caus. pos. & propriet. cum ecclesia. B.

[4] Vt est ecclesia Ravennas.

[h] Solo. Sic magistri moribus & facundia alios debẽt præcedere, vt C. de profes. & me. magistros. lib. x.

[i] Testemque. No. quod conuersatio præbet alicui testimonium: vt ij. quæstione. vij. cum pastoris.

[k] Submittamus. Argu. quod Imperator est minor quolibet episcopo, & excommunicari potest ab episcopo, vt hic innuitur, & xviij dist. quoniam quidem. xcvj. di. duo. Tamen Imperator est mator in temporalibus illis, qui ab eo recipiunt temporalia, sed minor est in spiritualibus extra de ma. & obe. solitæ. ij. quæst. vij. c. nos si incompetenter. §. item cum Dauid.

[l] Super vos. i. ad vos spectat. sic respondit Theodoricus. xviij. distinct. concilium. §. hinc. Vel ideo hic dicit super vos, quia electio est periculo eligentium [5]. Si quis enim malam nominat, tenet de omni damno.

[5] Electio est periculo eligentium.

[6] Vt ixj. distin. qd. proderit. & c. obitum.

[1] Tripartita. Li. 7. ca. 8. adde Rufi. ecclesia. histor. libr. xj. ca. xj. C. M.

Imperator potest ab epo excommunicari.

Tunc sacerdotes egressi de episcopali sede tractabant. Cùm autem ordinatione diuina Ambrosius nondum baptizatus electus [a] fuisset, exultans Imperator ait: Gratias ago tibi domine omnipotens, & saluator noster: quoniã huic viro ego quidem commiseram corpora [b], tu autem animas: & meã sententiam ostendisti iustitiæ tuæ conuenire. Cúm que sanctus Ambrosius contristaretur de hoc, quod acciderat (vt idem ipse in suis epistolis scribit) confortauit eum Imperator, et ait: Noli timere: quia Deus qui te elegit, semper te adiuuabit: & ego adiutor tuus (vt meum ordinem [c] decet) semper existam.

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

Authoritate apostolica, non regio fauore episcopus est eligendus.

CAN. IIII.

PORrò scias, quia relatũ est nobis, quòd quicunque ad episcopatum in regno tuo † prouehendus est, non nisi fauentem [d] tibi permittas eligi [e]. Idcirco apostolica authoritate sub diuini iudicij obtestatione iniungimus tibi, vt in Treuerensi vrbe, & in Agrippina Colonia nullum eligi patiaris antè, quàm relatum super hoc nostro apostolatui fiat.

Item ex concilio Parisiensi.

Non recipiatur à comprouincialibus, qui regia ordinatione episcopale culmen est adeptus.

CAN. V.

SI per ordinationem regiã honoris istius culmẽ peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, à comprouincialibus illius loci episcopis recipi [f] nullatenus mereatur. Quem verò indebitè ordinatũ agnoscunt, si quis de comprouincialib⁹ recipere eum contra interdicta præsumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omni charitate semotus.

Item ex concilio Laodicensi.

De eodem.

CAN. VI.

NOn est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.

Item ex secunda actione vj. synodi eccl. episcoporum.

Irrita sit electio episcopi, vel presbyteri à principibus facta.

CAN. VII.

OMnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principib⁹ facta, irrita maneat, secundũ regulã [g] quæ dicit: Si quis episcopus secularibus potestatibus vsus ecclesias per ipsos obtinuerit, deponatur, & segregentur ab ecclesia omnes, qui illi communicant.

Item ex concilio Martini Papæ.

Non eligantur à populo, qui sunt promouendi ad clerum.

CAN. VIII.

NOn licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur, sed in iudicio episcoporum sit, vt episcopi eum probent, si in sermone et fide & spirituali vita edoctus sit.

His omnibus authoritatibus laici excludũtur ab electione sacerdotum, atque iniũgitur eis necessitas obediẽdi, nõ libertas imperandi.

2 *Contrà [h] uerò scribit beatus Gregorius*

damno & dispendio, quod per eum acciderit. C. de periculo nominatorum. l. j. lib. xj. Itẽ si inhabilem nominat, & appellatur, tenetur dare sumptus, quos fecerant aduersarij. C. de decur. l. ij. [1] lib. x.

a Electus. et ita male dicit G. ꝙ fuerit postulatus. j. lxj. distin. c. statuimus. §. his omnibus. & §. sic beatus. in fi. c. episcopus. Sed potes dicere, quod fuit electus in postulandum [2], vt extra de renunt. post translationem. Io. Et dicit T. quod clericus alterius ecclesiæ in sacris ordinibus constitutus eligi potest. Ita not. in illa decre. post trãslationem, nisi sit episcopus: vt videtur dicere decr. extra de elec. cum inter canonicos. & postea debet postulari. B.

b Corpora. Et ita fuit curialis, sed absolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatẽ: alioqui non promoueretur, lj. dist. si quis post.

c Ordinẽ. Ex hoc verbo dixerũt quidam, quod Imperator debet habere ordinem subdiaconalem. Sed non est verum [3], quia habet militarem characterem: vt j. q. j. quod quidã. gerit tamen officiũ subdiaconi, cum ministrat episcopo.

d POrro. Fauentem. in crimine adulterij cum Gualdrada. Vel forte fecit eos iurare ei fidelitatem: qđ clerici non debent facere laico. xxij. q. vlt. c. vl. nisi habeant ab ipso regalia. xxij. quæstio. v. de forma.

e Eligi. Videtur ergo quod i illis duabus ecclesijs non posit fieri electio, nisi voluntas papæ requiratur, sicut est in ecclesia Rauen nate, vel istud pro tempore fuit statutum. Vel dic eligi i. consecrari, [4] vel institui.

f SI per ordinationem. Recipi. tamen ille qui recipit ecclesiam a laico, non est excõmunicatus, sed est excõmunicandus, vt extra de iure pa. præterea. visi à sacramentis. xvj. q. vlt. ca. quoniam. et ca. si quis deinceps. Si tamen post donationem laici accesserit consensus Episcopi, cõfirmatur donatio [5], vt extra de iure patron. cura pastoralis. Io. Hodie etiam talis ineligibilis fit, vt extra de elect. quisquis. Bar.

g OMnis electio. Regulam. xvj. qõ. vij. si quis deinceps.

NOn licet. His. Contra. Hæc est secunda pars dist. in qua probat sophisticè, quod laici possunt & debent interesse electioni episcopi & archid. Io. de Fant. dicit capi. ad hoc inducta esse intelligenda, quod tãtum debent consentire, non autem eligere, nisi hoc habeãt ex priuilegio speciali: vel sunt vocandi ad tempus ex causa.

h Cõtra. Tu dicas quod

1 Et de sumpt. recu. l. vna. lib. x. Archidia.

2 Sic etiã not. j. ea. quãto. in glo. j. Ad idẽ extra de elect. in causis. Electio tamẽ sic celebrãta non est initialis, sed præparatoria ad electiorẽ faciẽdam, secundum Io. et Go.

Imperator an aliquẽ debeat habere ordinem.

† Scilicet Lothario secũdo, Nicolaus j. scribit Lothario 2. nepoti Ludouici Pij, ex Lothario primo, vide Lupol. de iuribus imperij. C.M.

3 Adde Bal. plene hoc examinãtem, & tenentẽ ꝯ opi. gl. in ꝓœmi. C. et doc. in c. venerabilẽ. ex-

4 Sic etiã exponit ... 5 Scilicet facta ab ipso laico ...

Ioanni episcopo primæ [a] Iustinianeæ † Illyricæ.

Voluntas principis in ordinatione pontificis desideratur.

CAN. IX.

QVia igitur suscepta fratrum atque coëpiscoporũ relatio ad locum vos sacerdotij totius concilij [b] vnito consensu, & serenissimi principis voluntate declarat accersiri, gratias saluatori nostro magna cũ exultatione retulimus: nos quoq; in persona fraternitatis tuæ per omnia consentimus [c]: atque omnipotẽtem Deum deprecamur, vt charitatem vestram sicut gratia sua elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

Itẽ Gregorius Ioanni subdiacono.

Clerus, & populus pontificis electioni intererunt.

CAN. X.

QVantò apostolica sedes sua authoritate cunctis prælata constat ecclesijs, tantò inter multiplices curas, & illa nos valde solicitat, vbi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur arbitriũ. Defuncto igitur antistite Laurentio ecclesiæ Mediolanensis archiepiscopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filij nostri Constantij diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniam eadem nõ fuit subscripta relatio [d] ne aliquid, quod ad cautelam pertinet, omittamus, idcirco huius præcepti authoritate suffultũ Genuam [e] te proficisci necesse est: & quia illic multi Mediolanensium coacti Barbarica [f] feritate consistunt, eorum te voluntates oportet conuocatis clericis in cõmune perscrutari: & si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat: si quidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates atq; consensum perdurare [g] cognoscis: tunc

quod laici debent interesse non ad eligendum, sed ad consentiendum j. e. nosse [1].

a Primæ Iustinianeę. i. Salonitanę, quę sic dicta est, quia Iustinianus ibi natus [2] est. Alij dicũt de Rauenna: qa vtraq; est Illyrica, vel adiacet Illyrico mari.

b QVia. Concilij. Id est, collegij.

c Consentimus. confirmãdo electionem tuam. Et ita Papa confirmat omnes metropolitanos: vt j. e. quanto. & ca. Salonitanæ. & c. dist. quoniam. Quod verum est cũ non habent primatẽ: sed ei nullo medio subsunt: vt j. e. cum longe. & j. distin. proxi. quia p ambitiones. nisi velis dicere quod eo ipso quod quis recipit pallium à Papa, intelligitur confirmari ab ipso: imo & pleriq; archiepiscopi non cõfirmãtur nec consecrantur, nisi à suis subditis. nec petitur confirmatio à Papa, sed tantũ palliũ, vt dixi. De hoc lj. dis. qui in aliquo.

d QVanto. Relatio. Ex hoc loco quidã dixerunt, qđ electio posset variari vsq; ad subscriptionẽ: sed post non, arg. j. q. vij. saluberrimũ. & xxvij. qõ. j. oẽs fœminę. & ar. pro eis extra de cen. olim. Alij dicũt vsque ad cõfirmationem esse ambulatoriam voluntatem eligentiũ, vt extra de præben. cum non ignores. & ex eo quod dicit hic perdurare j. e. c. Salonitanę. xxviij. di. de Syracusanę. lxxj. di. studij. Vnde & propria stipendia retinet electus vsq; ad cõfirmationem: vt extra de elec. cum in cunctis. Nec cogitur inscribere, qui excipit contra electũ nõ confirmatum: quia nõ deijcitur ab obtento, sed ab obtinẽdo, vt extra de accusatio. super his. Itẽ quia ante cõfirmationem nõ renuntiat electus episcopatui, cũ adhuc nihil iuris sit cõsecutus, vt extra de trãsla. inter. Sed tu dicas, quod per consensum eligentium ius est acquisitũ electo: dum tamẽ ipse consentiat [3], vel consentire velit: vt extra de electio. cũ inter canonicos. in fi. Io. Nec possunt post electionem variare: sed ante publicationẽ scrutinij possunt, vt extra de elect. publicato. B. Si quæras quale ius acquiratur electo p electionẽ, dico quod ius prælaturę, & ius administrãdi: sed nõ exercitiũ prælaturæ vel administrationis. Per cõfirmationẽ enim nihil iuris noui acquirit, sed tantum exercitium. extra de rescrip pastoralis. in fi. xvj. q. j. c. generaliter. §. ecce. electio eñi facit Imperatorem: vt xciij. di. legimus. Sed quæritur vtrũ per nominationẽ aliquid iuris acquirat nominator: videtur quod sic, vt xvj. q. vij contra sanctorum. & ij. q. vj. nominatiões. & lxxij. di. placuit. & extra de elec. auditis. Arg. contra extra de elec. quod sicut. & c. innotuit. Dico, qđ [4] si nominatio est tractatus prẹcedẽs electionem, per nominationẽ nihil iuris acquiritur. Nã per talẽ nominationem exprimitur cõsensus de futuro: & est sensus, nomino talem. i. nomino eũ eligendũ: sicut etiã aliquis eligit in postulãdum, vt extra de renunt. post trãslationẽ. & j. e. Valentinianus. Sicut non cõtrahit matrimoniũ carnale per hæc verba, nomino te in mulierẽ. Sed si per denominationem exprimit consensus de præsenti, tunc denoĩato ius est quęsitũ: quia nõ refert quibus verbis quis exprimat cõsensum: vt xxj. q. v. humanæ maxime si cõsuetudo est alicuius ecclesię, ꝙ p talia verba celebret electio: tũc in talibus ad cõmunẽ intelligẽtiã verborũ est recurrẽdũ, vt extra de spõ. c. ex literis. j. Quid de postulatione iuris sit, dixi s. lxj. di. c. Osi⁹. §. sed aliud. [5] Sed quare reprobatur hic electio? propter defectũ subscriptionis. Sed intellige, qđ hic nõ erant duę partes præsentes, quæ ad minus debẽt esse in electione: & ideo in fraudẽ nolebãt subscribere, ne eorũ paucitas reprehenderet. Vnde cũ ab initio non fuerit cõsensus eorũ legitimus, bene dicit Papa si perdurat. sic s. xxviij. dist. de Syracusanæ. & xxxix. di. Petrus. Sed videt, quod nõ esset denuo requirendus eorũ cõsensus: vt ff. de ser. rust. præ. p fundum. Sed illud nõ est simile: qa seruitus cõcedi potest separatim: sed electio debet esse cõmunis, vt hic dicitur, & s. ea. c. j. Sed cum Gratianus intelligat hoc c. quod cõsensus laicorũ hic requirebatur: quare ergo dicit subscripta relatione, cũ laici nõ subscribãt? videt tamen quod subscribãt: vt vij. q. j. eps de loco. & j. q. vj. si quis autem episcopatũ. Item subscriptio nõ est de electione, sed de solẽnitate: vt lxj. di. episcopus.

e Genuam. No. quod vocantur absentes à Mediolano vsque ad Genuam: sed non vsque ad xij. dietas, vt extra de elect. cum inter. Quid de hoc iuris sit, dixi vij. q. j factus. extra de elect. in Genesi.

f Barbarica. Propter hoc verbũ inducit magister ca. vt etiam consensus laicorum requiratur.

g Perdurare. Ar. quod non est consensus nisi duret, vt de pœ. di. j. diuortiũ. extra de ver. sig. nã & ego. ff.

1 Vt j. e. electionis.

2 Ibi natus. Imo e Tauresio obscuro Dalmatię pago, iuxta quẽ Iustinianã primã erexit, & metropolim fecit, iussitq; locũ tenere apostolicæ sedis Romanæ, vt patet in nouella 131. de ecclesia. cañ. & sic gl. hic, & j. 7. q. 1. c. j. errante. C.M.

† Iustinianeę. Est patria Iustiniani magni, qui e Tauresio natali solo vili Dalmatiæ pago metropolim fecit, & de suo nomine nuncupatæ [redacted] Romæ tribuit, vt i nouell. cõst. 131. de ecclesiastic. cano. in princ. C.M.

Metropolitanos cõfirmare ad quem pertinet.

Electo ius queritur per cõsensum eligentiũ.

3 Intellige secundũ id, qđ habet extra lib. vj. de electio. quam sit. Grego.

Electus ꝙ ius habet.

Noĩatio an tribuat aliqđ ius noĩato.

4 Ista etiã fuit hic sententia Hug. quã fouet Gofre. extra de trãsla. episco. ca. ij. Archi.

5 Vel eligant indignum, secũdũ Vi. & B. qđ dic, vt no. extra de postul. bonæ. ij. i gl. ideo dicis, &c.

Absentes vnde vocantur ad electionẽ.

de in re ver. si pro patre. §. versum.
a Assensu. Hic habes, quod Papa cõfirmat electionem metropolitani, vt dixi s. c. proxi.
b Plebs. Et tenuib⁹. id est, modicæ authoritatis. & sic non tantum numerus, sed etiam authoritas eligentium consideratur. arg. xix. dist. in canonicis. Arg. contra extra de elect. dudum.
c Ex omnibus. ergo in electione episcopi totus clerus ciuitatis intererit: vt hic, & j. e. obeūtibus. & viij. q. j. licet. sed verū est q̃d intererunt ad consentiendum, nõ ad eligendum. vel intersunt, si est consuetudo longa, extra de cau. pos. & pprie. cū ecclesia.
d Turbam. Hoc c. & omnia quæ dicunt laicos vocari ad electionem, intelligit H. de patronis. Dic vt s. in prin. huius dist.
e Admonentibus. Ergo patet hic q̃d visitator non eligit, vt dixi lxj. distin. obitum.
f Nosse. Imolēsem. tamē tēpore Stephani non erat Imola sedes episcopalis: sed iuxta in castro sancti Cassiani¹. & sic est arg. quod nõ vitiat rescriptum, licet quis nominetur episcopus, non nomine cathedræ. sed ideo hoc fecit, quia locus ille celebrior erat.
g Sæpe. j. ea. c. vlti. & j. viij. q. j. nec nouum.
h Clero & populo. Et nota verbū semel hic positum æquiuoce poni. sic xxv. dist. presbyterum.
i Episcopos p Aemiliam. Aemilia dicitur à Rauenna vsque ad Placentiam.

† Alias Geruntio. Electioni epī, qui debent interesse.

1 Tēpore Imperatoris Friderici antiq & Ottõis quarti eps Imolensis appellabatur Eps Corneliē. Sic vidi cõtineri i priuilegio pdicti Ottonis, qđ est ipsius epi Imolen. & ecclesia vocabatur ecclesia Corneli. Arc.

eum à proprijs episcopis (sicut antiquitatis mos exigit) cum nostræ authoritatis assensu a, solatiante & auxiliante domino facias consecrari: quatenus huiusmodi seruata consuetudine & apostolica sedes proprium vigorem retineat, & à se concessa alijs iura non minuat.

Item Gelasius Papa Philippo & Geruntino † episcopis.

In electione episcopi populus debet adesse.

CAN. XI.

PLebs Diotrensis data nobis petitione defleuit diu se sine rectoris pprij gubernatione dispergi: ac (sicut asseritur) is q à vobis iam probatus dicitur, à paucis & tenuibus b putatur electus: cùm ad vos pertineat vniuersos assidua admonitione cõpellere, vt omnes in vnū quē dignū sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehēsione, consentiant. Et ideo fratres charissimi diuersos ex omnibus c sæpe dicti loci parochijs, & presbyteros & diaconos, & vniuersam turbā d vos oportet sæpius cõuocare: quatenus non prout cuilibet libuerit, sed cõcordātibus animis talem vobis admonentibus e sibi quærant sola diuinitatis attētione personam, quam nulla contrarietas à cõstitutis possit reuocare rescriptis.

Item Stephanus episcopus seruus seruorū Dei Romano Archiepiscopo Rauennati.

De eodem.

CAN. XII.

NOsse tuam fraternitatem volumus ad nostras aures fore peruentum, Imolensem f Episcopum ab hac luce migrasse: in cuius successoris electione populi diuisionem prouenisse audiuimus. Quod qa sæpe g cõtingere solet, quærentibus singulis quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, non adeò miramur. Veruntamē in hoc tuam plurimū oportet adhiberi solicitudinē, vt conuocato clero & populo h talis ibi eligatur p Dei misericordiam, cui sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe est electio, & fidelis populi consensus adhibendus est: quia docendus est populus, nõ sequendus.

Itē Nicolaus Papa Io. Rauennati archiepō.

De eodem.

CAN. XIII.

EPiscopos per Aemiliam i non consecres, nisi post electionem vel consensum cleri & populi.

Itē Pelagius Papa Iuliano epō Grumentino.

De eodem.

CAN. XIIII.

LIteras charitatis tuę suscepimus, quibus significas Latinum diaconem tuū ad episcopatum ecclesiæ Marcellianensis à clero & omnibus, qui illic conueniūt, postulari. Hoc itaq; dicimus, vt si omnes k eum eligunt, & vis l eū concedere, gratum nobis esse cognosce: &, si potest, ante diem sanctū festinet occurrere, vt vel sabbatho ipō noctis magnæ post baptismū cū Dei gratia valeat ordinari.

k Literas. Oēs. Hic colligitur, quod oēs consentire debent in postulatione extranei, vt dixi s. lxj. dist. nullus. & ideo dicit decret⁹. quod postulatio non admittitur in discordia, vt extra de postula. præla. bonæ. quod tamen verum est secundum distinctionem eius quod legitur extra de elect. scriptum est.
l Et vis. Hic habes, quod clericus alteri⁹ episcopi est postulādus: vt lxj. distin. §. sed aliud. in cap. Osius. & laicus etiam est postulandus, vt ibi dicitur. & illegitimus, vt extra de electi. innotuit. Item hic habes, quod episcopus nõ cogitur dare postulatum, vt lxxxv. distin. Florentinum. Nemo enim cogitur emācipare filium suum, vt institut. quibus mo. ius pat. pot. solui. §. vlti. Sed pone quod eligatur talis clericus, & episcopus eius postea non consentiat: nū quid isti sunt priuati electione, quia elegerunt eū, quem non poterant habere? vel nunquid consensus illius à quo erat postulandus, confirmet electionem? arg. quod non confirmat, extra. e. auditis. Argu. quod sic, extra eo. quod sicut. & extra de iure pat. cura pastoralis. Ad hoc dico, quod si eligitur in postulandum ², bene tenet talis electio, vt extra de renunti. post trãslationem. Vel dic quod si elegerunt eo proposito vt statim debeat tenere electio, non ratificatur per sequentem cõsensum illius, à quo esset postulandus. Si vero sciebant electionem per se inualidam

Electio vel postulatio de clerico alterius subditi facta an valeat.

2 Idem si simpliciter eligit. vt satis patet 76 dist. dilectioni. extra de elec. ecclesia. ij. et extra lib. co. tit. ca. quam.

dam esse, sed sperabant quod dominus Papa eam ratam haberet, tunc ratificatione domini Papæ confirmatur. sic ix. q. ij. Lugdunensis. Similem distinctionem facit lex ff. de solu. l. si quis offerenti. Vel dic quod non est inconueniens, si clericus alienus eligatur: quia talis primo debet eligi, & postea postulari, vt dixi lxj. distinc. c. Osius. §. sed aliud. Itē obijcitur: cum clericus contradicente episcopo possit fieri monachus: vt xix. q. ij. ca. j. ergo multo forti⁹ potest promoueri ad episcopale regimē, cum ille transeat pro priuata vtilitate, iste pro communi, quæ præiudicat priuatæ: vt vij q. j. scias. & viij. q. j. in scripturis. extra de postu. bonæ. j. Respon. monachus transit ad locum delectionis, vbi nulla præsumitur ambitio: hic vero præsumitur ambitio ex eo, quod nolēte episcopo vltro se ingerit, qui potius trahi deberet: vt viij. q. j. sciendum ³. malè tamen facit episcopus, si eū absque iustitia negat: vt vij. q. j. omnis qui. & per superiorem cogi potest. arg. extra de iure patrona. nullus.
a PRincipali. Ex ca. isto & seq. dicit H. patronum debere eligere cum alijs in ecclesia cõuentuali. Alij dicunt quod ecclesia episcopalis non habet patronum.
b Principis. Sed quare petebatur istud ab Imperatore? respõdeo forte isti curiales erant: vel forte patronus erat. Et ita est ar. quod patronus non tantum prælatum, sed etiam subdiaconū & diaconum potest instituere, arg. xviij. q. ij. Eleutherius. xvj. q. ij. si qs episcoporum. in authenti. de san. epis. §. si quis oratorij domū. colla. ix. & extra de si. pref. ex trāsmissa. Dum tamen hoc fiat cum consensu prælati, vt extra eo. tit. proposuit. Sed verius credo hoc spectare ad ipsum prælatum, vt ipse possit ministros præficere, quos velit: vt extra de iure patro. postulasti. Quid iuris habeat in electione patronus, dicit decretal. extra de iure patronatus. nobis. B.

1 Et c. ēpatum. j. q. 6. sicut. C. de epis. & cle. si quē quā. secundū Ioā. de Fan. qui sequitur hęc oīa supradicta.

† [redacted]

† [redacted]

Patronus vtrum instituere possit.

Idem Laurentio episcopo Centumcellensi.

Sacra principis authoritas ordinandis est necessaria.

CAN. XV.

PRincipali a deuotissimorum militum, qui illic in ciuitate Centumcellensi consistūt relatione ad nos directa, sacram epistolam insinuāt se clementissimi Principis b imperrasse, qui eis presbyterum diaconem & subdiaconem fieri debere præcipit. Ideo hortamur dilectionem tuā, vt personas ipsas videas, et diligenter requiras, ne aliquid contra canones commisissent: & si eas inculpabiles repereris, & vitæ ipsorum laudabile testimonium videris, veniente mediana c septimana paschæ (si dominus voluerit, & si vixerimus d) vnumquenque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

Item Leo quartus Lothario & Lodouico Augustis. †

Papa rogat Augustum, vt Reatinam ecclesiam cuidam electo dignetur concedere.

CAN. XVI.

REatina e ecclesia, quæ per tot temporum spatia pastoralibus curis destituta constitit, dignum est, vt brachio amplitudinis vestrę subleuetur, ac gubernationis regimine protegatur. Vnde salutationis alloquio præmisso vestrā māsuetudinē deprecamur, quatenus Colono humili diacono eandem ecclesiā ad regendū cõcedere dignemini, vt vestra licētia f accepta g ibidē Deo adiuuāte eum cõsecrare valeamus episcopum. Sin autē in prædicta ecclesia nolueritis vt præficiat episcopus, Tusculanā ecclesiā, quæ viduata existit, illi vestra serenitas dignet concedere, vt consecratus à nostro præsulatu, Deo omnipotenti vestroque imperio grates h peragere valeat.

Item Ritæ comitissæ.

Regio præcepto ab apostolico Colonus Reatinæ ecclesiæ ordinatur episcopus.

CAN. XVII.

NObis dominus Imperator i & imperatrix per suas epistolas dixerunt, vt Colonū in Reatina ecclesia, quæ pastoris officio per longa iā tēpora destituta videbat, episcopū facere deberemus: sicut & fecimus.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur.

CAN. XVIII.

LEctis sagacitatis vestræ apicibus, qui defuncto ecclesiæ Reatinæ antistite, clerum & plebem eiusdem elegisse sibi futurum antistitem, & à nobis consecrādum vestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu k sine pprio constet pastore, fatebantur. Nos de obitu prioris do

c Mediana septimana. s. cum cantatur, sitientes. Io.
d Si vixerimus. Si habes vixeritis, planum est. si habes vixerimus, est ar. quod mandatū & præceptum mortem mandantis re integra ³ soluitur. extra de offici. deleg. gratum. Ioan.
e REatina. hoc capi. & duo sequentia loquuntur in eadem materia.⁴
f Licentia. Consensus principis est requirendus electione celebrata, vt extra de electio. quod sicut. nisi aliud suadeat scandalum, extra eo. quia. vel pręscripta cõsuetudo ⁴ vt extra de iure patronatus. nobis.
g Accepta. decima sexta, quæstione septima. decernimus.
h Grates. Spirituales non carnales. prima, quæstione prima. filiū hoc enim esset simonia: vt prima, quæstione prima. sunt nonnulli. & quæstione secunda. sicut. Imo videtur quod non sit simonia, dummodo ex postfacto mere sine aliqua ambitione petentis. j. quæstio. ij. sicut episcopum.
i NObis dominus Imperator. ex humilitate hoc fecit, cum ipse sit filius ecclesiæ, vt nonagesima sexta distinctione. si Imperator.
k LEctis. Diu. id est, vltra tres menses, vt l. distin. postq̄. nisi causa necessitatis ⁵, vt lxxv. distinct. quoniam. & vij. quæstio. j. constitutum. Et ita restringitur quandoque vaga significatio alicuius verbi, vt lxxv. distinctione. de persona.

2 Istā sententiā sequitur H. xvj. q. vij. decernimus. vbi dixit: nõ credo, q patronus debet eligere, nisi prelatum, vel interesse electioni, nisi p lati. Arc.
3 De hoc j. xiij. q. j. c. vlti. dic vt ibi.
Principis consensus est electione celebrata requirendus.
4 Idē notatū est s. ea. in summa. dic q ius eligēdi i collegiata ecclesia non cadit in laicū, secus i parochia. xvj. q. j. i parochia. & q. vij. decernimus. Archidia.
5 Ad hoc supra lxj. dis. Osius. & c. bene. & ibi de hoc. extra de electione. pro defectu.

Universidad de Deusto Biblioteca

entes, nunc ipsum electum vnanimitate, & canonica ipsius ecclesiç electione, vt mandastis, tam citissimè ordinare omisimus (eò quòd imperialem nobis, vt mos est) absolutionis minimè detulerit epistolam: pro qua scilicet re ambiguum est nobis. Ideo voluntati vestrae in hoc parere distulimus, ne augustalis animus durissimè hoc quocunque modo perciperet. Sed scientes ecclesiam Dei sine proprio diu pastore non debere consistere, gloriae vestrae mandamus (quoniā aliter nos agere non debuimus) vt à vestra solertia imperiali (vt prisca consuetudo dictat) percepta licentia, & nobis quemadmodum vos scire credimus, imperatoria directa epistola, tunc voluntati vestrae de hoc parebimus, eundemq; electum domino adiuuante consecrabimus: quod, charissime fili, molestè nullo modo suscipias.

Item Leo Papa.

Clericorum, et ciuium voluntate, metropolitanus est ordinandus.

CAN. XIX.

Metropolitano defuncto, cùm in loco eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad ciuitatē metropolim [a] conuenire debent: vt omnium clericorum atq; ciuium, voluntate discussa, ex presbyteris [b] eiusdem ecclesiç, vel diacōibus [c] optimus [d] ordinetur.

Item Isidorus in libro Officiorum.

Cum clero, & populo, archipresbyteri fiat electio.

CAN. XX.

Si in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint, archidiaconus quàm citius proficiscatur [e] illuc: & cum clericis & populis ipsius plebis electionem faciat, quatenus dignus pastor domui Dei constituatur: & dum ordinatur, eius prouidētia ipsa plebs custodiatur.

Item ex gestis Romanorum pontificum.

Electus in Romanum pontificem non ordinetur, nisi eius decretum Imperatori primùm praesentetur.

CAN. XXI.

Agatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes episcopus Portuensis dominico die octauo paschae in ecclesia sanctç Sophiae publicas missas coram principe & patriarcha Latinè celebrauit. Hic suscepit ab illo diualem, id est, regiam epistolam secundùm suam postulationem, per quam releuata est quātitas pecuniae, quae solita [f] erat dari pro ordinatione pontificis facienda: sic tamen, vt si contigerit post eius transitū electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam vrbem secundùm antiquam consuetudinem: vt cum eorū conscientia & iussione debeat ordinatio prosperari. Itē Vitalianus natione Signensis direxit responsales suos, cum synodica epistola iuxta consuetudinem in regiam Vrbem apud pijssimos principes, significans de ordinatione sua.

Item ex historia ecclesiastica.

Imperator ius habet eligendi pontificem.

CAN. XXII.

Adrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas [g] res ecclesiae postulauit. Carolus verò Romam veniens, Papiam obsedit: ibiq; relicto exercitu, in sancta resurrectione ab

a Metropolitano. Ad ciuitatē metropolim. ibi enim consecrādus est metropolitanus: vt lj. dist. qui in aliquo. Et est argu. hic quod prouinciales episcopi intererunt electioni metropolitani[1], vt j. ead. Valentinianus.

b Ex presbyteris. presbyterum praemittit. qui enim prior est in ordine, erit prior in electione[2]. lxxv. distinct. c. vlti. & lxj. dist. statuimus. Vnde haec dictio vel, non dat illis optionem sic vel sic eligendi: sed ordo verborum ostendit quo ordine debeant eligere. sic j. de conse. distinct. ij. in Christo. ij. & optime hoc dicitur ff. ad Trebel. l. haeredes. in fine.

c Vel diaconibus. Hodie ex subdiaconibus potest eligi. extra de aetate & quali. à multis.

d Optimus. Sic e in authen. de monachis. §. ordinationem. co. j. Sed quis dicetur optimus? qui & principalem locum tenet. Quod enim per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit, vt ff. de verb. obliga. vbi autem nō apparet. j. resp. ff. de aedil. edi. c si quis venditor. §. vlti. qualiter istud intelligatur, inuenies viij. quaest. j. licet.

e Si in plebibus. Proficiscatur. speciali authoritate episcopi, alias non liceret[3]: vt extra de offic. archi. di. cum satis. nisi hoc habeat de consuetudine praescripta. & sic intelligo extra de excess. praelat. ad hoc. & extra de ap. bonae. & extra de insti. cum venissent. Quid tamē de hoc iuris sit, dixi xxv. distinct.

1 Facit ad hoc xlij. distl. ca. j.

2 Id est, vt prius eligat. arg. ad hoc lxiiij. distin. episcoporum. secūdū Laur.

Quod per superabūdantiā dicitur, vni soli conuenit.

3 Ar. opt. xciiij. dis. c. vlt. in fi. decret. hic alle. cū satis. nō probat: quoniam loquitur in cōmissiōe curae aīarū, hoc autē c. si in plebibus. loquitur de custodia vacantis ecclesiae. qd' dic vt no. xvj. q. vij. ca. nullo. Archidia.

perlectis.

f Agatho. Quae solita. Quilibet enim episcopus dare consueuit aliquid Imperatori in electione sua, vt infra eadem. quia. dū modo reditus episcopales excederent duas libras auri, vt in authen. de sanct. epis. §. iiij. & forte tūc cum mos erat, crimen non erat[4], vt xxxij. q. iiij. obiciūtur. Sed nonne Imperator commisit simoniā relaxādo illud ius sub hac conditione, vt consensus eius requiratur in electione? Sed dic quod non, qa prius vtrunq; ius habuit: vnde modo alterum potuit [5] remittere. Ideo autem petijt à Papa hāc consuetudinem tolli, quia cōtinebat speciem mali: vt j. qō. j. emendari.

g Adrianus. Defendēdas. ad hoc tenentur omnes principes: vt xxiij. qō. v. principes. Et si nolent eam defendere, possunt excommunicari. xxiij. q. v. administratores.

4 Ad hoc facit quod notat Io. B. & H. extra de simo. sicut. & j. ead. quia.

5 Ad hoc adde quod leg. & no. extra de rer. do. c. statutus.

Patritia

Adriano Papa Romae honorificè susceptus est. Post sanctā resurrectionem reuersus Papiā, cepit Desideriū regem. deinde Romā reuersus constituit ibi synodum cum Adriano Papa in patriarchatu Lateranensi, in ecclesia sancti Saluatoris: quae synodus celebrata est à cliij. episcopis religiosis, & abbatibus. Adrianus autē Papa cū vniuersa synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi pontificem, & ordinandi apostolicam sedem: dignitatem quoq; patritiatus [a] ei concesserunt. Insuper archiepiscopos & episcopos per singulas [b] prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit, vt nisi à rege laudetur, & inuestiatur episcopus, à nemine consecretur. Et quicunque cōtra hoc decretū ageret, anathematis vinculo eum innodauit: & nisi resipisceret, bona eius publicari [c] praecepit.

Item Leo Papa.

Electio Romani pontificis ad ius pertinet Imperatoris.

CAN. XXIII.

In synodo congregata Romae in ecclesia sancti Saluatoris ad exēplum beati Adriani apostolicae sedis antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo regi Francorū ac Longobardorū patritiatus dignitatē, ac ordinationē apostolicae sedis & inuestituram episcoporum cōcessit. Ego quoq; Leo seruus seruorum Dei episcopus cum toto clero ac Romano populo cōstituimus, & cōfirmamus [d], et corroboramus, & per nostrā apostolicā authoritatem concedimus, atque largimur domino Ottoni primo [e] † regi Theutonicorū, eiusque successoribus huius regni Italiae in perpetuū facultatē eligendi successorem [f], atq; summae sedis apostolicç pontificem ordinandi: ac per hoc [g] archiepiscopos seu episcopos vt ipsi ab eo inuestiturā accipiant & consecrationem, vnde debent: exceptis his, quos Imperator pontificibus & archiepiscopis concessit [h]: et vt nemo deinceps cuiuscunque dignitatis, vel religionis, eligendi, vel patritium vel pontificem summae sedis apostolicae, aut quemcunq; episcopum ordinandi habeat facultatē absq; consensu ipsius Imperatoris. Quod tamē fiat absque omni pecunia: & vt ipse sit patriti9 [i] et Rex. Quòd si à clero & populo quis eligatur episcopus, nisi à supradicto rege laudetur, & inuestiatur, nō cōsecretur. Si qs cōtra hanc apostolicā [k] authoritatē aliquid molietur, hunc excommunicationi subiacere decernimus: & nisi resipuerit, irreuocabili exilio [l] puniri, vel vltimis supplicijs affici [m].

Item Gregorius.

Praecepto principum maximo remittitur, quod absque authoritate apostolica ordinatur.

a Patritiatus. Vt puniret crimina. & secundum hoc potest intelligi ij. quaestione vj. omnis oppressus. Et ita iudex ecclesiasticus alij potest committere causam sanguinis. Vel intellige quod est aduocatus Romae, vt extra de elec. venerabilem.

b Per singulas. Ergo in Francia & in Hispania. vn' est † Vnus enim Imperator, vt vij. qō. j. in apibus. quod concedo nisi probent se exemptos ab imperatore, vt xxiij. q. viij. c. si in morte. §. ecce. Vnde adhuc de capite suo dabunt tributum Imperatori omnes, cum non probent se exemptos ab Imperatore, vt ff. de cē si. l. vlt. Si enim dicunt se non subesse Romano Imperio, per consequens dicunt se non habere aliquid proprij: vt j. distinct. j. ius Quiritum. fateamur[1] ergo Imperatorem esse dominum mundi: vt ff. ad legem Rhod. deprecatio. Obstat[2] quod Reges Hispaniae cum non subessent Imperio, regnum ab hostium faucibus eruerunt.

c Publicari. Hic ecclesia publicat bona laicorum, & quandoq; deponit laicos à dignitatibus. xxxij. quaes. v. praeceptum. in fin. Vel dic quod hic docet ecclesia, quid fieri debeat. sic xxiiij. q. iij. de illicita. & v. quaestio. vlti. delatori.

d In synodo. Confirmamus. Argumētum quod idem potest dare, & confirmare xiij. distinct. in nomine. & extra de elec. cum inter. arg. contra extra de instru. ca. inter dilectos[3]. Dic quod non potest eodem respectu, sed diuersis, vt in dicto c. cum inter. & ff. de iu. om. iu. quia. quādoque etiam dicitur dare, id est, datum ostendere, vt xxiij. quaest. v. ca. remittūtur. §. hinc notādū. ff. de testa. haeredes. §. si qd. in aposti.

e Primo. Nō dicas primo Regi, sed primo Ottoni, id est, ante quem nullus alius fuit. sic extra de verborum significa. Ioseph. & ff. de verb. signi. proximus.

f Successorem. Hoc speciale fuit contra id viij. q. j. Moyses. sic vij. q. j. petisti. Hic patet quod maximā habet potestatem Papa circa Imperiū. Sed dic quod tantum in Italia permittit ei facere successorem.

g Ac per hoc. quasi dicat, ex quo in Romana ecclesia hoc permittitur: ergo et in minorib'. Et est ar. quod idē iuris est in mēbris quod in capite, vt xvj. q. ij. c. j. xij. q. ij. cognouimus. & q. j. praecipimus. & j. qō. iij. si quis episcopus. xxiij. quaestio. j. rogamus.

h Concessit. videtur ergo quod Imperator possit dare priuilegium libertatis. vt extra de resti. in inte. auditis.

i Sis patritius. Et sic papa dat hic gladij potestatē, cuius tamen exercitium ipse non habet. Io. extra de elect. suffraganeis. B.

k Apostolicā. Sed nunquid papa posset ei potestatē dare, vt deponeret ipsum? sic in hęresi, & de cōsensu cardinaliū: imo in omnibus se potest subijcere ei, vt ij. quaestione vij. nos si.

l Exilio. Nota ecclesiā posse aliquē mittere in exiliū: vt iiij. q. iij. hi qui.

m Affici. Cū haec priuilegia fuerit omnib' successorib' data, quare nō vtūtur eis? Respon. qa Imperatores eis renūtiauerūt, vt j. e. c. tibi. Item quia per abusum ea perdiderunt: vt j. e. c. quia sancta. §. verū. Itē quia ex causa fuerunt eis concessa. vnde cessante causa, ipsa cessauerunt, vt j. q. vij. qd p remedio. Nec obst. quod hic dicitur

Iudex ecclesiastic' causam sāguinis alij cōmittere potest.

† Vnus est. Sol. i. intelligit p singulas p uincias sui imperij, vt [redacted]

1 Istā gl. sequuntur Cy. Bart. Bal. Sali. & Ias. in l. j. colū. ij. C. de sum. Trin.

2 Adde hic, an reges Franciae subijciantur impe rio. gl. in c. j. in prin. de pace iu ra. fir. tenet q sic. cōmuniter tamē tenet cōtrariū p tex. in ca. per venerabilē. extra qui fil. sint legit. Spe. in ti. de appell. §. nūc tractemus. in prin. Bar. l. hostes. ij. colū. ff. de capt. & Bal. i. d. c. de pa. iu. fir. reprobata ibi gl. & etiā ibi ponit Andr. de Iser. Item p hoc ad de cōcor.

1 Idē de rege Hispaniae gl. magna ad fi. in ca. & si necesse. de donat. inter vir. & vxo. Pan. c. venerabilem. co. ix. de electio. Ias. l. id qd apud hostes. de leg. j. [redacted]

3 Ibi enim distinguitur vtrum esset ibi donatiuū vel cōfirmatiuum: nam nō potest donare, si iam donatum erat: vt in hac decre. ī fi. Institu. de don. circa finē. Nec idem dare et cōfirmare simul et semel, nisi ostēdatur concessio principalis primo. ff. de iuris. om. iudi. l. & quia. Archi.

† Primo. Scilicet magno filio Herici aucupis, ī quo Caroli magni stirpe finita, reuixit occidētis imperiū. C. M.

Papa dat gladij potestatem.

Imperatores multa pdiderunt priuilegia.

de suc

Universidad de Deusto
Biblioteca

de successoribus: quia hoc intelligendum est de illis successoribus qui hoc impetrare possint, vt vigesimatertia distinctione, in nomine. per idquod legitur ff. qui pot. in pig. ha. l. potior. & ff. de manumi. testa. Neratius. Vel tantum à tempore conditionis extantis, per id quod est ff. de ædil. edi. bouē. §. si sub conditione. disputationi relinquo. Io. Ego credo quod à die existentis conditionis per decre. illam, prçterea. extra de appella. B.

1 Etiā in atrocioribus quo ad qd, vt no. lxxxvj. distin. an putatis.

a Salonitanæ. Iussissent. Ar. quod authoritas maioris excusat [1], vt xiiij. quæstione v. dixit. xxviij. distinct. diaconi. xxiij. quçstione v. miles. Argu. contra xij. q. ij. quicunque. xvj. quæstione prima, in canonib⁹. Ioan. Sol. in malo nulli est obediendum, nec aliquis excusatur, vt xj. quæs. iij. si dominus. B.

Obediendum non est alicui in malo.

b Sub excommunicationis. Ex hoc videtur quod per talia verba fiat excommunicatio, cū sic dicitur, præcipio tibi hoc sub pœna excommunicationis. Et est argument. ad idem extra de eo qui ord. fur. rece. c. j. Argu. contra extra de iure patrona. relatū. in fi. & de sagittarijs. ca. vno. vbi de hoc. H. dicit quod si talis prohibitio fiat à canone, nō fit excōmunicatio per illa verba: vt xxx. dist. per totum. secus si ab homine [2] quia canon mitius agit quā homo: vt xxvj. qō. vij. alligant. & ff. de arbi. Celsus. Alij dicunt, quod refert an diffiniendo illa verba proferantur: vt tūc per ea fiat excommunicatio: an constituendo ius, et tūc non fiat excōmunicatio per illa verba. Sed hæc veritas est, qđ illa verba non habent vim sententiæ, sed tantum cōminationis: vt C. commina. epistolas. per totum. Hoc autem scias quod sub conditione potest quis excommunicari: & taliter hic intelligo latam sententiā. Vnde existente conditione ligat excōmunicatio, & non prius: & tamen à tali excommunicatione potest appellari: licet. H. contrariū scripserit, vt extra de ap prçterea. ij. & hoc ideo, quia excommunicatio tunc non trahit secum suam executionem: quia non cedit nec venit dies ante existentem conditionē: vt ff. de ver. signi. cedere. Sed quid si excommunicans moritur priusquā existat cōditio? tūc dico excōmunicatū, quando extat conditio: et ita aliquis excōmunicatur à mortuo [3]. Verum autē cōditione existente intelligatur retro fuisse excōmunicatus, sic infra eadem, ego. et C. de excu. tuto. exactores. vbi dicitur, oneribus & tutelis.

Excōmunicatio an feratur p hæc verba, præcipio sub pœna excōmunicationis.

2 Quia tunc est ligatus: vt hic, & extra de appel. prçterea. & de eo qui fur. ordi. rece. c. j. secundum Lau. qui hic sequit hanc sententiā. Hugo.

† Alias pietatis causa eorum.

Excōmunicari potest quis sub conditione.

Excōmunicatur qs à mortuo.

3 Arg. cōtra 27. q. 1. ca. 2. in princi.

ADDITIO. Cum tamen omnis tutela sit onus. & ita ius non respicit talem connumerationem. Vel locutus est sicut loquuntur peregrini. Vel nō est pars eius secundum Lauren.

CAN. XXIIII.

Salonitanæ ciuitatis episcopus me nesciente ac responsali meo ordinatus est: & facta est res, quæ sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens ad eundem præuaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, vt omnino missarum solennia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius à serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent [a]: quod ei sub excōmunicationis [b] interpositione mādaui. Qui cōtempto me atque despecto, in audacia quorundam seculariū hominum (quibus denudata sua ecclesia, prçmia multa prçbere dicitur) nunc vsque missas facere præsumit: atq; ad me venire secundùm iussionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis † eorum obediēs [c], eidem Maximo, qui me nesciēte ordinatus est: hoc ꝙ in ordinatione sua me, vel responsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde relaxaui [d], ac si me [e] authore fuerit ordinatus. Alia verò illi⁹ puersa, scilicet mala corporalia quæ cognoui [f]: vel quia cum pecunia est electus: vel quòd excommunicatus missas facere præsumpsit: propter Deum irrequisita prçterire nō possum. Et si ad me venire diu distulerit, exercere in eo districtionem canonicā nullo modo cessabo.

Item ex concilio Toletano.

In electione episcoporum, principis desideratur assensus.

CAN. XXV.

Cum longè latéque diffuso tractu terrarum commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quò aut nequeat regibus audiētibus decedēti præsulis trāsitus notificari: aut de successore moriētis episcopi libera principis electio expectari: nascit sæpe aut nostro ordini de relatiōe taliū difficultas, aut regiæ potestatis [g], dū consultū vestrū subrogādis pontificibus sustinet, numerosa necessitas. Vnde placuit oībus pōtificib⁹ Hispaniæ atq; Galliciæ [h], vt saluo priuilegio [i] vniuscuiusq; puinciæ licitum maneat [k] deinceps Toletano pōtifici quoscunq; † regalis potestas elegerit, & iā dicti Tole-

c Obediens. Hoc dicit ex humilitate, quia ei præcipere non poterāt. H.

d Relaxaui. Not. an possit episcopum remittere posse, quæ ad ipsum spectant, nō quæ ad Deū [4]. arg. xxiij. q. iiij. si isqui prælatus. Sed non quæ fiunt in personā episcopi, vel alterius prælati fiūt in contemptum ecclesiæ, & ideo in Deū vtiq; sed principaliter in prælatum. s. distinct. xlv. & qui emendat. & xxiij. qō. iiij. inter.

e Ac si me. Argu. quod ratihabitio sequens facit aliquid legitimū quod ab initio factū fuit illegitime. extra de iure patrona. cura. xviij. qō. ij. de monachis. ix. quæstio. ij. Lugdunensis.

f Cognoui. Per auditum, vt ij. q. v. quāto. xxij. quçstio. v. hoc videtur. non tanquam iudex. ij. quæst. j. c. si peccauerit. §. quando.

g Cum longe. Potestatis. Nihil tamē hic Regi subtrahitur: quia sicut prius eligebat: ita & modo post priuilegiū Toletano episcopo cō cessum. B.

h Atque Galliciæ. Numerat hic Galliciam Hispaniæ, cum tamen sit pars eius, & ita pars cōnumerat suo toti.

i Priuilegio. Id est iure. sic ix. q. tertia saluo [5]. ff. quibus mod. pign. vel hypo. so. l. si debitor. §. j. Potius ergo onus quam ius primatiæ concessum fuit huic Toletano episcopo. cū enim Rex eligeret olim de consilio omniū episcoporū, hoc cōsiliū conceditur ei hic.

k Maneat. Arg. propter loci & temporis difficultatem el:

4 Episcopus an possit ... remittere.

C.N.

5 Et sic not. quod consentit aliquis in iure suo.

tem electionem fieri à quo nō debeat. sic extra de iu. patro. si vero. & xxiiij. qō. j. pudenda. xciij. dist. iuxta.

a Episcopis eligere. id est, à rege electos consecrare.

b Intra. j. distinctio. xciij. iuxta. extra de iure patro. si vero. j. lxv. dist. si quis contra. sed nō est contra [1].

1 Subau. imò potius concordat cū hic dicit intra trium mēsium, &c. id est, duobus mēsibus impletis, quod idè est secundū Io.

c Et beati Greg. non in hoc volumine, nisi argu. s. ead. Agatho.

d Stephani. Supra eadem distinctiōe, nosse.

tani episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouincijs, & in præcedentium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis [a] eligere successores: ita tamen, vt qsquis ille fuerit ordinat⁹, post ordinationis suæ tempus intra [b] trium mensiū spatium metropolitani proprij præsentiam visurus accedat.

Electiones quoque summorum pontificum, atque aliorum infrà præsulum quondam Imperatoribus præsentabantur: sicut de electione beati Ambrosij et beati Gregorij [c] legitur. Quibus exemplis et præmissis authoritatibus liquidò colligitur laicos non excludendos ab electione, neque principes esse reijciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quòd populus aut princeps iubetur electioni interesse, non præcipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim (ut in fine superioris capituli Stephani [d] Papæ legitur) est electio, & fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, ut clericorum electioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei ritè præficietur antistes, cùm populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus cō muni uoto elegerit.

Vnde Celestin. Papa ait:

Quòd si forte hęc implere neglexerit, in synodo increpatus à fratrib9 corrigatur: & si forte infirmitate [h] aliqua, ne hoc impleat, fuerit impedit9, hoc suis literis metropolitano indicare procuret.

3 *His authoritatibus datur intelligi, ꝙ episcopi à comprouincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur, si in prouincia plurimi episcopi fuerint, & contigerit fortè unum remanere episcopũ, quid fieri debeat. Ille, quia solus est, ordinare non potest episcopum: comprouinciales enim non habet, cum quibus episcopum consecrare ualeat. Cùm ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardicensi concilio diffinitur, in quo sic statutum legitur.*

Si fortè vnus tantùm in prouincia remanserit episcopus, ad consecrationem episcopi de vicina prouincia episcopi conuocentur.

CAN. IX.

Si forte [i] in prouincia vnum tantùm contigerit remanere episcopũ, superstes [k] episcopus cõuocet [l] episcopos vicinæ prouincię, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit [m], populi [a] conueniant episcopos ꝓuinciæ vicinæ, & illi prius commoneãt episcopum, qui in eadem prouincia commoratur, & ostendant quomodo populi petant sibi rectorem, & doceant iustum esse, vt veniat ipse, & cũ eis ordinet episcopũ. Et si literis conuentus tacuerit, [b] & dissimulauerit, nihilq; rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, vt conueniant ex vicina prouincia, & episcopum ordinent.

i Si forte. Hoc ca. semper ad hoc consueuit induci, quod vniuersitas stet in vno, vt ff. quod cuiusque vniu. l. sicut. Imò potius in contrarium potest induci, cum iste solus non posit id quod vniuersitas potuit. vnde dico quod vniuersitas perijt, cum redigitur ad vnum caput. argu. ff. de leg. j. l. si grege. Vnde satis dici potest, quod si omnes delinquant in eligendo præter vnum, quod ille solus non potest eligere, cum non consistat in eo ius vniuersitatis. Ioannes. Quod credo falsum, vt ff. quod cuiusque vniuer. l. sicut municipij. in fi. & extra de elect. c. bonæ memoriæ. ij. Vnde dico, quod si omnes peccent pręter vnum, quod ille solus potest eligere, per iura superius posita.

k Superstes. Et ita ius vniuersitatis deuoluitur ad vnum. insti. de leg. §. si grex. ff. quod cuiusque vniuer. l. sicut. §. in decurionibus. B. Sed quis dabit ipsis episcopis expensas? Ecclesia quæ vacat. arg. iiij. q. iij. c. venturis. & x. q. iij. c. cauendum. & xij. q. ij. c. charitatem. Si est tenuis, comedent de suo, vt extra de vi. & ho. cleri. c. cum ab omni.

Ius eligendi potest in vno remanere.

l Conuocet. Sed nunquid tenentur illi conuenire ad conuocationem illius? Tenetur quidẽ, & nisi vnenirẽt, peccarent. ar. xj. q. j. c. sicut enim. arg. di. xc. præcipimus. & debent tunc cogi ab ipsorum prælato, vel Papa. H. dicit, ꝙ ab isto cõpelli possunt authoritate huius canonis. Nam quãdoq; par in parem [3] habet imperium, vt ij. q. vj. c. placuit. ij. & vj. q. iiij. c. ij.

Par in parem quãque imperium habet.

3 Certe in hoc casu iste ep̃s is est par: imo est superior quo ad vocationẽ authoritate huius canonis.

1 Conuocet. Argu. quod vacante ecclesia clerici possunt vicinos episcopos conuocare, vt vij. quæst. j. cap. pontifices.

m Neglexerit. Arg. quod si subditi negligunt facere, quæ debent, ea debeant suppleri à maiori, vel per se vel per alium, & econuerso, argumen. ix. q. iij. c. cum simus. argumentum. lxxxix. distinctio. capi. volumus. viij. q. iij. Artaldus.

a Populi. large sumitur hic populus: quia causa cõmunis est. & ita non est contra. ix. q. iij. c. cum simus.

b Tacuerit. Hic tacens pro cõtumace habetur. Alibi pro fugiente: vt lxiij. distin. c. sit rector. Alibi pro contradicente: vt ff. de procur. l. filiusfamilias. §. inuitus. lxxxvj. dist. c. tanta. Alibi ꝓ consentiente. liiij. dist. c. si seruus. ff. de interrog. act. l. de ætate. §. qui tacuit. Alibi pro neutro. ff. de regu. iur. l. q tacet.

Præsumit̃ in multis contra tacentem.

Archiepiscopus autẽ. Hæc distin. diuidit̃ in duas partes. Secũda ibi, de episcopis. Ioan. de Fant.

c Archiepiscop9. Hic depingit̃ lxvj. distin. in qua ostendit magister duo, scilicet qui debeãt interesse in consecratione metropolitani: quia omnes suffraganei, & q̃d nullus debet consecrari in episcopũ à paucioribus, quã à tribus. Dicit ergo Hug. hoc referre inter cõsecrationem episcopi & archiepiscopi: q̃a in cõsecratione archiepiscopi oẽs episcopi intererũt, nisi esset vrgẽtissima necessitas: in consecratione episcopi etiam si nõ sit grauis, dum tamen aliqua sit necessitas, sufficit per literas consentire. lj. dist. cap. fin.

Consecratio ep̃i, & archiepiscopi differunt.

† Ordinari. Sic Iustinia. in nouel. 131. in princi.

DISTIN. LXVI.

Archiepiscopus [c] *autem ab omnibus suæ prouinciæ episcopis debet ordinari.* †

Vnde Anitius papa ait:

Ab omnibus suffraganeis suis archiepiscopus ordinetur.

CAN. I.

Archiepiscopus [d] ab omnibus [e] suæ prouinciæ episcopis ordinetur. Hoc autem, quod de archiepiscopi ordinatione præceptum est, vt omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus liceat immutari: quia ille qui præest, ab omnibus episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin autem aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est: quia irrita [f] erit secus acta ordinatio archiepiscopi.

2 *De episcopis non ordinandis à paucioribus, quàm à tribus* [g] *episcopis, Anacletus papa scribit dicẽs:* †

CAN. II.

Porrò & Ierosolymitanus primus archiepiscopus [h] beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundùm carnem frater domini nuncupatus [i] est, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus, [k] successoribus suis formam dantibus, videlicet vt minus quàm à tribus episcopis reliquisque omnibus assensum præbẽtibus, nullatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

DISTIN. LXVII.

Presbyteri [l] *verò & corepiscopi ab uno episcopo ordinari possunt.*

Vnde Anacletus.

Sacerdotes ab uno episcopo possunt ordinari.

CAN. I.

Reliquì sacerdotes à proprio ordinentur episcopo, ita vt ciues, [m] & alij sacerdotes [n] assen-

Archiepiscopus ab omnibus.

d Archiepiscop9. Arg. quod si eligitur abbas alicuius monasterij, qui pręest alijs monasterijs, oẽs abbates illorum monasteriorum debẽt consentire, & electioni interesse.

Electioni abbati qs cõsentire debet.

e Ab omnibus. Arg. quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari: vt viij. q. j. licet. C. de authori. præst. l. vlti. & liiij. dist. cap. j.

f Irrita. quo ad officij executionem.

g Quam à tribus. Sed quare tres episcopi debent interesse? quia in tribus est fidei fundamentum, quam pueris & simplicibus verbis confiteri tenentur. xxiij. distinct. c. qui episcopus. & xxiiij. dist. c. quando.

h Porro. Archiepiscopus. s̃. xxj. distinc. c. cleros. contra. sed Mathias fuit primus ordinatus in clericum, iste primus in archiepiscopum.

i Nuncupatus. quia filius fuit sororis matris domini, vel quia fuit ei similis prorsus in persona, vel quia mater sua fuit filia fratris Ioseph, qui putabatur pater domini [1]. xxvij. q. ij. coniunx.

Iacobus fuit prim9 archiepiscopus.

k Ordinatus. i. ad certi loci administrationem electus, vel ordinatus simpliciter. Sed nõne omnes Apostoli erant episcopi? Videtur quod sic: q̃a Petro primo fuit datus põtificatus, & omnes alij fuerũt pari potestate præditi: vt xxj. distinct. c. in nouo. [2] Item episcopi successerunt in locum Apostolorum: vt lxviij. dist. c. quorum. ergo Apostoli fuerũt episcopi. Item legitur de Iuda, ꝙ episcopatum eius accipiat alter. Ad hoc dicũt quidam, quod omnes Apostoli erãt simplices sacerdotes, & tamen consecrare poterant. Nam Moyses simplex sacerdos erat, [3] & tamen consecrauit Aaron: vt xxj. distinct. ca. j. nec tunc differentia erat inter ipsum & sacerdote: vt xcv. dist. c. olim. Vel dic, ꝙ tantum visibili vnctione hi tres consecrauerunt eũ, sed prius erat inuisibiliter vnctus à domino. Vel dic, ꝙ non ordinauerunt eum, sed tãtum formam ordinãdi alijs ostẽderunt. Vel dic, ꝙ nõ in episcopum, sed in archiepiscopum eũ ordinauerunt. Vel dic ordinauerunt. i. inthronizauerũt eũ ad ad administrationẽ certi loci. prius enim erat ep̃s sine titulo.

Iacobus frater Domini nuncupabat̃.

1 Argu. xxij. q. ij. quæritur. Apostoli vtrum oẽs fuerũt episcopi.

† [redacted]

2 Et 23. quęstione 1. loquitur. iuxta principi.

3 Ad hoc videtur facere quod dicit psal. Moyses & Aron i sacerdotibus eius. Dic sc̃dm Hu. car. ꝙ re vera nõ legitur ꝙ Moyses fuerit sacerdos, nisi quia aliqua fecit, quæ pertinent ad sacerdote: ideo psa. dicit, Moyses & Aaron, &c.

l Presbyteri. Hæc dist. diuidit̃ in duas partes. Secunda ibi, Episcopus. Io. de Fant. Presbyteri. Hic depingitur lxvij. distin. ostenso quod episcopus non potest ordinari, nisi à pluribus, ostendit hic quod reliqui sacerdotes & clerici ordinari possunt ab vno solo episcopo. In ordinatione tamẽ sacerdotum & diaconorum alij sacerdotes & ciues assensum debent præstare. In reliquorum ordinatione sufficit testimonium trium.

m Reliqui. Vt ciues. Quibus debent præesse.

n Sacerdotes. Quibus debet associari, vel de

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum collegio est. Vel de clericis maioris ecclesię dicit, sine quorum consensu episcopus clericos ordinare non debet: vt dixi xxiiij. distin. c. episcopus.

a Ieiunantes. Tam ordinantes, quam ordinati: vt j. de consec. distin. v. c. vt episcopi. j. distin. lxxv. quod à patribus.

b Diaconi. Nam ecclesiæ præcipue committuntur presbyteris & diaconibus. xij. quæst. ij. cap. diaconi.

c Trium. j. j. q. j. placuit, vt de ordinatione. versi. multorum. cõtra. Sed Tres dicũ ibi multi possunt intelligi dici tres. insti. de iure perso. §. vlt. & distin. xxiij. episcopus. contra. & distin. xxiij. lector. contra. Sed hoc de notis intelligitur, illud de ignotis. Vel hic cũ occulte ordinat, & sine solennitate, illud cũ publice, &c.

Episcop[9], &c. Hæc est secunda pars dist. & habes hoc xv. q. vij. c. j. Ioan. de Fant.

d Solus. id est, sine aliis episcopis potest ordinare aliquos, sed sine aliis episcopis non potest deponere: vt xv. q. vij. felix. nõ autem excluditur clerici: quia nec sine illis potest beneficia conferre, nisi hoc habeat ex cõsuetudine: vt extra de his, quæ fiunt à maio. parte capit. ea noscitur.

Episcop[9] solus bene beneficia cõferre nõ põt cessante cõsuetudine.

e Auferre. j. xxj. q. iij. episcopus. & xv. q. vij. c. vlti.

Quia ma rit ordinat[9] ab eo, gister ẽ. di de quo dubitatur, stin. pxi. an esset episcopus, in prin. fe- vtrum debeat iterum ordinari. & primo probatur cp cerat men non, superficialiter. Secũda ibi, inter episcopos. Tertionem de tta ibi, hi vero. Quarta ibi, quod autem. Io. de Fant. corepis, i- f Quæritur. hic depingitur lxviij. dist. in qua magideo de ip- ster ostendit, quid iuris sit de clericis, qui ordinantur sis interse- ab eis, quos non constat esse episcopos, & quæ differit in hac rentia sit inter episcopos & corepiscopos, ' & quadistinctio re corepiscopi receserunt ab aula domini. Quarto ne, secun- ostendit, qui successerunt in loco Apostolorũ. dum Hu.,

Quæritur f de illis, qui ordinantur, ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an non. Quòd uerò consecrandi nõ sint, probatur authoritate Gregor. qui scribens Ioanni Rauennati archiepiscopo ait:

Semel consecratus, iterum consecrari non debet.

CAN. I.

Sicut g semel baptizatus iterum baptizari non debet, sic & semel consecratus, h iterum cõsecrari non potest. Sed si quis cum leui culpa i ad sacerdotium venerit, pro culpa pœnitentia debet sum præbeant, & ieiunãtes k ordinationem celebrent: similiter & diaconi l ordinentur. Cæterorum autem graduum distributioni, trium m veracium testimonium cũ episcopi approbatione sufficere potest.

Item in Hispalensi cõcilio legitur.

De eodem.

CAN. II.

n Episcopus sacerdotibus ac ministris solus o honorem dare potest, solus auferre p non potest.

DISTIN. LXVIII.

1 pa. Quæritur f de illis, qui ordinantur, ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an non. Quòd uerò consecrandi nõ sint, probatur authoritate Gregor. qui scribens Ioanni Rauennati archiepiscopo ait:

Semel consecratus, iterum consecrari non debet.

CAN. I.

Sicut g semel baptizatus iterum baptizari non debet, sic & semel consecratus, h iterum cõsecrari non potest. Sed si quis cum leui culpa i ad sacerdotium venerit, pro culpa pœnitentia debet indici, & tamen ordo seruetur.

Econtra idem Gregorius testatur scribẽs cuidam episcopo.

De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat episcopos non fuisse.

CAN. II.

Presbyteri, quos reperisti, si incogniti fuerint viri illi, qui ordinãt, k & dubium est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinauerunt: si bonæ actionis, virique catholici sint ipsi presbyteri & ĩ ministerio Christi, omniq; † sancta lege edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiãt, & consecrentur, l & sic ministerio sacro fungantur.

Quòd ergo consecratus in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrãdi ius habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrandi ius non habuerit, iste ex olei effusione nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primùm ad

h Consecratus. j. q. j. si quis confugerit. contra. & j. q. vij. Daibertũ. contra: ibi dicitur, qd ordinat[9] male, vel baptizatus, iterum ordinat. Sed illud verum est cũ extra formã ecclesiæ est ordinatus vel baptizatus, alias secus. de consec. dist. iiij. ostenditur. vers. fi. & c. quomodo.

i Cũ leui culpa. Dicũt quidam, venialiter. xxv. dist. ca. vnũ orarium. §. criminis. Alij leui id est, mortali præeunte, nõ tamẽ permanente: nã pœnituit. Sed qa post talem culpam se permisit ,pmoueri, aliã culpam contraxit, cũ qua, pmotus est, de qua hic loquit. Tu dic cp promoueri potest cum culpa existẽte & manẽte mortali, dũ tamen ueni. De huiusmodi culpis collige exẽpla v. q. iiij. in 10. co. xxj. q. iiij. c. vltt. xviij. dist. c. vlt. de consec. dist. iij. relatum. Sed hic notat, cp oẽs cõcordãtiæ istæ de pmotis loquuntur. sed si ego nõ me peccatũ tacuisset, secus esset: vt 50. dist. ex pœnitentibus. Io. Nẽ si esset occultũ peccatum, vt extra de tempo. ordi. cap. quæsitũ. nisi in homicidio, vt ibi. B.

k Presbyteri. Qui ordinãt, vera litera est ordinant. ad hoc facit iij. q. iiij. oẽs quos.

l Et consecrent. Hic in dubio potius præsumit non ordinatus, quã ordinat[9]. Similiter in dubio præsumit potius nõ baptizatus, quã baptizat[9]: vt de cõse. dist. iiij. c. paruulos. Et in dubio potius præsumit ecclesia nõ cõsecrata, quã cõsecrata: vt de cõse. dist. j. c. solennitates. Sed cũ ita præsumit in his sacramẽtis, quare in sacramento matrimonij potius præsumit. p ipso, quã cõtra ipsum: vt xxxiij. q. j. c. si quis acceperit. Rũ. sine omni periculo est, si sacramẽta illa iterent. Sed periculũ esset si iudicaret non esse matrimoniũ, vbi est.

Item

Baptizatũ se dicenti credit.

Item quare non creditur hic verbo illius, qui se dicit esse ordinatum, sicut creditur ei qui se dicit baptizatum, vt de conser. di. iiij. c. placuit. & cap. de infantibus. Respon. quia sola fides confert alicui sacramentum baptismi, vt extra de presby. non bapt. c. ij. sed sola fides non dat ordinem. ad hoc facit j. q. j. c. spiritus sanctus * . §. ecce quandoq;. Item licet in viuo præsumatur aliquis potius non baptizatus, tamen in mortuo præsumitur potius baptizatus, vt de conse. di. iiij. c. si eos. supple vt suffragia ecclesiæ ei proficiant. xiij. q. ij. non æstimemus. & ca. animæ.

* Alias j. q. j. §. cũ honoris.

Ordinãs semel, an possit rursum ordinari.

r In hoc puncto vides quod no. j. q. 4. cõsanguineorũ. & extra de præsump. illud. ĩ gl. sed quære. & extra q fil. sint legit. laror. in glo. sed videtur. Archi Baptizat[9] vel ordinatus pluries an plures recipiat characteres.

a Non reiteratur. Hæc solutio est canonica. dixit tamẽ G. quod si miles ordinatur presbyter, tot p̃sbyterales ordines recipit, quot recipit sacerdotia. Idem dicit de baptismo. aliterenim quomodo fieret in iuria sacramento, vt infra de consec. di. iiij. ostenditur. vel quomodo dicetur quis bis baptizari: vt j. de cõse. di. iiij. c. qui bis. & c. eos. Item cũ dicatur accedat verbum ad elemẽtum, & c. j. q. j. detrahe. ergo quoties dicũtur verba illa, & apponitur elementum, fit nouum sacramẽtum [2]. Nam et sæpius sumit aliquis corpus Christi, et sæpius excommunicatur aliquis, vt ex pluribus cautis aliquis possideret rem aliquam: vt ff. de acqui. pos. l. possideri. §. ex pluribus. Sed certe secũdum hoc, si centies aliquis contraheret cum aliqua, totes esset matrimonia: quod falsum est. xxxj. q. j. quomodo. Item posset secundum hoc deponi ab vno sacerdotio, & retinere aliud. Dicas ergo quod non iteratur, nisi vnctio exterior: & sicus secunda manumissio nihil adijcit primæ, vt C. de manu. vin. l. ij. sic in sacramento. Vltima opinio verior est.

2 Hæc fuit sẽtẽtia Hugo. & Laurentij hic videtur, quod non, xv. q. vltima.

Dicas qđ sacramenta dicunt itera ri quo ad opinionẽ, vel quo ad facti speciem. ar. C. de adul. cũ qui. Nam ibi secũdũ matrimonium nullũ est. et dicit lex, qp res mea nõ potest amplius esse mea. insti. de donatio. §. sic itaque. extra de fide instru. inter dilectos. Arc. † Legit. Imo nõ legitur, sed in cõcilio Nicæno sunt tam pũcta, vt patet in

b Ecclesijs. Quid iuris sit de hac materia, notabile de consec. dist. j. capitulo, ecclesijs.

c Semine. Fornicario. nam dicit G. quod etiam in ecclesia vir vxori tenetur debitum reddere, sed male. arg. ff. de solu. l. quod dicimus.

d Propter eas. Adde alium casum de consec. dist. j. c. si motum.

Inter episcopos. Hæc est ij. pars di. in qua ponit differentiam inter episcopos & corepiscopos. Io. de Fan.

e Inter episcopos. Ponit tres differentias inter episcopos & corepiscopos. Isti autem corepiscopi aliqd habẽt supra presbyteros, sed non bene determinat quid.

f Formatas. Formatæ sive dimissorię dicuntur literę, quibus quis eximitur à iurisdictione sui episcopi, quæ olim cum solennitate magna fiebãt. vt lxxiij. dist. c. j. Commendatitię sive pacificæ dicuntur, quæ dantur clerico viatori, quibus cõmendatur, vt pacifice possit exequi officiũ suum. Et licet Gratianus dicat quod corepiscopi dare tales poterant, illud non credo [3]. sed solus episcopus, vt de conse. distinc. v. c. non oportet. lxxxj. distin. c. extraneo. Quod archidiaconus eas dare non possit, habes extra de officio archid. significasti.

g Commendatitias. ar. cõtra. lxxxj. dist. c. extraneo.

h Leuiticam. Nec subdiaconatẽ, nisi tantum lectoratũ, vt j. proxi. distin. c. j. in fine, Sed G. fuit deceptus ex c. seq. vbi non dicitur, nisi de duobus ordinibus tantum. Ioan. de Fant.

i Vamuis. Plurima. quo ad minores ordines conferendos, quo ad prædicationem, quo ad confessionem, ita tamen quod non possit conferre, nisi lectoratum, &

k Exigere. In ecclesia consecrata: nam ante consecrationem licet presbyteris constituere altaria, sed

Tomus. Concilium. Scribitur. Scripturi. Committitur. Quæ inde. Cõsecrãdis. Sacerdotia. Ecclesiæ. Ecclesiæ. Ecclesiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

post non, nisi de consensu episcopi. quod si fecerit, deponatur, argu. j. de consec. dist. j. nullus presbyter. Hæc expositio est illius verbi, constitutio altaris.
a Fidelibus baptizatis. Hugo intelligit literam sic, baptizatis scilicet extra ecclesiam, & redeuntibus ad eam, vt de consecr. dist. iiij. c. ab antiqua. quod postea sequitur, de hæreticis intelligit in ecclesia baptizatis. Vel dic quod idem reperitur in sequẽti litera. Alij intelligunt de insolenniter baptizatis in necessitate à patre, vel à m̃re. xxx. q. j. ad limina. quibus postea episcopus in cõfirmatione debet ea conferre, quæ collata eis non fuerũt, vt hic, & j. q. j. c. si quis hæret. §. ecce. Sequens vero litera intelligitur de baptizatis non in necessitate: & ita non repetit idem [1].

[redacted]

1 Hæc dicit Lauré, sed litera hoc non patit, quia aperte loquitur de hæreticis. Ioann. de Faut.

b Hæreticis. Infra de consec. dist. iiij. c. quamuis.
c Nec publice. Quod solus episcopus potest. quinq. di. in capite. nisi in necessitate, vt xxvj. q. vj. c. vlt. et c. j.
Hi vero. Hæc est tertia pars dist. in qua probat, qđ corepiscopi recesserunt ab aula. Io. de Fant.
d Vnde Damasus. Sed tamẽ hunc Nicolaus est secutus, & sic est contra dist. l. studeat. sed iam tempore Nicolai obsoleuerat constitutio Damasi, vel fuerunt prohibiti nõ quin essent, sed ne essent, vt prius.
e Corepiscopi. Vnde. Id est, ex qua causa.
f Processerit. Quo ad talem præsumptionem.
g Ignoramus. Sed nonne per totum orbem fuerunt corepiscopi? ergo præsumendum est quod fuerunt ab Apostolis, vel concilijs instituti: vt xij. di. illa. Sed hic non negat illos ab Apostolis institutos, sed causam institutionis ignorat. Et est hic arg. φ à quocũq; authore aliquid sit institutum, & quantũcunq; diu obtentũ, si nõ subest causa, vel si onerosum est, extirpandum est: vt xij. di. c. omnia. j. de consec. di. j. c. placuit. x. q. j. c. hanc. & lxiij. dist. c. quia sancta. §. verum. extra de censi. c. peruenit.

Corepiscopi an fuerint ab apostolis instituti.

h Et quod ratione. Institutionis. Et est arg. pro ratione reddenda [2], vt extra de censi. c. peruenit. & C. de codicil. l. pe. ff. sol. mat. l. dotem.

2 Ad idẽ extra de præscript. si quando. vbi de hoc & 23. q. 4. de tyrijs.

zatis [a], vel conuersis hæreticis [b] paracletum spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice [c] quidem in missa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere.

Hæc omnia illicita corepiscopis, qui ad exemplum & formam octuagintaduorum discipulorum esse noscuntur. uel presbyteris, qui eandem gestãt figurã, quoniam quanquam consecrationem habent, pontificatus tamen apicem non habent.

3 Hi verò propter insolentiam suam, qua officia episcoporum sibi vsurpant, ab ecclesia prohibiti sunt.

Vnde Damasus [d] Papa ait:

Ordo corepiscoporum à sacra sede reprobatur.

CAN. V.

Corepiscopi tam ab hac sacra sede, quã ab episcopis totius orbis prohibiti sunt. Nimis enim eorum institutio improba est & praua, quia etsi de summo sacerdotij ministerio aliquid præsumant, omni tamẽ authoritate carent. Nam non amplius quàm duos ordines inter discipulos domini esse cognouimus, id est, duodecim Apostolorũ, & septuagintaduorum discipulorum. Vnde [e] iste tertius processerit [f] ignoramus [g]: & qđ ratione [h] caret, extirpare necesse est.

4 Quòd autem episcopi nõ sint, qui minus quàm à tribus sunt ordinati episcopis, omnibus patet. Prohibitũ est enim à sanctis patribus, vt qui ab vno vel à duobus sunt ordinati episcopis, non nominẽtur episcopi. si enim nomen non habent [i], qualiter officium habebunt?

Item Vrbanus Papa.

Apostolorum in ecclesia locum episcopi tenent.

CAN. VI.

Quorum vices [k] in ecclesia habeant episcopi, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, August. ostendit inquens, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt, & constituti episcopi. Hodie enim episcopi qui sunt per vniuersum mundum, vnde nati sunt, ipsa ecclesia [l] patres [m] illos appellat. ipsa illos genuit [n], & ipsa illos [o] constituit in sedibus patrũ. Non ergo te putes desertam, quia nõ vides Paulum, non vides Petrum, quia non vides illos, per

Quod autem. Hęc est quarta pars di. in qua probat, qđ filij ecclesiæ possunt fieri patres. s. possunt fieri episcopi loco Apostolorum. Io. de Fant.
i Nomen non habẽt. Arg. Si re priueris, nec nomẽ habere mereris. xxxij. q. iiij. c. dicat. in fi. C. de fer. à nullo. Arg. lxxxvj. dist. c. fratrem. xvj. q. j. c. si cupis.

Versus. 3 Nomẽ. Vide Nico. Eural. de loc. Isi. gal. ab etymologia. col. vlti. C. M.

k Quorum vices. Infra xij. q. j. c. videntes. s. di. xxj. in nouo.
l Ecclesia. Ergo est ecclesia mater & filia. Item ecclesia quandoq; dicit vxor. vij. q. j. c. sicut. & xxj. q. ij. c. sicut. qñq; mater, xij. q. ij. c. qui abstulerit. Quandoq; dicitur filia, vt de conse. di. j. ecclesia. Nam catholicorũ collectio, quę est ecclesia, per epõrum prædicationem generat, vt xxxij. q. iiij. c. recurrat. Itẽ ecclesia etiam dicitur locus, vbi Deũ timentes veniã postulant. in authẽ. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero. col. viij.

Ecclesia est mater, vxor, & filia. Psal. 44.

m Patres. Quia eam protegunt & defendunt.
n Genuit. Per baptismũ. & ita ecclesię filius datur ei curator, quod etiam lex dicit. ff. de tut. et cur. datis ab his. l. his qui. dic vt notatur xij. q. j. c. vlt.
o Illos. In hoc comparatur patri episcopus, & ecclesia filio: quia sicut filius non potest sine authoritate patris litigare, vt C. de bonis quæ lib. l. vlti. Sic ecclesia sine authoritate prælati, vt extra de iudic. c. causam. & xvj. q. j. c. monachi. Item sicut filius non conuenitur, sed pater nomine filij, vt C. de bo. ma. l. j. C. de anna. excep. l. j. sic ipse prælatus est conueniendus non ecclesia, nisi negotia ecclesiæ distincta sint à negotijs prælati, vt extra de rescrip. c. edoceri.

Episcopus patri et ecclesia filio comparatur.

Per

a Per quos. Per eos pullulauit & creuit, cum nulla esset tunc temporis.
b Nata es. Id est, augmentata.
Tonsura. Hæc dist. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, lectores. Tertia ibi, Simili modo. Ioannes de Fant.
c Tonsura vero. In hac lxix. dist. tractat de collatione minorum ordinum, vsq; ad lectoratum. Et nomine tonsuræ accipe hic tres minores ordines, psalmistatum, ostiariatum, & lectoratum: & hoc licet abbati tantum in suo monasterio. exorcistam tamen facere, vel acolythum non licet. j. ead. c. vlti.

Tonsura quãq; tres miores ordines cõprehẽdit.

Quoniã. Hoc capitulũ diuiditur in duas partes. In prima parte prohibetur, ne aliquis super pulpito in ecclesia, vel monasterio legat epistolam, vel lectionẽ, nisi primo fuerit ordinat⁹, & tonsurã habeat ad modum clerici. In secunda parte dicit, quod abbates et sacerdotes, quib⁹ ab episcopo man⁹ imponitur iuxta morem præficiendorũ abbatum conferre possunt in suis monasterijs lectoratũ. Idem licebat quondam corepiscopis. Et nota, φ legere epistolam pertinet ad subdiaconum, legere lectiones ad lectorem pertinet.
d Tonsuram. Id est, coronam. nam aliam tonsurã posset fœmina dare.
e Lectores. Vel etiam ostiarij non autem [1] exorcistæ vel acolythi faciẽdi ius habet, licet sit arg. contra extra de ordi. ab episcopo, qui renunt. episco. c. j. Sed & si abbas ex priuilegio habeat, vt omnes minores conferat, bene potest. Sed nunquid hodie abbas potest conferre istos ordines? Credo [2] quod sic, si tamen manus ei est imposita. extra de ætate & qualita. ordi. c. cum contingat. Ioan. ego non credo quod possint conferre tales ordines abbates. nisi lectoratum, vt videtur dicere hoc cap. & decre. cum contingat. Si autem esset sacerdos abbas, posset etiam conferre psalmistatum, vt xxiij. distinct. capi. psalmista. quia psalmistatum dat simplex sacerdos, vt xxiij. distinctio. c. psalmista.

1 Hęc fuit sententia Hugo. & Lauré. q dicunt idẽ qđ pxi. sequitur.
Abbas an miores ordines hodie cõferre possit.
2 Credo. Ang. Clauas. verb. ordo. 2. §. j. semp requirit iurisdictionẽ quasi episcopalẽ in omni ordine cõferendo.

f Manus impositione. Supra xxiij. distinctio. cap. subdiaconus. contra [3].

3 [redacted]

quos [a] nata es [b]. De prole tua creuit tibi paternitas: pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terrã. Filios genuit ecclesia, cõstituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.

DISTINC. LXIX.

1 *Tonsura uerò [c] clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur.*

Vnde in septima synodo legitur.

Abbates quibus ab episcopis manus imponitur, aliquos tonsurare possunt.

CAN. I.

Quoniam videmus multos sine manus impositione à paruula ętate tõsuram [d] clerici accipientes, nondũmq; ab episcopo manus impositione percepta, super ambonem irregulariter in collecta legentes: præcipimus amodo id minimè fieri. idipsum quoq; obseruandum est etiam inter monachos.

2 Lectores [e] autem manus impositione [f] licentia est vnicuique abbati in proprio monasterio [g] solummodo faciendi, si duntaxat abbati manus impositio [h] facta noscatur ab episcopo secundùm morem [i] pręficiendorum abbatum, dum constet illum esse presbyterum.

3 Simili modo secũdùm antiquam cõsuetudinem corepiscopum pręceptione [k] oportet episcopi promouere lectores.

Item ex concilio Laodicensi.

Non exorcizent, qui ab episcopo prouecti non sunt.

CAN. II.

Non oportet exorcizare [l] eos, qui needum ab episcopis suis sunt promoti [m], neque in ecclesijs, neque in domibus [n].

DISTINC. LXX.

Ab episcopis [o] alterius [p] ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam à proprio [q] absolutè ordinandus est. Absoluta enim ordinatio in Calcedonẽsi concilio prohibetur, & uacuam habere manus impositionem præcipitur, in quo sic statutum est.

Nullus ordinandus est absolutè.

CAN. I.

Neminem [r] abso-

g Monasterio. Sed & monachos alterius monasterij potest ordinare si inuitatus fuit. ix. q. ij. c. Lugdunẽsis.
h Impositio. Quæ non est, nisi benedictio, vt j. q. j. cap. manus.
i Secundum morem. De quo habes xij. q. ij. alienationes. nec hoc postulabit à superiore. Nam sufficit semel à iure concedi. ff. de condi. institu. l. quæ sub conditione. §. fina.
k Præceptione. Generali, arg. xvj. q. j. c. cunctis. lxiiij. di. c. ordinationes. & lxxv. dist. capi. ordinationes.
l Non oportet exorcizare. Id est, legere exorcismos.
m Promoti. Ad ordinẽ exorcistæ.
n In domibus. Id est, in ecclesijs non sacratis. Supfluunt duo neque. Ioan.
o Ab episcopis. Hic depingitur lxx. dist. Quia dixerat presbyteros & reliquos clericos ab episcopo debere ordinari, inde sumpta occasione ostendit, quod nullus ordinandus est sine titulo, id est, sine ecclesia, vel ecclesiastico beneficio. & si fuerit ordinatus, debet deponi tam in iniuriã ordinantis, quã ordinati, quia permisit se sic promoueri. xvj. quę. vij. c. decernimus. xxj. q. ij. c. j. sed quoniam episcopi hanc pœnam nullam reputabant, hodie prouisum est, vt remaneant promoti, et episcopus, vel etiam eius successor eis prouideat. extra de præb. cap. episcopus. extra eodem titu. capi. cum secundum.
p Alterius. Hoc exequitur in dist. sequenti.
q A proprio. Hoc exequitur in ista dist. &c.
r Neminem. Etiã in minoribus ordinibus non debet ordinari. argu. xij. q. j. videntes. xxxij. dist.

Universidad de Deusto Biblioteca

distin.si vero.cum enim habeat officium in ecclesia, ergo & beneficium debet habere. extra de praeb.c. dilectus.extra de filijs presbyt. c. proposuit. ne dicatur, Mendicat in plateis infelix clericus: vt xciij.distinct.cap.diacoconi.

Clericus infelix esurit in plateis.

~~Clericus ciuitatensis est extraneo praeferendus.~~ [redacted]

a Absolute. Id est, sine titulo. b Ciuitatis. Hoc ideo dixit, quia potius est praesentandus clericus, qui est de ciuitate, quam extraneus, vt j.di. prox.c.hortamur. C.de episco. & cleri.c.in ecclesijs. c Siue possessionis.i. si ordinatur ad titulum patrimonij sui, vt extra de praebe.c. tuis. Vel hoc ideo dicit, quia potius sunt illi clerici instituendi, de quorum bonis fundata[1] est ecclesia, vt extra de rescript. cum adeo. d In martyrio. Vbi sunt reliquiae martyrum. vel loquitur de regulari ecclesia. Colligitur etiam hic ex eo, quod dicit siue possessionis, argu. quod si quis habet patrimonium sufficiens, ordinari potest sine titulo. extra de praebe. c.episcopus. e Vacuam. Quo ad executionem. f Ad iniuriam.

lute[a] ordinari iubemus presbyterum, neque diaconum, nec quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in ecclesia suae ciuitatis[b], siue possessionis[c], † aut in martyrio[d] aut in monasterio hic qui ordinatur, mereatur ordinationis publicae vocabulum. Eos autem, qui absolute ordinantur, decreuit sancta synodus vacuam[e] habere manus impositionem, et nullum tale factum valere, ad iniuriam[f] ipsius, qui eum ordinauit.

Item ex concilio Vrbani habito Placentiae.

Irrita sit ordinatio sine titulo facta.

CAN. II.

SAnctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur.

Et in qua ecclesia quilibet intitulatus est, in ea perpetuo[g] perseueret. Omnino autem in duabus[h] aliquem intitulari non liceat, sed vnusquisq; in qua intitulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione vnus diuersis[i] praeesse possit ecclesijs, canonicus tamen praebendarius, nisi vnius ecclesiae, in qua conscriptus est, esse non debet. Si quae tamen capellae sunt, quae suis reditibus clericos sustentare non possunt, earum cura[k] ac dispositio praeposito[l] maioris ecclesiae, cui capellae subditae esse videntur, immineat, & tam de possessionibus[m], quam de ecclesiasticis capellarum officijs ipse prouideat[n].

1 Fundata. Idem Archid. Praeposit. hic vide Ro. chum Curt. de iure patro. verb. honorificum.q.18. C.M.

Et etiam suum delictum, quia se sic permisit promoueri: alias alterius odio non debet alius praegrauari. C.de inoffic.test.si quis in suo.extra de his, quae fiunt a maiori parte cap.c.quaesiuit.in fi.

g Sanctorum. Perpetuo.i.dum viuit[2].ff.pro so.l.j.filius enim non debet esse temporalis nec haeres. ff.de adop.l.quaesitum[3].& insti.de hae.insti.§.haeres.

2 Adde quid proprie dicatur perpetuum: & quid eternum, no. in l.eum debere columnam. ff.de serui. vrb.pred.

3 Alias incipit, si tibi.

h In duabus. Qui enim titulum habet in vna ecclesia, si recipit secundam ecclesiam, vel praebendam pro titulo, perdit primam: vt extra de conces.praeb.& eccle.non vac.c.literas. Sed si recipit ipsam quasi beneficium, & quasi commendatam siue stipendium, tunc secus, et tunc non est canonicus secundae praebendae, nec cum eis potest eligere. Si quaeras quare canon iste permittit episcopo dispensare in ecclesijs, & non in praebendis, dico quod aeque potest dispensare in praebendis sicut in ecclesijs, dummodo sint de eodem episcopatu. Est ergo haec veritas, quod de iure communi non potest quis habere duas ecclesias, vel praebendas in eodem episcopatu, vel in diuersis, nisi in casibus notatis xxj.q.j.c.in summa. Sed nunquid hodie beneficium huius canonis est sublatum episcopis per illam nouam constitutionem, de multa. in tit.de praeb.ex eo quod dicitur ibi, per sed.apo.poteris dispensari[4]? Dico quod non, sed tantum vaga & indiscreta dispensatio est ablata ab eis, non probabilis, sicut per remotionem appellationis non remouetur necessaria appellatio, vel probabilis. extra de appel.c.pastoralis. Sic cum dominus prohibuit iurare, non prohibuit iuramentum necessarium, sed temerarium, vt xxij.quae.j.c.ita. sic cum dominus prohibuit vxorem separari a viro, intelligendum est tantum de illa separatione, quae fit sine ratione: vt xxxiij.q.ij. c.quos Deus. Si obijcias, quod punitur episcopus, qui permittit ipsum habere prius stipendium, vt ibidem dicitur extra de praeben.c. quia intantum.de cler. non resi. quia nonnulli. ergo dispensare non potest. Non sequitur, quia episcopus punitur, qui ordinat clericum concubinarium, vt lj di.c. qui in aliquo. & tamen cum ipso dispensare potest: sed ideo punitur, quia indiscrete dispensat. Si obijcis, quod dicitur ibi per sed. apo. ergo non potest per alium. non sequitur, quia eodem modo decretum dicit, quod ordinationes episcoporum faciendae sunt authoritate apost. lxiiij. di.c.ordinationes. & tamen propria authoritate fieri possunt. Sic etiam alibi dicitur, quod quilibet presbyter potest, et debet baptizare, vel celebrare de licentia episcopi, vt xvj.q.j.c.cunctis. et tamen suo iure potest baptizare: sed ideo dicit hoc, quod eius authoritate saltem generali debeat fieri dispensatio. Vel dic quod tunc solus Papa dispensat, cum quis diuersa beneficia in diuersis episcopatibus vult habere, propter repugnantiam, quae ex hoc proueniret, quia nemo duobus dominis potest seruire[5], vt xxj. q.j.c.j. Ioan. Haec glossa nihil valet: quia Papa tantum dispensat circa plures ecclesias habentes curam animarum, & plures dignitates, vt expresse dicit decre. de multa. sed circa plura beneficia non videtur episcopo dispensare prohibitum.

Episcopi vtrum hodie possit circa beneficiorum pluralitatem dispensare.

4 Sed nunquid in casu poterit

legat[?] cardinalis Dicit R. fr. bene curia net, quia spirituali ... ter sedi apostolicae reseruata hoc ... no. in libello ... ris canonici. R. An plures ...

h In duabus. Nec iure ciuili, quis in duobus collegijs potest connumerari. ff.de col.l.j.§.j.nec duas militias habere. C.qui mili. non pos.l.v.§.in posterum. nec duos honores. ff. ad municip. l. libertus.§. praescriptio.

i Diuersis. Non conuentualibus. cum enim nec canonicus in diuersis conuentualibus esse possit, ergo multo magis nec praelatus, ita quod sit in eis canonicus.

k Cura. Xij.q.ij.c.bonae rei. Laur.

l Praeposito.i.episcopo, qui est ordinator in cunctis, vt in contrario hic signato xxv.di.c.j. Vel dic praeposito, id est, archidiacono, arg. extra de verbo. signi.cap.quamuis. & sic nec illud erit contrarium.

m Tam de possessionibus. Arg. pro capellis, vt decimae debitae maiori ecclesiae sic communicentur illis. Arg. contra xxij.q.j.videntes[6].j.q.j.ca.j.

n Prouideat. Vt dentur vni, vel simul vniantur: vt x.quaestione iij.c.vnio.de consec.dist.j.c.j. & extra de praeben.c.exposuisti.

5 De hoc etiam ... 21.q.3.c.j. & idem tit. Hu. causa q. in prin. & Gofre. & Vi. extra de praeb. de multa. Archid.

6 Et id quaere q.1. quod vbi de hoc extra de praeb. ex transmissa. & de hoc Archi.

Nouem.

a Nouem. de consecr.dist.j.cap.inuenimus.

b DE clericis vero. In hac dist.lxxj.ostendit Gratianus, quod clericus vnius episcopi non est ab alio ordinandus episcopo, vel in aliqua ecclesia instituendus sine literis sui episcopi: quod si factum fuerit, irritabitur, nisi hostilitatis causa clericus exularet.j.ead.ca.clericos.

c ILlud. Contentionibus. Nam communitas mater discordiae est. ff.de leg.ij.l.cum pater. §.dulcissimis.

Communitas discordiam parit.

d Et sine voluntate. argu. expressum ad id, quod dixi vij.q.j.c.placuit.

e Ordinatio. nisi postea ratum haberet suus episcopus[1]: vt lxiij.distin.ca. Salonitanae.

1 Ex ista glo. infertur quod rati habitio retrotrahitur. Concord. tex. in l. vero. §. sed et si. & ibi Bart. ff. de sol. et in l. obseruare. §. fin. ff. de offi. proc.

f DE aliena. Exoratus. Sed nunquid sufficeret, vt dissimularet[2]? Non, vt lxxxv.distin.c.Florentinum. & lxiij.distinct.ca.literas.vt not.j.vij.quaestio. j.cap.placuit.

2 Dicit ibi Lau. sufficeret facere, vt canonicum non vt praelatum.

g SI quis ausus. Consensum. Ergo cum consensu eius poterit.C. de sacrosan.eccle. l.qui sub praetextu. & expresso consensu, non tacito. ff.de procura.l. filiusfamil.§.inuitus.

h CLericos. Sed quiescant. Nisi vocentur & eligantur ad alias ecclesias. tunc enim authoritate maioris possunt transire ad alias: vt vij.q.j. episcopus de loco.

i Ex necessitate. Sed pone, quod presbyter amisit ecclesiam suam, episcopus ciuitatem suam, tamen remanet in aliqua parte sui episcopatus, nunquid clericus recedet quo voluerit sine literis episcopi? Dicunt quidam quod non. Nam adhuc praelatus remanet amissa ecclesia. Alij dicunt contrarium: vt dixi vij.q.j.c.pastoralis. Sed verior est ratio prior: quia episcopus adhuc non desinit esse suus praelatus: quia non tantum ratione beneficij, sed etiam ratione ordinis est praelatus suus. Alij dicunt in pendenti esse vtrum sit praelatus. Nam si postea liberatur ecclesia, remanet ecclesiae praelatus, alias non. vij. q.j.cap.pastoralis. Et arguit ad hoc extra de cleri.non resid.c. fraternitati.[3] Item pone, quod episcopus dat ei licentiam transeundi ad alium episcopatum sub ea conditione, vt si redit prior ecclesia ad libertatem, redeat ad eam: nunquid episcopus interim est praelatus eius? Sic, non tamen potest eum excommunicare, nisi forte ecclesia liberata non velit redire. licet enim interim sit eius praelatus: ligatam tamen habet executionem. Item si ad aliam ecclesiam vellet eum reuocare, non posset, nisi ad suam, ex quo ei licentiam dedit, nisi ei sub hac conditione licentiam dedisset: vt posset eum quandocunq; vellet reuocare. Item si totus episcopatus occupatus est a Saracenis: nunquid remanent clerici istius episcopi, cum omnes sint in episcopatu alterius? Dico quod remanent, sed non habet iurisdictionem liberam in eos. Item nunquid possunt eos vicini episcopi recipere sine literis eius? Sic, ipse tamen si episcopatus eius esset liberatus, posset eos reuocare, etiam si eis licentiam dedisset: nisi forte licentiando eos absolueret. Vel dic, quod prior desinit esse praelatus ipsorum: vt nota. vij. quaestio.j. cap. pastoralis.

Clerici an obedire teneantur episcopo, qui ciuitatem suam amisit.

3 Ad idem vij.q.j.pastoralis. Nam multa sunt in pendenti. ff. si cert. peta. proinde. Sed argu. contra, C. de sen. passis. l. vlt. Archidia.

k Tandiu. infra xxj.quaestio.quarta.episcopi. Argu. infra vij. quaestione secunda. capitulo ij, &c.

In eodem etiam concilio antiquis nouem[a] praefationibus decima addita est, quae ita se habet, Aequum & salutare. & te in ve. vel assumptione beatae virginis Mariae collau. bene. & praedicare, quae & vnigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanente lumen aeternum mundo effudit Iesum Christum dominum nostrum.

DISTINC. LXXI.

DE clericis vero[b] *non ordinandis ab episcopo alterius ciuitatis, in Sardicensi concilio statutum est:*

In quo Ianuarius episcopus dixisse legitur.

Clerici ab episcopo alterius ciuitatis non ordinentur.

CAN. I.

ILlud quoque sanctitas vestra statuat, vt nulli episcopo liceat alterius ciuitatis ecclesiasticum hominem solicitare, & in sua dioecesi, clericum ordinare: quia ex his contentionibus[c] solent nasci discordiae: & ideo prohibeatur omni sententia, ne quis hoc facere audeat. Osius episcopus dixit, Et hoc vniuersi constituimus, vt quicunque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi sui, & sine voluntate[d] ordinare, non sit rata eius ordinatio[e].

Item Innocentius.

De eodem.

CAN. II.

DE aliena ecclesia ordinare clericum nullus praesumat, nisi eius episcopus precibus exoratus[f] concedere voluerit.

Item ex Niceno concilio.

Qui sine sui episcopi consensu ordinatur, irrita sit eius ordinatio.

CAN. III.

SI quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in ecclesia ordinare, cum non habeat consensum[g] illius episcopi a quo recessit clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio.

Item ex concilio Calcedonensi.

Clericus vnius ecclesiae, in aliena non ordinetur.

CAN. IIII.

CLericos in singulis ecclesijs constitutos non liceat (sicut iam diffiniuimus) in alterius ciuitatis ecclesijs ordinari, sed quiescant[h] in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate[i] ad alias ecclesias migrauerunt. Si vero quicunq; episcopus post diffinitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctae synodo & hunc, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tandiu[k] excommunicatos manere, quandiu ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

Frater

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] FRaternitatem. Habiturus. absolute ponitur sine verbo. lxiij. distin. Agatho.

Capitulũ nõ potest licentiare clericum.

[b] Licentiam. Sed nunquid capitulum dum ecclesia vacat posset ipsum licentiare? Nõ, quia quædam alienatio est, quæ non potest fieri vacante ecclesia. xij. q. ij. ca. si qua. de hac materia habes xxiiij. distinc. c. ij. Io. Sed quid si ecclesia habet visitatorẽ? Videtur, quod iste posit alienare: vt insti. de cura. §. viri. Nã authoritate metropolitani debet cõstitui visitator. Sed videf contra, qđ dicit lex: quia ad ea, quæ solennitatẽ iuris desiderãt, tutore opus est. ff. de consen. & autho. præstan. l. curatorem. Vnde nõ credo hæc fieri posse per visitatorem, cum solennitatem exigant. x. quæsti. ij. hoc ius. Ioan.

[c] PRimatus. Sine literis. j. proxi. dist. cap. ij. & j. lxxvj. distinc. cap. vlti. & j. cap. proxi. & j. lxj. distinctio. Osius. & lxxxv. dist. c. Florentinum. in fin. & j. liij. dist. literas.

[c] Sine literis. crederem tamen & testes sufficere. C. de fide instru. in exercendis. & extra de cle. pere. tuæ. Lau.

Laicus an possit ordiari à nõ suo episcopo.

[d] Obtineat. Sed nõ ne extraneus episcopus potest ordinare laicũ de alterius episcopatu, cum laicus possit transferre domicilium quo voluerit? Dico quod sic, sed domicilio nõ trãslato nõ potest eum ordinare, sicut nec alia sacramẽta ab extraneo recipere possit: vt de pœni. distinc. vj. placuit. de consecr. distinc. ij. tribus. nec peregrinari potest laicus sine licẽtia episcopi. de consecr. distinctio. v. non oportet.

[e] Eius episcopi. sic C. de offic. mi. milites. vbi dicitur, qꝑ sine licentia Impatoris, &c.

Item Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano.

Apostolica permissione vnius ecclesiæ clericus in altera valet ordinari.

CAN. V.

FRaternitatem tuam à nobis petijsse recolimus, Vt Gratianum ecclesiæ Venefranæ diaconem tuæ concederemus ecclesiæ ordinandum: & quoniam nec episcopũ, cui obsecundare debeat, propria ecclesia habeat (hoste scilicet prohibente) quo suum debeat ministerium exhibere: petitionem tuam non prẽiudimus differendam. Idcirco tibi scriptis præsentibus eum necessariò duximus concedendum, habiturus [a] licentiam [b] illũ diaconum nostra interueniente authoritate ecclesiæ tuæ Deo propitio cõstituere cardinalem.

Item ex concilio Carthaginensi primo.

Sine literis episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur.

CAN. VI.

PRimatus episcopus Begeselitanus dixit, Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis non licere clericum alienũ ab aliquo episcopo suscipi sine literis [c] episcopi sui, † neque apud se retinere, neque laicum vsurpare sibi de plebe aliena: vt eum obtineat [d] sine conscientia eius episcopi [e] de plebe, cuius est. Gratus episcopus dixit: Hæc obseruãtia pacem custodit. Nam & memini in

[1] Subaudi, quoniã debet cõstitui authoritate metropolitani. Laur. qđ dic vt supra, qđ dicit lex: quia ad ea, quæ solennitatẽ iuris desiderãt, tutore opus est. ff. de consen. & autho. præstan. l. curatorem. Vnde nõ credo hæc fieri posse per visitatorem, cum solennitatem exigant. x. quæsti. ij. hoc ius. Ioan.

† Ex isto tex. infertur, quod literæ episcopi sunt authẽticæ, cũ (vt hic) faciãt fidẽ. Concord. tex. in l. monumentorum. et ibi gl. & doc. C. de reli. & sumpt. funerum. Not. Bal. Petr. de bel. perti. & Cy. in l. si qua p calumniã. C. de epis. & cleri.

[f] A collega suo. Sed pone quod eum concedat, vbi dicitur iste habere domicilium? Dic quod si vtrũque beneficium retinet, vtrobique [2] .ff. ad municip. l. Labeo. & l. assumptio. §. à viris prudentibus.

[2] Ad l. C. de loca. ciuica. lib.

[g] EXtraneo clerico. Commendatitijs. f. de cõse. distin. ij. tribus. extra de cleri. pereg. cap. tuæ. & xx. q. vlti. c. vlti. & xix. q. ij. duæ. & C. de episc. & cle. si qua.

Ortamur. Veniens.

[h] Hoc verum est, cũ ille, qui clericum præsentat, laicꝰ est: quia quandiu idoneus est in suo episcopatu, non præsentabit extraneũ. episcopus enim vn decũque posset præsentare, vt j. xvj. quæstio. ij. si quis episcoporum.

Clericũ de diœcesi sua extra neis præsentare.

[3] Vllũ abs. que. Peregrinorum. Clerici peregrini largè possunt appellari om qđ sunt nes, qui nõ sunt de episcopatu ordinã tis, siue sint clerici, siue laici: qa nul ci, siue laici: qa nul li talium debent re cipi ab aliquo epscopo ad dignitatem, vel ordines, vel alia sacramenta ecclesiastica. §. ead. distinct. per totum. & specialiter eod. tit. primatus. & hoc extra de cleri. peregri. ca. ij. & iij. Et quod omnes tales dicantur peregrini & extranei, est argu. iij. q. vj. c. peregrina. vj. quæstio. iij. cap. j. & ij. Ignoti dicuntur, quorum origo, vita, & singularitas sunt ignota episcopo, non distincto, sint de eodem episcopatu, vel alio. xxiiij. dist. c. quando. xliij. dist. c. quie scam⁹. ver. si enim in clero, &c. Arg. ij. quæst. vij. c. quærendum. vers. quorum vita. secũdum Ray. & Gofre.

Clericũ not. extra. de dist. pe. ficatũ dare. ff. de re milit. l. officium.

[4] Clericum. Episcopo. Sic C. de emanc. l. iubemus.

[d] Clericorum autem. x. dist. xxj. c. cleros. ergo & qui eos verberat, incidit in canonẽ. xvij. quæstio. iiij. cap. si quis suadente.

[e] PLacuit. Eligitur. Argu. ex electione ius acquiri'. † quidam tamen dicunt contrarium, & exponunt semel, id est, perfecte, ita quod confirmatus sit, argu. extra de offic. deleg. c. in literis. & etiam si nõdum est translatus, vt est arg. ff. de dona. l. qui saxum.

Quæri

[5] Quod dic, vt no. lxiij. dist. quanto. & 16. qux. 7. cõtra sanctorum. ibi Ioann. intelligit hoc. ca. in nominatione.

† Acquiri. Dic vt in cle. j. vt lite pend.

[k] Imissorias. Hic depingitur lxxij. dist. Dixerat supra magister clericum sine commendatitijs literis sui episcopi non esse recipiendum: nunc ostendit, quod episcopus non debet eas dare, nisi instanter rogatus.

[6] Nisi ab ipso. f. qui eum habere desiderat & postulat, sicut cũ quis trãsit in familiam alterius, vt ff. de adop. l. ij. sic j. lxx. dist. c. ij.

[b] Postulatus. Sunt enim quædã, quę non concedun tur, nisi cum instantia, vt pallium. centesima di. c. prisca. et apostoli. ij. q. vj. post appellationẽ. Bene accedit ad hoc, quia qui præest, parcissime debet commeat ũ dare. ff. de re milit. l. officium.

Cõcedenda sunt ꝙdam cum instantia.

[c] EPiscopo. Nisi (nisi concedente eius episcopo [c]) nemo audeat, vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem [d] nomen etiam lectores, & psalmistæ & ostiarij retinent.

Item ex concilio Micleuitano.

In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur.

CAN. III

PLacuit, vt quicunq; in vna ecclesia semel eligitur [e], ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

DISTIN. LXXIII.

QValiter verò commendatitia, vel dimissoria, seu formata epistola faciendasit, uidendum est. Debent nanque literæ Græcæ interponi in ea epistola, & non sine causa. Græca enim elementa literarum numeros etiam exprimere, nullus qui uel tenuiter Græci sermonis notitiam habet ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis (quas mos Latinus formatas uocat) aliqua fraus falsitatis temerè præsumeretur, hoc à patribus cccxviij. Niceæ congregatis saluberrimè inuentum est & constitutum, ut formatæ

epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ut assumãtur in supputationem prima Græca elementa patris & filij & spiritus sancti, hoc est, π, υ, α, quæ elemẽta octogenariũ quadringẽtesimum & primum significãt numeros. Petri quoq; Apostoli prima litera, id est π, quæ numerũ † lxxx. significat, eius qui scribit episcopi prima litera, cui scribitur secunda, accipientis tertia litera, ciuitatis quoq; de qua scribitur, quarta, & indictionis quæcunque est id temporis, id est, qui fuerit numerus assumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ (ut diximus) numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quæcunque collecta fuerit, summam epistola teneat. Hanc qui suscipit, cum omni cautela requirat expresse: addat præterea seꝑatim in epistola etiam nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat ϡθ.

† Alias, qui numerus, &c.

Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicena synodo à cccxviij. patribus fuꝛta est.

CAN. I.

IN nomine patris π. & filij υ. et spiritus sancti α. Vualterio Spirensis ecclesiæ Episcopo ego Brocardus sanctæ Vuarmaciensis ecclesiæ deuotus gregis Christi famulus in Deo summę felicitatis beatitudinem. Cùm sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta euangelica, quæ dicunt, Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetę accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, &c. & Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus virorũ sanctorum communicari: tamẽ propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cũ sint astutia diaboli repleti, et pro opere pietatis dicũt se de loco ad locũ transire, cùm sint fugitiui sua malitia faciente, & dicũt se esse ministerio sacro insertos, cũ non sint, statutum est à patribus sanctis neminẽ clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo episcopo, & inthronizari in sua ecclesia, nisi habeat à proprio episcopo epistolã, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus paternitati vestræ, quòd præsens frater noster harum literarum portitor nomine Hermannus nõ pro sua nequitia expulsus est à nobis: sed postulantibus

Matt. 10.

Rom. 12.

fratribus, eò quod ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptã in cornu altaris canonicè, & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. cui etiã has dimissorias siue commendatitias literas facimus, & eum ad vestram dilectam fraternitatẽ dirigimus, vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine & defensione cõsistere valeat. Ego, inquam, Brocardus humilis episcopus in nomine patris, π, & filij, υ, & spiritus sancti, α, & in vnitate sanctae ecclesiae, in qua Petro datum est ius ligandi atque soluendi, absoluo Hermannũ presbyterũ de ciuitate Vuarmaciensi indictione decima, & licẽtiam do vobis intronizãdi eum in quacunq; ecclesia vultis vestrae parochiae. Hanc ergo epistolam Graecis literis hincinde munire decreuimus, & annulo nostrae ecclesiae firmare censuimus. Fraternitatẽ vestram Christus nobis incolumen conseruet, ἀμήν. Data Vuarmaciae idibus Martij, anno dominicae incarnationis M. ij. mense xij. indictione decima.

Incipit epistola formata à 318. episcopis & abbatibus Constantinopolitanae vrbis episcopo edita.

CAN. II.

SAnctisimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectendo, A. illius ciuitatis episcopo. V. illius ecclesiae praesul perpetuae beatitudinis optat in Christo salutem, π, υ, α, π, β, ϛ, ι, υ, ι. Decaetero nouerit sancta fraternitas vestra quod iste clericus Hermannus nomine, nostra in parochia instructus ac detonsus paruitatem nostram rogauit, quatenus illi commendatitias literas scriberemus, quibus vestrae celsitudini commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati consentientes, secundùm canonicam authoritatẽ literas ei dimissorias dedimus, per quas ipsi concedimus, vt sub vestro magisterio diuinae seruituti insistens, suae seruiat vtilitati: & vobis licentiam tribuimus, vt si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueatis. Commendatũ ergo eum curę vestrae suscipite, & nostris ex partibus absolutũ in vestrarũ ouiũ numero custodite. Quas literas, vt vigore veritatis firmatae indubitanter à vobis suscipiantur, literis Graecis (vt canonica docet authoritas) confirmare satagimus. Sancta trinitas vestram beatitudinem ad regimẽ sanctae suae ecclesiae perpetualiter bene valere concedat. ἀμήν ✝.

Vel sic, υ, ι, quod eandem summã exprimunt. Indictiõe decima cõtinet hęc formata epistola summam numeri M. ccc. xv. υ, Graecam in nomine illius primam ponimus, quia Graeci eam in quibusdam locis pro u consonante ponunt, sicut est ἀπσεία, id est, absentia.

DISTIN. LXXIIII.

1 ps Q Vaeritur [2] de his clericis, qui ab episcopis suis promoueri contẽnunt, an inuiti sint sublimandi, an non. De his ita statutum est in concilio Aurelianẽsi.

Annuae suspensioni subiaceat episcopus, qui inuitum ordinare praesumit.

CAN. I.

EPiscopus, qui inuitum, [a] aut reclamantem [b] ordinare praesumpserit, annali poenitentiae subdit⁹ missas facere nõ praesumat. [c]

Item Gregorius in registro Natali episcopo, in primo libro.

Nullus promoueatur inuitus.

CAN. II.

GEsta, [d] quae nobis concilij vestri confecta secretario [e] direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus adducitur, plena esse cognouimus semine iurgiorum, cùm vno eodemque tempore vna persona [f] nolens ad sacerdotij ordinẽ prouehitur, quae tanquam [g] immerita à diaconat⁹ officio remoueatur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere [h] cõpellatur inuitus: ita censendum puto, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniustè.

Contrà inuenitur in cõcilio Carthaginensi.

Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, à locis suis deijciantur.

Contra.

CAN. III.

SI qui clerici ab episcopis suis promoueri cõtempserint: nec illic maneãt, vnde recedere [i] noluerunt.

Item.

De eodem.

CAN. IIII.

PLacuit, vt quicunque clerici, vel diaconi pro necessitatibus ecclesiasticarum rerum nõ obtemperauerint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere, nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

Item ex concilio Agathensi.

Posteriores prioribus episcopi non praeponant.

CAN. V.

EPiscoporum [k] etiam quorum vita nõ reprehẽditur, posteriorem priori nullus praeponat, nisi fortè superbia elatus, quod pro necessitate ecclesiae episcopus iusserit, implere contemnat.

2 Sanè [l] si officium archidiaconus, aut propter simpliciorem [m] naturã implere, aut expedire nequiuerit: ille loci sui nomen teneat, & ordinationem [n] ecclesiae,

---

Quaeritur. Haec distin. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat magister, quod clerici nõ sunt ad ordines compellẽdi. Secunda ibi, sanè. Tertia ibi, verum. Ioan. de Fant.

2 Quaeritur. Hic depingit lxxiiij. di. in qua quaeritur. an quis inuitus sit ordinandus. & praecise continetur in quibusdã ca. quod non, in quibusdam quod sic, vt s. de nolẽtibus fiant volentes. cũ ergo nec aliquis vult promoueri, nec necessitas vel vtilitas ecclesiae exigãt, non est cogendus, vt j. e. c. j. & ij. si autem necessitas ecclesiae hoc exigit, cogit, iuxta illud qd habes j. ead. ca. iij. & iiij. & xxiij. q. iiij. displicet. si autem exigat vtilitas ecclesiae, tunc debet cogi, iuxta id qd habes j. ea. c. vlt. [1] Haec tamen distinctio videtur reprobari j. ea. c. episcoporum. & extra de aeta. & quali. ordi. quaeris. Et ideo dici põt omnia haec referendo ad arbitrium iudicis. Praeterea quãdo dices, quod vtilitas sit, et nõ necessitas? Tũc dico vtilitatem esse tantum, cum ecclesia indiget promotione aliquorũ, qui nolunt promoueri, & tamen aliqui sunt in eadem ecclesia, qui promoueri possunt, vt j. e. c. vlt. Tunc autem dico necessitatẽ esse, qñ ecclesia indiget promotione aliquorum, nec alij sunt in ecclesia, qui digne possint promoueri, vt j. e. ca. iiij. Si vis distinguere secundum di. H. s. quis sit promouẽdus: dic quod promouendus ad dignitatem cogitur per subtractionem beneficiorum. Alij dicunt, quod per attractionẽ etiam corporis ad ordines, vt j. j. q. vj. ca. vlti. viij. q. j. in scripturis. xxiiij. q. iiij. displicet. si tamen sit semper inuitus, nõ cogitur. xx. q. iij. praesens. j. e. ca. vbi. Inuitis enim nõ sunt dãdi honores. ff. de decu. l. ij. & iij. §. vlti. Sed promouendus ad ordines, vel honores, suadente vtilitate tantum cogitur, secundũ quod habes j. ea. c. vlti. s. qñ maiores sunt pluribus beneficijs honorandi, vt ibi dicetur. Necessitate cogente cogitur suspẽsione ab officio. j. e. c. si qui. & c. placuit. in quo intelligo et priuationẽ beneficij. Regulariter enim vno subtracto, & reliquũ est subtractum, vt lxxxj. di. si quis à modo. Credo tamen quod debeat praecedere suspensio ab officio, quasi quaedã excõicatio, quã si cõtemnit, sequit bñficij subtractio, vt lx. dist c. innouamus. xxiij. q. iiij. c. forte. Si vero nec necessitas, nec vtilitas exigit, non est cogendus, & si episcopus eũ cogat, vi detur causa odij & ingratitudinis eum cogere. j. e. c. eps. & ca. gesta. Quidam tamen volũt remouere distinctionem de necessitate & vtilitate, arg. j. e. c. episcoporum. & dicunt quod diuersi canones diuersas poenas imponunt nolentibus promoueri, & est in arbitrio episcopi quam imponat. Aliter tamen soluitur haec contrarietas, extra de aetate & qualita. quaeris. Ioan. Quicquid dicat Io. decre. illa, quaeris. dicit quod cogi possunt, si vtilitas vel necessitas exigat, per subtractionem officij & beneficij. Et tunc dico vtilitatem esse ecclesiae, cum ille, qui promoueri petitur, vtilior est in officio, quã alter qui iam est promotus, & vtile est plures esse in ecclesia in eodem officio. Necessitas est cũ iam promotus nõ sufficit, vel nõ est aliquis promotus. Ber.

Ordinandus est qs inuitus suadente vtilitate, aut necessitate.

1 Vbi de hoc in gl. j.

Honores nõ sunt inuitis dãdi.

Officio subtracto subtrahi debet beneficium.

✝ In exemplari quodam [illegible] stro [illegible] quo leg[illegible] sicut [illegible] ἀάνλ[illegible] αυγ[illegible]

a Episcopus, q inuitũ. Aliquo indicio alio, quàm voce voluntatem ostendente.

b Aut reclamantẽ. voce vel signo, 50. distinct. si quis diaconus. quamuis enim esset inuitus, si nec voce, nec aliquo indicio reclamaret, praesumeretur volũtari⁹. liiij. dist. c. si seruus. aut reclamãtem signo saltem. Nã & per signa ita apparet voluntas, sicut per vocem [1]. xxxij. q. v. nec solo. xx. q. ij. cap. j. & ij. Et sic not. differentiã inter inuitum & reclamantem, vt ff. de serui. vrb. praed. l. inuitum.

c Non praesumat. Nihilomin⁹ deponetur. j. ead. capitu. vbi.

d Gesta. Hoc cap. & ca. honoratus. loquuntur de eadem materia, & idem est casus vtriusque.

e Secretario. Aliter sumitur xxiij. dist. non oportet.

f Persona. Argu. nõ debere promoueri ad maiora qui minoribus indignus iudicatur. argu. xxiiij. q. j. miramur. & distin. xliiij. nulli liceat. ff. de sena. l. qui indignus. & cui interdicitur pomerium, &c. ff. de ser. expor. l. cui pacto. ff. de interdict. & relega. l. relegatorum. §. vltimo.

g Quae tanquam. id est, & illa. Arg. quod contraria allegans non est audiendus. xiij. q. ij. quam praeposterum. de consec. distin. ij. c. reuera. xxiij. q. vij. cap. iij. extra de appel. c. solicitudinem.

h Crescere. Argu. quod monachis vel canonicis inuitis districtior vita non possit [2] imponi, arg. xv. q. j. non est. & xx. quaestio. iij. ca. praesens. Ioan. xxxij. quaestio. j. integritas. B.

Voluntas manifestatur signis & voce.

1 Ad idẽ extra de spon. cum apud. Itẽ adde Bal. in l. quamuis. C. de impube. et alijs subs.

Indignus minorib⁹ ad maiora nõ promoueatur.

Cõtraria allegãs audiri nõ debet.

Monachis inuitis an districtior vita possit iponi.

2 Hoc assertiue ponunt T. &

B. extra ne clerici vel mona. relatũ. sed hoc dictũ forte verũ est in clericis nõ professis. Archid.

CASUS. Hucusque probauit, quod aliquis non sit promouendus inuitus: modo vult probare contrarium per quatuor sequentia capitula.

i SI qui. Recedere. Non quod amittat quis ordines inferiores, si promoueatur ad maiores. sed dicitur recedere quo ad executionem solennem: quia non ita solenniter exequit quis inferiores ordines, vel recedit quo ad appellationẽ. Qd recedat à priore, est arg. xxxvij. distin. qui de mensa. xcij. dist. c. in sancta. Sed (vt praedixi) recedit quo ad onus, [3] nõ quo ad honorem. ar. opti. ff. ad munici. l. municipes. Sed quid si se dicit criminosum, est ne ei credẽdum? videtur quod nõ, quia mota iam sibi controuersia, hoc dicit, ar. extra de testi. c. licet. extra qui mat. accus. pos. cũ in tua. & c. peruenit. Sed dic ei credendũ, extra de aeta. & qual. quęris à nobis. Similiter si se dicit insufficiẽtem, audiendus est. arg. j. e. c. episcoporum. Alias si nõ audit eius excusatio, põt appellare. C. de appel. l. ciues. & l. qui ad ciuilia.

k Episcoporũ. Sic cõstrue. Null⁹ episcoporũ praeponat posteriorẽ priori, quãuis posterior sit de numero eorũ, &c. Et nota secũdũ opi. H. quod prior debet semp eligi, & de priore (vt dicit) sufficit ne malus existat licet posterior melior sit: vt j. lxxv. dist. c. vlti. Alij dicunt semper meliorẽ praeferendũ, etiã si posterior sit. arg. xvj. dist. sexta synodus. ver. prima.

l Sane. Hanc literam intelligunt quidã de promouendo, & etiam totum cap. & ita assignantur duo casus, in quibus posterior praefertur priori, scilicet cum renuit prior promoueri: vel cum est simplicior, quam esse debeat in officio ad quod eligitur: & tunc lege, ille scilicet posterior, tenebit nomen loci sui, id est, debiti sibi priori, vel debiti ratione prioritatis.

m Propter simpliciorem. vij. q. j. c. quia. & ca. petisti. cõtra. s. dist. xxxix. Petrus. & di. xlvij. de Petro.

n Et ordinationem. id est, administrationẽ. & dicit Archi. scilicet dandi. & ita simplicitas impedit promouen

3 Onus. Vnde nõ imminẽte necessitate nõ posset cõpelli in inferiori ministrare. Panor. c. iij. de vita et honesta. cleric. C. M.

Criminosum se dicenti, an sit credendum.

Posterior in duobus casibus est priori praeferendus.

Simplicitas promouendũ impedit.

mouen

1 Adde q̃s dicaſ ſimplex.no. i l.j. in pri. C. de ædili.acti.

2 Secundum iſtã ſententiã vlt.videſ, ꝙ coadiutor nõ ſit ꝑlatus. & ſic videſ cõtra ꝙ le giſ & no. extra de cle. ægro. ca.iij. vbi dicũt Tã. Gof.& B. ꝙ coadiutor eſt ꝑlatus, ex quo habet curam ani marũ: vt ibi,& eo. tit.tua.ibi lati⁹ vide. Monach⁹ nõ poteſt eſſe ſecularis canonicus.

Error qualitatis diſſoluit matrimoniũ ſpirituale.

3 Idẽ dicerem in ſocio.Laur. & facit ꝓ reſtitutione illius bo. argu. ff.de ado. & ſi pubes. Ioan. de Fant.

Ordinat⁹ coacte, an ordinẽ recipiat, & continere debeat.

mouendum, [1] ſed nõ deijcit iam promotum. Si vis intelligere de iam ꝓmoto,dic ille,ſcilicet ſimplex, tenebit,id eſt, habebit honorem & dignitatem:quia non remouebitur,ſed dabitur ei coadiutor. & hoc eſt quod dicit, & ordinationem,id eſt,adminiſtrationem teneat ille,quem elegerit epiſcopus. [2]

a Q Vorundã. Syracuſana.quæ monachorũ eſt,ſicut & Cantuarieñſis.Et ita nõ eſt argu.hic,ꝙ monachus poſsit eſſe ſecularis canonicus.licet enim poſſit eſſe prælatus,tamen nõ poteſt prę bendã habere,quæ priuatæ eſt vtilitatis.H.cõtra ſentit, vt dixi lxiij.diſt. ca.ij.& xvj.q.vij. cap.in nona.

b Qualitate.arg. quod ſi quis tranſlatus eſt de vna eccleſia in aliam eccleſiã, & deceptus eſt qualitate loci, reſtituendus eſt.Et ita error qualitatis diſſoluit matrimonium ſpirituale. [3] & adde quod dixi xxiij.diſtinc. cap.communis.

c Et ideo. vt in auth.vt cum de appel.cog.§.conſiderare.col.viij.

d Subiectos noſtros.Sic xcv.diſt. ca.eſto. xxij. q.v. cap.de forma.

Verum.Hæc eſt tertia pars huius diſtinct.in qua ſoluit & dicit,quod præciſe non eſt quis cõpellendus ad aliquam dignitatem. & hoc probat tribus authoritatib⁹. Ioan.de Fant.

e V Bi. Honorem.Hic patet,quod licet quis coactus ordinetur, tamen recipit ordinem.ar.j.q.j.quod quidam.& xlv.diſtin.de Iudæis.Sed

quem elegerit epiſcopus præponendum.

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano.

A loco,quo quiſque ordinatus eſt,inuitus teneri non debet.

CAN. VI.

Q Vorundam ad nos relatione peruenit Coſmam,qui ex monacho monaſterij ſanctæ Lucię,à deceſſore tuo venerandæ memoriæ Maximiano in eccleſia Syracuſana [a] ſubdiaconus eſt factus,atque à te poſtea in poſſeſsione,quæ Iuliana vocatur,presbyter dicitur ordinatus, ita nimia triſtitia,à loci qualitate [b] vehementer afflictum,vt vitam ſibi pœnam exiſtimet,& contritionis ſuæ fugæ quærat auxiliũ. Et ideo, [c] quia tales erga ſubiectos noſtros [d] debemus exiſtere,quales nos,ſi ſubiecti fuiſſemus,noſtros vellemus eſſe præpoſitos:magnæ benignitatis eſt, ſi eum in eccleſia,vbi ſubdiaconi functus eſt officio,ſanctitas tua reducere, atque illuc ſtuduerit cõſtituere Cardinalem: quod etiam facere(quantum arbitramur) debes, ſi nihil eſt quod iuſtè contra eum animum tuum exaſperat.Si verò aliqua culpa eſt,ſuis nobis epiſtolis hoc veſtra fraternitas(vt ſcire poſsimus) inſinuet.

3 *Verùm illud Gregor.de his intelligẽdum eſt,qui non cauſa neceßitatis, ſed cauſa ingratitudinis callidè ab epiſcopis ſuis promoueri querũtur.Illud autẽ Chartaginenſis concilij de his intelligitur ,qui nolunt obtẽperare epiſcopis ſuis propter neceßitatem eccleſiæ, uolentibus eos ad altiora promouere.Hãc diſtinctionem ex decreto Simplicij papæ quilibet corroborare ualet, qui ſcribens Ioanni Archiepiſcopo Rauennati ait inter cætera:*

Non eſt aliquis inuitus ad epiſcopatum pertrahendus.

CAN. VII.

V Bi iſta didiciſti,q̃ in epiſcopũ,& fratrem noſtrum Grego.nõ dilectione,ſed inuidia ꝑpetraſti:quem inexcuſabili violentia pertrahi à te paſſus es,atque vexari:vt ei tantum honorẽ [e] non per animi tranquillitatem,ſed per amẽtiam (ſicut dictum eſt) irrogares?Neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate conſilij.Nouimus exaggerare quod geſtum eſt,ne cogamur iudicare quod dignum eſt. Nam priuilegium dignitatis meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Denuntiamus autem,ꝙ ſi poſt hoc tale aliquid præſumpſeris,& aliquẽ talem ſeu epiſcopum,vel presbyterum,vel diaconem inuitũ [f] facere poſſe credideris, ordinationes tibi Rauennatis eccleſię, vel Aemilienſis noueris auferendas.

Item Gregorius Antonio ſubdiacono.

De eodem.

CAN. VIII.

H Onoratus archidiaconus Salonitanę [g] eccleſiæ à ſanctæ memorię ꝓdeceſſore meo miſſa ſupplicatiõe popoſcerat, vt ab antiſtite ſuo ꝓuehi inuitus ad fortioris gradus ordinem contra mo-

ſi abſoluta eſſet coactio,tunc nullum reciperet ordinẽ: vt extra de baptiſ. maiores. Sed nunquid ille, qui conditionali coactione ordinatus eſt,tenetur continere?vi detur quod ſic, vt xlv.diſt.de Iudęis. Itẽ quia coacta voluntas eſt volũtas: vt xv.q.j.ca.merito.maxime ſecundũ illos,qui dicũt, quod ordini ſit votum annexum: vt xxvij. diſtinc.diaconus.lxxxiiij.diſtin.cum in præterito. Dicunt quidam, [4] quod talis teneatur cõtinere, & licet nõ debeat quis cogi ad recipiẽdum ordinẽ,tamen receptum cogitur ſeruare. Sed hoc nõ credo,vbi metus talis eſt,qui cadit in conſtãtem virũ: vt extra q̃d metus cau.c.perlatum.& cap.cum dilectus.quia integritas eſt res voti, & non ꝓcepti.xxxij. quæſtio. j.ca. integritas.& continentia non debet eſſe niſi voluntaria: vt xxxj.diſtin.c.ante triennium. & xx. q.iij.c.præſens.nec dico talem in aliquo habere priuilegium clerici.ſi tamẽ vult vti eo poteſt, ſed tunc continere tenetur. Secus autẽ in baptiſmo: quia illud eſt ſacramentum ſalutis & neceſsitatis: ideo illud cogitur retinere:vt in cap. de Iudæis.

f Inuitum.j. xxiij.q.iiij.ca.diſplicet tibi.contra j.ꝫ. q.vj.c.ſicut is.contra.& j.vij.q.j.ca. ſcias [5] .C.de epiſc. & cleri.l. ſi quenquam.contra. Sed dico,quod ſemper ab initio debet eſſe inuitus, vt dixi j. viij.quæſt.j.in ſcripturis.Ioan.

g H Onoratus. Salonitanę. infra

4 Vt Lau. de hoc ſe tis notat Gofre. & Ray.i ſumma. vt dixi ſupra 45. diſtinct. de Iudæis. & videas not. extra de bap. maiores. ſ. vlti.

5 Vbi de hoc plene habetur.

infra xcij.diſt. ca. miratus.

a Sed ingratitudinis. Qui alium propter odium vel ingratitudinem nominat ad dignitatẽ, tenetur ei ad omne damnũ , quod ei inde accidit. C. ſi propter inimicitias creatio facta ſit.l.j.lib.x.

b Honorem. Nã dicit lex,ꝙ ex quo quis promouet ad maiorẽ dignitatẽ, amittit priorẽ. C. de primice. l.j. lib. xij. Et eſt ar. ff.ad muni.l. municeps.

c Conſcius. Arg. quod qui vocatus non venit,hoc ipõ videtur diffidere de cauſa.xj. quæſt. j. Chriſtianis.iij.qõ. ix.decernimus.

Cõtumacia prima an faciat aliquẽ puniri.

d Tot ſcriptis.Argu.hic quod nemo puniendus eſt pro prima cõtumacia. xcij.diſt. c.vlti. & lxxxiiij.diſtin.c.j. ſed fieri debet prout canon dicit xxiij.quæſt.iiij.forte. quod non eſt verũ: vt dixi iiij.quæ.v. quiſquis [1]. In hoc cõueniunt T.Hug. & Iac.ꝙ puniri debet in expenſis citatus,ſi in prima citatione nõ veniat, licet ius ei concedat trinam citationem:vt xxiij. qõ. iij.de illicita.& C. quomodo & quando iu.authẽ.qui ſemel. Nec dicif antea contumax quã tum ad excommunicationẽ [2],vel miſſionẽ in poſſeſsionẽ.puniri tamẽ debet in expenſis, ſi in prima citatione non venit [3]. ff.ſi q̃s ius dicenti nõ ob. l.vna. & ita in publico conuentu reſponderunt Ia. T. & H.Et eſt arg.cõtra H. ſententiam quam no.iiij.q.j.in ſumma. Nã ſi poſt contumaciam infamis eſſet, non retineret eccleſiaſticã dignitatem. C. de digni.l. ij. lib. xij.

1 In glo. ſed obijcitur.ibi videas propter id,q̃d ſequitur.

2 Ar.cõtra infra xxiij. qõ. iij. ſi quis de potentibus.vbi de hoc.

3 Adde ad hoc Bart. & Bal. & Albe. de Roſa.in l. ſancimus. C.de iudi.

rem nullo modo cogeretur. Hoc enim ſibi fieri non cauſa prouehendi, ſed ingratitudinis [a] perhibebat. Pro qua re tunc etiam ſanctæ memoriæ prædeceſſor noſter ſcriptis ſuis Natali fratri & coẽpiſcopo noſtro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconem inuitũ proueheret, ne've dolorem conceptæ ingratitudinis in corde retineret. Cumq; etiam à me hæc ſummopere fuerant interdicta,non ſolùm mandata Dei negligens, ſed etiam ſcripturam meam contemnens præfatũ archidiaconẽ quaſi ad fortiorem honorem [b] prouehens, conatus eſt callidè degradare. Vnde actum eſt, vt eodẽ archidiaconatus ſubmoto loco, aliũ adſciſceret, qui eius obtemperare moribus poſſet: quem Honoratum archidiaconẽ arbitramur antiſtiti ſuo aliunde diſplicere non poſſe, niſi quòd cum ſacra vaſa ſuis parentibus dare prohibuerat: quam cauſam ſubtili voluimus,& tunc ſanctæ memoriæ prædeceſſor meus,& nunc ego , indagatione perquirere : ſed ſui ſuorumq́ue actuum conſcius [c] ,perſonam ſuam ad iudicium poſtpoſuit deſtinare. Vnde experiẽtiam tuã præſentis præcepti authoritate duximus fulciendã, quatenus veniẽs in Saloniã, Natalẽ fratrẽ noſtrũ, & coẽpiſcopũ ſaltem tot ſcriptis [d] admonitum ſtudeas adhortari, vt ſupra memoratum archidiaconem in ſtatu ſuo ſuſcipiat. Quod ſi facere hoc contumaciter (vt conſueuit) fortè diſtulerit, vſum ei pallij (qui ab hac ſede conceſſus ſibi fuerat) ex authoritate ſedis apoſtolicæ contradices [e]. Quẽ ſi etiã in eadem pertinacia amiſſo pallio adhuc [f] perſeuerare perſpexeris, dominici corporis & ſanguinis eũ dem antiſtitem participatione priuabis [g].

Adhibenda eſt etiam diſciplina,qua nolentes promoueri ad ſacros ordines, ad obediendum epiſcopis prouocentur.In minoribus ſiquidem ordinibus conſtituti paulatim per ſingulos gradus ſunt promouendi: ut alij contemnentes ſuis obedire epiſcopis doleant ſibi illos eſſe prælatos,quos habebant ſubiectos.

Vnde Gelaſius ſcribit Victori epiſcopo.

Cum maiores ordinari contempſerint,de minoribus promoueantur ordinibus.

CAN. IX.

C Onſuluit dilectio tua de ſuorum promotione clericorũ , perhibens quòd diaconi ad presbyterij gradũ (quo eccleſiam tuam memoras indigere [h]) venire detrectant : quapropter quia inuitos fieri eccleſiaſtica moderatio, grauitasq; non patitur , vt ex nolentibus fiant volentes,ordinatio illa poteſt proficere. Si quos habes in acolythis vel ſubdiaconibus maturiores ætate, & quorum ſit vita probabilis, hos in presbyteratum ſtudeas promouere : vt qui in ſuis ordinibus proficere

extra de exceſ.prę la.inter.

e Contradices. Attende archiepm à ſubdito excõmunicari poſſe: & eiuſdem cenſuræ ſimilitudine poſſe deponi illius authoritate perſonæ, à quo fuit deſtinatus: vt ij.q.vj.ſi epõs.Bart.

f Adhuc. Argu.ꝙ creſcente cõtumacia debet creſcere & pœna. ff. de inter.& releg. relegatorũ. Et iſte ordo eſt ſeruandus cum aliquis punitur ꝓ cõtumacia,vt poſt admonitionem ſuſpendatur,ſecundo excommunicetur , tertio deponatur . quarto curię tradatur: vt xxiij.q.iiij. forte.in fi.& xxxiiij.diſt.quorundã. Sed ſi pro crimine quis punitur , tunc primo deponitur , poſtea excõmunicatur:vt lxxxj diſtin. dictum. extra de iud.cum non ab homine 4 .

Cõtumax quo ordine punitur.

g Priuabis. id eſt, priuatum eſſe oſtẽdes. Nã eo ipſo ꝙ contumax erat,priuatus erat. vel priuabis quo ad hoc, vt poſsit vitari ab alijs in ſacramẽtis.

4 Vbi de hoc,& extra de teſti.cogẽd. capi. cum ſuper.

h C Onſuluit.Indigere. Hoc verbum temperat H. ita quod ſonat in vtilitatẽ,non in neceſsitatem.Dicitur enim quis indigere eo,q̃d bonũ et vtile eſt ſibi habere. ſi enim neceſsitas eſſet,compelleretur ꝑ ſubtractionem beneficij , vel officij.ſ.e.capi. iij. & iiij. & v. licet ſit argumen. cõtra ſupra ea.diſt. capitu.epiſcoporũ. extra de ætã. & quali.quæris. ſecũdum quam potes ſoluere canones iſtos.Illa tamen loquitur de his , qui habent plura bñficia, ꝓut ipſa litera dicit: & quod ibi dicit : priuabis, dic parte ſti-

pendiorum,non omnibus.Ioan.quicquid dicatur,illi decre.quæris.stabis. B.

a Commoda.nam exhortatione præmiorum, &c. ff.de iusti.& iur.l.j.& xxiij.q.iiij.c.vlti.Ioan.

b Propensius.sed quomodo hoc probetur, vbi præbēdæ omnes æquales sunt? Potest dici quod decurrent præbendæ eorum. Vel dic consequantur spe,non re.

noluerint, reddātur suis inferioribus: post minores ipsa cōmoda [a] presbyteri propensius [b] quā diaconi cōsequantur, vt hac [c] saltem ratione [d] cōstricti,& honorem, quē fugerant, appetere nitantur [e] & quæstum.

b Propensius. Est hic ar.de iure communi plus presbyteros,quam diacones de oblationibus & decimis debere habere. argu. xxxij. dist. præter hoc.quod verū est: sed de specialitate quādoq; aliter fit. j.q.ij.c.vlti.

Presbyteri plus in decimis habeant quā diacones.

ADDITIO. De hoc etiam no.j.q.ij.c. vlti. ibi videas.xvj.q.vij. ca. j.Archid.

c Vt hac. hic vt, consecutiuum est.j.qō.j.quisquis. si enim esset causatiuū simoniam committeret, qui propter quæstum Deo seruiret. Deo enim propter Deum seruiendum est principaliter:vt viij. quæst.j. sunt in ecclesia. & j.qō.j.non est. & si esset causatiuum, videretur eos inuitare ad inuidendum alijs. Item arg. beneficium sicut priuilegiū quandoque concedi [1] alicui odio alterius.

Deo propter Deū est seruiendum.

d Ratione. Graue enim videtur, quod plus detur socio,quàm sibi etiam fratri.C.de bon.quæ lib. cum oportet.j.respon. nec de eadem societate debet vnus plus,quam alius consequi.ff.pro socio.verum.§.si cū tres. Nec est alicui conferendum, vnde alij scrupuloso corde moueantur:vt xvj.q.vij.c.j.

e Nitantur. Arg. q fit quandoq; secundario, quod principaliter fieri non potest:vt hic,& ff. de postu.l.j.§.penul.& vltimo.

1 Dic qd hoc totū ideo est, quiā hr respectus ad vtilitatē ecclesię:aliās in odium alterius non esset priuilegium conferendū alicui.C.de sta.etima. l.fi.Argu. ff.ad Trebel.si cum ab hærede. ff. de admi. tut. impuberi. §. tempus. Io.de Fāt.

DISTIN. LXXV.

T Empus autem [f] cōsecrationis (sicut ī ordine Romano habetur) ad episcopi benedictionē nō eligitur [g].omni enim tēpore [h] benedicūtur, dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.

Vnde Anacletus Papa scribit omnibus episcopis.

Ordinationes episcoporū qua hora fieri debeant.

CAN. I.

O Rdinationes [i] Episcoporum authoritate [k] apostolica ab omnibus,qui in eadē prouincia fuerint, episcopis sunt celebrandæ: qui simul conuenientes scrutinium [l] cū precibus celebrēt: manus [m] cū sanctis euangelijs imponētes dominica die hora tertia [n], orātes: sacraque vnctione, prophetarum exemplo [o] regū capita perungentiū, eos more apostolorū [p] & Moysi [q] vngētes: quia omnis sanctificatio [r] cōstat esse in spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis sancto est chrismati [s] permista: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

T Empus autem. Hæc distinct.diuiditur in quinq; partes, in quarum prima dicitur quod die dominica & hora tertia & ieiuni debent episcopi cōsecrari quocūq; tēpore.& hoc probat per c.seq. Secūda ibi, Tempus autem. Tertia ibi, Cæterorum. Quarta ibi, Quod die. Quinta ibi, Ordinationes. Io.de Fant.

f Tempus autem. Hic depingitur lxxv.dist.in qua agit magister de consecratione episcoporum, & de temporibus ordinationum.subiungit etiā de ordinatione aliorum clericorum. Debet autē ordinatio episcoporum fieri hora tertia die dominico.j.e.c.j. & c. quod die.cæterorum vero in sex partibus anni, scilicet in quatuor tēporibus,& in sabbatho mediæ hebdomadæ quadragesimæ,& in sabbatho sancto.j.e.c. vlti.extra de temp.ordi.c.iij.& lxiij. dist. literas.

g Non eligitur. Id est,non est electum, vel determinatum in canone.

h Omni enim tempore. i.omni mense vel septimana.similiter restringitur de consecra.distin.iiij.omni tempore.ibi exponitur,id est,omni anno.

ADDITIO. De hoc etiā no.xxxj.di.tenere.Ar.

i Ordinationes. CASVS. Ostenditur à quibus,qualiter,qua hora,qua die episcopus debeat ordinari.

k Authoritate generali. Extra de elec.cum in cunctis. xvj.q.j.cunctis.

l Scrutiniū. i.examinationē, de qua habes distin.xxiij. qui episcopus.

m Manus. Duo ponent super caput consecrandi codicem euāgeliorum, tertius fundet benedictionem: alij omnes ponent manus super caput eius: vt xxiij. dist. episcopus.

n Tertia. Multiplex est ratio de hora tertia: quia debet tunc missa publice celebrari, vt de consec.distin.j. nocte.sine qua missa non potest consecrari: quia nec ecclesia sine missa consecratur.de cōse.dist.j.omnes. Licet quidam dicant contra, quod scilicet non fit de substantia cōsecrationis: quibus ego assentio [1]:quia non est de substantia vnctio ipsa, de qua magis videtur quod sit de substantia. Imo si omissa est,suppletur.extra de sacra vnctio. c.vno. in princ. Alij tamen dicūt omnia ista esse de substātia, ar.xxiij.dist.quorundam. præter tempus, vel horam: quia quocunq; tempore ordinatur,recipit ordinem.arg.j.lxxvij.dist.subdiaconus.extra de tempo.ordi. sane. Nam quādoq; citius,quādoq; tardius missa celebratur. Item ideo est faciēda consecratio hora tertia, quia spiritus sanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de cōse.dist.j.nocte,quorū loco succedūt episcopi.xxj.distin.in nouo.& quia hora illa dominus est crucifixus,vt ibidem dicitur:& tali hora apostoli cōsecrauerunt Paulum & Barnabam,&c.j.e.quod dic.

o Exemplo. Quia Samuel inunxit Dauid & Saulem, Eliseus Iehu in regem Israel.

p More apostolorum. qui inunxerunt Iacobum.j.lxvj.dist.porro.

q Et Moysi.qui inunxit Aaron.& filios eius. xxj. distin.§.j.

r Sanctificatio. Id est, omnis vnctio sanctificans & efficax est [3] à spiritu sancto. Et sic patet, quod in collatione sacramenti cōfertur gratia: & illa gratia inuisibiliter operatur.j.q.j.multi.& si sacramentum alij quod confertur digno,tunc corroborat virtutē priorem,vt de conse.dist.v. nouissime. & augetur in eo gratia.de conse.dist.iiij.non ex quo.Sed si sacramentum confertur indigno,solum sacramentum recipit, & illud recipit ad sui malum,sed non recipit rem sacramenti. Hæc materia optime tractatur extra de sacra vncti.cum venisset.

s Chrismati. Et ita chrisma est sacramentum quod conce

Episcoporum cōsecratio [illegible] hora tertia. [illegible]

concedo.sic & aqua.j.qō.prima.detrahe. & c.multi.

Tēpus. Hæc est secūda pars dist.in qua dicit, quod ecclesia episcopalis vltra tres menses vacare non debet,& postquā electus fuerit,vsq; ad alios tres mēses consecratur.interim ecclesia per œconomum gubernatur.& hoc probat per c.seq.Ioā.de Fā.

[2] *Tempus autem consecrationis trium mensium spatio clauditur, ultra quod (nisi necessitate cogente) episcoporum consecrationes post electionem differri non licet.*

Vnde in Calcedonensi concilio legitur.

Vltra tres menses non differatur episcoporum ordinatio.

CAN. II.

Q Voniam quidam metropolitanorū (sicut ad nos perlatum est) negligūt sibi greges creditos,& differunt ordinationes facere episcoporū: placuit sanctæ synodo intra tres [a] menses fieri ordinationes episcoporum: nisi fortè inexcusabilis necessitas [b] coēgerit ordinationis tempus amplius protelari. Si autem quis episcoporum [c] hoc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere: reditus verò eiusdem viduatæ ecclesię integros reseruari apud œconomum [d] eiusdem ecclesiæ censēmus.

a Q Voniam. Tres. Vsque ad tres menses fit electio.l.di. post quā.et vsq; ad alios tres mēses cōsecratio, vt hic dicitur, & c.dist.quoniam.

Electio debet fieri intra trimestre.

b Necessitas. Propter quā quandoq; posset differri per totam vitam electi, maxime cōfirmati: vt si vitietur in corpore.arg. extra de elec.cū in cunctis. licet sit arg.contra extra de æta.et qua li.c.j. vel si non reperiretur idoneus in ecclesia, nisi in minoribus ordinibus:vt j.vij.quæs.j. constitutū.§. dist. lxj. Ossius. xxviij. di. de Syracusanæ.

c Episcoporū.vel metropolitanorū, vel electorū, q episcopi sunt destinatiōe.cōtra vtrosq; enim pœna est statuta.c.di.quoniā.

d Apud œconomū. De hac materia dixi j.xij.q. ij. illud.

[3] *Cæterorum uerò clericorum ordinationes non nisi in temporibus certis & in diebus maximè sacerdotum & leuitarum fieri debēt, uespera uidelicet sabbathi, uel mane diei dominicæ continuato ieiunio.*

Vnde Zepherinus Papa scribit omnibus episcopis.

Ordinationes presbyterorum & leuitarum qua hora fieri debeant.

CAN. III.

O Rdinationes presbyterorum leuitarumq; [e] tempore [f] congruo multis corā astantibus solenniter agite, & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate & adiumēto plurimum gaudeatis.

Item Leo episcopus, Dioscoro Alexandrino episcopo.

Presbyteri & leuitæ, qua hora ordinandi sunt.

CAN. IIII.

Q Vod à patribus nostris propensiori cura nouimus esse seruatū, à nobis quoque volumus custodiri: vt non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel leuitica ordinatio celebretur: sed post diē sabbathi [g] eiusdem noctis, quæ lucescit in prima [h] sabbathi, exordia consecrandi eligantur [i]: in quibus his qui consecrandi sunt,

e O Rdinatiões. Leuitarumque. Hoc idē in subdiacono,nisi in Papatūm. extra de temp. or.c.j. sed secundū hæc decreta nondū subdiaconatus erat sacer ordo, ar.j.e. c. pe. & lx.dist c.fi.

f Tempore. Et in maiori ecclesia, vt argu.§. dist. lxvij. reliqui.& arg.xxiiij.dist.c.vlti. minores autem ordines,vbi & quando libuerit potest episcopus cōferre [1]:vt extra eo.c.iij. & omnes simul, si consuetudo habeat hoc in prouincia.extra de eo,qui fur.or.rece.cum H.lator.

1 Ad idē infra,quādo.palea est.

2 Ad hoc de cōsecr. dist.j.c.solēt plures, §.in ieiunijs.ibi videas.

g Q Vod a patribus.Sabbathi. Quidam intelligunt hoc c.de sabbatho paschali, vt si quis tunc velit conferre ordines, debeat eos conferre in occasum Solis:quia missa tunc non est cantanda, nisi die illa finita [2]: vt j.de consec.dis.iij sabbatho.quod patet ex eo,quod dicitur tunc, Deus qui hanc sacratissimam noctem. Hu.dicit quod omnes ordines sunt conferendi die dominico. Et dicit quod vespera præcedentis noctis trahitur ad diem sequentem [3], vt siue de vespere in sabbatho,siue de mane in dominico cōferantur,semper in die dominico videantur conferri. Sed certe secundum hoc non esset necessaria continuatio ieiunij: præterea omnia iura dicunt,quod tantum in sabbatho conferendi sunt ordines,vt extra. e. c. iij. Alij dicunt, quod omnes ordines sabbatho conferuntur: & dicunt quod mane dominicæ diei potius trahitur ad vesperam præcedentē, quam vespera ad mane. Et ita siue cōferantur vespere in sabbatho, siue in mane sequenti, semper fictione canonica cōferentur sabbatho: & secūdum hoc de iure debet continuari ieiunium. Innocentius autē non determinat, an mane trahatur ad vesperam præcedentem, an vespere ad mane.de tempo.or. di.literas. Consuetudo tamen habet, quod tantum circa horam nonam sabbathi fiunt ordinationes. secundū H. exponitur post diē sabbathi.i.post finitum die sabbathi. Alij exponūt post diē sabbathi,id est, post inceptū, diem sabbathi. Io. certe H. opinio vera videtur, & male reprehenditur de cōtinuatione ieiunij: quia iā incepta est dies dominica, & ideo est necessarium ieiunium, licet non seruetur de consuetudine: nisi velis dicere q hæc ca. sint abrogata per decre. extra eod. titu.capitu.iij.B. In consecratione autem episcopi non est necessaria continuatio ieiunij,cū tantum die dominico cōsecrētur,& in mane quilibet intelligatur ieiunus,vt extra eod.literas. Sed licet quis possit ordinare aliquem in sacerdotem in sabbatho,& in mane in episcopum [4]: tamen alium ordinem non posset eidem conferre in mane,cui vnum contulerat in sabbatho.extra.e.literas. Sed nūquid dominico die in mane potest quis ordinari in sacerdotem, & eadem die hora tertia in episcopum? H.dicit quod sic: quia nunquam inuenitur prohibitum.

h In prima id est,mane die dominico.

i Eligantur. Id est, electi consecrentur.hypallage.de cimaoctaua, quæstione secunda.diffinimus.

3 Adde qualiter accipiatur dies propter intellectu huius glo. Bar. in l.ij. ff. de verb.sig.et in l. more Romano. ff. de fer. & l. aut facta.§.tempus.ff. ad Sylla.

Episcoporum cōsecratio fit tātum die dominico.

4 Hoc etiā de plano concedūt Vincēt. & Inno.vt no. extra de tēpo.ord. literas.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

a Quod eiusdem. Id est, conferantur ordines.
b Cōtinuato. Ab ordinatoribus, vel ordinādis. Lau.
c Ieiunio. Quid si pransus conferat ordinem, nunquid confertur ordo? H. dicit quod sic. & idem dicit in alijs sacramentis, præterquā in eucharistia: & forte idem posset dici de eucharistia. arg. de consecra. distin. ij. liquido. quod cōcedo: quia pransus bene potest conficere, licet non debeat. ar. illius c. liquido.

Sacramēta conferri possunt post comestionem.

d Declaratur. Legitur enim in quadam homilia Bedę, quæ legitur nocte illa super euangelio illo: Vesperę autem sabbati: vbi dicit Beda, quod in die ista noctes incipiunt præcedere dies: ideo [1] forte vt tres dies & noctes haberi possint, in quibus domin' fuit in ventre terrę: quod nec sic habetur, nisi synecdochice [2]. vel declaratur, quia missa non decantatur in sabbatho, sed in principio sequentis noctis: & dicitur, Deus qui hāc sacratissimam noctem, &c. & ita est de die dominica nox illa. Lau.

Q Vod die. Hæc est quarta pars huius distinctionis, in qua probat quod episcopi semper debent consecrari die dominico more apostolorum, qui de mandato domini imposuerunt manus Paulo & Barnabę: et quia eodē die dominus resurrexit. Ioā. de Fantu.

e Quod die. H. ponit fundamentum suæ opinionis in c. isto, quod scilicet in die dominico posuit ordines conferri. Quod patet per hoc, quod dicit ordinationes sacerdotum: & per id quod dicit initium, &c. nos qui contrarium dicimus, exponimus ordinationes sacerdotum, id est, episcoporum consecrationes [3]. Pro quo intellectu bene facit, quod infra subijcit, ex apostolica, &c. Nam Pau. & Barnabas episcopi fuerunt. vnde per eorum exemplum nihil probatur, nisi de episcopis: & quod dicit, cui initium, &c. dic nihil facere ad rem: sed dicit incidēter, imo asscribitur ei fictione canonis, non in veritate.
f Sacerdotum. Id est, episcoporum. sic non erit pro H.

1 Alias adeo, sed nō est bona litera: & sic etiā ponit Laurē. & Ioā. de Fan.
† Ex isto tex. Infert, quod dies dominic' nō accipit generaliter. ff. in leg. j. §. hoc autem. et ibi Bar. ff. de oper. no. nun.
2 Ista est figura tribuēs toti, quod est partis: vt cū dicit Aethiops est albus, propter dētes, quos habet albos. Nec enim dominus stetit, siue fuit in ventre terræ per tres dies & noctes, nisi loquēdo. Nam & alias totum ponitur pro parte, vt j. dist. §. scire. imo totū non est aliud à suis partib', vt no. 61. di. nullus. Io. de Fā. &c.
3 Arg. ad hoc xcv. di. c. olim. Io. de Fā. &c.

ieiunis & à ieiunantibus sacra benedictio cōferatur. Quod eiusdem [a] obseruantiæ erit, si mane ipso die dominico continuato [b] ieiunio [c] sabbathi ordinatio celebretur: a quo tempore pręcedentis noctis initia non recedunt: quod ad diem resurrectionis (sicut in pascha Domini declaratur [d]) pertinere non dubium est.

Idem.

Quare die dominico sacerdotum ordinationes celebrentur.

CAN. V.

4 QVòd die [e] dominico † ordinationes sacerdotum [f] celebrentur, non tantùm ex consuetudine, sed etiā ex apostolica nouimus venire doctrina: scriptura manifestante, quòd cùm apostoli Paulum & Barnabam ex spiritus sancti præcepto ad euangelium gētibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus: vt intelligamus quanta & dantium, & accipientiū deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo piè, & laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quib' Dominus pſesse voluit, etiā ipse seruaueris: vt his, q cōsecrādi sunt, nūquā benedictio, nisi ī die dominicæ resurrectionis tribuaē, cui à vespere sabbathi initiū cōstat asscribi †: quę tantis diuinarum dispensationum mysterijs consecrata est, vt quicquid [g] à domino est insigne constitutum, in huius diei dignitate sit gestū. In hac die mundus sumpsit exordium. In hac per resurrectionem & mors interitum, & vita accepit principium.

Ex ordine Romano.

De eodem.

PALEA.

QVando & ubi libitum fuerit usque ad subdiaconatus officium ordinantur clerici: diaconi uerò & presbyteri nūquam, nisi in publica ordinatiōe.

Item Gelasius omnibus episcopis.

De temporibus ordinationis.

CAN. VI.

5 ORdinationes presbyterorum et diaconorum, nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent, id est, quarti [h] mensis ieiunio: & septimi [i] & decimi [k]: sed etiam quadragesimalis [l] initij ac medianæ [m] hebdomadæ etiā sabbathi ieiunio circa vesperas ipsas ordinationes nouerint celebrādas: nec cuiuslibet vtilitatis causa seu pſbyterū [n], seu diaconē his pferre [o] audeāt, q ante ipsos fuerint ordinati.

g Vt quicquid. xvj. q. j. c. vlti. de conse. distinct. iiij. quæris.

ADDITIO.

Ex hoc colligitur, quod generalis sermo non accipitur generaliter: vt ibi no. Archi.

h ORdinationes. Quarti. id est, ieiunij. hoc semper in omni septimana pentecostes occurrit: & loquitur secundū antiquā computationem Latinorum, qui incipiebant annum à Martio.
i Et septimi. Id est Septembris.
k Decimi. Id est, Decembris.
l Quadragesimalis. id est, in prima septimana quadragesimæ.
m Medianę. in qua cātatur, Sitientes, quæ præcedit dominicam de passione.

ADDITIO.

Et extra de tempo. ordi. capitu. iij.

n Seu presbyterū. De hoc dixi s. lxxiiij. distinctione. episcoporum. viij. quæstio. prima. licet ergo.
o Præferre. Ecce hic habes, quod prius ordinati præferuntur [4] alijs, vt in habendis honoribus, & in alijs: vt decimaseptima distinct. capitu. consilia. §. hinc. & extra de maio. & obedien. capitu. primo. & lxxiiij. distinctione. c. episcoporum. etiam licet posteriores sint meliores. non obstat vigesimatertia, quęstiōe quarta. sicut. octaua, quæstione prima. licet. vt ibi notatur. licet sit argumentum contra s. distinctione decimasexta. sexta [5]. ver. prima. Ioannes. Hodie sufficit, si electus à maiori parte capituli sit bonus: vt extra de electione. cum nobis. B.

† Concor. tex. in l. more Romano. ff. de feriis. Bar. in l. aut facta. §. tēpus. ff. ad Sylla.
Annus à Martio quōque incepit.
Ordinatus prius alijs præfertur.
4 Et ita attende temporis prioritatem sic lxxiiij. dist. c. v. extra ma. et obedi. c. j. & alibi collēta de ordinatis de alio feri. l. vi. extra maior. & obedi. tuas.
5 Alias sancta.

QVibus temporibus. Hæc distinctio diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quādo debent fieri ieiunia quatuor temporum: & hoc probat per sex authoritates. secundum ca. in fi. non tenet neque prima pars tertij capit. tenet: sed secunda pars tenet secundum Ioan. de Fantu. Secūda ibi, Primū. Tertia ibi, Non autem. Io. de Fantu.

a Quibus temporibus. In hac distinctio. lxxvj. agit magister de temporibus ieiuniorū. Ostendit etiam diuersas origines eorū. Postea ponit differentiam inter nos & Hebræos in cōputatione mēsiū [1]. Ostēdit etiā, quod non sit ieiunādum à pascha domini vsque ad pentecostē, nec esse flectenda genua [2].
b IEiunium. Voluitur. Lex tamen in æstatem & hyemem annum distinguit. ff. de aqua quo. & æstiua. lege prima. §. hoc interdictum.
c COnstituim'. Hoc capitulum est abrogatū.
d DE ieiunio. Martij. nō semper, imo prima septimana quadragesimæ.
e Iunij. Nec hoc semp imo in septimana pentecostes.
f Et hoc sciendum est. Quod ab hinc dicitur, manet immutatum: superiora per sequentem canonem mutantur, scilicet statuimus: & ita vtile non vitiatur per inutile, contra. ix. distin. si ad sacras. Lau.
g Celebrari. Cedit ergo in ieiunio minus dignum digniori, argu. ff. de mino. verum. §. vlti. extra de conse. ec. vel alta. c. quod in dubijs. Et est argu. quod si festum alicui' apostoli die lunæ euenerit, sabbatho vigilia ieiunanda est: quia ieiunium & dominica simul concurrere non possunt. extra de obser. ieiu. c. j. arg. contra extra de verb. signifi. quæsiuit. Lau.
h Ieiunium. j. de conse. dist. iij. quoniam.
i In Decembri. Prima quadragenæ seruat ieiunia veris: Pneumatis hebdomada seruare secunda iuberis: Tertia septembris cultū fert mercuris istum: Sabbatha ieiunent vigilem præeūtia Christum. Lau.
k STatuimus. In Septembri. secundum distinctionem ca. superioris. in fine.
IGitur. Huius.

1 Vt j. c. ieiunium.
2 Vt j. c. scire. & c. seq.
Annus in æstatē & hyemē diuiditur.
Dñica & ieiuniū simul cōcurrere non possunt.
Ieiunia quatuor temporū.
3 Noīatiui casus, et fœminini generis est.

DISTIN. LXXVI.

1 QVibus tēporibus [a] ieiunia celebrāda sint, Calixtus Papa determinat, scribens Benedicto episcopo.

Quibus temporibus ieiunia celebrentur.

CAN. I.

IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conueniētius nunc per quatuor tēpora fieri decernimus: vt sicut annus per quatuor voluitur [b] tēpora, sic & nos quaternū solēne agamus ieiunium per quatuor anni tempora.

Itē ex cōcilio Magūti.

De eodem.

CAN. II.

COnstituimus [c], vt quatuor tempora anni ab omnibus hominibus communi ieiunio obseruenē, id est, in Martio hebdomada prima, in Iunio secunda, in Septembri tertia, in Decēbri quarta.

Item ex cōcilio Salegustæ habito.

De eodem.

CAN. III.

DE ieiunio autem quatuor temporū hāc certitudinem statuimus, vt si Calendę Martij [d] in quarta feria siue antea euenerint: eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem calēdæ Martij in quintam feriam, aut in sextam, aut in sabbathum distēdantur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, si Calendæ Iunij [e] in quarta feria, aut antè euenerint, in subsequenti hebdomada ieiunium celebretur: & si in quinta, aut in sexta feria, aut in sabbatho contigerit, ieiunium in tertiam hebdomadā reseruetur. Et hoc sciendum est [f], quòd si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia pētecostes secundùm prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni pentecostes: quia vigilia simul & ieiunium celebrari [g] non debent: & tunc propter solennitatem sancti spiritus diacones dalmaticis induantur, & alleluia decantetur, & flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de septimi mensis ieiunio constitutum est: vt si Calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea, in tertia hebdomada ieiuniū [h] celebretur: & si in quinta, aut sexta aut in sabbatho contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri [i] verò illud obseruandum erit, vt in proximo sabbatho ante vigiliam natalis domini celebretur ieiunium: quia si vigilia in sabbatho euenerit, simul vigiliam & ieiunium celebrari non conuenit.

Econtra Vrbanus.

De eodem.

CAN. IIII.

STatuimus etiam, vt ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrenē. Primum in initio quadragesimę. Secundum in hebdomada pentecostes. Tertium verò in Septembri [k]. Quartum in Decembri more solito fiat.

Item ex sermone Leonis Papæ.

De eodem.

CAN. V.

IGitur post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem domini à morte resurgentis, ac deinde ascendentis exegimus, post quam acceptum sancti spiritus donū salubriter & necessariè consuetudo est ordinata ieiunij: vt si quid fortè inter ipsa

festiuitatis gaudia negligens libertas & licentia immoderata presumpserit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget. Item.

De eodem.

CAN. VI.

HVius obseruantiæ vtilitas fratres dilectissimi in ecclesiasticis præcipuè est constituta ieiunijs: quæ ex doctrina sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit asscripta tẽporibus. Siquidem ieiunium vernum in quadragesima, æstiuum in pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale in hoc, qui est decimus, celebremus: intelligentes diuinis nihil vacuum esse preceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mũdi cardines, quasi per quatuor euangelia, incessabili tuba discimus, quod & prædicamus & agimus.

a *Primum* [a] *verò mensem, quartum, septimum, & decimum non Hebræorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius, in quibus etiam ieiunabant. Præterea in quinto mense (qui est Augustus) quæ fuerit eius causa ieiunij, Hiero. super Zachariam exponit dicens:*

Quare in suprascriptis temporibus ieiunia lex imperauit.

CAN. VII.

Sed dices: Quomodo Romæ ad testimonium diaconi d presbyter ordinatur? Quid mihi profers vnius vrbis e consuetudinẽ f? Quid paucitatem, g de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiæ vendicas? Omne quod rarum est plus appetitur. Pulegiũ apud Indos pipere pretiosi? h est. diacones paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterùm etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increscentibus vitijs inter presbyteros absente episcopo diacones sedere videamus, & in domesticis conuiuijs benedictionem coram † presbyteris dare. Discant, qui hoc faciunt, non se rectè facere, & audiant Apostolos, Non est dignum, vt nos relinquẽtes verbum Dei, ministremus mensis. i Sciãt diaconi quare constituti sunt. Legãe acta Apostolorũ, & recordẽtur cõditionis suæ. Presbyter & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis k est nomen. Vnde & ad Titum & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo & presbyter cõtinetur. l Qui prouehitur, de minori m ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbytero † maior comprobetur, in quem concrescit ex paruo: aut si ex diacono ordinẽ presbyter, nouerit se laicis maiorem, sacerdotibus n esse minorem.

Item Cyprianus.

De eodem.

CAN. XXIIII.

DOminus noster Iesus Christus, Rex & Iudex, & Deus noster, vsque ad passionis diem seruauit honorem pontificibus & sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi, seruasse nt. Nam cùm leprosum mundasset, dixit illi: Vade, & ostende te sacerdotibus, & offer donum: humilitatem nos Christ? humilis docuit, sacerdotem adhuc appellans, quem sciebat esse sacrilegum. o Item subditus passioni cùm alapam accepisset, & ei diceretur, Sic respondes põtifici? nihil ille contumeliose locutus est in personam pontificis, sed sic magis innocentiam suam tutatus est dicens: Si malè locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me

perbiebãt. quicqd enim raro accidit, Mirac miraculum est, vt ſũ, est q& raro accidit.
h Pretiosius. sicut & pretia rerũ in quibusdam locis variantur secũdũ plus & minus. ff. de eo, quod certo loco. l. ideo.
i Mensis. Viduarum & pauperum, sed tãtum instemus prædicationi.
k Dignitatis. ℣. viij. q. j. qui episcopatum. contra. Sed ibi iuxta etymologiam vis nominis designatur: hic quod ex vsu loquẽdi ex nomine concipitur. Vel dicendum, quod non est nomen honoris tãtum, sed etiam oneris. viij. q. j. illud in ferendum.
† Alias, vt presbyter minor diacono eõprobet.
l Cõtinetur. nam in toto continetur Pars cons & pars, vt xciij. q. v. pœnale. & ff. de reg. iur. in toto. & est ſi. ff. quod met. causa. l. j.
m De minori. hoc bene dicitur. ff. de muner. & hono. vt gradatim.

ADDITIO.

Extra de transla. cap. j. & cap. licet.
n Sacerdotibus. ℣. dẽ pœni. dist. j. c. voluissent iniqui. ℣. ex his itaque.
o Dominus. Sacrilegũ. argumen. quod si dominus papa aliquẽ suis priuilegijs primatiæ appellat, ex ipsa nominatione ius ei acquiritur. xxxij. q. iiij. dicat. in fin. xvj. quæstio. vlt. contra sanctorum. Argu. contra iij. quæstio. vj. hæc ipse. extra de præsumpt. illud. C. de tur. & facti ignor. non idcirco. Et est arg. ex hoc, quod tam bonus, quã malus sacerdos gaudet priuilegio clericali. xj quæstione prima. sacerdotibus.
Matt. 8. a

Universidad de Deusto Biblioteca

a Vt nos. Sed debent esse fortes, id est, debent præstare exemplum facti boni ex animo, id est, ex dilectione, & non velint dominari.

Ordinat⁹ à maiori, maioris est dignitatis. b Elegit. Not. quod quanto à maiori quis ordinatur, tanto est maioris dignitatis: vt j.q.j. filium. extra de maio. & obed. cap. per tuas.

c Constituerunt. Hoc in nouo testamento. nam in veteri vterque à domino sunt electi. s. ea. c. diaconi. contra. Sed illud in veteri testa. hoc in nouo. vel per dominū fit, quod ab apostolis statuit, vt xxviij. qō. j. sic enim. tamen authoritate eius. de cōse. dist. iiij. quando.

Nemo se opponat illi à quo beneficiū recepit. d A quibus fiunt. Argu. quod nemo debet se opponere illi, à quo recepit beneficiū, vt xxij. quæst. v. de forma. & extra de postu. c. vlti. ff. de inoffi. testa. l. si pars. in §. hoc autem. viij. q. ij. cap. illud.[1]

1 xcvj. distin. si Imperator. j. q. vij. c. j.

Hoc autem. Hæc est septima pars huius distin. in qua dicit, quod quando diaconus, vel subdiaconus tenet locum patriarchæ, superior est. Ioan. de Fantu.

e Præcipimus. Ante presbyterum. sedeat in cōcilio. xvij. distinc. episcopos. in fi.

f Tunc. arg. aliquem tandiu habere priuilegiū, quandiu tenet eius locum.[2] xvj. q. j. generaliter. C. de testa. milit. l. vlti. & hæc dictio tūc, extremitatem, id est, finem iurisdictiōis complectitur. arg. ff. de condit. & demon. l. iiij. §. si ita. Itē arg. quod quis consequetur ex alterius psona, quod non habet ex sua. ff. quæ res pig. oblig. pos. l. Aristo. Et dicit lex, quod si nō potest prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de verb. oblig. l. si stipulatus. tamen ea tantum habet iste, quæ iurisdictionis sunt, non quę ordinis. arg. ad primum extra de offic. deleg. sane. ij.

2 Cōcor. tex. i l. pe. in fi. C. de aquæduc. libr. xj. & Alexā. de Imol. i rubri. de off. ei⁹ cui mā. est iurisd. col. iiij.

g Vltimus. Not. quod qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, quod postponitur alijs sui ordinis: vt 50. distinct. accedens. & xix. q. iij. mandamus. xxv. q. ij. sic decet. xxiiij. distin. c. j. & j. q. vij. c. j.

cædis? Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter, atque patienter, vt nos a humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitimè & plenè honorari, dū circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. Meminisse autem diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, episcopos & presbyteros, dominus elegit: b diacones autē post ascensum domini in cælū Apostoli sibi constituerunt c episcopatus sui & ecclesiæ ministros. Quòd si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit, possunt & contra nos audere diacones, à quibus fiunt d.

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, ubique seruandum est, nisi cùm locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut sui metropolitani.*

Vnde in sexta synodo legitur.

Diaconus sacerdotibus nō præferatur, nisi locum metropolitani sui obtineat.

CAN. XXV.

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiā in dignitate, hoc est, in officio quolibet ecclesiastico sit) ante presbyterum e sedeat, nisi cùm locum habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani sui pro aliquo capitulo. tunc f enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis verò præsumpserit hoc tyrannicè facere, à proprio gradu repulsus, vltimus g omnium fiat in ordine suo.

DISTIN. XCIIII.

1 ps *SVbdiacono h etiam summus patriarcha uices suas cōmittere ualet.*

Vnde Symmachus papa ait:

Etiā subdiaconibus vices suas apostolica committit ecclesia.

CAN. I.

VAlde necessariū pspeximus esse, vt sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni eidemque personæ omnia i committamus: & vbi nos præsentes k esse non possumus, nostra per eum, cui præcipim⁹ l repręsentetur m authoritas n. Quamobrem Petro subdiacono sedis nostræ intra prouinciam Siciliam vices nostras (auxiliante Deo) cōmisimus. nec enim de ei⁹ actibus dubitare o possumus, cui Deo auxiliā-

SVbdiacono. Hæc distinc. diuiditur in tres partes, in quarū prima dicitur, quod etiā summus pontifex potest subdiacono committere vices suas. & hoc probat per cap. seq. Secūda ibi, legatum. Tertia ibi, Archidiaconus. Ioan. de Fant.

h Subdiacono. Hic intitulat xciiij. distin. in qua magister idem dicit de subdiacono, quod dictum erat in superiori ca. de diacono, quod scilicet etiam legatus papę potest esse. Exponit tres §. & in singulis mutatur materia. In primo dicitur qđ dixi. In secūdo, quod si quis impedit legatū domini papæ, excommunicandus est. In tertio, quod archidiaconus vltra suū statum exigere nō debet. Ioan.

i VAlde. Omnia. s. dist. lxxxix. singula. cōtra. Sed dic omnia quo ad cognitionem causarum, non quo ad dignitates, vel officia ecclesiastica: vt ibi.

k Præsentes. Argu. quod præsentia non exhibetur per alium. Arg. contra lxv. dist. cap. ij.

l Præcipimus. Argu. quod papa etiā laico causam spiritualem committere posit. xxxij. di. stinct. capi. præter hoc. §. verum. & §. ad hoc.

m Reprĝsentetur. nam idem ipse videtur cognoscere, qui dedit iudicem, vt extra de offic. deleg. cap. sane. C. vbi & apud quem restit. peti debet. l. iij. C. de iudi. l. vlt.

n Authoritas. Nota, quod delegatus nō habet plus iuris quam delegans, siue par sit alias delegatus, arg. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. vlti. siue sit maior. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdi. & si prætor. Quandoque tamen habet minus quis, si ex delegatione cognoscat, quam si ex iure suo, extra de offi. delega. super quæstionum. §. si vero. arg. C. de procur. l. maritus.

o Dubitare. Arg. q si papa ex certa scientia dat iudicem, quod ille nō potest recusari. ff. de offi. præfec. præto. l. vnica. sic j. xvij. q. iiij. ca. si quis suadente. §. qui autem. extra de rer. permu. cum olim. & extra de appel.

Delegat⁹ etiā Papæ potest recusari. app. nouit. Sed contra extra de app. cum speciali. & c. postremo. Io. Sol. iudex poterit semper recusari iusta causa interueniente, etiā si esset legatus Papæ: vt extra de offi. leg. licet. cū legitimæ exceptiones cuilibet reseruenf, vt extra de officio dele. ex parte. B.

1 Ad hoc extra de offi. dele. cum olim magister. vbi de hoc. Arc. Sicilia est de patrocinio Petri.

a Patrociniū. Ergo Sicilia est de patrocinio beati Petri, vt ar. x. q. iij. relatū. xj. q. j. peruenit.

Legatū. Hęc est secunda pars huius distinctiōis, in qua dicit quod nullus debet impedire legatos Romanę ecclesiæ, & si fecerit, excōmunicef, vt in c. seq. Io. de Fant.

b SI quis. Legationem. Imo qui legatum hostiū impedit, tradendus est hostibus: vt ff. de lega. l. vlti.

Peccans in multos grauius peccat. c Sed multorum. Arg. quod qui peccat in multos, grauius peccat. extra de testi. sicut. xxij. q. v. qui cōpulsus. sicut qui circa eandem personam multis modis peccat, grauius peccat. xx iij. q. v. relegentes. Sed nunquid qui eū capit, potest ab eo absoluisse, extra de sentent. excom. ad eminentiā. Et not. quod legatus huiusmodi non potest episcopū deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus potest episcopus resignare, nisi ad hoc haberet speciale mādatum. extra de offi. lega. c. quod translationē. arg. ff. de offic. eius cui manda. est iur. l. j. Ba. legebat hoc c. trufando si quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tātum, scilicet cardinalis, sed multorum, id est, familiæ suæ & parentum. Et sicut multis nocet ille, scilicet cardinalis, ita à multis est redarguendus: & ita vsq; in finem.

✝ Puniaf quis in eo i quo peccat. Concor. tex. in §. itē lege Iulia de vi. cūgl. p quā habes cōcor. in stit. de publi. iudi.

Derisoria expositio.

d Nocet. Ergo quicunque aliquid nocumenti sentit, admittitur ad agendum vel accusandum: vt xij. q. ij. non liceat.

e Impedit. Nec legatus delegatum impedire debet. extra de offi. leg. studuisti.

f Liminibus. Argu. in quo quis deliquit, in eo debere puniri. xij. quæst. ij. qui & humanis. xxvij. quęst. iiij. frater & coepiscopus.

Archidiaconus. Hæc est tertia pars distinctionis, in qua dicitur, quod archidiaconi non debent facere collectas in subditos, & hoc probatur per cap. seq. Ioan. de Fantu.

te totum nostræ ecclesiæ noscimur patrociniū a commisisse.

2 *Legatum uerò apostolicæ sedis quicunq; impedierit, usque ad satisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexander Papa.

Excōmunicef, qui legatū sedis apostolicæ impedire tentauerit.

CAN. II.

SI quis autem legationē b impedit, nō vnius, sed multorū c, pfectū auertit: & sicut multis nocet d, ita à multis arguēdus est, & bonorū societate priuādus. Et quia Dei causam impedit e, & statū cōturbat ecclesiæ, ideo ab eius liminibus f arceatur ✝. ab omnibus itaq; talis est cauēdus, & nō in cōmunionē fidelium vsq; ad satisfactionem recipiendus.

3 *Archidiaconus quoque quamuis ex officio suo clericorum uitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit episcopo nuntiare: tamē dominationem super eos exercere, & censum ab eis exigere prohibetur.*

Vnde in Cabilonensi concilio legitur.

Archidiaconi super presbyteros iurisdictionem non exerceāt.

CAN. III.

DIctū est, q in plerisque locis archidiaconi sup presbyteros parochianos quādā exercent dominationē, & ab eis cēsum exigunt, quod magis ad tyrannidē quā ad rectitudinis g pertinet formā. Si enim (iuxta Apostoli h sentētiam) episcopi nō debēt esse dominātes in clero, sed forma facti gregis ex animo i: multò minus facere hoc isti debent. Sint itaq; cōtenti regularibus disciplinis, & teneāt ppriam mensuram: & quod ab episcopis eis iniungit k, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem & auaritiam præsumentes.

DISTIN. XCV.

1 ps *QVòd autē l sacerdotes suprà iubētur episcopis tanquam subditi obedire, non ita intelligendū est, quasi non liceat eis præsentibus episcopis sacra mysteria celebrare, sicut episcopali supercilio quidam ab his uolebant presbyteros prohibere: sed quia presbyteri pōtificibus tanquā filij parētibus debēt obedire: & baptizatos etiam chrismate m eis tangere conceditur.*

g DIctum. Rectitudinis. Sed nunquid de cōsuetudine præscripta possunt archidiaconi mulctare? videf q non, extra de pœ. licet. Sed dic q bene possunt, ex quo iudicare possunt de consuetudine præscripta[1], ar. ff. de iud. l. ij. §. vlt. extra de offi. dele. ex literis. Illud ergo exaudi cū pecuniaria pœna nō timet: alias si illa magis timef, imponenda est. xxiij. q. v. p dest. dum tamē pœna pro eodem peccato nō infligatur, nisi ter in anno. C. de mo. mul. eos.

Archidiaconi mulctare possunt.

1. Pet. 3. a

2 Ad hoc extra de electio. dudum. ij. & de offici. Archi. ca. vlt. Arch.

h Apostoli. i. Petri: licet alibi dicatur, quòd nomine apostoli Paulus designatur. xvj. qō. j. prædicator. x. qō. iij. qa cognouimus.

i Ex animo. i. ex dilectione, vt non velit dominari.

k Iniungitur. Videtur ergo, quod archidiaconus nō habeat, nisi demandatam iurisdictionē. De hoc notaui xxv. dist. perlectis. Archidiaconus an habeat iurisdictionem delegatam.

QVod autē. Hęc distin. diuidit in tres partes, in quarum prima quærit vtrum sacerdotes posint chrismare, siue confirmare pueros in fronte. & dicas quod nō, tamē vult probare p c. Grego. quod possunt. s. xciij. dist. à subdiacono. H. Secunda ibi, Sed quæritur. Tertia ibi, Chrisma. Ioan. de Fant.

l Quod autem. Hic intitulatur xcv. distinct. in qua ponit Gratianus quandam contrarietatem, & eam soluit [3], postea ponit duas quæstiones, & eas soluit authoritate Innocentij. Repetit postea de dignitate presbyterorum, ostendens multa licere presbyteris in episcoporum præsentia. 3 Infra e. c. presbyteros. §. sed istud.

m Chrismate. j. de conse. dist. v. manus. contra. & c. nouissimæ. cōtra. s. di. xxj. cleros. cōtra. Hoc ad tē- Archidia.

pus pro sedando scandalo fuit concessum: nunc vero antiquatū. vel in primitiua ecclesia presbyteri chrismabant, nūc vero minime. extra de cōsue. quāto. Io.

Papa vtrum possit delegare simplici sacerdoti, vt in frōte chrismet.

[a] PEruenit. Concedimus. Hoc expeditū est, quod presbyter chrismando, si sua authoritate hoc facit, nihil agit: nec pueri aliquid recipiunt. extra de cōsue. quanto. Sed nūquid Papa ei demādare hoc potest? Quidā dicūt quod sic[1], ex quo omnia sacramenta, quæ recipit presbyter, ex delegatione Papæ conferre potest, argu. hic. Vnde diaconus potest conferre diaconatū, & confirmare in fronte: sed non potest Papa ei demandare, vt conferat ordinem, quem non habet: vel etiam vt conficiat corpus Christi: quia solis presbyteris dictum est: Hoc facite in meam commemorationem. arg. j. q. j. dictum. hoc dicit Hugo. Alij dicunt, quod nō potest Papa delegare presbytero, vt chrismet in fronte, vnde isti nihil conferebant. Si obijciatur, quare hoc pmisit Grego. illis, cū in hoc videatur eis dare licentiam peccādi? Dicūt quidā, quod hoc inuitus permisit ob nimium scandalum: nec dabat eis occasionem mali: quia inuitus hoc concedebat. xxxv. qō. iij. quod scripsi. & xxiij. q. ij. si quod verius. Alij dicunt, quod hoc ca. loquitur secundum antiqua tempora, sed hoc nihil est: quia litera huius c. contradicit ibi, secundum veterem vsum. & quia secundum hoc Grego. nihil hic concederet. Sed nunquid Papa posset eis concedere, vt chrisma conficerent? H. dicit quod non. Item quæritur nunquid episcopus demandare potest ea, quæ sunt ordinis episcopalis? Sic[2]. sed ea nō potest demādare, nisi episcopo: argu. extra de consec. eccle. aqua. Ea vero quæ iurisdictionis sunt, potest etiam demādare presbytero, sicut & reconciliare. xxvj. qō. vj. presbyter. & c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quæ iurisdictionis sunt, quædam nō possunt demandari, nisi eis qui adminiculo ordinis illa exercere possunt, vt deponere, verberare clericum. Aliá sunt quæ etiam laicis demandari possunt, sicut iudicare in causa ciuili. Itē dico, quod episcopus nihil habet hodie, quod sit meri imperij quod demandari non possit, de quo rite lex loquitur. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. j. quia tum, omnia alij episcopo demandare potest [3], nisi vsum pallij. extra de vsu pallij. ad hoc.

1 Istud dictum confirmat extra de consue. quanto. §. j. ibi, suatemeritate, &c. q. d. ibi ex nostra authoritate bene possent, & sic ibi intelligit Hosti.

Episcop⁹ demādat, eā ea, quæ sunt ordinis, quā ea quæ sunt iurisdictionis.

2 Sub. licet ab apostolis fue-

Vnde Gregor. scribit Ianuario episcopo Carolitano.

Vbi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbyteri chrismate tangant.

CAN. I.

PEruenit quoque ad nos quosdā scandalizatos fuisse q presbyteros tangere chrismate eos, qui baptizati sunt, phibuimus. Et nos qdē secūdùm veterem vsum ecclesiæ nostræ fecimus: sed si omnino de hac re aliqui cōtristantur, vbi episcopi desunt, vt p̄sbyteri etiā in frontibus baptizatos chrismate tāgere debeant, concedimus [a].

Suprà Leo episcopus cōtrà, quamuis corepiscopi.

Item Gelasius Papa.

Vltra suum modum presbyteri contendere non præsumant.

CAN. II.

PResbyteros vltra suum modū contendere phibemus, nec episcopali fastidio debita sibimet audacter assumere: nō conficiēdi chrismatis, non cōsignationis pōtificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem.

Sed istud [b] Grego. pro scandalo sedando semel cōcessum legitur. Illud autem Leonis Papæ & Gelasij usu approbante præualuit, nisi fortè ubi aliquorum consuetudo hoc admisit, ut in absentia episcopi extrema necessitate cogente, & ex concessione Gregorij presbyteri baptizatos in frontibus liniant.

Prohibitio uerò Leonis & Gelasij in eo casu intelligatur, cùm episcopi præsentes sunt, uel cùm nō cogit ultima necessitas. oleo uerò sanctificato [c] permittitur eis ungere infirmos. Vnde Iacobus ait: Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros ecclesiæ, qui orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum.

2 Sed quæritur, an episcopis liceat eodem oleo ungere infirmos, uel si impœnitentibus huiusmodi unctio sit concedenda.

De his uerò ita scribit Innocentius Papa.

Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere.

Supra. CASVS. *Modo vult probare cōtrariū, & inducit ca. s. lx. iij. dist. c. quamuis. & c. sequens, cuius casus patet.*

[b] PResbyteros. Sed istud. Hoc allegando dicit: alias consuetudo non iuuaret in hoc, vt extra de cō sue. quanto.

[c] Sanctificato. Quo deficiente admiscetur aliud, extra de conse. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. Et est duplex causa quare infirmi inunguntur, scilicet quia venialia delentur, & præstat augmentū virtutibus. arg. de consec. distin. v. ca. j & ij. & extra de sacra vnc. c. j & quia infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali: argu. hic. Sed quid si qs non habet oleum, & inūgit chrismate, tenet vnctio? Videtur quod sic: quia eadem vsia prope est: quia chrisma non est, nisi oleum balsamo admistū, extra de sa. vnc. c. j. sicut & tenet emptio cum acetū venditur pro vino: qa est prope eadem vsia: vt. ff. de contrahen. empt. l. in venditionibus. sed fortè secus: quia nō est forte prope eadem vsia. Itē nunquid cōfert hoc sacramentum, si quis inungit oleo non consecrato? videtur quod sic, quia & baptismus cōfertur in aqua non consecrata. de consec. distin. iiij. cap. si quis. Alij dicunt contra: nec est simile, quia vis baptismi tota est in verbis: hæc autem vis est in re ipsa, scilicet in oleo. Sed ista ratio calumniam habet. extra de bapt. cap. pen. Sed nunquid potest hoc sacramentum iterari? Dicunt quidam quod non. j. q. j. quod quidam. de consecra. distin. iiij. ostenditur. Si potest obijciatur de matrimonio, non valet: quia veritate ratio inspecta matrimonium non iteratur. xxxj. q. j. hac ratione. prius enim vnum deletur, quam secundum contrahatur. Alij dicunt, quod potest iterari: quia cum quis secundo infirmatur, desinit in eo esse illud sacramentum quod prius accepit.

Sed quæritur. Hæc est secunda pars distinct. in qua quæritur, si episcopus potest inungere infirmos? & est dicendum quod sic j. cap. prox. Ioan. de Fant.

Maiori licet quod licet minori.

[a] ILlud. Vt de episcopo. Arg. qđ licet minori ex officio, multo fortius maiori licere. Ar. xxxiij. q. ij. historia. xxxv. q. vj. si duo. arg. cōtra. lxxxviij. dist. episcopus gubernationem. arg. si se per contrarium viij. q. j. si ergo.

[b] Dictum. à Iacobo, vbi dixit, Infirmatur qs, &c. quāuis in hoc nomine presbyteri possunt intelligi episcopi. Argu. contra dist. l. placuit. versi. vt manum non imponant.

[c] Chrismate. Id est oleo, vel vt dicunt quidam, episcopus chrismate, presbyter oleo inūgit. H.

[d] Non pœnitentibus. Ita continua: vere ei quem episcopus dignum duxerit ad visitandū: & ita in originali habetur, non pœnitentibus. quod intelligit de solenniter pœnitentibus.

[e] Non potest. sic l. dist. ca. vlt.

[f] Negantur. Arg. quod excommunicatus vel anathematizatus non possit contrahere matrimonium [1]: quod non est verum, vt extra de eo, qui du. in matrimonium, quam polluit per adul. c. significasti. in fi. H.

1 Adde, an possit fieri monachus, not. Bald. in l. qui sub p̄textu. C. de sacrosan. eccle. sijs.

[f] Negantur. Arg. omnia eiusdem generis eodem iure censeri, arg. s. dist. iiij. denique. arg. s. di. ij. comperimus. Arg. contra. l. dist. studeat. ar. distinct. lxxxj. si quis sacerdotum.

Chrisma. Hæc est tertia pars distinct. in qua dicit, quod presbyteri debent chrisma à suo episcopo recipere, & episcopi debent honorare presbyteros: quia & ipsi presbyteri sunt, & insimul debent Dei ecclesiam gubernare. Quia autem vnus episcopus est maior, hoc fuit de consuetudine. & hoc probat per octo capitula. Ioan. de Fant.

[g] PResbyteri qui. j. de consec. distin. iiij. presbyteri.

CAN. III.

ILlud superfluum videmus esse adiectum, vt de episcopo [a] ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum [b] est, quia episcopi præocupationibus alijs impediti ad omnes languidos ire nō possunt. Cæterùm si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum & benedicere, et tāgere chrismate [c], sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam non pœnitentibus [d] istud fundi non potest [e]: quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur [f], quomodo hoc vnum genus putatur posse cōcedi? His igitur frater charissime, omnibus, quę tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus respondere curauimus.

3 Chrisma verò à suis episcopis ad baptismi sanctificationē presbyteri petant.

Vnde in concilio Carthaginensi quarto.

De eodem.

CAN. IIII.

PResbyteri [g] p diœceses ecclesias regūt, non à quibuslibet episcopis [h], sed à suis: nec per minorem clericum, sed omni anno [i] aut per seipsos, aut per illum, qui sacrarium tenet [k], & ante paschæ solēnitatem chrisma petant.

Itē Hieronymus super epistolam ad Titum.

Presbyter idem est, qui episcopus, ac sola consuetudine præsunt episcopi presbyteris.

CAN. V.

OLim idē erat presbyter, qui & episcopus, & antequam diaboli instinctu studia, vel schismata in religiōe fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli [l], ego sum Apollo, ego autem Cephæ: communi presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabantur. Postquam autem vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi: in toto orbe decretū est, vt vnus de presbyteris superponeretur omnibus, vt schismatum semina tollerentur [m], & paulò post. Sicut ergo presbyteri sciūt se ex ecclesiæ consuetudine [n] ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis cōsuetudine, quā dispēsationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in cōmuni debere ecclesiam regere.

Idē ad Rusticum Narbonensem episcopum.

Coram episcopis presbyteris docere licet.

CAN. VI.

ECce ego dico præsentibus episcopis suis atq; astātib⁹ in alta

[h] Episcopis. Peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab alijs, quam à suis, nisi forte priuilegiati sint, vt possint petere à quibuscunq; velint.

[i] Omni anno. Hoc exponitur de consec. distinctio iiij. omni tempore.

[k] Per illum qui sacrarium tenet. id est, per diaconem. xxiij. distinct. non oportet. iij. Et nota, quod ex quo res datur certo nuntio, eius est iam periculo, cuius est nuntius, si nuntio rem dari voluit: secus si misit nuntium [2], vt eum admoneret, quod ei res mitteretur. Et hæc colliguntur ff. commo. eum qui rem. §. si rem. & legibus duabus sequentibus. & est argu. ff. de solu. si quis. & l. si soluturus. extra de pig. significante.

2 Si male misit, imputat: vt leg. & no. iij. qō. vij. in grauib⁹. in principio. De hoc etiā not. in c. consueuit. ff. nau. caup. sta. l. si. §. seruorum. Arc.

[l] OLim. Pauli. Id est, baptizatus baptismo Pauli [3].

3 Sub. & ideo [illegible]. Hæc dicebant quidam credētes merita baptizantium aliquid operari in baptismo: q falsum est, de consec. distin. iiij. si inter. & capit. baptismus. Hugo.

[m] Tollerentur. Et dicit lex, quod cōmodius est singulas res singulis nominibus siue appellationibus distingui. instit. qui. mo. testa. infirm. §. sed. quia distinctio nominum differentiam rerum declarat, vt xxj. distinctio. cleros. sic C. de codi. non codicillos.

[n] Consuetudine. Nihilominus ex institutione, vt s. dist. xciij. legimus. & ita exaudi quod sequitur, magis consuetudine communi, argu. extra de ijs quæ fi. à præla. nouit.

ECce ego. CASVS. *Rusticus Narbonensis episcopus non permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere. reprehendit ergo Hiero. ipsum dicens, quod presbyteri prædicare possunt & benedicere. Et hoc probat iiij. rationib⁹. Prima est, quia presbyteri debent honorari duplici honore. i. officio & beneficio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

neficio. Secũda est, quia concessum est eis conficere corpus Christi, cui nihil potest anteponi: multo fortius eis concedi debent, quæ sunt minora. Tertia est, quia ex hoc maxima calamitas crescit in gregibus domini, scilicet si sacerdotes re
1.Cor.1. uocantur tanquam vitiosi. Quarta est, quia ab initio presbyteri fuerũt mandati iudices & etiã appellati sunt episcopi. Quod probat iiij. authoritatibus. Prima est circa principium. Secũda ibi, Etenim abnuẽti b. Tertia ibi, Quis igitur hic rogo. Quarta ibi, Presbyteri negotiorum.

a Sed quia. Ita cõtinua, dico quod præsentibus episcopis possunt conficere: quia noc solum hæc, sed alia possunt facere. Ex vi literæ et etiam probationis videtur quod episcopi non prohibent presbyteros missam cantare, sed benedicere & prædicare, & cætera, quæ sequuntur.

b Duplici. A clericis. s. & laicis. vel quo ad obedientiã in spiritualibus, & subministrationem in temporalibus. Vel duplici, id est, officio prædicandi & sumendi tympanum. i. temporalia, iuxta illud: Sumite psalmum, &c.

Presbyter sũplex an possit bãdicere epi scopo prę sente.

c Benedicere. Cum episcop⁹ abest. Sed hæc so. non valet: quia hic loquitur cum præsens est episcopus. Vel intellige istud quando benedicit priuatim sine solennitate [1], alias cõtra. xxj. di. deniq;. item contra xxvj. qõ. vj. ministrare. Sed & illud similiter intelligit de solẽni benedictione. Vel dic, qp quãdo cantat missam presente episcopo, debet innuere episcopo, vt ipse benedicat: & si vult episcopus benedicere, nõ benedicet presbyter ar. de cõse. di j. cum ad celebrandas. aliter presbyter suo iure potest benedicere. Nam eo ipso, quod ei dat potestatem benedicendi, supponitur ei, tanquã minori: et potest ab eo benedici, arg. ff. de iurisd. om. iud. l. est receptum. & ff. ad Treb. ille, à quo. §. tempestiuũ. H. vel dic, quod eo ipso quod permittit ei missam celebrare, p cõsequens omnia, quæ sine missa esse non possunt, vt extra de offic. dele. prætera.

d Confirmare. In fide. xj. q. iij. quod prædecessor. vel inungere oleo infirmorum, vel chrismate in vertice.

nomen [h], plenitudinem ac perfectionẽ, quæ consecrationi eius competit, non retẽtat. Quis igitur hic rogo sacerdotes honor vester est, vt damnũ gibbi inferatis [i] ? quoniã quũ pastoribus per potẽtiã aufertur Deo digna diligentia, contagiũ quoddam, & calamitas crescit in gregibus: ac Dominici patrimonij [k] damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesijs potentari. Presbyteri verò ab initio iudices negotiorum [l] esse mandati sunt, presbyteri sacerdotum [m] interesse debent conciliȝ: quoniam & ipsi presbyteri (vt legimus) episcopi nominantur, secundum quod dictũ est ad episcopũ: Noli negligere gratiã, quæ data est tibi per impositionem manuũ presbyterij. & alibi ad maiores natu, Qui vos potuit episcopos regere ecclesiam suam. Sed oderunt hoc superbi sacerdotes in presbyterij nomine, qui nolũt hoc esse quod Christus, qui discipulorum pedes lauit, qui baptizatus à Ioanne est, licet baptizandum à domino se esse ille proclamaret. Quod propterea scribo vobis, vt si prætẽporis error [n] iam non potest reuocari, vel

ADDITIO.

Prima expositio præualet, secũdum Hug. & hoc patet per id Hiero. quod sequitur, exhortentur. Archid.

e Omnia. Quæ ad eos pertinent. Ar. vocabulũ generaliter prolatum nõ omnia particularia cõprehendere, arg. contra. xxviij. dist. de Syracusanæ [2].

f Benedicere. i. ab pro cõsolueꝛe, vel priuatim recõciliare, nõ glo. in solenniter, vt xxv. q. ij. per vj. quæstio. vj. ca. j.

g Nõ debet. Arg. cui licet plus, licet & minus, vt xvj. q. ij. c. j. Sed maius principaliter dicitur, ꝙ efficacia, vt habetur. C. de. ismus, vt xxxij. di. c. præterhoc. §. vel rũ. s. quia mortalia tollit & venalia, propter rẽ subiectã et sanctitatẽ, vt cor. pus Christi, vt hic. authoritate mi. strantiũ, vt quæ ad episcopos solos p. tinẽt, vt j. de cõsec. dist. v. c. manus. & quarto modo proprie significationẽ, vt matrimonium, qd̃ significat Christi & ecclesiæ conIunctionẽ. extra de big. debitũ. quinto propter multitudinem conuersionum. j. q. j. interrogo.

h Nomẽ. ar. C. de cur. fur. cũ alij. s. fi.

i Damnũ gibbi in feratis. id est, removeatis presbyteros à consecratione & prædicatione. sicut illũ, qui gibbũ habet, vt ff. dist. xlix. hinc etenim vel damnum gibbi, quia non prædicantibus presbyteris incuruatur populus in delictis, & quasi gibbosus efficitur.

k Patrimonij Id est, rerũ ecclesię. ff. xxj. di. in nouo

l Negotiorũ. i. cãrũ, vt xj. q. j. relatũ. & ii. q. v. §. g.

m Sacerdotũ. i. episcoporum. ergo & omnes interfuerũt cõcilio metropolitani: vt xviij. di c. pen. & vlt.

n Error. Hic collige, quod ea quę per errorẽ statuta sunt, ex diuturna vtentium approbatione ius faciũt. Ioan. quod falsum est: cum consuetudo debeat esse rationabilis & præscripta [1]: vt extra de cõsue. c. vlti. nec ista litera contradicit B. vt ratione multitudinis excusentur à pœna, non à culpa: vt. xdist. iiij. denicq.

sunt, ex diuturna vtentium approbatione ius faciũt. Ioan. quod falsum est: cum consuetudo debeat esse rationabilis & præscripta [1]: vt extra de cõsue. c. vlti. nec ista litera contradicit B. vt ratione multitudinis excusentur à pœna, non à culpa: vt. xdist. iiij. denicq.

1 Adde. q̃ sit. s. quãdo ratiõabilis & p scripta. vt. s. de cõsue. & cãbus. fide legi.

ad præsens [a] in ecclesijs faciãt quod Romæ [b] fit, qd̃ in Aphrica, quod in Oriẽte, quod in Hispania, qd̃ in Gallia, quod in Britãnia, quod in omnibus locis, vbi humilitas perseuerat: qd̃ etiã in cælis fit (quod maius est) vbi sedes angelorum legitur disposita.

Item ad Nepotianum.

Episcopi & clerici inuicem sibi honorem exhibeant.

CAN. VII.

ESto subiectus pontifici tuo, & quasi parenti animæ ama. Sed episcopi sacerdotes sciãt se esse, non dominos. Honorent clericos quasi clericos [c]: vt ipsis episcopis à clericis quasi episcopis honor deferatur [d].

Scitum est [e] illudoratoris Domitij: Cur ego (inquit) te habeã vt principem [f], cùm tu me [g] nõ habeas vt senatorem? [†]

Quod autem Aaron & filios eius, hoc esse episcopum & presbyteros nouerimus. Vnus dominus, vnus baptismus, vnum templum, vnum sit ministerium. Recordemur semper quod apostolus Petrus præcepit sacerdotibus: Pascite eũ qui in vobis est gregem domini: prouidentes nõ coactè sed spontaneè secundũm domini præceptum, neq; turpis lucri causa, sed voluntarie: neque vt dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, vt cùm apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcesibilem gloriæ coronam. Pessimæ consuetudinis est in quibusdã ecclesijs tacere presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui, quasi eis inuideant [h]: aut eos dedignentur audire. Sed si aliquid (vt inquit apostolus Paulus) fuerit reuelatũ [i] sedẽti [k], prior taceat [l]. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat episcopus in iudicio suo, cùm tales elegerit sacerdotes.

Itẽ ex cõcilio Laudic.

Presbyteri episcopos non præcedant, sed comittentur, vel subsequantur.

CAN. VIII.

NOn oportet [m] presbyteros ante ingressum epi ingredi, & sedere [n] in tribunalibus [o], sed cũ episcopo ingredi: nisi fortè aut ægrotet episcopus, aut in peregrinationis [p] † cõmodo eum esse constiterit.

Item ex concilio Carthaginensi iiij.

Episcopus non dominium, sed collegam se presbyterorum cognoscat.

CAN. IX.

EPiscopus iudicet loco sedens stare presbyterum non patiatur [q].

a Si Lucius Grafius Philippo cõsuli obiecit, ꝙ vt refert Quintilianus in declam. xcv. & in milite Mariano ait, Expectas, vt ille te habeat tribunũ. cũ tu illũ nõ possis militem. & dicit esse vocem honestissimę libertatis. idem Iacobus de sancto Georgio in inuestit. feud. char. 40. col. 2. Andr. Tiraq. de legib. cõnubialibus. char. 144. C. M. 1. Part. §. 2. Episcopi subdit. 96

b Debeatur. Sed pone quod episcopus aliter se habeat cõtra istum, quam debeat, nunquid iste suo iure potest ei obedientiam negare? Videtur quod sic, ar. xlv. dist. cum beatus. xxij. q. v. de forma. & fides non est seruanda nõ seruanti [1], extra de iureiur. peruenit. ij. secus tamen est [2]. Consulo tamen ei, vt agat per superiorem, ar. xj. q. iij. si episcopis. ix. q. iij. nuncvero.

c Scitum est. Id est, sapienter dictum est. H. & ideo sciri dignum. Lau. hoc est, ita se debet habere episcopus erga presbyteros, sicut Aaron habuit se erga filios sacerdotes.

d Vt principem. Factũ respicit, nam de iure tolerandus est prælatus vsq; ad sententiam. viij. q. iiij. nonne.

e Me. Arg. ꝙ frustra petit debitum, qui qd̃ debet non impendit: vt xxviij. q. j. si infidelis. xxij. q. vj. non mœchaberis. & c. si duxerit. i. di. ix. nec. in fi. x. q. j. placuit. xxij. q. vlti. de forma. xviij. qõ. ij. ab batibus. arg. contra xj. qõ. iij. inter verba. xciij. di. dominus. xxxiij. q. v. quod Deo. H.

f Inuideant. Arg. contra episcopos, qui malunt habere illiteratos, quam literatos circa se.

g Reuelatum. s. dist. viij. frustra. C. de offic. rec. pro. l. potioris.

h Sedenti. In loco inferiori.

i Tacear. Deliberando in sermone, cum nõ debeat interrumpere verbum eius.

k Sedenti. Id est, sapienter esse. Et sic dicitur Matth. xxij. Sede a dextris meis.

l Taceat. Id est, in sede iudiciaria, vt iudicent sine eo.

m NOn oportet. Tẽporre solennium officiorum, vel cum recedunt à processione ad chorum.

n Et sedere. cõiungas ingredi & sedere, alias falsum esset.

o In tribunalibꝰ. C. de hære. & manichæ. cunctis.

p In peregrinationis. De licentia superioris. j. de consec. dist. v. non oportet. & de consensu ipsius ecclesiæ, extra de vot. redempt. c. magnæ. & etiam domini Papæ.

q EPiscopus. Non patiatur. ita quod nõ liceat ei sedere, nisi presbyter assumeret sibi officium standi. C. de postulan. l. quisquis. §. vlti.

1 Adde. Episcopi litteratos secum habeãt.

Prouerb. 8 & 14. a

Alias, in peregrinatiõe modo eũ esse, &c.

1.Co. 14. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laici de rebus ecclesiæ nihil possũt cõstituere.

[a] EPiscop⁹. Collegam. ita tamen quod non cõtemnatur. ff. de officio præto. obseruandum. Ioã.

[b] PResbyter. Non signet in vertice, quia in fronte non potest etiam authoritate episcopi, vt de consecr. distin. iiij. presbyteri.

ALlud autem. In hac distinctio. probatur quod cõstitutiones laicorum non præiudicant ecclesiis: quia nihil iuris laicis de rebus ecclesiasticis concessum est, nisi sola defensio. & hoc, vbat per xij. authorit. Ioan. de Fant.

[c] Illud autẽ. Hic depingitur xcvj. dist. magister posuit constitutionẽ Honorij Augusti latam super electione Romani pontificis. lxxix. distin. si duo. Sed ne viderentur laici habere potestatem constituendi, vel disponendi de rebus ecclesiæ, ideo reducit hic illam constitutionẽ ad memoriã, vt ostendat quod laicus nõ habet potestatem suo iure constituendi aliqd de rebus ecclesiæ bene tamẽ possunt laici rogati concilijs interesse, & de rebus ecclesiasticis constituere, non tamen, vt valeat eorũ constitutio, qa ipsi constituerunt, sed quia ratum habet ecclesia, vt dicit Gratianus j. distin. proxi. c. j. &c.

[d] BEne quidẽ. Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione sui successoris propter strepitus hęreticorũ fieret interuenirent: rogauit Patricium Basilium, qui gerebat vices Odoacris regis, quod ipse interesset in electione sui successoris. Basilio statim Symmacho viuente fecit quandam constitutionẽ, scilicet quod sine eius consultatione non fieret electio summi pontificis. Præterea quod non liceret alicui prædium ipsius ecclesiæ alienare. Quæ constitutio retractatur hic, tum quia ibi quædam cõstituta sunt quæ à laico nõ possunt constitui, tum quia res esset mali exempli. lxiij. dist. cap. quia sancta. §. verum.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. X.

EPiscopus in ecclesia in consessu presbyterorũ sublimior sedeat: intra domum verò collegam [a] presbyterorum se esse cognoscat.

Item ex concilio Martini Papæ.

Sine præcepto episcopi presbyter non signet infantes.

CAN. XI.

PResbyter præsente episcopo non signet [b] infantes, nisi ab episcopo fuerit illi præceptum.

Item ex concilio Genuensi, ca. iiij.

De eodem.

PALEA.

PResbyteri ruris in ecclesia ciuitatis episcopo præsente, uel presbyteris ipsius urbis, offerre non possunt: nec panem sacrificatum dare, calicemq; porrigere. si uerò absentes hi fuerint, & ad dandam orationem uocentur, soli dare debent.

DISTIN. XCVI.

Vnde Symmachus Simplicius [†] episcopus catholicæ ecclesiæ urbis Romæ in synodo residens dixit:

De rebus ecclesiasticis disponendis, laicis nulla facultas attribuitur.

CAN. I.

BEne quidem [d] fraternitas vestra ecclesiasticis legibus assueta, sub diuini timore iudicij, quæ erant statuenda diffiniuit, & ad iustitiæ cumulum peruenit: cũ sufficiẽter omnia amplectit, nec adiectione indiget plenitudo [c], maximẽ [e] de clericis, quos amor dominatiõis inuasit, & iugũ disciplinæ ecclesiasticę fecit respuere: quorũ excessus enarrare difficile est: vnum tamẽ quod occurrit, venerãdo ordini vestro intimare nõ differo. Inter alia scripturã quandam illustris memoriæ [g] Basiliũ qua si pro ecclesiasticæ amore substãtiæ cõscripsisse refero, in qua nullus Romanæ ecclesiæ interfuit, vel subscripsit [h] antistes, per quem potuisset firmitatem legitimam sortiri. Ne ergo inde disputem [i], vnde potest vestrum iudicare concilium, requiratur & referatur in medium, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substantiam. Sancta synodus [k] respondit. Deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Hoc cùm diceret, Hormisda diaconus recitauit: Cùm in mausoleo [l], quod est apud beatum Paulum Apostolum, resideret sublimis & eminentisimus vir

optatã. ibi insignis constructa xideas Itẽ sepulcrum mirę adde in q casibus requiratur sub scriptio, B. in l. dimus §. se natus. ff. de fal.

[a] Electione. Non tamen vt aliquid in cõstituendo, & ita excesisti finem mandati Basilij.

[b] Ac ne confusionis. Prosecutio legis, & continuantur verba sic, non celebretur de electione Papæ, &c. ac ne.

[c] Nihil debuisset. Hoc dicit propter quosdam qui viuente priore Symmacho tentauerunt alium eligere, vt distinctio. lxxix. si quis Papa. & capitulo, nullus. Ioan.

[d] Præferentes. i. primo statuentes.

Prædium est duplex

[e] Rusticum. Quid sit rusticum prædium, et quid sit vrbanum prædium, habemus ff. de seruit. rusti. prædio. & ff. de seruit. vrba. prædi. per totum.

[f] Titulis Siue donationis, siue emptionis.

[g] Maximus. sic & iurisperiti dicunt quid sentiant. ff. de ijs, quæ in testamẽto deleantur. l. proxime.

Laicus potest excõmunicare ex Papæ delegatione.

[h] Laico. Non licuit laico iure suo, sed ex delegatione Papæ bene: argumen. xxxij distinctione. capi. præterhoc. §. verũ. x. quæstio. iij. capit. vltimo. Sed vtrum episcopus laico possit hoc committere, iam dicemus j. eadem. ca. quod non. M. tamen dicit cõtra: quia mucro est episcopi: imo nec presbyter hoc potest.

Laicus vtrũ rẽ ecclesię possit præscribere.

[i] Munitum. Nam si quis emit rem ecclesiæ, vel aliã rem in casu illicito, nõ potest præscribere. Nã dicit lex, qđ non est dubiũ eum malæ fidei possessorem, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agricolis & censi. lib. xj. quemadmodũ. Nã nec iuris ignorantia potest eum excusare. ff. de iuris & facti ignorantia l. iuris. & hoc benigne statuerat. secus tamen est de iure: quia bene præscribit laicus rem ecclesiæ cum fructibus etiam percipiendis, si sit malæ fidei possessor. de restitutione spoliatorum. grauis.

[k] Perlegatur. ff. de legi. & senatusconsulto. l. inciuile.

[l] Hæredes. Turpia enim lucra ab hæredibus sunt extorquenda. extra de vsuris. tua. ff. de calumnia. in hæredem. Sed & aliena tor posset conueniri. vt no. xij. qõ. ij. monemus.

[m] Reliquerit. In morte. relinquendi nanque

præfectus prætorio atq; patricius, agens etiam vices præcellentissimi regis Odoacris, Basilius dixit: Quanquam studij vestri & religionis interfit, vt in episcopatus electione [a], concordia principaliter seruetur ecclesiæ, ne tamẽ per electionis occasionẽ status ciuitatis reuocetur in dubium, admonitione beatissimi viri Papæ nostri Symmachi simplicij, quẽ ante oculos semper habere deberemus, hoc nobis sub obtestatione meministis fuisse mãdatum, vt propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiæ detrimẽtum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione cuiuslibet celebretur electio. Hæc cùm legerẽtur, Cresconius Tudertinæ ecclesiæ episcopus surgens de conuentu dixit: Hoc perpendat sancta synodus, vtrùm prætermisis religiosis personis, quibus maximè cura est de tanto pontifice, laici electionem eius in suam posint redigere potestatem: quod contra canones esse manifestum est.

Item Hormisda diaconus legitur dixisse: Ac ne confusionis [b] atque dispendij aliquid venerabilis ecclesia sustineret, miramur, prætermisis nobis quicquam de rebus ecclesiæ fuisse tentatum: cùm sacerdote nostro superstite nihil debuisset [c] assumi. Quare si amplitudini vestræ & sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antistitis electionem respiciunt, religione veneratione seruemus: hanc legem specialiter præferentes [d], quam nobis hæredibúsque nostris Christianæ mentis deuotione sancimus, ne vnquam prædium siue rusticum [e], siue vrbanum, vel ornamẽta, aut ministeria ecclesiarum, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibẽt titulis [f] ad ecclesiarum iura peruenerint, ab eo qui tunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris seculis sequuntur, quocunque titulo atq; commento alienari liceat: & quicunq; hoc facere voluerit, inefficax atque in irritum reuocetur: sitq; scienti & consentienti, danti, accipientíque, anathema. Maximus [g] episcopus Bletanæ ecclesiæ dixit: Modò sancta synodus dignetur edicere, si licuerit laico [h] homini anathema in ordinem ecclesiasticũ dictare, aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei nõ cõpetebat, constituere: dicite quid vobis videtur: de me licuit laico legem dare? Sancta synodus dixit, Non licuit. & adiecit: Lege sequẽtia. Hormisda diaconus legit: Et is, qui prædium siue rusticum, siue vrbanum iuris ecclesiastici fuerit cõsequutus, nouerit se nulla lege, vel præscriptiõe munitũ [i]: sed siue is qui alienauerit, siue qui eum sequens voluntate contraria prędiũ huiusmodi alienatum retinere voluerit: id cum fructibus restituat, quod illic consequutus fuerit. Hæc cùm legeret, Stephanus Venusinæ ecclesiæ episcopus surgens ex consessu dixit: Perlegatur [k], Hormisda diaconus legit. Qua pœna placuit accipientis etiam hæredes [l] afficere: in qua re cuilibet clericorum nulla contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegij instar, vt quæ pro salute & requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certè reliquerit [m], ab his, quos maximè ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nanq; verbum,&c. ff. de tabulis exhiben.l.j.§.vlti.[1]

1 Et habes hoc quod hic dicitur x. vj. quæsti. ij.in canonibus.Archidia.

a Vendantur. Argumen.C. de admituto.lex.

b Profiteat. Hic terminat lex ipsa.

c Mediolanensis. Argumen. Mediolanen. prærogatiuam sedis habere ante Rauennatem: cum ante eum responderet, sicut in alia synodo ante eum scripsisse legitur 7.dist. xvij. ca. concilia.§.hinc. & §.illud igitur.G. tamen aliter hoc solui dist.xvij. §.illud.

d Præter. Romanũ.id est, Papæ authoritatem, & consensum eius. Sed cõtra xvj.quæstio.vltima.in nona actione. Sed ibi non prohibetur quod episcop[9] laico nõ possit committere officium ad tempus: sed ne iurisdictionem largiatur ei in perpetuum. Et est argumentum, Papam quãlibet causam ecclesiasticam committere posse laico.arg. xxiij.dist. mulier. & xciiij.distin.valde. v. quæstio.iij.qui episcopus. cõtra lxxix. distinctione. si duo.j.eadem. denique.contra. Intelligendum est nõ sua authoritate. Sed numquid authorite episcopi potest laicus aliquid constituere in ecclesiat videtur quod prædicare potest inuitat[9] à clericis. xxiij.distinct. mulier. argumen. extra de foro competen. nullus iudicum. Die cum Hug.quod nõ potest ex delegatione episcopi causas spirituales tractare, nec excommunicare. vnde nihil faciunt,qui per pueros excõmunicant & per seruientes. Causam autem ciuilem laicis epi-

Causa quælibet ecclesiastica p papam laico cõmitti potest.

Laicus an episcopi authoritate possit in ecclesia aliquid cõstituere.

uare conuenerat, in alterum transferantur. Planè quęcunq; in gemmis, vel auro atque argento, necnon & vestibus, minus apta vsibus, vel ornatui videbuntur ecclesiæ, quæ seruari ac diu manere nõ possunt, sub iusta æstimatione vendantur [2] & erogatio religioni proficiat [b].

. Cumque lecta esset, Laurẽtius episcopus Mediolanensis [c] ecclesiæ dixit: Ista scriptura nullũ Romanę ciuitatis potuit obligare pontificem: qa non licuit laicis statuendi in ecclesia præter Romanum [d] pontificem habere aliquam potestatẽ: quos obsequendi manet necessitas, non authoritas imperandi [e] :maximè cùm neque Papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundũ canones metropolitani legatur [f] assensus. Petrus episcopus Rauennatis ecclesię dixit:Scripturam, quæ in nostra congregatione vulgata est, nullas vires habere manifestũ est:quia nec canonib[9] [g] conuenit,& à laicali persona concepta videtur: maximè,quia in ea nullus apostoli.sedis p̃sul interfuisse,vel propria subscriptione eam firmasse monstratur. Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit:Scripturam, quæ in sacerdotali concilio recitata est, euidẽtissimis documentis constat esse inualidam. Primùm quòd contra patrũ regulas à laicis,quamuis religiosis [h] (quibus nulla de ecclesiasticis facultatib[9] aliquid disponendi legitur vnquã attributa fa-

cultas)facta videt. Deinde quòd nullius præsulis apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quòd si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra suos terminos cõcilio habito,qcquid sine metropolitani sui authoritate tractauerint,irritum esse debere [i] sancti patres sanxerunt: quanto magis quod in apostolica sede nunc extãte præsule (qui merito [k] beati Petri apostoli per vniuersum orbẽ primatum [l] obtinens sacerdotij, statutis synodalibus cõsuetudo tribuere [m] firmitatem) à laicis(licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen pontifici, à quo consecrati probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere [n] non dubium est: nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta cẽseri. Sancta synodus dixit: Licet secundùm prosecutionem venerabilium fratrum nostrorum Laurentij, Petri, Eulalij, Cresconij, Maximi, vel Stephani [o], nec apud nos incertum habetur hanc ipsam scripturam nullius esse momenti, veruntamen etiã si aliqua posit ratiõe [p] subsistere, modis omnibus in synodali conuentu prouida beatitudinis vestræ sententia euerua ri conueniebat, & in irritum deduci,ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus,quarum solis sacerdotibus disponendi indiscussè à Deo cura cõmissa docetur.

Vnde in septima actione [q] Calcedonensis concilij Martianus Imperator dixit inter cætera.

Imperatores ad fidem confirmandam,non potentiam ostendendam synodo interesse debent.

CAN. II.

NOs ad fidem confirmandam,non ad potẽtiam ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse [b] volumus, Vt veritate inuenta [c] non vltra multitudo prauis doctrinis attracta discordet.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. III.

CAN. XVIII.

VEntum est ad tertiam quæstionem: quæ p sui difficultate c longiorem exigit disputationem: cùm nos dicimus ab hæreticis ordinatos vulneratum d per illam manus impositionẽ habere caput e. Vbi vulnus f infixum est, medicina g est adhibenda, qua possit recipere

Tres quæstiones.

3 Scilicet primo. ibi tamẽ scribit archiepo Rothomagẽ. sed potest esse quod solutionẽ cuiusdẽ quę- cũdus esset bigam9, qui ante baptismũ vnam, post baptis- mum habuit alterã? cuius determinationem ponit ſ. distin. xxvj. c. deinde. Tertia quæstio erat, an remaneãt clerici, id est, an reciperent characterem ab hæreticis ordinati, vel an deberent ad vlteriora promoueri: & dicit quod nunquam. & hanc quæstionem in hoc capit. explicat.

c Pro sui difficultate. Quia fuit quæsitũ, si ordinati ab hæreticis accepissent honorẽ, & si ad ecclesiam reuersi recipiãtur in honorem clericatus.

d Vulneratum. id est, capitalem & sacramentalem dignitatem cum vulnere, id est, cũ damnatione susceptа tenere.

e Caput. i. animã culpæ macula vulneratã. nam & anima ponitur pro homine, de consec. dist. v. c. ne tales.

Anima p homine ponitur.

f Vulnus. Vbi eñ malum cõtingit, ibi moriaſ, &c. ij. quæstio. j. cap. si peccauerit.

g Medicina. Hoc videtur sic exponendum, id est, reiterata

Universidad de Deusto Biblioteca

✝ Text. est simil. i. 1. Archia tri. & ibi Bar. C. de profes. & med. li. x.

terandum est in his sacramentum. ĩ. ead. quæstio. vlti. capit. per illicitam. hoc enim videtur intelligendum cum omissa fuit forma. arg. j. q. vlti. cap. Daibertum. vbi hoc inducitur.

a Cicatrice esse. Quia & si pœniteant, tamen irregularitas manet, q̃ non aboletur p pœnitentiam: vt xxv. distin. c. primum. & 50. distinct. c. illud. & j. q. vij. ca. si quis omnem.

Irregularitas per pœnitentiam non abôletur.

b Habere. ĩ. xxiij. quæsti. iiij. ipsa pietas. contra. Sed ibi de ordinatis à catholicis, & post in hæresim labêtibus: hic de his, quib⁹ hæretici manus imposuerunt. Vel hoc de rigore, illud de misericordia.

c Quomodo ei tribuetur. Argu. quod vxor non tenet red dere debitum viro leproso. Arg. cõtra xxxij. q. vij. ca. omnes. & quæstio. v. c. si quis vxorẽ. Vide de hoc, cui est standum extra de côiu. lepro. c. j. & ij.

Vxor viro leproso debitũ redere nõ tenetur.

d Accepisse. Alias accipere, & supple, & ideo nõ debet ei nocere, q̃n ordinari possit, quasi dicat, id q̃d nihil est, non debet prçstare impedimentum: vt extra de iure patr. c. quod autem. in fi. Sed hoc fallit extra de spõ. c. ad audientiam.

Impedimẽtum nõ præstat q̃ nihil est.

e Damnationẽ. id est, sacramẽtũ quod dãnabiliter habuit, dãnabiliter dedit, & ita factus est particeps dãnationis. ĩ. ea. q. vij. c. si quis. ĩ. ead. q. iiij. ca. homini. §. cum ergo. ĩ. de consec. distinct. iiij. cap. ab antiqua.

f Non possum. De mero iure. nã ex dispẽsatione possum. ĩ. ead. quæsti. vlti. c. conuenientibus.

g Sed dicitur. id est, obijcitur. & hçc erat secunda obiectio, quæ fiebat Innocẽtio. prima fuit ibi, sed econtra.

h Benedictione. Quæ est cum ab hæreticis rediẽs reconciliatur ecclesiæ. Vel quæ erat secundũ illos, contra quos hic agit Innocen. quando reuertentes ad ecclesiam iterum ordinantur, vel quãdocunque aliquis ordinatur. H.

sanitatẽ, ✝ quæ sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse [a] non poterit: atque vbi pœnitentiç remediũ necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere [b] non posse decernimus. Nã (si, sicut legitur, qui tetigerit immundũ, immundus erit) quomodo ei tribuetur [c] quod mundiria & puritas consueuit accipere? Sed econtra asseritur eum, qui honorem amisit, honorem dare nõ posse: nec illum aliquid accepisse: [d] q̃a nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verũ est certè: quia quod non habuit, dare non potuit: dãnationem [e] vtiq; quam habuit, per prauam manus impositionẽ dedit. Et qui particeps factus sit damnationis, quomodo honorem debeat accipere, inuenire non possum. [f] Sed dicitur: [g] vera & iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre potest omne vitiũ, quod à vitioso fuerat iniectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, atque omnium criminum rei: quia benedictione [h] ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri. Nullus pœnitentiæ locus sit, q̃a potest id præstare ordinatio, quod lõga satisfactio præstare consueuit. Sed nostræ [i] lex [k] ecclesiæ venientibus ab hæreticis, q̃ tunc illic baptizati sunt, per manus impositionem [l] laicam tantummodo tribuere cõmunionem consueuit: nec ex his aliquẽ in clericatus honorem, vel exiguũ [m] surrogare.

3 *Sed obijcitur: alij hæretici à fide exorbitant: simoniaci autem, & si gratiam spiritus sancti uenalem putant, tamen à fide alieni non sunt: atque ideo quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernitur, non ualet de his consequenter intelligi.* His [n] *ita respondetur: Simoniaci etsi fidem tenere uideãtur, infidelitatis tamen perditioni subijciuntur.*

Vnde beatus Ambrosius in primo libro de pœnitentia ad Nouatianum scribit dicens:

Simoniaci fidei integritatem non habent.

CAN. XIX.

PEtrus, cũ Simon magicæ artis consuetudine deprauatus [o] putasset, quòd gratiam Christi per impositionem [p] manus, & infusionẽ spiritus sancti pecunia cõpararet, ait: Non est tibi sors, neque pars in hac fide: [q] quia cor tuum non est rectum apud Deum.

i Sed nostræ. s. occidentalis. Hæc est tertia ratio.

k Lex. i. consuetudo. C. de emancip. lib. l. j. alibi ponitur pro regula. ĩ. ead. q. vij. cap. ij. alibi ponitur pro plicito, ratione. ĩ. distin. cap. consuetudo. alibi pro canone. s. mitur distinct. xxxj. cap. Nicena. [1]

l Per manus impositionẽ. quasi dicat, nõ solũ, qui ab hæreticis ordinati sunt, nõ possunt habere honorẽ in ecclesia: sed etiã, qui apud eos baptizati sunt tantũ, ita quod non ordinati: vt ĩ. ead. quæsti. vij. cap. qui in qualibet.

1 Adde etiam quãdo pacto. l. tibi. ff. de adopt.

m Vel exiguũ. Secus in orientali ecclesia, quæ illos per vnctionem chrismatis reformat: vt ĩ. de conse. dist. iiij. c. ab antiqua. ĩ. ea. q. iiij. c. placuit. cõtra. Sed ibi de ĩfantib⁹, hic de adultis & discretis. de conse. distin. iiij. c. sicut. [2]

Sed obijcit. Hæc est tertia pars quæstionis, in qua dicitur, quod non videtur idẽ de simoniacis, quod de hæreticis. & respondet quod idem est, quod simoniaci sunt infideles, & hoc probat per quatuor authoritates. Ioan. de Fan.

2 Idem tamen videtur de adultis ... [illegible]

n His. Dictis à se. Nam sibijpsi opponit propter comparationẽ inter simoniacos & hæreticos in §. quia. in fine. & ita sub alternatione veniet vsque ad §. constat ergo.

o PEtrus. Deprauatus. Similiter dicit, ca. de Saule, q̃ deprauat⁹ causa peccati ad hoc se contulit, q̃ dãnauerat. xxvj. q. v. c. nec mirũ. vltra mediũ.

Act. 8. b

p Per impositionẽ. s. vt cuicunq; imponeret manum, acciperet spiritũ sanctũ, & ei infunderetur spiritus sanctus.

q In hac fide. scilicet nostra catholica, sed in actibus Apostolorum habetur in sermone isto, vt infra ead. capit. eos qui. vnde potest dici, in fide tua, id est, in eo, quod credis obtinere, scilicet vt pecunia infundatur spiritus sanctus. In hoc facit ad propositum Gratiani, quia dicit: non est tibi pars in hac fide. & ita infidelis, ergo hæreticus.

3 Id est fides ... dulia. Hug.

cus. & sic exaudi c. sequens.

a Puram conscientiã. Quæ etiam ad actũ progressa est. sic exaudi de pœ. dist. j. c. si cui etiã non cõtingat.

b Fidei. Et in hoc facit ad propositum.

Auaritia est idolorum seruitus.

c CVm omnis auaritia. Ideo dicitur auaritia specialiter seruitus idolorũ, quia tanquam Deo exhibet auarus nummo reuerentiam. infra xj. q. iij. c. pauper.

d Idolorum. Arg. vj. q. j. c. quæro.

e Perditioni. Et ita est hæreticus secundum propositũ Gratiani.

f Subijcitur. Potius enim vocatur [1], quã sit. ĩ. xxiiij. q. ij. sane. & ĩ. xxij. q. v. c. caute. viij. q. j. c. sciẽdũ. ĩ. xxiij. q. iiij. c. forte. Ioã.

1 Scilicet fidelis. lxxxvj. dist. q̃ clemẽtiã. ar. Colo. 3. a

Diuinus à deitate & à diuinatione dicitur.

g EOs. Diuin⁹. In bona significatiõe à deitate sumit [2], vel à diuinitate. sic ĩ. xxxviij. dist. c. omnes. non à diuinatione: vt ĩ. ea. c. nũquam.

2 Sic xvj. qõ. j. prædicator. in prin.

h Et eorũ. Id est, sequacium eius.

i Efficiunt. s. quãtum in se est: sicut emere & vẽdere dicunt. ĩ. ea. causa. q. iij. c. saluator. B.

ADDITIO. xlix. dist. c. vlti. de consec. distin. iiij. c. quæris. ĩ. e. c. iudices. Archid.

k Si vult. Nihil enim tam cõsonũ, &c. insti. de re. di. §. per traditionem. C. de cõtrahẽ. emp. c. dudum. in fi. nisi vbi lex inhibet vẽditionẽ, extra de iure pat. c. de iure. C. de reb. alie. l. vlti. Imo & quandoque compellitur vendere. C. de communi ser. ma. l. j. ff. de relig. l. si quis sepulcrum. & ff. cõmuni. di. l. j. §. vlt. Emere autem nõ cõpellitur quis. C. de iure deli. nec emere. Argu. contra. C. de dona. l. sancimus.

Vendere quãdoque quis compellitur.

l Pecuniæ. Nam pretium in pecunia numerata cõsistit, vt insti. de emp. & ven. §. item pretiũ. ar. extra de re. permu. c. ad quçstiões.

Pretiũ in emptione debet esse in numerata pecunia.

Vides quòd hũc magica vanitate blasphemantẽ in spiritum sanctũ, apostolica authoritate condemnat, & eò magis, quòd puram conscientiã [a] fidei [b] nõ habebat.

Item Gregorius in registro.

Simoniacus infidelis esse probatur.

CAN. XX.

CVm omnis auaritia [c], idolorum [d] sit seruitus, quisquis hanc, & maximè in dandis ecclesiasticis honoribus vigilanter nõ prçcauet, infidelitatis perditioni [e] subijcitur [f], etiã si tenere fidem verbis (quã negat facto) videatur.

Item ex epistola Tharasij Constantinopolitani episcopi missa Papæ Adriano.

Simoniacorum hæresis cæteris damnabilior esse probatur.

CAN. XXI.

EOs, qui per pecunias manus imposuerunt, vel imponunt, Petrus diuinus [g] Apostolus, cuius cathedram sortita est sanctitas vestra, tanquam Simonem magum deponit. Tolerabilior est enim Macedonij & eorum [h], qui circa ipsum sunt, spiritus sancti impugnatorũ impia hçresis. Illi enim creaturam & seruũ Dei patris & filij spiritum sanctum delirando fatẽtur: isti verò spiritum sanctum efficiunt [i] suum seruum. Omnis enim dominus quod habet, si vult [k] vendit, siue seruum, siue aliquid aliud eorum, quæ possidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens esse, quod emerit, per pretiũ pecuniæ [l] illud acquirit. Ita & hi qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt [m] spiritui sancto, æqualiter peccantes his, qui blasphemauerunt, dicentes Christum in Beelzebub eijcere dæmonia: atq; (vt verius dicamus) Iudæ comparantur proditori, qui Iudæis occisoribus Christum vẽdidit. Cùm ergo [n] spiritus sanctus consubstantialis sit Christo, eiusdem ipsi portionis erunt. & proculdubio in eis non est gratia spiritus sancti, id est, sacerdotij sanctitas. Nam quod non acceperunt, non habent. Ait enim Petrus Simoni: Non est tibi pars, neque sors in sermone isto: quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Nam & vicesimusnonus canon sanctorum [o] Apostolorũ, & actus eorundem, & tertius [p] & quartus [q] liber Regum alienum omnino à sacerdotio pronuntiant eum, qui aliquando dederit, vel acceperit pecuniam in aliquo tẽpore, siue antè manus impositionem, siue post. Accipere [r] enĩ, est quãdocũque accipere ✝.

Item ex concilio Bracharensi. ij.

Et qui dat, & qui accipit, vt ordines sacri præstentur, anathema sit.

nam vbi aliud pro alio datur in specie, p̃mutatio est. ff. de cõtrah. empt. l. j. Sed tñ hic emptio large, & pecunia similiter large accipitur: vt ĩ. q. iij. per totum.

m Detrahunt. Sicut enim Iudæi miraculorum operationem tribuebant diabolo, quæ per spiritũ sanctum fiebant: ita isti ordines, qui sunt dona spiritus sancti, per diabolum sibi acquirunt.

n Cum ergo. Melius diceret, cum enim, &c. secũdum quod post sequitur in litera.

o Canon sanctorum. Qui sic se habet, si quis episcopus, presbyter, aut diaconus obtinuerit per pecuniam dignitatem: & ipse & ordinator eius modis omnibus à cõmunione abscindantur, sicut Simõ magus à Petro. facit ad hoc ĩ. q. iij. c. si q̃s ep̃s. & c. si.

Mat. 12. b

Mat. 26. b

p Et tertius. Vbi dicit de Ieroboam, q̃ q̃cunq̃ volebat, implebat manũ suam, & fiebat sacerdos excelsorum: & propter hanc causam peccabat domus Ieroboã, et versa est & deleta de superficie terræ.

q Et quartus. vbi de Giezi agitur.

Act. 8. b

r Accipere. Argu. in electionibus & alienationibus, vt firmæ sint, fieri ex cõsensu post sequẽte, sicut ex priori. ĩ. xxix. qõ. j. c. si q̃s ancillam. §. his ita. ĩ. xvj. q. j. c. vlti. & qõ. vij. c. decimas, &c. & c. ecclesias. extra de iur. pa. cura pastoralis. ar. cõtra. xxiiij. di. c. vl.

Cõsensus in electionibus & alienationibus debet interuenire.

r Accipere. Similiter impendere, est quandocunque impendere: vt ĩ. ead. q. iij. c. saluator. & c. si quis episcopus præbendas. & c. si quis obiecerit. & est si. ff. de calum. l. j. §. quod autẽ. Est ergo simoniacus, qui ratione ordinis, vel beneficij collati aliquod munus dat: vt dixi de Giezi s. e. qui studet. Ioan.

✝ Cõcor. tex. in l. si fraudator. §. si p̃curator. ff. de his, quç in frau. cred.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] PLacuit. Aliquanti. Arg. propter indignos hanc prohibitionē institutā fuisse: porrigitur tamen ad omnes ſ. ea. qō. iij. peruenit. ſ. xix. qō. ij. duæ.

[b] Oportet. 3. dist. lxxxv. c. j.

[c] Per multorū. 3. di. lxvij. reliqui. in fi. cōtra 3. xxiij. di. lector. cōtra. et xx. qō. ij. oportet. ſi. 3. di. lxxv. c. iij. Solet hic appellare multi, duo vel tres. vel hoc intellige cum clerici sunt ignoti

Item opponitur. Hæc est iiij. pars quæstionis, in qua vult probare sophistice, quod dare aliquid pro rebus ecclesiasticis, non est peccatū. Io. de Fā.

CAN. XXII.

PLacuit, vt de ordinatione clericorum episcopi munera nulla suscipiant (sed sicut scriptū est) quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent: non aliquo pretio Dei gratia & impositio manuum venūdetur: quia antiqua diffinitio patrum, ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens, Anathema sit danti & accipienti. Propterea enim, quia multis sceleribus aliquanti [a] obruti sancto altario indignè ministrantes, non hoc testimonio bonorum operū sed profusione munerū obtinent: oportet [b] non per gratiam munerū, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum [c] testimonium clericos ordinare.

Ex illa autheritate beati Ambrosij & Gregorij patet, quòd simoniaci (sicut & alij hæretici) à fide exorbitant, et ideo consequēter de illis intelligitur, quod de alijs decernitur.

4. Item opponitur [d] quòd prophetia donum spiritus sancti est: hoc autem in veteri testamento à sanctis prophetis uendi consueuerat. Vnde Saul ad Samuelem pro uaticinio expetendo, nō nisi cum munere ire præsumpsit. Vxor etiam Ieroboam ad hominē Dei non nisi cum munere accessit. Item Christus à Iuda [e] uēditus auriculam serui sanauit. Exemplo itaque Saulis & uxoris Ieroboam patet quòd donum spiritus sancti emere uel uēdere nō est peccattū. Exēplo Christi liquet, quòd spiritus sanctus etsi iniustè à simoniacis uenalis putetur, uirtutis tamen suæ gratiam non obliuiscitur, nec desinit effectum suæ gratiæ etiam uenditus præstare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in Michæam cōpetēter soluit, malos tantū accepisse, & non bonos denuntians.

Mali prophetæ, non boni prophetiam vendebant.

CAN. XXIII.

IVdices [f] ingt, eius [g] in muneribus iudicabant, sacerdotes eius in mercede respondebant: & prophetæ eius in pecuniȝ diuinabant, & super dominum requiescebant [h] dicentes, Nónne dominus est in nobis? Non veniēt [i] super nos mala [k]. Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur [l], & Ierusalem, vt custodia pomariȝ erit [m]. Nemo ambigat Ierusalem propter scelera, quæ in hoc capitulo legūtur, fuisse subuersam. *Et paulo post.* Poterat Petrus Simoni mago vendere quod petebat: imò poterat simulare vendentem. Spiritus enim sanctus nec vendi nec emi potest: sed oblatam pecuniam cū offerente damnauit. Nec quēquam moueat illud, quod in primo Regum libro legimus, Saulem [n] volētem ire ad Samuelem, dixisse puero suo, ad eum se ire non posse, quia pretium, quod offerret pro vaticinio, non haberet, & puerum respondisse: Ecce inuenta est in

[f] IVdices. Alias incipit ducens. verba Michææ prophetę, & est talis exitus. Quidam cum reprehenderent de simonia, excusabāt se exemplo quorūdam in veteri testamēto, quos Hieronymus ponit in hoc c. Primo ergo ponit verba Michææ prophetæ, & exponit ea, ostendens propter huiusmodi simoniacos Ierusalem fuisse destructam. Secundo ibi, Poterat Petrus. ponit verba Petri cum oblata pecunia Simonem condemnātis. Tertio excusat Samuelem de quarta parte sicli à Saule oblata. Quarto excusat Achiā de panibus sibi ab vxore Hieroboam oblatis. Quinto Eliseum de pecunia, quam Azael nuntius Benadab sibi obtulit: quia non est verisimile quod acceperit.

[g] Eius. populi Iudaici. Ioan.

[h] Requieſcebant. Isse dicitur quiescere super dominum qui obtētu sacerdotij vel prophetiæ non vitat luxuriose. & exponere negligebant, id est, gratiam eius habebāt secum secundum opinionem suam.

[i] Non venient. Quasi impunitatē sibi promittebant.

[k] Mala. quæ minantur nobis prophetæ.

[l] Arabitur. Hostili aratro, id est, desolabitur, & esse desinet, arg. ff. quimo. vſusfructus amittit. ſi vſusfructus. & hoc factum est à Romanis.

ADDITIO.

Ixxvj. distin. Ieſunium. Archid.

[m] Pomarij erit. Custodia enim pomarij collectis pomis deseritur, & ideo hoc dicit.

[n] Saulē. Historia legitur in primo libro Regum, quod cum Saul cum quodam seruo suo asinas quæsiuisset patris sui, et non inuenissent, dixit seruus Saul: Hic est vir Dei, qui siue ambiguitate loquitur: eamus & quæramus ab eo. & ait Saul: Quid feremus eiſiam panis deficit in sitarculam non habemus. ait seruus: Habeo in manu mea quartam partē stateris argenti: & iue runt ad prophetā, et iunctus est Saul in regem à Samuele de præcepto domini.

[a] Sed fac. i. pone. & ita secundum ea nones potest pars ponere falsum. de cōſe. di. iiij. sanctū.

[b] Quinque sunt oboli. arg. in delicto quātitatem rei attendi. ſ. xiiij. quę. vlti. capitu. vlti. ſ. xvij. q. iiij. quicunque. ſ. xvij. quæſt. vlti. quæſti sunt.

[c] Qui vtinam. Et hoc negatiue legas. i. vtinam non plus acciperent. Simile vtinam habes xiij. q. iiij. ſi ea. & xxvj. quæstio. v. episcopi. Et ideo forte hoc dicit, quia si plus non deberent accipere, nullus esset qui vellet simoniam committere. vel ideo forte, quia quanto minus quis acciperet, tanto minus peccaret: secūdum quod dicitur de abigeo. minus enim punitur pro porco vel oue, quā pro boue. ff. de abigeis. l. j. ſ. responſo. Vel posset intelligi secundum illā decre. extra de simo. & si quæstiones. arg. contra ſ. xiiij. q. vlti. c. vlti. xvij. quæstio. iiij. quicunque. extra de simo. c. ex tuæ. Sed hæc contraria habent locum quando mens corrumpitur.

[d] Quod vxor. Historia legitur in tertio libro Regum, quod cum ægrotaret primogenitus filius Ieroboam, dixit vxori suæ: Tolle tecum munera, & muta habitu vade ad Achiam propheram, vt indicet tibi quid futurum sit de puero. Quæ cum veniſſet ad prophetam, & si præ caliginatione oculorum videre non poterat, dixit tamen, Ingredere vxor Ieroboam: quare te aliam simulas? rego missus sum ad te durus nuntius. Et cum multa nuntiasset ventura super domum Ieroboam, subiuntulit: vade in domum

tuam, in introitu tuo in vrbe morietur filius tuus, qui iolus de semine Ieroboam in sepulchra patrum suorum inferetur. Historia de Eliseo propheta in litera pater.

[e] Achiam hominem Dei. qui ei prædixit mortem filij Abiæ, & qui ei peccata sua exprobraret, & suam vltionem prædiceret: vt ſ. ea. si quis inquit. dic vt xxiij. q. vlt. capitu. vlti.

[f] In sumptum. Ad sumptus enim & sustentationem accipere licet, extra de simo. cū sit. xxiij. q. v. dicat. ff. de offic. proconsul. lege solent. ff. de officio præsidis. plebiscito. Et ita presbyter si pauper est, accipere pōt pro celebratiōe missæ. ex tra de præbē. signi ficatum. nisi sit pro prius sacerdos, de con. dist. j. sufficit.

ADDITIO.

Quod no. xxj. quæstio. ij. ca. vlt.

[g] Eliseus. Qui misit lignum in aquā, & natauit ferrum. 4. Re. 5. c j. de conſe. distinct. ij. re vera.

[h] Ad Azaelem. suarum rerum dispensatorem.

[i] Bona. Id est, aliqua de omnib⁹ bonis: id est, de omni genere bonorum. ff. de reg. iu. aliud. §. refertur.

[k] Obtulit. Argu. in eodem facto secundum diuersitatem intentionis alterum peccare & alterum non: vt xxxij. quæstio. v. proposito.

[l] Viuit. Hæc iuratio erat in veteri testamento. xxij. quæstione j. & iurabunt.

[m] Faceret. Argu. contra Cathalanos.

[n] VNquam. Id est, raro. pro maiori enim parte dictū est, aliter falsum est, vt ſ. ead. eos qui.

[o] Diuinatio. Hoc enim impossibile est, quod diuina tio sit prophetia. expone ergo sic: facia est diuinatio, id est, diuinatio eorum, quæ credebatur esse prophetia. eorum enim prophetia declarata est non esse prophetia.

ADDITIO. Vt hoc melius intelligas scias q̄ prophetia est rerum latentium præteritarum, præsentium, vel futurarum ex diuina inspiratione manifestatio secundum Papiam.

Casus. In hoc §. & sequenti cap. probat Gratianus superficialiter quod vendere spiritualia non sit peccatum. Et hoc facit tribus exemplis. Exemplo Saulis, qui non iuit ad Samuelem sine munere pro vaticinio expetendo. Exēplo vxoris Ieroboā, quæ nō iuit sine munere ad hominem Dei, scilicet Achiā prophetā. Et exemplo Christi, qui venditus auriculā serui sanauit. Sed has obiectiones soluit sequēti c. & §. cū ergo. c. nunquā. secundum Hieronymū.

1. Re. 19. a

3. Re. 14. a

[d] Itē opponitur. ei scilicet quod ꝓpositum est principaliter, quod scilicet vendere spiritualia sit peccatū, vel quod ordo vēditus nō habet gratiā spiritus sancti.

Luc. 22. c

[e] A Iuda. Huius obiectionis solutionem ponit ſ. in §. cum ergo. in capi. nunquam.

Ioann. 2. c

3. Re. 14. e

1 Cōcor. tex. i. l. aut facta. §. quantitas. ff. de pœ. & ibi gl. cum concor.

2 Cōcor. glo. in l. si hæreditatem. ff. mā dat. & de cōſe. di. v. nunquam. Diuinatio nō potest esse prophetia.

Universidad de Deusto Biblioteca

phetæ: sed quia pecuniā accipiebant, prophetia eorū facta est diuinatio.

Cùm ergo secundùm [a] Heronymum boni prophetæ non munera prophetiæ accipiebant, sed stipes tabernaculi: mali autem quia accipiebant, prophetiam, quæ Dei erat donum, in diuinationem, quæ diabolica est, cōuertebant: quid aliud colligitur, nisi quòd in simoniacis (quod superius dictum est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cùm enim in sacramentis, neque qui plantat, neque qui rigat, sit aliquid, sed qui incrementum dat Deus: quis operatur in eis, si dominus qui incrementum dat, in eis non lucet, sed est otiosus?

Item quod dicitur de Christo, quòd sicut Christus uenditus auriculā restituit Malcho, & fecit miracula: sic & spiritus sanctus posit uendi, & in ipsa uēditione suā gratiā operari: nō ualet hæc similitudo. Nō enim operatur spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimonijs auaritiæ, quod Christus gessit corporaliter certi mysterij causa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria est similitudo: cùm credatur posse uēdi sicut Christus: credatur etiam spiritus sanctus posse crucifigi: quod impossibile est. Potest etiā intelligi, (ut à similitudine non recedamus) quòd sicut Christus uenditus non uenditori, uel ementi, sed eis, qui nescientes aderant, dona suæ gratiæ contulit, pro quibus etiam in cruce supplicauit: sic & spiritus sanctus non uendenti uel ementi, sed his qui de manibus eorum ignorantia ducti sacramēta dominica accipiunt, suæ gratiæ effectum largiri probatur. Item obijcitur [b], quòd & si malum sit ecclesiastica emere, tamen sæpe sinistra principia ad felices perueniunt exitus. Vt enim Iacob per supplantationem [c] peruenit ad benedictionem, ut seges quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur: ut ex adulterino cōcubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia, quæ per simoniā acquiritur, felicem habet exitū cùm pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simoniacis patrocinatur. Gen. 27

Ait enim Leo episcopus ad Mauros episcopos.

Quæ malo inchoantur principio, non peraguntur bono exitu.

CAN. XXV.

PRincipatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus aut actibus non offendit [d], ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo [e]. Et difficile est [f] vt bono [g] peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio [h].

Item Gregorius Antiocheno episcopo.

Non superædificatur bonum opus, vbi Christus fundamentum non est.

CAN. XXVI.

CVm Paulus dicat: Fundamentum [i] aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: consequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis est superædificium. 1. Cor. 3

Item Syagrio episcopo

Non potest fieri eleemosyna ex pecunia simoniacè acquisita.

[a] Secundum. Et ita docet nos magister resistere. Arg. à simili xxvij. q. j. nuptiarum. ff. de condict. indebi. si reus. xxxij. q. vij. apostolus. præterea responderi potest p id quod not. §. ead. eos [1].

[b] Item obijcitur. In defensionem simoniacorum vsq; ad §. sed nihil. & ibi statim incipit impugnare eos.

[c] Per supplantationem tamen factam instinctu domini. vij. q. j. quam periculosum.

[d] PRincipatus quem. Non offendit. Sic xiiij. quæstio. v. neque.

[e] Exemplo. Habetur & ratio exempli. Nōnulla siquidem in canonibus operantur. Multa enim reprobantur, ne sint perniciosa exemplo, quæ possent tolerari: vt xj. q. iij. præcipue. §. l. distinctio. de his vero. §. distinc. lxxxij. plurimos. §. distinct. xcvj. bene. & argu. xxj. q. ij. si quis iam. arg. xxvij. q. j. nec aliqua. j. xxvij. q. ij. institutum est.

[f] Et difficile est. Id est [2], nunquam. j. e. si quis neq;. quandoque ponitur pro vix. xlvij. distinct. quantumlibet [3].

[g] Bono. Sic xiiij. q. v. neque. Argu. contra extra qui filij sint legiti. tanta. & de matrimonio contracto post votum de futuro.

[h] Principio. Arg. initium spectādū [4] & quantum valeat bona fides à principio, collige ex his argu. tertia quęstione decima, placuit. xx. quæstio. tertia propositum. lxj. distinctio. miracula. xcvj. distinctio. si quis episcopus. extra de electione. auditis. extra de censi. peruenit. ff. de rei vendi. si in aliena. & de Publiciana. de pretio. ff. de his qui no. infa. quid ergo. & de origine iur. l. prima. Arg. contra. ff. de legi nō omniū. xvj. quæ. iij. c. dilectio. § potest. §. distinct. xvij. regula. j. xiiij. quæstione. v. neque. j. xvj. q. j. cap. vlti. & qō. iij. si sacerdotes. extra de iure patron. cura pastoralis. Io. si quis semper habet malam fidem, nunquam habebit exitum bonum. & cus in cōtrarijs. B.

[i] CVm Paulus dicat: Fundamentum. Argumē. cōtra: Debile principium melior fortuna sequetur. Et argu. non baptizatum non suscipere ordinem. xxiij. quæstio. j. vbi sana. j. ea. quæstio. si quis per ignorantiam. & j. eadem. si quis confugerit. extra de presby. non bapti. veniens. & c. si quis.

Ordinem suscipere nō potest qui baptizatus nō est.

1 Bene ibi no. per Lau. cuius fuit ista gl. sed nō not. secundum Ioā. et ibi dixi sententiam Laurē. in verb. portionis: Archid.

Reprobātur multa, ne sint ex emplo perniciosa.

Luc. 23. e

2 Cōcor. text. in l. absurdū. cū ibi no. ff. de iudi. et in l. j. cū gl. in ver. pessime. ff. ad Ma.

3 Sed Hu. dicit, difficile, quasi nō impossibile.

4 Ad hoc extra de electio. dudum. j. vbi de hoc. & xvj. q. iij. si sacerdotes. Arch.

Non

NOn est putanda. CASVS. In prima parte probatur triplici authoritate quod de illicite acquisitis non est eleemosyna faciēda. Prima authoritas est illa, Hostiæ impiorum, &c. Secunda, Honora Deum. Tertia, Qui offert sacrificium, &c. In secunda parte dicitur, quod si aliquis ad honorem debet accedere, prius vires suas consideret: & etiam si se sufficientem videat, cū timore accedat, aliter nullo modo accedat.

CAN. XXVII.

NOn est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, qđ ex illicitis rebus [a] acquiritur: quia qui hac intentione mala accipit, vt bene dispenset, grauatur potius, quàm iuuetur. Vnde etiam certum est, quia & si monasteria, vel xenodochia, vel qđ aliud ex pecunia, quæ pro sacris ordinibus [†] datur, cōstruātur, nō ꝓficit mercedi. Ne ergo sub obtētu eleemosynæ cū peccato aliquid studeamus accipere, prohibet scriptura dicēs: Hostiæ impiorū abominabiles sunt Domino, quæ offerunt ex scelere. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei nō placat iracundiā, sed irritat. Hinc rursum scriptum est: Honora Deum de tuis iustis laboribus. Qui ergo malè tollit, vt quasi bene præbeat, constat quia sine dubio dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, idē est ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor sit patris perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur: & hinc facilè cognoscitur quantus apud Deū dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinādum est sub obtentu eleemosynæ peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, [b] aliud propter eleemosynas peccata perpetrare. *Et post pauca.* Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompā, sed ad vtilitatē adipisci desiderat, prius vires suas [c] cū eo, quod est subiturus onere, metiatur, vt si est impar, abstineat [d]: & ad id cum metu etiā, cui se sufficere existimat, accedat.

Idem Theodorico & Theodeberto regibus Francorum [†].

Pastor simoniacus nullam omnibus præbet medicinam.

CAN. XXVIII.

FErtur simoniaca [e] hæresis (quæ prima contra Dei ecclesiā diabolica supplantatione subrepsit, & in ipso ortu [f] suo zelo apostolicæ vltionis percussa, atque damnata est) in regni vestri finibus dominari, cùm in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides [g] meritum non habet: beato Iacobo attestante, qui ait: Fides sine operibus [h] mortua est [i]. Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacra

[a] Ex illicitis rebus. hic dicitur, q de male acquisitis nō debet fieri eleemosyna. quod verum est cum dominium nō est translatum: vel si repetitio competit, vt dixi in summa. xiiij. quæstio. v. sed vbi non competit repetitio, bene. Vnde & meretrix potest facere eleemosynam, sed non latro, argumentum ff. de condictione ob turpem cau. l. idem. §. quoties. Sed quid si de pecunia simoniaca fundata est ecclesia? Dico quod nō demoliet. xiiij. q. vj. cōperimus. & xij. q. ij. aurū. Sed qđ de iure patronatus [1] illius ecclesiæ? Dic quod dat ecclesiæ, cui facta est ignominia. extra de simonia. de hoc autē in authentico, de sanct. epis. §. pro omnibus. ff. de calum. generaliter. §. illud. Item quid si ex pecunia simoniaca quis emit vineā, nūqđ de fructu faciet eleemosynā? Non, quia eodem iure censetur cum pecunia: cum fructus in locum pecuniæ succedant, arg. extra de vsur. cum tu. in fi. ff. de lega. ij. Imperator. §. vlti. & l. seq. & §. xciiij. distin. c. j. Argu. contra. ff. de fur. qui vas. §. penulti & vltimo.

[b] Facere. Sed opponitur, Fac tibi amicos de mammona iniquitatis. sed sic exponitur, id est, de diuitijs, solicitudinibus, & laboribus acquisitis, vel quibus abstulisti sua, restituas [2], vel eorū parentibus, vel illis mortuis sacerdotibus offeras: & isti omnes facti tibi amici orabunt pro te ad dominū. licet enim dictum sit: Quæ in malum acquisiuisti, in bonum expēde: non tamen id tibi patrocinabitur. Hug. male acquirere propter eleemosynam, & id in bonum expendere, nihil aliud est quā filium in conspectu patris mactare. xiiij. q. v. immolans. Aliter autē acquisitum, vt amore filiorum, & in bonū expensum: id tibi patrocinabitur ad præmium. H.

[c] Prius vires suas. Sumite materiā vestris, qui scribitis æquā Viribus: & versate diu quid ferre recusēt, Quid valeant humeri. argu. ff. de excu. tut. paupertas. Idem dicit lex in mulione. ff. ad legem Aquil. l. idem iuris. §. j. & l. qua actione. §. secundo.

[d] Abstineat. Hic præsumitur contra indignum prælatū statim quod male sit electus, argu. à cōtrario sensu lxj. dist. miramur. ver. nec putandus est honor.

[e] FErtur simoniaca. Notat Gregōr. primo de negligentia reges istos Franciæ, eo quod dominatur simonia in regno eorum. Secundo dicit quod ipsorum prælatorū culpa in eorum regimen retorqueatur. Tertio timendum est de his, qui tales apud Deū itercessores habēt, qui in se prouocāt iram Dei, quā placare debent.

[f] Et in ipso ortu. Quo ad nouum testamentum: & intellige post resurrectionem: & sic non est contra. de consecra. distinct. ij. prima.

[g] Fides. Professionis scilicet.

[h] Operibus. Exterioribus.

[i] Mortua est. Si tempus datur, vel locus. de pœnitentia, dist. iij. c. vltimo.

Eleemosyna de male acquisitis fieri nō debet.

† Anto. in secūda. pte histo. charta 65. colū. 2.

Prou. 21. d

Prou. 3. b

1 Scilicet empto p pecuniā. Io. de Fā. contra id, extra de iure patr. de iure.

Eccl. 34. d

Facere amicos de māmona iniquitatis quid.

2 Hic videas quod habet xiiij. qō. v. sed hic ibi exponitur p dicta authoritas.

Horatius in arte poetica.

† Vide Raph. Volateranū, charta 19. C.M.

Simonia dominatur in Frācia.

Iac. 2. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Crimen alterius nocet innocenti.

a Verum etiam excellentiæ. Ecce quod crimen alterius nocet innocenti ', argu. dist. 1xj. miramur. ver. sicut enim. arg. ea. q. dominus. cõtra. j. ea. q. iiij. cap. j. arg. viij. q. iiij. c. j. contra. dist. 1xxxj. si qui sunt presbyteri. arg. dist. xxxvij. ideo prohiberur. §. vt ita-

1 De hoc no. B. extra de præb. quibusdã.

que. argu. de consecra. dist. in cio. j in sancta. Argu. contra. xxiiij. quæst. j. non turbatur. arg. vj. quæstione prima. ex merito. arg. xlix. distin. cap. j. argu. ij. quæstione vij. cap. sicut. ij. argumen. j. ea. quæst. multi. Et est argu. quod res inter alios acta, alijs non præiudicat. j de pœni. distinct. vj. cap. j. ff. de re iudic. læpe. Ioan. hoc breuiter tene, quod res inter alios acta alijs non nocet generaliter: nec crimen alterius alij nocet. In casibus tamen specialibus fallit, qui in iure expresse inueniuntur. extra de re iudic. quamuis. & vj. qõ. j. c. sunt plurimi. §. verum. & alijs similibus casibus: vt ij. quæst. vj. ca. ei qui. §. dist. initia.

Res inter alios acta aliis regulariter nõ nocet.

† Sic cõtigit, quia Theodoricus fuit de capitatus apud Coloniam, & Theodebert⁹ into xicatus à Brunichilda, C. M.

† Amor

b Suffragatur. nã dicit lex, qualiter quisq; meretur, nõ quantum dare sufficiat æstimetur. C. de episco. & clerici. si quenquam. Sed quæritur quare scribit Papa regi, cum non habeat potestatem super his. 23. quæstio. j. sacerdotibus. Ideo, quia particeps erat: vel quia erant incorrigibiles: vt j. eadem quæstione vltima, capitulo vltimo. de cimaseptima dist. nec licuit. extra de iudic. cum non ab homine.

c Vltoris. Id est, prælati, qui vitia aliorum debet vl-

2 propria. cisci.

quasi dicat, assumit officia' puniendus.

um vltor-

d Vlciscendus. id est, propter peccatis illc, de se, nõ in illos, p̃ quo debet vltio sumi.

e Prouocant, in quo supplicant. & ita etiã exaudi iij. q. vij. in grauibus.

menti conuincitur obtinere per præmium? & post pauca. Hinc igitur non solùm in ordinatoris & ordinati animam lethalevulnus infligitur, verùm etiam excellentiæ [a] vestræ regimen vestrorum episcoporũ culpa (quorum magis interceſsionibus iuuari deberat) prægrauatur. † Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur [b]: restat vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri profanus honor † obtineat. Et dũ vitia honor remunerat, in locum vltoris [c] is fortasse, qui fuerat vlciscendus [d] adducitur: atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur. Vulnerato nanque pastore, quis curandis ouibus adhibet medicinã? Aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis hostium sese feriendum exponit? Aut qualem fructum de se producturus est, cui graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis calamitas, vbi tales intercessores ad locũ regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam prouocant [e], quam per semetipsos placare debuerant.

Cùm ergo secundũ Leonem simonia non bono peragatur exitu, secundùm Gregorium nullum boni operis sequatur ædificium: nec est putanda eleemosyna, quæ ex pretio simoniæ erogatur pauperibus: vulnerato pastore medicina non adhibetur curandis ouibus: de infecta radice fructus non producitur, maior etiam calamitas in futuro metuitur: ergo de tam sinistro principio quis felix exitus speratur?

Hinc etiam Augustinus ait.

Simoniacorũ sacramenta esse extra gratiæ carent.

CAN. XXIX.

SIcut eunuchus [f] fuit, qui Ioseph comparauit, ita qui gratiam mercatur, viuũ semen [g] non habet siccis genitalibus. Sic quoq; ignis sacrificij, qui per septuaginta annos Babylonicæ captiuitatis sub aqua [h] vixerat extinctus est Antiocho [i] Iasoni vẽdente sacerdotium: quod significauit Spiritus sancti ignem non lucere [k] in simoniacis sacramentis.

Quid in his similitudinibus beatus Augustin⁹ notare voluit, nisi qa sacramẽta simoniacorum (sicut & cæterorũ hæreticorũ) licet sint vera, quãtum ad formam, inania tamẽ & falsa sunt quantum ad effectum, cùm nõ posſint in cordibus hominũ gignere vel accendere cælestem gratiam?

5 *Sed obiscitur [l] illud Augustini contra hæreticos.*

Siue bonus, siue malus sit minister, per vtrunq; effectus gratiæ confertur.

CAN. XXX.

SI iustus [a] fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicẽs: Ego plantaui [b], Apollo rigauit [c], Deus autem incrementum dedit. Qui verò superbus fuerit minister, cum Zabulo computabitur: sed non contaminatur donum Christi: quia per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest: et si per lapideos canales transit [d] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur, sed ortus plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti, vt lux pura ab illuminandis ex cipitur, sed per immundos transiens non coinquinatur.

Idem ad Vincentium Donatistam.

De eodem.

CAN. XXXI.

EX catholica [e] ecclesia sunt omnia [f] sacramenta dominicã: quę sicut habetis & datis, sic habebãtur [g] & dabãtur priusquã inde exiretis.

Item ad Donatistas.

De eodem.

CAN. XXXII.

SIc autem Deus [h] ad est sacramẽtis & verbis suis [i] per quoscunq; administrẽtur, quorum sacramenta & verba recta sunt: sicut mali homines, quib⁹ nihil prosunt, vbique peruersi sunt, id

In defensione simoniacorum probando quod habẽt effectum sacramenta ab eis collata. Io.

a Heretico-rum sacramẽta sunt vera.

S Ic iustus. Ab isto ca. vsq; ad illud, etiam corde. ostendit magister quod sacramenta hæreticorũ vera sunt, & vere ab eis cõferuntur, si in forma ecclesiæ conferantur, nõ tamen quo ad virtutem, cum distinctione tamen: quia sacramenta necessitatis', si in necessitate q̃s sumat ab hæretico, vel etiam si ignoranter sumat, & virtutem & veritatem quidem accipit sacramenti. Si vero non necessitate vel scienter accipit, veritatẽ quidem accipit sacramenti, non virtutem. Si tamen ficte accipit, & post agat pœnitentiam, habebit vtrunque, de consc. distin. iiij.

1 De hoc leg. & no. j. ea. §. sed notãdum est. Arch. 1. Cor. j. b

2 Ad idẽ de pœ. dist. iij. §. illud autẽ Gregorius in fin.

tunc valere. & §. sed notandum ' j. ea. c. remissa. In sacramento vero dignitatis, vt in ordine, distingue secundum illã distin. ix. qõ j. ordinationes. & in summa ibi posita. In sacramento eucharistiæ dicimus, quod de manu hæretici sumẽdum non est. xxiiij. qõ. j. c. vlti. & xxxij. distinct. cap. præter hoc §. verum. Si tamen accipiatur, verum est corp⁹, si in forma ecclesiæ est cõfectum: licet quidam dicant, quod ipsi non conficiũt. xxiiij. quæstione j. schisma.

ADDITIO.

Arg. de consec. dist. iij. quid sit. Archi.

b Plantaui. Prædicando.

c Rigauit. Baptizando.

Sacramenta sunt duplicia.

d Transit. j. ea. Sic populus. cõtra. Solu. hoc de sacramentis necessitatis quæ semper habent effectum, nisi culpa suscipiẽtis impediat. & ibi de sacramentis dignitatis. vel hic de ficte ordinatis, ibi de his, quos ecclesia tolerat. Vel dic q̃ sunt polluta quantum ad illos, vt xlix. di. c. vlt. xv. q. vl. c. si.

e Ex catholica. In hoc & in duobus cap. sequentibus dicitur quod vera sunt sacramenta hæreticorum, quæ in forma ecclesiæ celebrantur.

f Omnia. i. omniũ sacramẽtorum veritas et forma.

g Habebantur. Arg. contra. j. e. extra catholicã. sed ibi expone, id est, extra formam catholicæ ecclesiæ.

est intus & foris.

Idem.

CAN. XXXIII.

NEc foris ergo, nec intus quisquã, qui ex patre diabolo est, potest in se, vel in quoquã maculare sacramentum, quod Christi est.

Idem ad Demetrium.

Sacramenta, quæ non mutantur, catholicus & hæreticis communia probantur.

CAN. XXXIIII.

SAcramenta, quæ nõ mutastis [k], sicut habetis approbantur à nobis: ne fortè cùm vestrã prauitatẽ corrigere volumus, illis mysterijs, quæ in vestra prauitate deprauata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam [l]. Neque Saul de prauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni Dauid pius sæpius exhibuit tantum honorem.

Idem ad Donatistas.

De eodem.

CAN. XXXV.

SIcut ficti [m] veraciter non fictè recipiunt, nec eorum baptisma reprobatur, sic & illa, quæ schismatici, & hæretici nõ aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera ecclesia, dum ad nos veniunt, nõ emendamus [n] sed potius approbamus.

Idem cõtra Petilianũ.

Non effugiantur sacramenta à quocunque ministrentur.

CAN. XXXVI.

NEque in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat, neque in homine malo [o],

capitu. præter hoc. H.

S Ic autẽ Deus. Deus dicitur adesse talibus sacramentis, vt veritas subsistat, & vt virtus præstetur ei, q accipit ignoranter. §. ead. si iustus.

i Et verbis suis. Et ita verba necessaria sunt, argu. infra ea. de trahe.

Verba in sacramentis sunt necessaria.

S Acramenta

k Non mutastis. i. non extra formam ecclesiæ tradidistis.

l Iniuriam. Argu. quod propter alterum non debet alteri iniuria fieri. de consc. di. iiij. ostenditur. ff. de reg. iur. non debet. Io.

m S Icut ficti. Sed nunquid dandum est baptisma ei, qui ficte accedit? Dic quod sic, sed post compellendus est fidem obseruare, arg. xlv. dist. de Iudæis. Vtrum autem baptizetur ignorans, vel inuitus, vel dormiens: habes extra de bapt. & eius effectu. capitu. maiores. §. item quæritur.

Baptisma [illegible] dum sit.

n Non emendamus. j. de consc. distin. iiij. ostenditur, & ca. solet quæri. j. eadem. si quis inquit. Sed contra. j. ea. qõ. sicut vrgerí. Sed hic de fictione accipientis, quæ nõ impedit: ibi de fictione dantis, quæ impedit, vel quando non in forma ecclesiæ. xxxij. dist. cap. præter hoc. §. verum.

o Neq; In homine malo. id est, tolerato ', 3 Ad hoc vel in necessitate. & sic non est contra. j. distinctione xxxij. nullus. & j. e. q. multi. vbi de hoc in gl. ex his. Archidia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] NOnne. Vult probare Aug. in hoc c. q̃ apud hæreticos sunt vera sacramenta: quia erant apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis. Item et alia ratione, quia si gentiles aliquid boni habuerunt, hoc sancti viri non reprobauerunt. Quod autem apud Iudæorum sacramẽta fuerũt vera.

Iudæos essent vera sacramẽta, probat exẽplo domini & Zachariæ. Zacharias tamen bonus fuit: vnde ratione personæ nulla est probatio: sed iste eodem modo sacrificabat, quo & alij Iudæi.

Iudæi peiores fuerũt Sodomitis. matt.10.b

[b] Peiores. ſ. xxiiij. q.j. non asserimus. quia illi tantum naturalem legẽ transgressi sunt: Iudæi etiam scripturam. illi prædicatores non habuerunt: isti etiam Iesum Christũ. apud illos nulla miracula facta sunt': apud istos multa facta sunt: & præterea isti Christum crucifixerunt. de pœ. di. j. §. periculose.

Ezec.16.f

xxiij. q.iiij. Nabuchodonosor. §. de Tyrijs.

[c] Iusta. Id est, minus mala. argu. octaua, quæstione prima. vereor. vnde dic iustificastis, cõparatione melioris vitæ, non potestate iudicij.

Luc.1.b

[d] Talia. Id est, tale sacrificium est, quale is sacrificans. ſ. ea. dominus declarauit. ver. item nos dicimus.

ADDITIO.

Quasi dicat non. ſ. ea. dominus. H.

De circuncisiõe domini.

[e] Quæ. Scilicet sacramenta: vt circuncisionem quando cum hostijs in templo fuit præsentatus, de consecratio. distinctio. iiij. proprie. in fi.

[f] Et ea Zachariæ. Ecce per bonos ostendit sacrificium fuisse apud Iudæos.

[g] Angelus. Historia. Narratur historia in nouo testamẽto, quod fuit in diebus Herodis sacerdos nomine Zacharias, & eius vxor nomine Elizabeth. Dauid autem volens ampliare cultum domini xxiiij instituit summos sacerdotes, quorum tamen vnus maior erat, qui princeps sacerdotum dicebatur. Quorum de numero vnus fuit Zacharias, qui cum in die propitiationis incensum poneret, præ dixit ei angelus filium nasciturum de vxore sua: qui vsque ad diem partus obmutuit, quia credere noluit.

[h] Et rectum. Argumentum propter personæ detestationem non reprobari dicta illius. supra trigesima detesta. septima distinctio. si quid veri. & capitul. turbat. in fra vigesimatertia, ciat illius quæstione quarta. dicta vero quid ergo. infra ea. probatur dom, quæstione prima dominus declarauit. supra decima nona distinctione, secundum. infra vigesimasexta, quæstione secunda. si de area. contra. nona distinctio. si ad sacras. cõtra distinctiõe decimasexta, canones. Dic vt in decre. si ad sacras. Vel dic quod vtile vitiatur per inutile, cum alteri sit præiudicum. sexagesimasexta distinctione. capitu. primo.

Perfum

Cæsa

Idem.

Licet sacramenta mali ministrent, remissionem peccatorum non præstant.

CAN. XXXIX.

REmissionem peccatorum auari [n] nõ dãt, quę per orationẽ [o], perditos mores detestandi essent, & nisi corrigerentur, diuino iudicio puniendi.

Idem.

Sacramenta mali habere possunt, licet virtutem spiritus sancti habere non possint.

CAN. XXXVIII.

MVltæ autem operationes [i] sunt spiritus sancti, quas cũ apostolus in quodam loco [k] commemorasset, ita concluſit: Omnia autem hęc operatur vnus & idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Cúmque aliud sit sacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit, & aliud prophetia, quæ in malis hominibus etiam fieri solet, vt in Saul [l]: aliud operatio eiusdem Spiritus sancti, quam nisi boni [m] habere non possunt, id est, charitas, quodlibet horum hæretici & schismatici accipiunt. Charitas, quæ operit multitudinem peccatorum proprium donum est catholicæ vnitatis & pacis: nec est in omnibus donum eius: qa nec omnes sunt eius.

Idem.

Licet sacramenta mali ministrent, remissionem peccatorum non præstant.

CAN. XXXIX.

REmissionem peccatorum auari [n] nõ dãt, quę per orationẽ [o],

[n] Auari. i. idolatræ, id est, quilibet mali. xxviij. quæstio. j. idolatria.

[o] Quæ per orationem. Quia facilius precibus iustorum, qui sunt in ecclesia, obtinetur remissio [p]; vt j. vigesimaquarta, quæstione quarta. obtinetur peccata. ſ. de conse. distinctione quarta. ecclesiæ charitas.

[i] MVltæ autẽ operationes. Id est, multa sunt dona, quæ spiritus sanctus operatur. xxx. quæstio. j. peruenit.

[k] In quodã loco. Id est, in epistola prima ad Corinthios, xij. capi.

[l] Vt in Saul. Et in Caipha: Expediuit vnus mori &c. Caiphas prophetauit. j. ead. quæstio. pro hi-

[m] Boni. Scilicet per gratiam inhabitante. ſ. xxiij. q. iij. de illis q. & e. cauq̃st. j. vbi sancta. H. Ioan. de Fan.

Sacramentum male acceptum duplici ca ret effectu.

[n] Auari. i. idolatræ, id est, quilibet mali. xxviij. quæstio. j. idolatria.

[p] Auari non dãt. Id est, indigni sunt dare. ſ. de conse. di. iiij. quomodo. Vel intelligo de præcisis, quia non dant in veritate, nisi sacramentum in necessitate, & eius etiam virtutem.

Auari

Infirmo

[a] Foris. Si intelligas capi. de toleratis, dic foris, id est extra ecclesiam, quæ complectitur tantum grana. si de præcisis, dic foris. i. extra ecclesiam militantem, quæ complectitur grana cum paleis. vij. quæstio. ſ. c. aduersitas. versi. cum vero.

[b] Aperte. Cum sit Christianus ecclesiam impugnãs manifeste, siue perturbans ecclesiam occulte. xxxij. q. iiij. recurrat. ver. fi.

[c] Sacramenta. Respicit illud capi. si iustus fuerit. ſ. e.

Ioã. 20.c

[d] Et non inania. Verum est hoc in sacramento necessitatis. xxiiij. qõ. j. si quem forte.

[e] Sed notandum. Hæc est vj. pars q. in qua facit differẽtiam inter sacramẽta necessaria & voluntaria. Necessaria enim sacramenta sine quibus nemo saluatur (vt est baptismus) possunt recipi à quocunq;. Sed sacramenta voluntaria (vt sunt ordines) nisi rite dentur, data non sunt, sed cessant vel loco, vel ordine, vel promotione. de quibus multa ponit exempla, quæ probat per vj. c. Ioan. de Fant.

[f] Sed notandum. ſ. contra simoniacos. respõdet enim per distinctionem sequentem suæ conclusioni. Sacramentum enim male acceptum, duplici caret effectu: aut quia in eo præstito non percipitur gratia, sed arguitur malitia recipientis, & hoc omnibus sacramentis est commune, quinque. ne. vel quia negatur executio, quod de pœ. & speciale est in sacramentis dignitatibus te. No. tis.

Vel intellige de ſ. Necessitatis. Nec sacramentũ necessitatis quinque nõ est necessaria, vt baptismus, confirmatio. extra tia, vltima vnctio, de trãsfact. corpus Christi [1]. venies. v. In baptismo tamen hoc est speciale, quod in summa necessitate accipi potest à quocunq;. xxxij. di. c. præbt de hoc necessitate. ver. fi. & idẽ circa pœnitẽtiã. nã conpulsiua, hic de finali. ff. de postu. l. j.

Sacramentum male acceptum

Sacramentum

Foris.

id est per columbæ gemitum datur, quicunq; baptizat, si tamen ad eius pacem illi pertinẽt, quibus datur. non enim raptoribus & fœneratoribus dixit dominus: Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur illi: si cui tenueritis, tenebuntur. Foris [a] quidem nec ligari aliquis potest, nec soluit: vbi non sit qui alium ligare possit aut soluere: sed soluitur, qui cum columba fecit pacem, & ligatur qui cum columba non habet pacem, siue aperte [b] foris sit, siue intus esse videatur.

Sic ergo sacramenta [c] in modum lucis ab immundis coinquinari non possunt. si in modum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt, patet quòd simoniaci sacramentum unctionis sibi quidem inutiliter & perniciosè habent, alijs utiliter & salubriter eandem unctionem administrant. Sicut ergo sunt uera sacramenta hæreticorum quantum ad formam, ita sunt uera & non inania [d] quantũ ad effectũ.

[c] Sed notandum. est, quòd sacramentorum alia sunt necessitatis [f], alia dignitatis. Quia enim necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem: illa sacramẽta, quæ saluti sunt necessaria, quia iterari nõ possunt, cum sint uera, auferri uel amitti non debẽt: sed cũ pœnitẽtia rata esse permittitur. Illa [g] uerò sacramẽta, quæ sunt dignitatis, nisi dignè fuerint administrata, ita ut digni dignè à dignis promoueantur, dignitates esse desinunt, non ut minuatur ueritas sacramenti, sed ut cesset officium administrãdi, uel loco, uel tempore, uel promotione.

Loco, ut ait Leo.

De his, qui à pseudo episcopis ordinantur.

CAN. XL.

SI qui à pseudo episcopis [h] ordinati fuerint, potest rata haberi talis ordinatio, ita vt in ipsis ecclesijs [i] perseuerent. aliter vana habẽda est talis ordinatio.

Ecce aliquis à pseudo episcopis ordinatus, si locum suæ ordinationis mutauerit, uana est, et sine administratiõe erit talis ordinatio.

Tempore, ut ait Innocentius de ordinatis à Bonoso hæretico.

Quæ pro necessitate concedun tur, eadem cessante cessabunt.

CAN. XLI.

QVod pro necessitate temporis [k] statutum est, cessante necessitate debet cessare pariter quod [l] vrgebat [†]: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio.

[g] Illa. Hic assignat vnam differentiã inter baptismũ et alia sacramenta: aliam ponit ſ. c. si quis. §. ecce si clericus. aliã in illo §. ecce cum honoris.

[h] SI qui à pseudo episcopis. id est, nõ canonice electis, toleratis tamen. sic lxij. di. c. j. arg. contra. xij. qõ. ij. alienationes. ibi ius commune, hic misericordia.

[i] Ecclesijs. ſ. ead. q. v. c. j. contra. Solu. ibi propter scandalum in ecclesia, quam per manifestam adeptus est simoniam, non permittitur ministrare. hic ecõtra, scilicet propter scandalum, cum occultum sit delictum in ecclesia, cui intitulatus est, & non in alia suscipitur: vel hoc cũ emit illum ordinem, illud cum dignitatem vel beneficium ſ. e. erga.

[k] QVod pro necessitate temporis, &c. Cessante necessitate, et dispensatio cessare debet.

[l] Quod. Id est, qa dispensatio vrget. vel quod est accusatiui casus, id est, quod necessitas vrgebat, id est, inducebat. Arg. contra. ſ. xix. quæst. ij. duæ. ibi, propter criminosos. B. Sol. ibi de causa impulsiua, hic de finali. ff. de postu. l. j.

† Cõcor. tex. in 1 j. in princi. C. de cad. tol. & ix. q. j. c. ordinationes.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ergo aliquis alio tempore ab eo, qui Bonoso similis sit ordinatus, cessabit ab administratione: quæ pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item promotione, ut ait Leo.

Qui ab hæreticis redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt.

CAN. XLII.

SI quis [a] hæreticæ cõmunionis contagione se maculauerit, hoc in magno beneficio habeat si adempta sibi omni spe promotionis [b], in quo inuenitur [c] ordine permaneat.

Ecce [d] *si clericus, uel ordinatione, uel quolibet sacramento hæreticis cõmunicat, cessans à promotione uix in suo ordine perseuerat.* Non *est enim de sacramento hoc, ut de cæteris.* Cætera *enim, uel ad culpas abluendas dantur, ut baptismus & pœnitentia: uel pro culpis non in æternum, sed ad horam negantur, ut eucharistia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de nefarijs peccatis conceditur.* Hoc *non solùm pro culpa, sed etiam pro infamia* [e], *interdum etiam pro munditiæ* [f] *suæ imminuta, uel extrinsecæ uel intrinsecæ perfectionis prærogatiua, uel bigamis, uel uiduæ maritis, uel illiteratis, uel corporis qualibet parte uitiatis denegatur: quibus tamen baptismus, uel eucharistia non negatur.* Potest *etiam talis cætera sacramenta sacerdotaliter administrare, qui istud solũ* [g] *non ualet conferre.*

Vnde Leo ait:

De episcopis, qui talem consecrant, qualem cõsecrare nõ licet.

CAN. XLIII.

SI qui episcopi talẽ [h] consecrauerint sacerdotem, qualem [i] non liceat esse: etiam si aliquo modo [k] damnum proprij honoris euaserint, ordinationis [l] tamen ius vlterius non habebũt [m]: nec illi [n] vnquam [o] sacramento intererunt, quod immerito præstiterunt.

Ecce [p] *cùm honoris periculum euadant, ut cætera sacramenta sacerdotaliter administrare admittãtur: ab hoc solo non modò pro hæresi, uel pro qualibet maiori culpa, sed etiam pro negligẽtia remouentur.* In *quibus omnibus solicitè notandum est, quòd sacramentum sacerdotalis promotionis præ cæteris omnibus magis accuratè & dignè dandum, uel accipiendum est: quia nisi ita collatum fuerit, cò desinet esse ratum, quò non fuerit ritè perfectum.* Cætera *enim sacramenta unicuiq; propter se dantur: & unicuique talia fiũt, quali corde, uel cõscientia accipiuntur.* Istud *solùm non propter se solũ, sed propter alios datur: & ideo necesse est ut uero corde, mundaq; conscientia quantũ ad se sumatur. quãtum ad alios uerò non solùm sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia propter scandalum fratrũ, ad quorũ utilitatem nõ solùm ut præsint, sed etiã ut prosint, sacerdotiũ datur.*

Vnde Hieronymus in Michæam.

[a] SI quis. Hoc cap. non loquit de mero iure.
[b] Promotionis. Supra xxxiiij. dist. c. præcipim⁹. C. depositi. l. si depositi. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.
[c] Inuenitur. Nisi in casibus notatis ix. q. j. in summa [1].
[d] Ecce. Ostendit magister in hoc §. differentiam inter sacramenta dignitatis, & alia, & causas differentiæ.
[e] Infamia. quę etiã sine culpa contrahitur. vj. q. j. c. sunt plurimi. §. verum.
[f] Munditiæ. Vt in illo, q contrahit cũ ancilla. xxxiiij. distinctio. si quis viduam.
[g] Istud solum. Scilicet ordinem.
[h] SI qui episcopi talem. Extra de tempo. ordinatio. literas.
[i] Qualem. Extra de præben. graue.
[k] Aliquo modo. Dispẽsatiue. s. cum punitur aliquis in eo in quo deliquit. In increpatiõe, vt xlv. dist. cum beatus. Item in scientiæ recognitione. xvj. q. j. reuertimini. in fi. Itẽ in potestate ligãdi vel soluendi. xxiiij. q. iij. de illicita. Item in priuilegijs. xj. quę. iij. priuilegium. Itẽ in ordinis collatione, vt in ca. pręsenti, si qui episcopi. Itẽ in honoris ablatione, vt dixi xcix. distin. nullus. Item in armorum retentione, vt j. q. vij. c. j. H.
[l] Ordinationis. s. di. l. ex pœnitentibus. contra. s. dist. xxxvj. qui ecclesiasticis. contra. s. lv. distin. nullus. s. dist. lj. c. j in §. j. Solu. ibi de his, qui ex pertinacia contra canones ordinant tales, hic de illis qui ex sola negligentia hoc faciũt, intelligitur [2]. arg. ij. q. õ. j. in primis. Nec est contra extra de temp. ordi. literas. quia ibi non indignum, sed indigne ordinauit: ass semper est hæc veritas, quod qui promouet indignum, depositionem mereretur: vt l. dist. ex pœnitẽtibus. & ar. hic ibi euaserint: ita tamen si sciẽter hoc facit: cũ & ille sit in notorio crimine. aliter nõ posset eum repellere ab ordine suscipiẽdo. extra de temp. or. ex tenore. Vel dic quod variç sunt pœnæ: hodie mitius agitur, vt extra de præben. graue.
[m] Non habebunt. s. cum aliquis punitur in eo, in quo deliquit.
[n] Illi. Baz. dicit quod illum eũdem ordinem non potest conferre, sed minorem vel maiorem bene, arg. extra de temp. ordi. literas. quia hæc pœna est: & ideo non debet amplius extendi quam inuenia tur delictũ. H. contradicit quod hæc dictio illi, facit simplicem relationem.
[o] Vnquam. Arg. in eo puniendum esse aliquẽ, in quo deliquit. xij. quæstio. ij. de viro. & ca. qui et humanis. j. ead. quæs. v. cap. j. s. distinct. lxxxj. valet. xvij. quæst. iiij. frater. & vij. quæstio. j. si quis de ordine. & xxxiij. quæstio. ij. admonere. j. xxvij. quęst. ij. qui dormierit.
[p] Ecce. Adnuc perseuerat assignando differetiam, & causam differentiæ.
Hi quos

1 Illos casus ponit etiam hic Hugo.
Prelati in multis excedunt.
2 Et sic videtur intelligere Gratianus infra §. j.
Ordinantium indignos punitio.
Pœna infligatur secundũ delictum.
In quo quis deliquit, in eo puniri debet.

Simoniaci rei sunt infidelitatis eorũ, q à se scãdalizantur.

CAN. XLIIII.

HI quoscunque [a] de assęclis suis ordinãtes, & vitam eorum in scandalum [b] populi exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur.

Re vera enim qui ad hoc eliguntur, vt cæteris præsint, sicut præordinãtur dignitate, sic præeminere debent sanctitate. Alioquin cur cæteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à cæteris assumuntur?

Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanensi episcopo.

Sicut honore, ita & scientia quisq; præcellere debet.

CAN. XLV.

VIlissimus [c] computandus est, nisi præcellat [d] scientia & sanctitate, qui est honore præstantior.

7 Patet ergo [e] *illud Augustini. sacramenta uidelicet Christi per hæreticos ministrata, suo non carere effectu: non de omnibus intelligi generaliter, sed de sacramento baptismi.*

Vnde idẽ Augustinus ait:

Baptismus siue per bonum siue per malum ministretur, reiterari non debet.

CAN. XLVI.

DEdit [f] baptismum Iudas, & nõ baptizatũ est post Iudam: dedit [g] Ioãnes [h], & baptizatũ est [i] post Ioannem: quia q datus est à Iuda, baptismus Christi est [k]: q à Ioanne, Ioannis erat. Nõ Iudam Ioãni, sed baptismum Christi etiam per Iudæ manus datum, baptismo Ioannis rectè præponimus. Itẽ quos Iudas baptizauit, & Christus. Sic ergo quos baptizat ebrius [l], homicida, adulter, Christus

[a] HI quoscũq;. i. aliquos indignos. qđ collige ex illo verbo assęclis: ab assequor assequeris. vnde & assecla seruus. Aliter si essent digni plus eis tenerentur, arg. xij. q. ij. hæc huius. lxxxvj. dist. nõ satis.
[b] In scandalum. Qui ergo occasionem damni dat, damnum, &c. extra de iniu. & dam. si egressus [1]. j. ea. placuit. ij. arg. contra xxiij. q. v. de occidendis. §. j. Dic, prima intelligitur de causa proxima & cũ culpa: contraria de causa remota & sine culpa. ff. de ser. cor. l. Neratius.
[c] VIlissimus. s. di. xxv. c. vnum orarium. §. nunc autem.
[d] Nisi præcellat. Id est, nisi habeat illam discretionẽ, quæ in prælato exigitur, etsi non eminentem, tamen sufficientem, extra de elect. cum nobis olim. sufficit enim quod sit bonus [3]. lxv. dist. cap. vlti. Quid ergo si oẽs sint valde periti? Non ideo erit iste vilissimus, quia nõ est vt Salomõ, de hoc. viij. quæst. j. licet.
Patet ergo. Hęc est vij. pars huius q. in qua dicitur, quod sacramentum collatum in forma ecclesiæ à malo catholico tolerato, ratum est, Ioan. de Fantu.
[e] Patet ergo. Respicit illud cap. ex catholica. & ca. si iustus. Ioan.
[f] DEdit. Quia baptismus collatus à Ioanne erat quoddam sacramentale, quo abluebatur corpus exterius tantum. de consec. dist iiij. baptismus. & valebat ad assuefactionem.
[g] Dedit. In nomine Christi, vel in nomine patris & filij & spiritus sancti: & ideo non fuit, &c. de consec. distin. iiij. aliud.
[h] Dedit Ioannes. In nomine venturi, &c. & ideo fuit Ioannis.
[i] Et baptizatum est. j. de consec. dist. iiij. non regenerabantur.
[k] Baptismus Christi est. In quarto libro sententiarum legitur, Hic considerandum est si baptizati sunt baptismo Christi à Ioanne baptizati: & qua forma verborum sit vsus Ioannes. Illi respondent, qui baptizati sunt à Ioanne nescientes spiritum sanctũ esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Baptismus autẽ Ioãnis tantum dabatur in nomine venturi. Vnde Hiero. super Io. Qui dicit se in Christum credere, & non credit in spiritum sanctum, nondũ habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi. i. domini nostri Iesu Christi; quia dixerunt, sed neq; si spiritus sanctus est, audiuimus: iterum baptizati sunt in nomine Christi explicite. Illi vero qui spem in baptismo Ioannis habebant, & patrem & filium & spiritũ sanctum credebant, non fuerũt postea baptizati, sed impositione manuũ ab apostolis super eos facta, spiritũ sanctum receperũt. Alij vero qui non ita credebant; baptizati sunt baptismo Christi, vt dictum est. Vnde Hiero. Qui spiritũ sanctum nesciebãt, cũ baptismum à Ioanne acceperunt, iterũ baptizati sunt, ne quis ex Iudæis, vel gentilibus putaret aquã sine spiritu sancto sufficere ad salutem. De hoc etiam Ambro. Quidã negauerunt se scire spiritũ sanctum, cum baptizatos se dicerent baptismo Ioannis, quos tamẽ in aduentu Iesu, nõ ĩ suo baptizauit nomine. Isti ergo q nec in Christi nomine, nec cum fide spiritus sancti baptizati fuerant, nõ poterãt accipere baptismi sacramentum. Baptizati sunt igitur in nomine Christi: nec iteratum est in eis sacramentũ, sed innouatum. Sed quæritur, cũ in baptismo Ioannis nõ confertur remissio peccatorũ, de conse. dist. iiij. non regenerabant. nec ad veritatem baptismi valeat fides alicuius, vel infidelitas officiat. de conse. dist. iiij. qũo. & seq. c. cur reiteratur baptismus in quibusdam à Ioanne baptizatis: maxime cum per circuncisionẽ originale fuisset deletum, vt extra de bap. maiores. §. caute. Nã si dicas baptismum Christi necessarium esse etiam circuncisis, cõcluditur ergo quod in omnibus baptizatis à Ioã. necessarium est, siue bene crederent, siue male. Si autem dicas non esse necessarium, quare ergo baptizati sunt baptismo Christi iam à Ioanne baptizati, cum ijdem essent circuncisi? Potest dici forte, q ante passionem Christi nulli erat baptismus necessarius [4], sed tantum baptizati sunt ab apostolis, ne putarent aliqui baptismũ sine spiritu sancto sufficere ad salutẽ: quod credo. vel forte à baptismo Christi, id est, postquam Christus baptizatus fuit, omnibus baptismus fuit necessarius, siue Ioannis, siue Christi: sed baptismus Christi tanquam à seipso ratus non indiget fidei adminiculo. secus in Ioannis baptismo. vnde baptizati sunt, quibus recta fides non affuit, quod locum habuit in baptismo Ioannis. Vide quod nota. de consecra. distin. iiij. ex quo.
[l] Ebrius. Ita tamen quod sentiat quid faciat: quia intentio baptizati & baptizantis exigitur [5]: vt j. de cõse. di. iiij. solet. quia nemo dicit, quod nõ sentit. ff. de

1 Assecla dicit assecutor, ab assequẽdo, eo qđ sequatur aliquẽ lucri causa. secũdũ Papi.
2 Cõcor. tex. in l. si quis ad se. cũ ibi no. C. ad leg. Iul. de vi pub.
Scientia prælati sit saltẽ sufficiens.
3 Grauitas & industria in prelato requirit. s. e. cap. fertur. vers. si enim, &c.
Baptizati à Ioanne, an debuerunt rebaptizari baptismo Christi.
C. Baptizing de conscer. dist. 4
Baptism⁹ Ioãnis nõ cõferebat peccatorũ remissionem.
Baptism⁹ ante Christi passionem nulli erat necessarius.
4 Scilicet qa ianua paradisi nõdũ erat aperta. extra de baptis. maiores. Arch.
5 Arg. cõtra de cõsec. dis. iij. baptism⁹. in fi. & c. non illud. Archidia.

Universidad de Deusto Biblioteca

baptizat. Item sacramẽtum ecclesię tam magnũ est, vt nec ab homicida ministrante polluatur.

Itẽ contra Donatistas.

De eodem.

CAN. XLVII.

Sicut vrgeri videor, dũ mihi dicit, ergo hęreticus dimittit peccatũ [a], cùm iustè baptizat: sic & ego [b] vrgeo dũ dico, ergo auarus religionis simulator peccata dimittit. Si p vim sacramẽti, sicut ille, ita & ille: si per meritũ suum, nec ille, nec ille. Illud enim sacramentũ Christi & in malis hominibus esse cognoscitur. In corpore autem vnicæ colũbæ [c] immaculatæ nec ille, nec ille inuenitur: vt si cuius manus esset arida, verũ quidẽ esset mẽbrũ, quãuis sine sanguine & inefficax esset & mortuũ: sic & fides cùm sit, vera tamen sine operibus mortua est. Item sic in hæresi baptizatus in nomine sanctæ trinitatis, nõ fit tamẽ tẽplũ Dei, si ab hæresi non recesserit: quoniam neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit tẽplũ Dei, si ab auaritia nõ recedat, quæ est idolorum seruitus.

[8] *Ex his itaq; uerbis apparet baptisma, quod ab hæreticis tribuitur, uirtute sua remißionem conferre peccatorum.*

Sed idem Augustinus econtra testatur in libro de baptismo dicens:

Baptisma Christi & si nulla peruersitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu.

CAN. XLVIII.

Etiam [d] corde tardiores intelligũt baptismũ Christi nulla p̃uersitate dantis, vel accipiẽtis posse violari. Sed quia [e] aliud est sacramẽtum ab effectu sacramẽti: cùm eos, qui in ipsa vnitate ecclesiæ perditè viuunt, constet remissionem peccatorum, nec dare nec habere posse: quia non malignis, sed bonis filijs dictum est: Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur: cui tenueritis, tenebuntur: patet ergo hæreticos [f] tantùm dare, vel accipere sacramentum baptismi, & non dare remissionem peccatorum.

Idem in verbis domini de blasphemia spiritus sancti.

CAN. XLIX.

Corporalia [g] sacramenta, quæ portant & celebrant etiam segregati ab vnitate corporis Christi, formam habere pietatis [h] possunt: virtus verò inuisibilis & spiritualis ita in eis esse non potest, quemadmodũ sensus non sequitur membrum, quando amputatur à corpore.

Item Ambrosius in libro de initiãdis rudib⁹.

De eodem.

CAN. L.

Non sanat baptismus [i] perfidorũ, non mundat, sed polluit: qui in duluuio [k] aquarũ ad dominum non approximabunt: quia vt per apostolũ dicitur: Quicquid nõ est ex fide [l], peccatũ est. & ipsis qui faciunt, & quibus faciunt, nõ solùm non prodest, sed & ad iudicium est.

Item Leo ad Nicetem episcopum.

Per manus impositionem confirmentur, qui ab hæreticis baptisma accipiunt.

CAN. LI.

Hi qui baptisma ab hæreticis acceperunt, cùm antea baptizati [m] non

de sup. lega. l. Labeo. & ita non est contra. ʃ. ea. capit. spiritus sanctus. §. ecce.

[a] Sicut vrgeri. Dimittit peccatum. ʃ. ea. remissionem.

Instructio respondẽtis.

[b] Sic & ego. Argu. sufficere respondenti dare instantiam [1]. alibi sufficit assignare rationẽ. xxviij. q. j. sic enĩ. Et dicit Aristoteles octauo Topicorum: optima instantiarum est dicere, quare non sic. Sic ordinabis argumẽtum: Hæreticus iuste baptizat: ergo dimittit peccatum: quod ego nego. & insto, auarus baptizat iuste: ergo dimittit peccatũ. qđ non concederent ipsi. Sed dic instantiam non valere: quia secundũ suam opinionem concludit. sic xxvij. qõ. j. nuptiarum.

[1] Instantiam. glo. sing. secundũ Ias. in l. vlt. in fi. C. vnde liberi. Glo. similis in l. creditori. de operis noui nunt. vbi Alex. & Iason. C. M.

[c] Vnicæ columbæ. Quæ complectitur tantum grana sine palea. xxxij. q. iiij. recurrat. ʃ. cõtra, remissionẽ. in gl. fi.

Ex his. Hæc est, viij. pars q. in qua dicitur quod baptismus in forma ecclesiæ datus à quocunq;, tenet: sed pręcisus baptizat⁹ nõ saluatur, sicut membrum præcisum à corpore non habet spiritum vitæ. Ioã. de Fant.

[d] Etiam. Ab isto loco inducit magister capitula, quibus vult probare quod hęretici etsi sacramentum conferre possint, non tamen effectum sacramenti. Quandoq; tamẽ inducit, quod possint effectum conferre: & sub ista alternatione venit vsq; in finẽ quæstionis fracto fræno.

Hæretici non conferunt effectũ sacramenti.

[e] Sed quia. Sicut aliud est elementum, aliud cõsecratio, vt de consec. dist. iiij. per aquã. Et ideo notat⁹ fuit Cyprianus, quia non fecit istam differentiam. ʃ. ead. si quis inquit.

[f] Hæreticos. Sacramentum gratiæ dat Deus etiã per malos: ipsam vero gratiam non nisi per seipsum: vt ʃ. de consec. dist. iiij. quomodo.

Sacramentum gratiæ dat Deus per malos.

[g] Corporalia. quia ministerio corporum & circa corpora conferuntur, vel quia quædam sunt corporea, vt chrisma, vel formæ corporum sunt, vel quia sub corporalibus speciebus cõferuntur [2]. Sed nunquid cum corpore pereunt? quod non. ʃ. ea. quod quidam. xxxij. q. vij. tãtum valet.

Mat. 15. b

[2] Vel dic q hoc dicit ad differentiam spiritualium sacramentorum. [illegible]

[h] Pietatis. id est, sanctę religionis & veritatis. sed ideo dicit, quia tunc est ibi pietas, cum & veritas, &c.

[i] Non sanat baptismus. Datus extra formam ecclesiæ, vt ʃ e. §. sed notandum. cap. seq.

[k] Qui in diluuio aquarũ. id est, multiplicitate diuersarum sententiarum vel sectarum [3]: vel in diluuio tantum, quia solus baptismus nõ sufficit, nisi & gratia detur.

[l] Ex fide. id est, cum fide operante per dilectionem.

[m] Hi qui. Baptizati. Nam tũc nihil acceperit.

[3] [illegible] Hugo. Rom.

ab eis. lxvij. distinctio. c. quamuis. §. hi vero.

[a] Vnus. Id est, incommutabilis.

[b] Vna. Id est, àb vno veniens.

[c] Vnum. Id est, vnam habẽs efficaciam in omnibus, siue paruulis siue adultis: nisi malitia suscipientis impediat: vel vnum, quia non iterandũ.

fuissent, sola spiritus sancti inuocatione per impositionem manus confirmandi sunt: quia formam tantùm baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. & hanc regulam (vt scitis) seruandam in omnibus ecclesijs prædicamus, vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur: dicente apostolo: Vnus [a] deus, vna [b] fides, vnum [c] baptisma. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est: sed (vt diximus) sola sanctificatio spiritus sancti inuocãda: vt quod [d] ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur.

Ephes. 4. a

[9] *Sed notandum est, quòd hæretici, ut Arriani & Sabelliani, quorum [e] alij inæqualitatem, alij indiscretionem personarum [f] confitebantur, baptisma non in forma ecclesiæ, [g] sed suæ peruersitatis ministrabãt. De his specialiter Ambrosius locutus est dicens: Non sanat baptismus hæreticorum, &c. sed etiam rebaptizẽtur et reordinẽtur, &c.*

Vnde in concilio Niceno statutum est.

Rebaptizentur & reordinentur, qui de Paulianistis & Cataphrygis ad ecclesiam redeunt.

CAN. LII.

Si quis confugerit ad ecclesiam catholicã de Paulianistis [h] & Cataphrygis [i], statutũ est rebaptizari eos omnino debere. Si qui verò clerici erãt apud eos, si quidẽ inculpati fuerint & irreprehensibiles, rebaptizãdi sunt: et rursus [k] etiam ab episcopo ecclesiæ catholicę ordinẽtur. Si verò examinati minus apti fuerint deprehensi, deponi [l] eos oportet. Similiter autẽ & circa diacones, & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadẽ forma seruabit.

Item Innocentius.

De eodem.

CAN. LIII.

Paulianistę [m] in nomine patris & filij & spiritus sancti minimè baptizant, & Nouatiani eisdẽ nominib⁹ tremendis baptizãt: nec apud istos de vnitate potestatis diuinæ, hoc est patris & filij & spiritus sancti, quæstio aliquando commota est, &c.

Alij [n] formã ecclesiæ in baptizando seruant: sed dũ ab eis baptizãtur, qui in hæresi, uel schismate eis cõmunicãt, sacramẽtũ quidẽ baptismi ab eis accipiũt, uirtutẽ uerò nõ cõsequũtur, quã sine fide nullus cõsequi potest. Vnde de domino dicit, quòd in patria [o] sua nõ poterat [p] facere signum propter incredulitatẽ eorum. Vnde Aug. in homi. lxxx.

Dum uerbum accedit ad elementum, fit sacramentum.

[d] Vt quod. scilicet sanctitatis virtutẽ, gratiam, remissionem peccatorum: exaudi tamen vt dicit Gratianus ʃ. e. c. hanc regulam. §. nemo. Nam aliter constitutus, in necessitate accipit. xxxij. dist. ca. præter hoc. §. verum.

Sed notandum. Hæc est ix. pars quæstionis, in qua dicitur quod quidam hæretici non baptizãt in forma ecclesiæ, et talis baptismus iteratur. Alij hæretici dant in forma ecclesiæ: & talis non reiteratur. Ioannes de Fantu.

[e] Quorum. Vt Arriani, qui dicunt filium non coæternum patri. xxiiij. quæstio. iij. ca. quidam. ver. Arriani.

Error Sabellianorum.

[f] Personarum. Vt Sabelliani, qui dicunt eandem personam esse patris & filij & spiritus sancti: vt xxiiij. quæstio. iij. quidã. ver. Sabelliani.

[g] Ecclesiæ. quę necessaria est. xxxij. distinct. §. verum. et ʃ. ea. c. detrahe.

Error Paulianistarum.

[h] Si quis confugerit. Paulianistis. Qui dicebãt Christum non fuisse semper, sed à Maria sumpsisse initium, vt ʃ. xxiiij. quæstione iij. quidam. §. Paulianistę.

[i] Cataphrygis. Cataphrygæ dicunt spiritum sanctum paruulum hominem, &c. vt in præ di. ca. quidam. ver. Cataphrygæ. qui non baptizant in forma ecclesiæ. & sic soluuntur contraria ʃ. de conse. distinctione iij. qui bis. sed hic non fuit facta iniuria sacramento cum nullum præcesserit. ibi contra. Vel hoc intelligẽdum est per illud. Nam ibi dicitur, nisi necessitas, &c. Item contra ʃ. eadem. si quis per ignorantiam. Sed hoc de dispensatione, illud de rigore. Vel hic loquitur de iure: quia cum hic nullum fuit prius baptisma, nec ordo: vnde non fit hic iniuria alicui sacramento: sed tantum baptizantur & ordinantur. nec tangit illud capi. hoc, quia ibi alienus casus, scilicet quia ibi sunt duæ quæstiones secundum vnũ casum.

Baptismo an fiat iniuria per reiterationem.

[k] Rursus. Argu. quod non baptizatus nullum recipit ordinem. extra de presb. non bapti. capi. si quis presbyter. ʃ. eadem. cap. si quis per ignorantiam. ʃ. eadem. cum Paulus.

Ordinari nequit, q baptizat⁹ non est.

[l] Deponi. de facto. [1] vel deponi, id est non admitti.

[1] Scilicet de eo ordine, quem apud hęreticos videbantur habere. Arc.

[m] Paulianistæ. Isti non baptizabãt in forma ecclesiæ, sed Nouatiani sic: sed rebaptizabant iam baptizatos. Sed illi qui ab eis in forma ecclesiæ, sunt baptizati, si eis communicant in hæresi, tunc effectum sacramenti non recipiunt, quem nullus sine fide consequi potest.

[n] Alij. Hic §. respicit §. supra positum, sed notandum. capitu. hi qui vero.

[o] In patria. Quia nemo propheta est acceptus in patria sua.

[p] Non poterat. id est, nolebat. vel quia potentiæ suæ non cõgruebat, argumen. trigesimasecunda. quæstione quinta. si Paulus. quia ipsi erant increduli. Sed non ne poterat facere, ne essent increduli, & ita facere miracula? nam dicit regula iuris, quod qui potest facere vt possit, dicitur posse: vt ff. de regulis iuris. l. qui potest. Sed illa intelligitur de eo, qui tenetur ex necessitate, & adstrictus est ad aliquid faciendum.

Detrahe verbū ab aqua, &c. qd signat ibi verbū.

a Detrahe. Id est, si aliquis immergat aliquem, & non proferat verba, non baptizat: quia nec solum elementum, nec sola verba ad hoc sufficiunt. Vel aliter: quidam baptizant tantum in nomine patris et spiritus sancti: & tunc expone, detrahe verbum, id est, filium: quid est aqua, nisi aqua? qua si dicat, non est ibi baptismus. de conse. dist. iiij. in synodo. Vel aliter, detrahe verbum ab aqua. i. formam, & non erit sacramentum baptismi. Et nota, quod Gandulph⁹ dixit, quod ipsa aqua fit sacramētū, scilicet ipsum elementum, arg. de cōse. di. ij. c. sacrificiū. Vñ si asinus bibat aquā illā, bibit sacramētū: sicut de mure diximus de conse. dist. ij. qui bene non custodiunt. Alij dicunt, quod impossibile est qd' asinus bibat sacramentum. Nam dicunt, quod aqua illa in eodem instanti incipit et desinit esse sacramentum. s. in vltima prolatione ipsius formę, baptizo te in nomine patris, &c. vt notaui de cōse. dist. iiij. c. j. sed per alias orationes, quæ primo funduntur super ipsam aquam, non fit aqua sacramentum. & hoc ita verum est secundū eos quod si in eo instanti, quo forma finitur, & aqua fit sacramentum, puer non esset in aqua, puta antequam dixisset, & spiritus sancti: leuasset eum de aqua, nō esset baptizatus. Nec est mirū, si incipiat & desinat esse in eodem instāti: cum sit idem etiam in alijs casibus secundum legem. Nam si quid mihi debetur sub conditione, & illud accepto tuli ante existentiam conditionis: si post existat conditio, eodem instanti incipit & desinit esse debitum. ff. de accep. l. antep. & l. quod in diem. vt dicit lex. Sed falsum est quod lex dicit: quia intelligitur olim liberatus: vt ff. de solu. sub conditione. debitor. Melius potest poni exemplum in seruo dato vxori à viro, vt eum manumittat. nam in eodem instanti incipit & desinit habere dominium. ff. de don. inter virum & vxorem. quod autem. § vlt. Arg. hic in fi. contra. quia alius est sonus, &c. sed quod dicit quod virtus permanet: non intellige in aqua, sed in puero. Item arg. contra. ff. de vsufru. Titio cum morietur. Item aliud exemplum potest poni, vbi quis simul incipit & desinit esse debitor: vt ff. ad Velleia. debitrix. Quidam autem intelligunt aliter illam literam.

Aqua baptismi an sit sacramentum.

Idē incipit & desinit in eodem instāti.

b Verbum. Nā verba necessaria sunt, ar. in l. j. ff. de verb. obliga.

c Et fit sacramentum. i. sacramētum fit ibi ex forma verborū & aqua, quod est baptismus. Sed quæritur si in litore maris baptizetur quis, an tota aqua cōsecretur, nō consecretur an nō? Dicendū est quod illa tantum, mare, quæ puerū tangit, ar. ff. de reli. l. ij. §. Celsus. nā ibi dicitur quod sola terra, quæ tangit corpus hominis, est religiosa. Vel potest dici, quod etiā illa quæ istā tangit, vt ff. de rei ven. quæ religiosis. sed exaudi per canonē. xj. q. iij. quoniam multos. quia excommunicatio non transit in tertiā personā: sic nec religio.

CAN. LIIII.

Detrahe [a] verbum ab aqua, quid erit nisi aqua? accedit verbum [b] ad elementum, et fit sacramentum [c]. Vnde ista tāta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciēte [d] verbo? non quia dicitur, sed quia creditur [e]. Nam & in ipso verbo aliud est sonus [f] transiēs, aliud [g] virtus manens.

De his etiam qui in hęresi, vel schismate baptizantur, scribit Aug. ad Petrum diaconē dicens:

Extra ecclesiam baptizati perniciem sibi cumulant, si ad ecclesiam non redierint.

CAN. LV.

Firmissimè tene, & nullatenus dubites, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, baptismo cumulari [h] perniciem. Tantum enim valet ecclesiasticæ societatis communio ad salutem, vt baptismo nō saluetur, cùm ibi non datur, vbi oportet, vt detur.

Idem.

Inutilia sunt dona, quæ præter vnitatem ecclesiæ habentur.

CAN. LVI.

Teneamus [i], fratres mei, vnitatem. Prę ter vnitatem etiam qui facit miraculum, nihil est [k]. In vnitate erat populus Israël, & non faciebat miracula. Prę ter vnitatem erant magi [l] Pharaonis, & faciebant similia Moysi. popul⁹ Israël (vt dixi) nō faciebat miracula. Qui erant saluandi apud Deum: qui faciebant miracula, an qui non faciebant? Petrus apostol⁹ resuscitauit mortuum. Simon magus fecit multa. Erant quidam Christiani, qui non poterant facere quod faciebat Petrus, nec qd' faciebat Simon: sed inde gaudebant, quia nomina eorū scripta erant in cælis.

Exod. 7. 4

Act. 3. 8

Luc. 4. 4

Item Leo ad Nicetem episcopum.

Baptisma semel traditum amplius non est reiterandum.

CAN. LVII.

Hanc [m] regulam cōseruandam in omnibus ecclesijs prædicamus, vt lauacrum semel initum, nulla iteratione violetur, dicente

d Faciente. i. in forma euangelij. in nomine patris & filij & spiritus sancti.

e Creditur. s. ea. sicut. Videtur ergo quod mutus possit baptizare: quia matrimoniū potest cōtrahere maxime si tres psonas potest exprimere. Quod cōcedo si est mutaster: aliter si loqui nō potest, nō baptizabit ¹. Et quod dicit, sed quia creditur, hoc ad suscipientem refertur: quia non exigitur fides conferentis, sed suscipientis. de conse. dist. iiij. tunc valere. ab ipso enim dante sola intentio requiritur: vt dixi s. ea. sicut.

f Sonus. Est sonus vocalis, & est sonus mentalis.

Sonus duplex.

g Aliud. i. efficacia à Deo sibi collata. j. de conse. di. iiij. c. solet. & ca. quamuis. & ca. ecclesia paradiso.

h Firmissime. Cumulari. ad cumulum supplicij. xxxij. q. vij. vsqueadeo.

i Teneamus. Probat baptismū posse cōferri à malis, & ipsi pñt miracula facere j. ea ,pphetauit.

k Nihil est. Quo ad vitam æternam.

l Magi. Iannes & Mābres. isti magi scilicet Iannes & Mambres tria fecerūt miracula, virgas in serpentes conuerterunt, & aquam in sanguinem, & fecerunt aquā ranis ebullire: sed cyniphes ² nō potuerunt educere, vt Moyses. vnde dixerūt ³, Digitus Dei est hic. & ita defecerūt in quarto miraculo, scilicet in tertia plaga ⁴: quia primum non fuit plaga. & ideo quādo dicuntur defecisse in tertio miraculo, quia in tertia plaga. xxvj. quæstio. v. ca. nec mirum.

m Hanc. Hoc ca. est pars illius capituli s. ea. hi, qui. & repetit hic finem illius capituli, vt exponat in §. sequenti.

Nemo. Hæc est decima pars quæstionis, in qua dicitur quod baptismus potest dari à quocunq;. & hoc vsque ad §. hoc ergo. Ioan. de Fant.

a Nemo. Argu. ad q. de inuasore, vtrū per eum possit præsentari clericus in ecclesia: & per hæreticum sententia iusta detur ¹. de consec. dist. ij. & dixit dominus Io. quorū vtrunq; falsum est: quia inuasor non toleratur, & hæreticus est excommunicatus. B.

Eph. 4. a

1 Arg. j. ead. quod quidam. in prin.

apostolo: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Cuius ablutio nulla reiteratione violanda est, sed sola spiritus sanctificatio inuocanda: vt quod ab hæreticis nemo accepit, à catholicis sacerdotibus cōsequatur.

10 Nemo [a] *in hæresi, uel schismate cōstitutus intelligendus est. Cæterū si cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorum in forma* [b] *ecclesiæ aliquis baptisma acceperit: tunc impletur illud Augusti. Per lapidem canalem* [c] *aqua transit ad areolas. & iterum: Spiritualis uirtus sacramenti, &c.*

Item in libro de blasphemia spiritus sancti.

Etiam per malos boni colliguntur.

CAN. LVIII.

Spiritus sanctus in sancta ecclesia etiā in isto tēpore, quo velut granū atteritur cū palea: sic operatur, vt nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur [d]: atq; ita reprobos [e] fugiat, vt etiam per illorum ministeriū probos [f] colligat.

Ecce quandoq; ab hæreticis baptisma cum sua uirtute accipitur: cuius tam necessaria administratio est, ut nec etiam à paganis [g] *datum possit reiterari. Vnde in ecclesiastica historia legitur quòd Alexander episcopus Alexādriæ cùm Petri martyris solennia celebraret, post expleta missarum sacramēta uidit super oram maris puerorum* [h] *ludum, imitantium (ut fieri solet) episcopum, & gerētium ea, quæ in ecclesia geri mos est. Mox eos ad se perduci iubet, & quid egissent, percunctatur. Illi rei ordinem pandunt: baptizatos à se esse quosdā catechumenos cōfitētur per Anastasiū* [i] *puerū, qui illis fuerat eps simulatus. Vbi ex responsis eorū uidit secundùm religionis nostræ ritū cuncta constare, statuit, illis quibus integris interrogationibus* [k] *& responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismū* [l] *nō debere* [m]*, sed adimplere* [n] *ea, quæ* [o] *sacerdotibus mos est.*

Hinc etiam Isidorus ait:

De his, q per ignorantiā ordinant antè, quàm baptizentur.

CAN. LIX.

Si quis [p] per ignorantiam ordinatur antè, quā baptizet, debent ab

b Forma. scilicet in necessitate, vel ignoranter.

c Per lapidem canalem. s. ead. si iustus.

d Spiritus sanctus. Fallatur. Nam mentiri Deo possumus, sed ipsum fallere non possumus. de conse. distin. ij. panem. omnia enim certa sunt ei. ff. de iudic. sed et si restituatur. §. vlt. Argumē. contra. lxxxj. distinct. oportet. xvj. quæstione j. reuertimini.

Mentiri Deo possumus, sed nō ipsum fallere.

e Reprobos. Argu. non præiudicare alicui in sua causa religionem alterius. non enim melius debet alicui credi: quia signa & miracula facit, cum & bonis & malis sint communia. s. e. canultæ.

Miracula bonis & malis sunt cōmunia.

f Probos. Quia illud sacramentū puro corde sumunt. j. ead. c. non nocet.

Ecce. Iste §. & historia in eo posita patent ex textu.

g A paganis. Si in forma ecclesiæ detur. de conse. dis. iiij. à quodam.

h Puerorum. Doli capacium, aliter nihil agerent ². nam tales furiosis comparantur. ff. de acqui. pos. l. j. § j. xv. quæst. j. illud. Quis autem sit doli capax, lex dicit, scilicet qui est proximus pubertati. ff. de regu. iur. pupillum. ignorans tamen acquirit aliquid. ff. quemadmo. ser. amitta. si partem. § ij.

2 Quod no. s. ead. qō. dedit. in fin.

i Per Anastasium. Proprium nomen est.

k Integris interrogationibus. Per hoc quod dicit integris, patet non iocosum factum fuisse: & ita non soluitur hic illa quæstio. arg. de consec. dist. iiij. solet quæri. licet quidā dicant eam hic solui. Sed dico etiā quod licet formam ludendo accipiat, dum tamen baptizare intēdat, baptizat. Si autē omnia iocose fiāt, non erit baptismus. ar. xxij. q. ij. c. quod ait. ff. de act. & obli. obligationum substantia. §. vlt. extra de sen ten. excō. si vero.

Baptizat iocose, nō est baptizatus.

ADDITIO. De hoc etiam not. in præce. c. solet. in glo. vlt. ibi videas. Archid.

l Baptismum. Argu. nō iterari sacramentum, licet non sit perfectum.

Baptismū sacramentum etiā imperfectum non iteratur.

m Nō debere. Argu. simulationē alicui præiudicare ³. s. dist. xxvij. quod interrogasti. j. xxij. qō. v. ecce. j. de conse. dist. iiij. solet quæri ⁴. contra. j. e. xxij. q. ij. quod ait. ff. de act. & oblig. obligationum.

3 Adde qualiter pbabitur simulatio: & an per testes, notat Bal. in l. j. C. plus valere qd' agi. & l. si cut. §. supuacuū. ff. quib. mo. pign⁹ vel hypo. sol.

n Sed adimplere. argu. xxiij. distin. quorundam. vij. q. j. nihil.

o Ea quæ. scilicet vt in vertice & pectore & in scapulis vngantur. extra de sacra. non iteran. c. j. in fi. Io. &c.

4 Arg. ad hoc infra xxvij. q. j. mulieres obtētu. vbi de hoc.

p Si quis. Quidā ponunt ita casum istū. Duæ quæstiones fiunt hic Isidoro. Prima, vtrū baptizati ab ordinato ante baptisma, sint baptizandi? Secunda vtrum ipse debeat ordinari ⁵? Ad primā quæstionem respondet ab illo loco: Sed Romanus. Secūdæ quæstioni non respondet: sed potest decidi per ca. s. ea. si quis confugerit. & secundum hoc legitur totum sub interrogatione vsq; ad illud, sed Romanus. Sed supplebis secundum hoc in litera, vlterius nō ordinetur: sed, id est, quia, &c. Et ita respondet vni quæstioni, non alij. argu. extra de præsump. nonne. insti. de inuti. sti. §. quoties. C. de diuer. rescrip. l. j & hoc verum est, cum sint connexæ. Alij legunt ca. plane, & dicunt quod baptizati ab eo debent rebaptizari. Sed male dicūt. vnde illud, sed Romanus, est correctiuum. & ipse vlterius non ordinetur. & hoc corrigitur s. ea. si quis confugerit. Vel hic loquitur de rigore secundum Isidorum secundum casum, quem ponit Isido. secundum falsam quorūdam opinionem, quod scilicet tales debent rebaptizari.

5 Et est dicendū qd' sic, extra de presbyte. non bapti. capi. j. & ij. Arc.

vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

vnde corrigit se statim ibi, sed Romanus. quasi dicat, ita alij dicunt, sed Romanus, &c.

a Non ordinetur. De rigore, alias secus, extra de cler. non or. mi. c. j.

b Paganus. s. dist. xxxij. c. præter hoc. §. verum. j. de conse. distinct. iiij. quos à paganis. cõtra. sed ibi præter formam ecclesiæ fuerunt baptizati: hic autem de eo baptismo agitur, qui in forma ecclesiæ traditur.

c Non poßint. Cum effectu gratiæ. no. facti gratiã nocere. Itẽ no. non quod quis faciat, sed cuius authoritate quid faciat, considerandum.

d Sic populus. Sic, consecutiuum est. & hæc sequentia ca. loquuntur quando forma prætermittitur, vel scienter præter necessitatẽ sacramenta recipiuntur.

e Vel vota. Generale est: & postea subdiuidit per partes. Agge. 2. c

f Vel pro salute. Pro salute & pro peccato dicit, quasi sint nomina sacrificiorũ 1: quorum vnum ad salutem conseruandã, alterum ad peccata purganda offerebatur: quidam codices non habent secundum H. vel pacifica. sic autem dicebatur sacrificium, quod offerebatur pro pace adepta, vel adipiscenda.

1 De his sacrificijs plene legitur in Leuitico. Archidia.

g Vel holocausta. Holon totum, cauma incendium. l. distin. ponderet. versi. finali.

h In conspectu meo. Ecclesiastica enim dignitas non facit eum Christianum: vt j. ij. quæst. vij. non omnes episcopi. Amos. 5. f

i Specie sui. Quãtum ad superficiem.

k Odit. Et claudit nares. humana loquitur similitudine: vt xxiiij. q. j. odi.

Solemnitates suplendo –

eo baptizati iterũ baptizari: & ipse vlterius non ordinetur a: sed Romanus pontifex nõ homine iudicat qui baptizat, sed tantùm spiritũ Dei subministrare gratiã credit baptismi: licet paganus b sit, qui baptizat.

PALEA.

Si presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum, & omnes quos prius baptizauit. Quod autem cætera sacramenta ab hæreticis ministrari non poßint c, testatur Hieronymus in Aggæũ prophetam.

Non placent Deo, quæ ab hæreticis offeruntur.

CAN. LX.

Sic populus d iste hæreticorum omnium est in conspectu meo, dicit dominus: Omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota e, vel pro salute f, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocausta g, vel eleemosynas, siue ieiunia, vel corporis castitatem, cõtaminata erunt in cõspectu meo h. Quãuis enim sancta videantur specie sui i, quæ offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo, q pollutus est in anima, polluuntur omnia.

Itẽ in Amos prophetã.

De eodem.

CAN. LXI.

Odit Deus sacrificia hæreticorũ, & à se proijcit, & quotiescunque congregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares k suas.

Item in Osee.

De eodem.

CAN. LXII.

Illi offerunt sacrilegũ panem, & dãt eleemosynas, & sectari videtur humilitatem: quæ ego, si verè l fiant, holocausta interpretor. Cùm autem scientiam Dei reliquerint, frustra truncato capite m fidei cætera membra habere se iactant.

Idem in epist. ad Gal.

Sine fide & charitate, nec euãgelium habetur, nec prosunt aliqua bona.

CAN. LXIII.

Marcion n & Basilides o & cæteræ hæreticorum pestes non habent Dei euãgelium: quia non habent spiritũ sanctum, sine quo humanum p fit euangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis q scripturarum esse euangelium, sed in sensu r: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis.

Idem.

De eodem.

CAN. LXIIII.

Vide quantum bonũ est charitas, si ita martyriũ fecerimus, vt nostras velimus ab omnibus reliqas honorari, & si opinionẽ vulgi sectãtes, intrepidi sanguinẽ fuderimus, & substantiã nostrã vsq; ad mendicitatẽ propriam dederimus, huic operi s nõ tam præmium, quàm pœna debetur: & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona t victoriæ.

l Illi. Vere. Id est, ex charitate & fide. de pœn. dist. iiij. c. pe. & vlti.

m Truncato capite. Id est, fide quæ est fundamẽtum omnium bonorum. s. ea. cum Paulus. Fides est fundamentum omnium bonorum.

n Marcion. Iste Marcion dixit duo esse principia: vnum superiorum, aliud inferiorum. xxiiij. quæstio. iij. quidam. versic. & Marcionistæ. Osee 8.

o Basilides. Iste negauit Christum fuisse passum: vt xxiiij. quæst. iij. ca. quidam. Error Basilidis hæretici.

p Humanum. Id est, non diuinum, non conferens gratiam.

q In verbis. Argumen. verba rebus, non res verbis deseruire. præfertur enim intentio verbis, ar. xiij. q. j. c. ij. versi. verba. arg. xxxviij. di. sedulo. ar. xxij. q. v. humanæ. & q. ij. ne quis. arg. xxiij. qõ. j. paratus. & q. viij. occidit. arg. xxix. distin. regulæ. Verba rebus deseruiunt. Gal. 5. a Hoc tamen ca. non reperitur.

r Sed in sensu. Argu. xj. qõ. iij. antecessor. & cap. quod prædecessor. argu. ff. de legi. & seua. ar. con. scire leges. extra de verb. sig. propterea. & c. intelligentia. argu. xxij. q. ij. is qui.

s Vide quantũ. Operi. Arguitur quod dare eleemosynã ad vanam gloriã sit peccatum, argu. xxiij. qõ. j. militare. xxiiij. q. j. odi.

t Quam corona. s. dist. xc. neq; in fi. & c. si quis autem. j. de pœni. dist. iij. c. penul. contra ibi dicit Aug. quod si quis non habens charitatem patitur martyriũ, & si non prodest ei ad vitam æternam, prodest tamẽ ei ad minus supplicium. Solu. ibi agit de illis, qui bono zelo, & si nõ secundum conscientiam martyriũ subeunt: hic de illis qui arroganter, vt hic innuitur. Ioan. Martyrium [illegible]

Non

a Non oportet. Benedictiones. i. sacramenta vel dogmata. vel hoc dicit ironice benedictiões, id est, dignitates & prædicationes, quæ idiotis vidẽtur benedictiones, vel benedictionum abusiones.

b Non liceat. Schismaticis. infra de consec. dist. prima. episcopus nullum. cõtra. Sol. illud antiquitus 1: istud de cõsuetudine ecclesiæ roboratum. H.

1 Sub. & corrigitur xj. qõ. iij. excõmunicatos. & c. cum excõmunicato. & per hoc ca. idem xxj. distin. cleros in fin. & xcv. di. perlectis. versic. ad ostiariũ. Archi.

c In ecclesia Dei. Nec vera. quantũ ad habẽdum rem sacramenti, & licitam executionem.

d In proprietate. Id est, vera fide incarnatiõis qua credimus Christianos Deo recõciliari nascendo, moriendo & resurgendo, &c. xxiij. dist. qui episcopus.

ADDITIO. Vel in sua ppria natura humana. q. d. non sunt rata & vera quo ad effectum executiõis, vel gratiæ & salutis, sine fide mediatoris. i. nisi credatur Christus verus Deus, & nos recõciliasse patri. sine hac fide nil valet offerentibus, quo ad vitam & salutem, & similiter sumentibus. Pe.

e Manifestum est per crudelißimam. Scilicet Arrianam.

f Extinctum. Vt xxiij. quæst. iij. resecandæ.

g Intercepta. Id est, prorsus quo ad effectum 2 consumpta. et ita dicit Ouidius in sexto metamorphos. in fabula ranarum: Colla intercepta videntur.

2 Id est, salutẽ, scilicet ministrorũ & suscipientium. Archidi.

Item ex concilio Laodicensi.

Hæreticorum benedictio, maledictio est.

CAN. LXV.

Non oportet hæreticorum benedictiones a accipere, quoniam magis sunt maledictiones, quã benedictiones.

Item ex concilio Martini papæ.

Neque cum hæreticis, neque cum schismaticis, licet orare.

CAN. LXVI.

Non liceat clericis, vel laicis ab hæreticis eulogias, id est, benedictiões accipere: qa maledictiones sunt magis, quã benedictiões: neq; liceat aut cũ hæreticis, aut cũ schismaticis b orare.

Item Leo ad Anatholium Constanti. epm.

Extra ecclesiam non sunt vera sacrificia.

CAN. LXVII.

In ecclesia Dei (quæ corpus Christi est) aliter nec rata sunt sacerdotia, nec vera c sacrificia, nisi in proprietate d suæ naturæ verus nos pontifex reconciliet.

Idem Leoni Augusto.

Impiorum manibus diuina sacramenta se subducunt.

CAN. LXVIII.

Manifestum est, per crudelißimam e & insanißimam vesaniã in Alexandrina sede omne cælestium sacramentorum lumen extinctum f: intercepta g est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidialibus manibus impiorũ omnia sese subtrahere mysteria.

Item beatus martyr Cyprianus in epistola contra hæreticos.

Sacramenta extra ecclesiam ministrari possunt, salutem verò conferre non possunt.

CAN. LXIX.

Si quis, inquit, de ecclesia hæretica præsumptione exierit, h à semetipso i dãnat9 est. k Cum huiusmodi secundùm Apostolũ nec cibũ quidẽ sumere debemus. Declaratur hoc in libro Regũ: vbi cũ homo Dei ad Ieroboã l missus esset, quòd peccata sua exprobraret, atq; vltionẽ suam futurã prędiceret, panẽ apud illum edere, & aquã bibere prohibitus est. quod cũ non custodisset, diuina sentẽtia inde rediens morsu leonis in itinere interijt.

An debet quisq; dicere sacramentũ salutare, & gratiã cælestem cõem cũ hæreticis esse posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse cõis? Constat aũt oleũ vnde baptizati vngũtur, sanctificari: & eucharistiã fieri apud illos oĩno nõ posse, m vbi spes nulla est, & fides falsa, vbi oĩa p mẽdaciũ n

Si quis. CASVS. Intendit Cyprianus pbare, quod non debemus vti sacramentis hæreticorum. Primo authoritate Apostoli, qui cibum corporalem prohibet cum eis sumi. Secundo authoritate domini, qui prohibuit Abdon prophetam cum eis cibum sumere. Tertio, quia hæretici more simiæ imaginem tantum habent sacramentorum: sed non habent vere sacramenta. Quarto, quia si mali qui sunt in ecclesia, post trinam monitionem comparantur ethnicis & publicanis, vt cum eis non sumamus cibum, multò fortius ipsi hæretici præcisi. Quinto, quia non tantum ipsi puniuntur, sed etiam eis fauentes, & eorum sacramentis vtentes. Sexto authoritate Oseæ prophetæ dicentis sacrificia eorũ esse panem luctus.

h Exierit. Id est, egerit ,ppter quod meretur exire & damnari, ar. xxiiij. quæstio. iij. si quis non recto.

i A semetipso. Id est, ad suũ effectũ, siue factum cadendo in hæresim iam damnatã: vt j. iiij. q. v. c. j. j. xxiiij. q. j. c. j. ij. & iij.

k Damnatus est. Id est, ipse iniecit se in excommunicationem. 3 vij. q. j. cap. denique. 1. Cor. 5. d

3 Vel dic damnatus est. i. ipse fecit vñ merito damnatus est. xj. qõ. iij. placuit vniuerso, &c. & ca. ipse ligandi. Archi.

l Ad Ieroboam. Historia legit tertio libro Regum. quod cum Abdo propheta mitteretur ad Ieroboam, vt eum de idololatria redargueret dictum est ei ne comederet, vel biberet in Samaria. cumq; negotio finito reuerteretur, decepit eum propheta, & in Bethel induxit eum, vt secũ comederet. cũq; comedisset, locutus est ei propheta in spiritu dicens. quia cõtra verbum Dei in loco prohibito comedisti & bibisti, non inferetur cadauer tuum in sepulcra patrum tuorũ. cùm ergo sedens super asinum rediret, inuasit eum leo, & interfecit. 3. Reg. 13. e

l Ad Ieroboam. Vt vij. qõ. j. deniq. q fecerat duo idola, & vnum posuerat in Bethel, aliud in Dan.

m Nõ posse. Quia scilicet effectus vel res sacramenti non est apud illos, sed nec veritas sacramenti secundum Cyprianum, vt infra de consec. distin. iiij. quomodo. s. distin. xxxij. præter hoc. §. verum. Sed contra eum est j. ea. q. cap. per Esaiam. s. dist. xix. secundum. Sacramenti effectus non est apud infideles & hæreticos.

n Per mendacium. Hic errauit Cyprianus, prout dicit Aug. & cum corrigit xxxij. dist. dicto §. verũ.

infra

Universidad de Deusto
Biblioteca

infra de conse. dist. iiij. quomodo. Quidam tamen volunt eum hic excusare: quia intellexit hoc de hæreticis, q formam ecclesiæ non tenẽt, vel hoc verbum vbi omnia permendaciũ, &c. eum excusat, arg. de cõsec. distin. iiij. solet quarri. Vel hoc dixit contra hæreticos, quos semp infequebatur, sicut & Pelagius xxiij. q. j. c. schisma. & fuit ibi excessus veritatis, arg. de cõsec. dist. ij ca. ego Berengarius. Magis tamen credo August. qui dixit eum errasse.

Nõ omni verbo credendũ est.

a Non statim. Argu. quod non omni verbo doctrinę credendũ est. j. xxiij. q. j. aduocauit. & dist. xix. secũdum. Argu contra. & so. dist. si quis præpostera. j. xxiij. q. iiij. ille. & qõ. v. miles. & q. j. quid culpat. viij. qõ. j. sciendum. arg. xj. q. iij. si quis episcopus & c. non semper. & ca. si dominus arg. H. Hic est arg. cõtra sigilla, quæ non statim debent recipi, arg. extra de pba. c. iij. Nam literæ approbandæ sunt. ff. de procur. l. si procurator. ff. quod cuiusq; vni. itẽ corũ. §. quod si actor. nõ tamen sigillum reprobatur si nomen authoris nõ habet. extra de eo, q mit. in pos. cum sicut. in parte decisa.

Sigilla nõ statim sunt recipienda.

b Separauerint. Hic est arg. q maritus sciens se vxori in propinquo gradu cõsanguineum, licet in probando cõsanguinitatẽ defecerit, debet abstinere ab eius toro, etiã iubẽte episcopo ne abstineat, arg. dist. i. si qs prepostera. Quid ergo si episcopus eũ excommunicat? patienter ferat, nec curet, cum non ligetur apud Deum: vt xj. qu. iij. c. quomodo. & ca. quid obest. j. ead. c. vt cuidemer. H.

Maritus quandoq; abstinere potest ab vxore, etiã contra præceptũ episcopi.

b Ad exãminandam. Id est, vt examinentur cupidi pidos, auaros & dæmones. Israëlitæ interpretantur uiri uidẽtes Deũ: et significãt multitudinẽ sanctorũ. Lapides ergo & thesauri Iericho anathematizãtur: animalia Amalechitarũ [a] interficii iubẽtur ad examinandã [b] cupiditatẽ Israëliticæ plebis: & ut significaretur, q̃ muri uitiorũ, et huius mũdi thesauri, q̃ per lapides & thesauros Iericho designantur, irrationabiles quoq; uitiorum motus, qui per animalia Amalechitarũ intelliguntur, nõ debẽt transire in sortẽ sanctorũ. Animalia [c] uerò Aegyptiorũ [d] et possessiones eorũ [e] & primogenita grandine & morte consumpta sunt, ut in illis punirentur, quorũ felicitate lætabãtur: et ut daretur intelligi quòd mũdus peribit, et concupiscẽtia eius. Sed et terra Israëlitarũ in falsuginẽ uersa est, et segetibus eorũ imbres aduersi sunt. animalia eorũ sterilitate et morbo cõfecta sunt: ut authorẽ suũ, quẽ per beneficia cognoscere noluerũt. saltẽ inter supplicia sentirẽt. In detestationẽ [f] uerò peccati, pecunia Simonis damnata est, cui dictum est: Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ, quia existimasti donum Dei pecunia posideri. In detestationem quoque eiusdem criminis altare & ecclesia [g], quæ per simoniã consecrantur, non tam consecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleum consecrationis fundit, non consecrare, sed execrare credendus est. Hinc est quòd beatus Gregorius ecclesias ab Arrianis consecratas, iterum consecrari præcepit: quia sanctificationẽ [h] consecrationis, quæ non nisi in fide trinitatis perficitur, præstare non poterant, qui fide carebant [i]. Arca uerò & prophetæ peccato suorum ciuiũ hostibus traditi sunt. Electi quoq; qui murmure eorũ impediti sunt non in pœnã criminis. sed in experimentũ & exemplum patientiæ hæc paßi sunt.

Itẽ populus [k], qui peccato Achor & filiorũ Eli in manibus hostiũ traditus est, significat subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa flagella peccata prælatorũ feriantur: sicut Achor sorte deprehensus, lapidibus obrutus est. Sic & nauicula Ionæ [l] periclitatur, ut fugitiuus sorte deprehẽsus, fluctibus immergeretur. Aliquãdo pro meritis [m] prælatorũ depraua

a non cupidis. Alia litera est ad exterminandam.

c Animalia. Hic de flagello delinquentium. simile xvj.q.j.c.reuertimini.

d Aegyptiorum. Historia legitur in Exodo, quod cum Pharao nollet dimittere populum Israelẽ exire de Aegypto, percussit dominus Aegyptum x. plagis quæ in Exodo exponuntur.

e Eorum. Si. xvj. quæstio.j. cap. reuertimini.

f In detestationẽ. Hæc est detestatio criminis.

g Ecclesia. Decõsecratio. distinct. j. cap. Arrianorum. & capit. ecclesias. Ista duo cap. male inducit Grat. quia Arrianorum ecclesiæ non consecrantur à catholicis in detestationem criminis, sed quia non fuerunt consecratæ in forma ecclesiæ: ergo melius potuisset inducere §. eadem q. cap. ecclesia quæ paßõe.

h Sanctificationem. Supra eadem, quæstione prima, capitulo, qui studet.

i Carebãt. Id est, extra formã ecclesiæ confecrabant: alias falsum esset.

k Item populus. Hic addit quartã.

l Ionæ. Historia legitur in Iona, quod cũ vellet dominus Ionam mittere in Niniuen, vt prædicaret, surrexit Ionas, vt fugeret à facie domini in Tharsios, & descendit in Ioppen, & intrauit nauem eunte in Tharsos, & descendit ad inferiora, & dormiuit soporegraui. Cum autem tempestas immineret, nisi ferunt sortes, vt scirent cur hoc accideret: & cecidit sors super Ionam. At ille dixit ad eos, Mittite me in mare, quia propter me hoc accidit vobis. & miserunt, & statim cessauit tempestas.

m Pro meritis. Infra sexta, quæstione prima. capitulo, ex merito. infra secunda, quæstione septima. capitulo primo.

a Portãtes. Id est, tolerantes.

b Dauid. Historia legitur in secundo libro Regum, quod Dauid præcepit Ioab principi militiæ, vt populũ numeraret. Numerauit ergo, & dedit numerum regi: & factus est sermo Domini ad Gad prophetam dicens: Vade, & loquere ad Dauid, hæc dicit dominus: Elige vnũ de tribus, quod volueris: aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies inimicos tuos, aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Cùm autem Dauid vltimũ elegisset, misit dominus pestilentiam in Israel à mane, vsq; ad tempus cõstitutum, & mortui sunt de populo extra Ierusalem lxx. millia hominum. cumq; extendisset Angelus manum suam super Ierusalem, vt percuteret eã, aperti sunt oculi Dauid: & videns Angelum exclamauit dicens: Ego sum, qui peccaui: conuertatur obsecro manus tua super me, & contra domum patris mei. Tunc autem' pepercit ei dñs, & iussit Angelo, vt manum suam contineret.

2. Regum vlt.a

c In lata. hoc sol uit statim.

d In eis diminutione. Arg. quod in eo punitur quis, in quo deliquit. .j. xvij. q. iij. c. frater. .j. xvj. quæst. j. ca. reuertimini. .j. xij. qõ. iij. c. de viro. & cap. qui & humanis. supra distinct. lxxxj. ca. quicunq;.

Gen. 19. a

† Rex Israel. Paruulos. Historiam habes xlij. dist. cap. j.

e Paruulos. Historiam habes xlij. dist. cap. j.

f Pariter. hic habẽ alia responsio.

g Flagellari. Licet etiam in eis criposse et pro meritis paternum nõ

Num. 16. e

à genealogia domini sunt excluſi. Odiũ quoq; Esaũ [m] (ut Malachias testatur) transiuit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quòd ignorãtia peccati nõ excusat aliquẽ. Sed his exemplis [n] non probantur teneri peccato aliorũ, nisi imitatores nequitiæ eorũ. Quicunq; enim de semine Esaũ & cæterorũ ad Deũ cõuersi paternã malitiã detestati sunt, non odium, sed Dei clementiam experti sunt.

Item Ambrosius ait:

CAN. XII.

TVrbatur [o] nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis. Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorantia excusauit illum. Sed turbatio hæc non est peccati coinquinatio, sed corporalis pse cutio intelligitur: quia meritis malorum nonnunquam adeò premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas.

Non itaq; his authoritatibus simoniaci probanẽ, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Nõ ergo potest probari iste reus criminis, cuius nõ habuit cõscientiã.

4 Notandum quoq; est, quòd non omnis ignorantia [p] aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti, alia iuris. Facti alia est eius facti, quod oportuit eũ scire, alia q̃ non oportuit eũ scire. Quod nõ oportuit eũ scire, sicut Apostolus ait: Si quis infidelium uocauerit

m Esau. Historia legit in Genesi, qd dominus Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Esau autem dictus est Edom: vnde & Idumæi, quia ab ipso nati sunt, ad quos testãte propheta Malachia transiuit odium domini.

m Esau. Qui alio noie dicit Edom. Inde dicuntur Idumæi, quasi Edomæi.

n Exemplis. scilicet postremis de Cham. Giezi, Achab, Esau. Ioan. de Fantu.

o TVrbatur. .j. xxiiij qõ. .j. ca. non turbatur. .j. vij. qõ. j. c. aduersitas. j. de consc. dist. j. c. in sancta.

Notandum. Hæc est quarta pars quæstio in qua distinguit inter ignorantiam iuris & facti. Ioan. de Fant.

p Omnis ignorantia. Est ignorantia

1. Cor. 10. f

timeretur.

h Chanaã filius. Et ideo maledixit Chanaan, & non Cham: quia dominus benedixit ei: et ideo non fuit ausus ei maledicere. vel ratio in lege est, vt ff. quod metus cau. isti quidem.

i Etiam reliquiæ eorum. i. istis additis sunt pœnæ propter mortem Christi.

k Addictæ. .j. de pœnit. distinct. iij. cap. illud vero. §. ecce.

l Posteri ei⁹. Euangelista eñ trãsitum facit à Ioram vsq; ad Oziam, qui fuit quartus ' post eum: quia dictum erat per Eliã prophetam in throno regni quenq̃ non esse sessurum de domo Achab, nisi in quarta generatiõe, tamen illi tres, qui omissi fuerũt, bene sederũt in throno: sed dicuntur non fedisse ex merito vitæ.

' Vnde dic quod excluſi. i. pretermissi à Matthẽo in euangelio, vbi isti in aliis reges Iuda fuerunt à Matthẽo prætermittuntur.

nepos, scilicet Ochozias, Ioas et Amazias, q̃ successiue

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignorantia est duplex, scilicet facti & iuris.

rantia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti semper excusat, siue ignoret de alieno facto, siue de proprijs, dum tamen probabilis sit. Ignorantia proprij facti excusat: vt xxxtiij. quæst. ij. in lectum. & j. q. j. ca. si qui à simoniaci. magis tamen excusat error in alieno facto, quam in proprio: quia probabilis est ignorantia in alieno facto: vt ff. pro suo. l. vlti. sed non est verisimile, quod quis dubitet siue erret de proprio facto, vel de propria re: vt C. de rescinden. vendi. l. quisquis. Licet autē sit ignorantia de alieno facto, dum tamen nō sit probabilis, non excusat: vt xij. qō. ij. cap. qui & humanis. xvj. dist. ca. qđ dicitis. Ad hoc autem, vt quis probabiliter dicatur errare, non requiritur quod sit nimis scrupulosus & diligēs & curiosus in inquirēdo, nec quod sit nimis negligens et dissolutus nō inquirendo: vt ff. de iur. & fac. igno. l. nec supina. Ignorantia iuris alia est

1. Cor. 10. f

uos ad cœnā, quicquid uobis appositū fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis uobis dixerit, [a] *hoc idolis immolatū est: nolite comedere* [b]. *Ecce, quòd uocatum ad cœnam nō oportuit* [c] *scire carnes sibi appositas idolis fuisse immolatas. Quod oportuit eū scire, sicut ignorātia Iudæorū,* [d] *& reliquorū infideliū: qui ea, quæ à prophetis de Christo fuerāt prænuntiata, adhuc ignorant esse completa (unde à Iudæis adhuc expectatur uenturus) hæc neminem excusat.*

Item ignorantia iuris alia naturalis, alia ciuilis.

Ignorātia iuris est duplex.

Ignorātia iuris quatuor genera personarum excusat.

1 De hac materia nō. xxvij. distinct. in summa.

2 Sub. qui propter rē publi. occupantur in castris, quos magis arma vult scire iperator, quam leges. Arch.

3 Cum ista essent aliquod speciale in istis. Sed tamen no. differengl. cōcor. tiam inter istas quatuor: quia non concedo quod mul. fl. & ibi Bar. C. de inuenitur. quod no. iur. & fa. l. si emancipata. alias vbi expresse inuenitur: sed vbi ign. & non inuenitur expressum, non subuenitur eis. Subue- Fulg. in l. ntur enim eis in Velleiano & in aliis casibus nota- iuris. C. q tis C. eod. l. vlti. Sed militibus & minoribus vbique admit. & subuenitur, nisi vbi expressum inuenitur, quod non est de men te Bart. in l. j. in ver. quæritur gl.

constitutione, si quis in tantam. C. vnde vi H.

[a] Dixerit. Argu. quod ad dictum vnius statim aliquis teneatur & possit credere: vt xxij. q. iij. cap. innocens. De hoc nota. xxiij. q. iiij. c. quam magnum. & xj. q. iij. c. non solum. in princ.

Naturalis omnibus adultis dānabilis [e] *est. Ius uerò ciuile alijs* [f] *permittit ignorare, alijs non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obest in damno uitādo, si negotiū* [g] *inde contigerit: ut si minor pecuniam dederit filiofamiliàs* [h]*, repetit: in maiore uerò quasi delictum est* [i].

Itē si successionē etiā tibi maiori delatam cū alio sine iudice [k] *diuidas, putans testamentum iure subnixum, cùm nō esset, solidam successionē obtinebis: uel si id qđ nullo iure debuisti, aut iure naturali* [l] *nō debuisti, sed ciuili, tāquā ex chirographo soluas aut promit-*

[b] Nolite comedere. Expressa ergo nocent, non tacita. arg. ff. de condi. & demonstra. l. nonnunquam. et ff. de euic. l. ferui venditor. Diuersa est enim causa voluntatis expressæ, & eius quæ inest. ff. de verb. oblig. l. eum qui certarum.

[c] Oportuit. Hæc non excusat, cùm sit iuris naturalis. xxxviij. distinc. c. quamuis.

[d] Iudæorū. Hæc ignorātia iuris etiā dici pōt, eo quod ignorabāt prophetas: quia si eos intellegerent, non ignorarent facta eorū, i. Christum natum.

[e] Damnabilis. Velut de patronis absq; venia impetrata in ius non vocandis ab eorum liberis. nec enim in ea re parcēdum est venia rusticitati: cum naturali ratione huiusmodi personis honor debeatur: vt C. de in ius vocan. l. secunda.

[f] Alijs. Non in lucro captando, quia in damno vitando. ff. de iur. & fa. igno. l. iuris ignorantia. non est.

[g] Negotium. id est, si errat in contractu. nam aliter est in maleficio, in quo nec etiam minor excusatur. 4 Sub. qui C. si aduer. delic. l. j & ij.

[h] Filiofamilias. maiori. nam tūc potest repetere. ff. de mino. l. verum. in fi. Si autem filiusfamilias minor esset, non repeteret si consumpta esset, vel deperdita. ff. eod. tit. l. si minor.

[i] Quasi delictum est. ff. ad Maced. l. ij. & bene dicit quasi delictum: nam si vere esset delictum, nec minori subueniretur.

[k] Sine iudice. Secus si per iudicem. ff. famil. ercis. l. cum putarem. & hoc cum fidem & confessionem eius iudex secutus est. nam alias repetere posset. C. de iur. & fac. igno. l. si post.

[l] Iure naturali. Cùm quis soluit indebitum, aut iure debitum est iure ciuili tantum, quale est illud, quod potest per Falcidiam retineri. C. ad legem Fal. l. error. hic si per ignorantiam facti soluit, repetit. C. de iur. & fa. igno. l. cum quis. C. ad leg. Falci. l. error. Si per ignorantiam iuris soluit, non repetit, vt in legibus pdictis, nisi à minore, vel multere, vel alia pſona privilegiata soluaf. ff. de pb. l. cū de indebito. §. si autē. ff. de cōdi. indeb. l. interdū. Alias indebitū aut est ris. ff. de iure naturali tantū, quale est illud, ad qđ p chirographū obligamur, vt spe futuræ numerationis: aut indebitū vtroq; iure. In his duobus casibus quacūq; ignorātia soluat, repetit. ff. de cōdi. indeb. l. indebitā. & ff. de proba. l. cum de indebito. Aut per exceptio, dum tamē sit certū debitū, non repetit. [6] ff. de cōd. ind. l. Iouem. sub cōditione. l. nam & maritus. Si autē est perpetua Fauo-

& fauo

rabilis, hic quæcūq; occasione soluit, repetit. C. ad Velleia. l. quamuis. ff. de condic. indeb. l. qui exceptionem. Si est odiosa, vel sciens soluit, vel ignorans. si ignorans, aut ius, aut factum. His duobus casibus non repetit. ff. de condic. indeb. l. qui exceptionem. Alias si rigore iuris conseruandi gratia est exceptio introducta: hic sciēs si soluit, nō repetit. ff. de condic. indebi. l. Iulianus. si ignorans, repetit secundum Pileum, cū illa exceptio sit perpetua, & nō odiosa. Ali j vero cōtra, nā & post sententiā remanet debitū naturale: quia sententia de iure ciuili est: & ideo ea quæ iuris naturalis sunt, tollere non potest. quare si soluat, non repetit, arg. ff. de condic. indebi. l. Iulianus. Si autem dubitatur, an temporalis an perpetua: hic repetit. ff. de condic. inde. l. sufficit.

[a] Repetis. hoc tamen intra biennū, et hoc cum promisit spe futuræ numerationis.

[b] Si quis. Potest. & ita dupliciter cum excusat.

Quod vero. Hæc quæst. dividitur in tres partes. In prima parte probat, quod filij non possunt tenere beneficiū emptum à patre, cū erat puer. Secunda ibi. Hoc autem. Tertia ibi, Ex hac. Io. de Fā.

[c] Quod vero. Hui⁹ quæstionis duo sunt articuli. Primus, an liceat isti esse in ecclesia, quā paterna pecunia eo ignorante est assecutus. Secundus, si pater ei non emit ecclesiam, sed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. De prima quæstione dicas, quod postquam ecclesiam dimisit. ex gratia potest ibidem manere, vt infra capitulo primo. & extra de simo. cap. de regulibus. In secunda dico, quod si per patris pecuniam & adeptus est ordinem, ita tamen quod simonia nō fuit in ordinante, postquam ordini renuntiat, potest eodem ordine ex misericordia fungi, vt j. eadem, cap. ultimo. Si autem ipse dedit, vel simoniæ conscius fuerit, tunc distinguitur, aut accepit ordinem, vel dignitatem aliquam, vel aliquod beneficium ecclesiasticum. Si ordinem, vel prælationem, deponitur, nec debet secum dispensari, vt supra eadem, quæstione prima. cap. erga. & cap. si quis neq;. & j. quæstio. vij. c. si quis omnem. & c. requiritis. Si vero ecclesiam, vel præbendam, vel simile beneficium, de iure deponitur, vt ꝛ. eadem, quæstio. j. ca. presbyter. sed ex dispensatione post renuntiationem potest in eodem beneficio manere, vt j. c. proxi. Ioan.

Instit. de iure natura. §. vl.

Ecclesiā à pfe emptam, vtrum quis possit retinere.

tas, repetis [a] *: nō ita si deliciū. nā si putat rem suā sibi per legē licere rapere, incidit in cōstitutionē illam Codic. lib. viij. titulo, unde ui.*

Imperator Val. Augusti.

PALEA.

Si quis in tantam furoris audaciam peruenerit, ut possessionē rerum apud fiscū, uel apud quoslibet homines cōstitutarū ante euentum iudicialis arbitrij uiolenter inuaserit, dominus quidē cōstitutus possessionē, quā abstulit, restituat possessori, & dominiū eius rei amittat. Si uerò alienarū rerū possessionē inuasit, non solū eā possidentibus reddat, uerū etiā æstimationem earundē rerum restituere compellatur. In hoc autē nō fuit ignorātia iuris, sed facti, et illius quod non oportuit eum scire. Areatu ergo criminis simoniæ eū ignorantia excusat paterni delicti: quod etsi oportuisset eū scire, infirmitate tamē ætatis deprehendere non poterat [b].

QVÆSTIO V.

Quod uerò [c] quinto loco quæritur, an liceat ei esse in ecclesia, uel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus, authoritate Vrbani diffinitur, qui scribens de simoniacis ait inter cætera.

De paruulis, qui cupiditate parentum ecclesias emunt.

CAN. I.

Vicunq; sanè cupiditate parentum cùm adhuc paruuli [d] essent, ecclesias vel ecclesiarum partes [e] per pecuniā adepti sunt, postquam eas oīno dimiserint, si canonicè in eis uiuere uoluerint, pro magna [f] misericordia ibidē eos esse cōcedimus [g]: neque p hoc facto à sacris ordinibus illos remouemus, si alias digni inueniantur. Illi verò, qui per seipsos, cùm maioris ætatis essent: nefanda cupiditate ducti eas emerunt: si in alijs [h] ecclesijs canonicè voluerint uiuere, seruatis propriis ordinibus pro magna misericordia [i] ibi eos ministrare permittimus. Quòd si ad alias forte à sistransferri non poterunt, & in eis canonicè viuere promiserint, minoribus ordinibus contēti ad sacros ordines [k] non ascendant: salua [l] tamen in omnib⁹ apostolicæ sedis authoritate.

[a] Vicunque. Paruuli. hic præsumitur pro ætate. ꝛ. ead. quæ. iiij. cap. placuit.

[c] Partes. i. præbendas. & sic non est contra. xxj. qō. ij. cap. sicut. extra de præbend. cap. maioribus.

[f] Pro magna. Et de iure. cū em̄ non peccauerint isti, nō sunt priuandi ordinibus suis, arg. j. c. proxi. §. ex hac.

[g] Concedimus. Vt & primū locū ibi obtinere possint, & illud ibidē, nō respicit nisi qđ sequitur in fine ca. secundum vnū intellectum.

[h] Si in alijs. Hic pſumitur cōtra ætatem, vt j. ea. quę. vij. c. qui in qualiber. ꝛ. distin. 1 xxxj. c. valet. cōtra ꝛ. eadem. q. j. c. si qui à pseudo episcopis. sed ibi illam ecclesiam licite fuerat adeptus.

[i] Magna misericordia. Nam ex rigore iuris omnino deponi deberent, vt ꝛ. ea. q. j. c. presbyter. & vij. q. j. præsentium. & c. fancitum est. & vere de misericordia: nam de iure non potest, & ideo hac misericordia digni sunt, quia alieno laborant vitio. C. de natu lib. l. legem.

[k] Ordines. i. ad ministeriū sacrorum ordinū, quos tamen post emptionem ecclesiæ receperant, & ita gratuatur eorum pœna in ecclesiarum emptione.

[l] Salua. Vt scilicet Papa possit dispensare, si velit, vel hanc reuocet, si iterum ei videbitur expedire.

Ante

Delictum superueniens nõ vitiat legitime factũ.

a Ante emptionem. Argum. superueniens delictum, vel nouam causam non vitiare legitime factum. xxx. q. j.c. nosse. & c. dictum. & s. dist. lv. c. præcepta. xxxij. q. vij. c. ij, qui. j. e. q. vij. c. si quis omnem. contra.
b Permittantur. in eadem ecclesia. hæc est differentia inter istum casum & secundum.
ADDITIO.
Ad hoc ff. de verbo. oblig. l. pluribus. §. vltimo.
c Nisi. Istud nisi, respicit duos articulos. Nam in primo casu bene potest ex dispensatione singularẽ locũ obtinere, sed male dicit qui hoc dicit. Nã cũ vltimo magis dispẽsatur quo ad executionẽ ordinis, quã cum medio. vnde istud nisi, refertur ad primum membrũ cap. Ego cũ Hug. dico ꝙ istud nisi, respicit omnes tres casus prædictos. nam in nullo ipsorũ primum, vel singularẽ locũ in empta ecclesia poterit obtinere, vt in fine ca. dicitur manifeste. Phi. additio est.
d Primum. Arg. extra de simon. ex insinuatione. & intelligunt quidam hoc tantum de prælatione. H. intelligit de qualibet dignitate, quia nec archipresbyter nec decanus.
e In emptis. Sic e xij. dist. c. nos consuetudinem.
Hoc autẽ. Hæc est secũda pars qõnis, in qua dicit ꝙ de rigore debent deponi simoniaci quocunque modo. Ioannes de Fant.
f E Os qui. Absque tamen. s. distin. lv. c. priscis. quasi non de iure cõmuni, sed ex dispensatione.

Si qui tamen ante emptionem [a] catholicè ordinati sunt: cùm ea quæ emerunt, dimiserint, & vitam canonicã egerint, in suis gradibus permittantur [b]: nisi [c] fortè huiusmodi ecclesia sit, vbi primum locum debeant obtinere. Primũ [d] enim vel singularem, vel præpositurę locum in emptis [e] ecclesijs eos habere non patimur.

2 *Hoc autem eum non in præiudicium canonum, sed ex misericordiæ dispensatione dixisse, ex epistola eiusdem colligitur missa Vitali presbytero in hæc uerba:*

In dignitate seruanda simoniacis misericordia potest impendi, si eos vita commendat.

CAN. II.

EOs, qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit, quam vita commẽdet, videlicet vt in canonijs, vel monasterijs regulariter viuat, in sui honoris officio misericorditer cõdescendendo ministrare concedimus, absque tamen [f] sanctorum canonũ prȩiudicio.

3 *Ex hac itaq; authoritate colligitur, quòd ignorantia tales excusat à reatu criminis, ut suprà dictum est: non à fructu emptionis, cùm in ecclesijs, quas parentum pecunia adepti sunt, non nisi postquã eas omnino dimiserint [g], & ex misericordia ibidem eis esse conceditur. In quo patet, quòd etsi illis ignorantibus simoniæ peccatum esset admissum, fructum tamen paternæ emptionis reportare [h] non possunt. Quòd uerò à crimine excusentur, hinc patet: quia pro hoc facto à sacris ordinibus nõ remouentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines conscendere non possent. Illud enim intelligendum est de eo, qui per pecuniam est adeptus sacerdotij dignitatem, non episcopo sed cuidam ex principibus eius datam, utroq; tamẽ, ordinatore uidelicet & ordinato, hoc ignorãte.*

Vnde Vrbanus secundus scribit Alberto Metensi episcopo.

De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non episcopo, sed uni principum.

CAN. III.

PRæsentium [l] portitorem, quem parentum incuria [k] per pecuniam non episcopo, sed cuidam [l] principum eius datam, & inuitũ [m] sacerdotij dignitatem obtinuisse significasti: licet sancti canones deponendum esse testentur: tamẽ quia culpam [n] istam [o] nesciens & coactus commisit: & quia ab eodem ordine, vt deponeretur, supplicauit [p] vltroneus, ex consideratione discretionis (quæ mater est omnium virtutum) magis quã ex rigore canonum misericordiæ viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tuæ consulimus: ita tamen, vt si ecclesia illa, cui deseruit, sacerdotum penuriam non patitur, suspensus à sacerdotali officio ꝑmaneat. Quòd si fortasse ecclesiȩ

Ex hac. Hæc est tertia pars quæstionis, in qua dicitur ꝙ si ordinatus fuerit inuitus simoniace eo ignorante, cũ eo dispensatur. Ioan. de Fan.
g Dimiserint. hoc idem habes extra de simo. cap. de regularibus.
h Reportare. Nã ex alieno dolo alius lucrũ reportare non debet. ff. de eo per quẽ factum erit. l. vltima. primo responso. & hoc verum est, nisi in casu extra de simo. cap. nobis. scilicet ꝑ fraudem alterius.
i PRæsentium. Tria pro isto faciunt, coactio accipiendi illum ordinem, scilicet sacrũ, spõtanea cõfessio, renuntiatio. Duo faciunt contra, detestatio criminis, & disciplina ecclesiastica.
k Incuria. Id est, negligẽtia, vel stultitia, vel ignorantia iuris.
l Cuidam. Idem s. episcopo. s. e. q. j. c. statuimus.
m Et inuitum. i. coactum à parentibus, vel inuitũ postquam sciuit.
n Culpam. Nota sermonis improprietatem. nam ex ponitur culpam, id est, defectum. s. distinctione lvj. cap. vltimo.
o Istam. Hic colligo rationem cum quis obijcit aliquid esse culpã, non quod culpa sit, sed solet esse. sic xv. q. j. c. mulier.
p Supplicauit. Vnde mitius cum eo agendum fuit. j. xij. quæst. j. c. non dicatis. s. distin. so. quia te. C. ne tutores vel curatores vectiga. conducãt. l. vna. Sed nonne male rogabat, cum depositum sequatur infamia. ff. de depo. ijs qui notan. infa. l. ij. §. ignominiæ. nec

nec etiam quis deponi debeat, nisi pro maximo crimine. lxxxj. distinct. c. Apostolus? Dic ergo rogauit vt deponeretur, id est, ab executione suspenderetur.
a Fratrumque. Et sic episcopus in tali casu dispensare non potest sine consensu & authoritate fratrũ, arg. xv. q. vij. cap. episcopus nullius, Nã in omni dispensatione consensus capituli requirendus est. Præterea per capi. istud not. dispensari circa simoniam cõmissam in ordine. nã si ipse ordinatus dedit pecuniam vel alius, dum tamen det episcopo, non poterit episcopus hoc casu dispensare. & hoc notauit cum dixit, nõ episcopo. quasi dicat, secus si epõ esset data. Vnde strictior erit episcopi potestas dispensandi i simonia cõmissa in ordine, quã in beneficio. s. ead. quæstio. capi. j. sed hoc non admitto. Vnde dico, quod siue simonia fuerit commissa in ordine, siue in beneficio, dum tamen episcopo fuerit data pecunia, quod episcopus non possit dispensare: sed in hoc dico esse differentiã, quod si episcopo data fuerit pecunia pro beneficio, tunc non episcopus, sed quilibet superior possit dispensare, siue in illo beneficio, siue in alio, secundum eum modum, qui traditur s. eadem, capi. j. sed si fuerit episcopo data pecunia pro ordine, tũc non possit secum dispensari nisi à solo papa: vt supra, quæst. j. cap. erga. & capi. si quis neque. & quæst. vij. capi. si quis omnẽ. & capi. requiritis. Illud autem expeditum est, quod episcopus vel capitulum potest dispensare cum eo, qui ignoranter est adeptus beneficium etiam simoniace, vt extra de simonia. capi. ex insinuatione. Ioannes. Quid autem iuris hodie seruetur, dixi per decretalem s. quæst. iij. capi. ex multis. in vltima glossa. B.

Episcopus an dispẽsare possit in simonia ordinis, vel beneficij.

r Dicit Raymundo, qui recipit simoniacum beneficium, postquam resignauit in executione ordinum, post legitimã pœnitẽtiã potest episcopus suus si ab illo sit peccato immunis, alio. Qui metropolitanus debita discretiõe ad libita in pœnitẽtia li iudicio dispensare. Archi.

Vtilitas exegerit, vt curam regiminis assumat, liceat ei ex concessione sui episcopi, fratrumq; [a] obedientia sacerdotali officio fungi.

QVAESTIO VI.

QVid uerò [b] de his fieri debeat, qui ignoranter à simoniacis ordinati sunt (quod sexto loco quæsitum est) suprà primo capitulo, uidelicet Vrbani, quod sic incipit: Si qui à simoniacis non simoniacè ordinati sunt: requiratur. Nunc autem [c] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt, sed pro electione, uel ut decretum electionis fiat, uel ut subscriptione firmetur: uel ut electioni non resistatur, aliquibus præmia largiuntur: an eorum electio uitiosa sit iudicanda? Non enim uidẽtur Spiritus sancti donum emere, qui non pro consecratione, sed pro electione munera largiuntur: cùm nullius spiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed sicut ecclesiasticarum rerum [d] emptores simoniaci iudicantur: quia ecclesiasticis offuijs ita adiunctæ sunt, ut alterum sine altero alicui non proueniat: ita quia per electionem [e] peruenitur ad cõsecrationem, perinde simoniacus habetur, qui pro electione [f] præmia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset.

Vnde Symmachus scribit Cæsario episcopo.

De ijs, qui pro muneribus ordinationem faciunt.

CAN. I.

SI quis autẽ episcopatũ desiderat data pecunia, [g] potẽtes personas minimè suffragatrices [h] sibi adhibeat, nec ad decretũ sibi faciendum clericos, vel ciues ad scribẽdum [i] adhibito cuiuslibet generis timore [k] cõpellat, vel præmijs quibuslibet exhortetur.

Item Gregorius Salonis consistentibus.

Simoniacus est, qui vt eligatur, præmia largitur.

CAN. II.

EGo autem vestræ dilectioni ꝓuidens, & meæ animæ omnipotentis Dei iudicium pertimescens, eiusdem Maximi [l] causas subtiliter exqri [m] desidero, si nullis criminibus pressus, quæ sacro ordini contra dicunt: si non per simoniacam hæresim, id est, præmia quibusdã se eligẽtibus ꝑbẽdo ad sacerdotale pertingere conatͣ officium. Tunc enim liber ꝓ vobis apud domi-

b QVid vero. Hæc quæstio determinata est per capi. quod G. inducit s. quæst. j. c. si qui à simoniacis.
c Nunc autem. Hic ponit incidentem quæstionem, quæ dubia non est.
d Rerum. s. qõ. iij. cap. si quis obiecerit.
e Per electionẽ. supra, distinctione xl. capitulo, sicut. cap. viri.
f Electione. simile j. xv. quæst. iij. sane.
g SI quis. Pecunia. j. xviij. quæst. ij. capitulo primo.
h Suffragatrices. s. ead. q. j. c. estote. infra xvj. qõ. vij. capi. si quis episcopus. supra distinc. lv. capitulo, nullus.
i Ad scribẽdum. scilicet cum patroni sunt, vel hoc cũ specialiter vocantur laici ad electionem. lxiij. distinc. cap. Adrianus. Vel dic, quod factum prohibet: non ideo dicit, quod de iure subscribere debeãt ciues, arg. extra de elec. ca. j. Subscribere tamen debent ciues non vt eligẽtes, sed vt consentientes: vt infra septima, quæstione prima. c. episcopus de loco.
k Timore. Sed nunquid timor inducit simoniã? Dico quod non: [2] peccat tamen mortaliter, qui per timorẽ obtinet beneficiũ. Argu. contra. s. q. iij. ca. res ecclesiæ. & est arg. quod nõ tantum timor mortis, vel cruciatus corporis, sed etiam timor verborũ vitiat electionem: argumentum xxiij. quæstione octaua. capit. conuenior. Ioan.

Beneficiũ per timorem obtinens peccat mortaliter.

2 Idẽ dicunt hic L. & Ber. & Ioann. de Fantu.

l EGo autem. Maximi. De isto agitur secunda, quæstione quinta. capitulo, quanto lxiij. dist. cap. Salonitanæ.
m Exquiri. Tunc tenetur prælatus inquirere, cum ad eum peruenit clamosa querelatio. extra de simo. cap. licet Eli.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

a Intercessionis. infra iij. q. vij. c. in grauibus. xxv. distin. cap. vltimo.

b Sicut is qui. Renuit. Dum tamen nō esset perseuerans: quia si semper esset inuoluntarius, non esset cogendus: vt lxxiiij. dist. c. vbi ista. sed faciendum est, vt de nolē te fiat volens: [1] & sic licite ordinat: vt xxiij. qō. iiij. c. displicet. xl. dist. c. ante omnia. viij. q. prima. c. in scripturis. & xvj. quæst. j. vos autem.

c Refugit. Sed mirum est quod hic dicitur, quod fugere debet, cum alibi dicatur: Qui episcopatum, &c. vt viij. q. j. c. qui episcopatum, &c. nā si illud gerit in animo, & aliud exterius indicat, peccat. Nā ita mentitur quis simulatis opibus, sicut ore [2]. xxij. q. v. ca. cauete. Et qđ peccet, patet xxij. qō. ij. c. cum humilitatis. Dicunt quidā, quod istud mendacium non est mortale, licet non sit benignitatis, vel iocositatis: quia caret dolo, et ideo nō est mortale. Dico, quod iste debet esse nolens, & debet fugere, id est, timere ne forte non sit sufficiens: vt xl. distin. c. ante omnia. vnde metiri debet vires suas. s̄. q. j. c. non est putanda. Vel dic quod intelligitur fugere, qui dignus est, si se non ingerit: qui quæritur, & non quærit.

d Vel importune. Nā eo ipso qđ se ingerit, est suspectus. ff. de procura. l. quæ omnia. Idem in tutore. ff. de testa. tute. l. ex sententia. Argum. contra quod quis potest petere honorem. ff. de decurionibus. l. eos. & pecuniam pro eo dare. ff. de offic. præsid. l. Barbarius. arg. viij. q. j. c. qui epātum. ff. de mune. & hono. l. reus. Ad has leges respondent quidam, quod publice peti potest, nō in occulto. Alij vt Py. dicunt, quod meritis potest quis petere, alias non: quia lex Iulia de ambitu non habet locum Romæ [†]. ff. ad legem Iul. de ambitu. l. j. Vel dic quod quondam à populo potuerunt peti: modo vero ab Imperatore. Vel aliud in dignitatibus secularibus: [redacted] vnde & militia secularis emi potest. ff. de act. emp. l. creditor. §. intervenditorem. Multum contradicit solutioni huic extra de si mo. capit. nobis. vbi semper nocet datio pecuniæ, nisi cum data est ab aduersario. Sed ideo hic excusatur, qa nihilominus erant eum electuri. sic extra eo. & si quæstiones. & hoc tenet H.

1 De hoc vij. quę. j. scias. ibi videas. & ca. episcopus de loco.

Mentitur quis operibus, & ore.

2 Ad hoc de consec. dist. iiij. re vera. in fi.

Honor an peti possit.

3 De hoc etiam no. lxxxij. di. presbyter. in glos. & ita, &c.

Ecclesia dispensat in aliquibus casib⁹.

† [redacted]

num intercessor erit, si non obligatus de suis ad locum intercessionis [a] venerit.

Item Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi.

Sicut ordinatio, sic electio, vel consensus sine venalitate debet præferri.

CAN. III.

Sicut is, qui inuitatus renuit [b], quæsitus refugit [c], sacris altaribus est admouendus, sic qui vltro ambit, vel importunè [d] se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius in profundum descendat? Itaq; frater charissime, in sacerdotibus ordinādis synceritas vigeat, sit simplex & sine venalitate cōsensus: pura præferatur electio, vt ad summum sacerdotij, vel pontificij nō suffragio vēditorum prouectus, sed Dei credatur esse iudicio.

Si autē pecunia pmissa fuerit, vel soluta electo vel ordinato penitus ignorāte, nec eo modo ad electionē, vel ordinationem peruenerit, ei nullatenus obesse videtur: nec ad reatum criminis pertinet, cuius conscientiam non habuit: nec ad electiōis vel ordinationis cassationē pertinet, ad quam alias non per prauam illorum cupiditatē peruenisse docetur.

QVAESTIO VII.

Nunc autem de septima quæstione tractandum est, an renuntians suæ hæresi sit recipiendus [e] in episcopali dignitate, uel non.

De his ita scribit Cyprianus ad Stephanum.

Qui redeuntes ab hæresi in suis ordinibus recipiantur.

CAN. I.

Si qui presbyteri & diaconi in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi & rebelles extiterint contra ecclesiam, vel apud hæreticos à pseudo epis et Antichristis cōtra Christi dispositionem profana ordinatione [f] promoti sunt, & contra altare, atque diuinum verbū sacrificia foris falsa, & sacrilega offerre conati sunt: eos quoq; hac cōditione suscipi cōuenit, cū reuertūtur, vt communicent laicis: † & satis habeant, quòd admittūtur ad pacem, qui hostes pacis extiterūt: nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, qbus [g] contra [h] nos rebellauerunt.

Nunc autē. Hæc quæstio diuiditur in septem partes, in quarum prima probat duabus authoritatibus, qđ non est cum talibus dispensandum. Secunda ibi, Conuenientibus. Tertia ibi, Ex hac. Quarta ibi, Nisi rigor. Quinta ibi, Ecce qbus. Sexta ibi, Breuiter. Septima ibi, Sancimus. Ioan. de Fant.

e Recipiendus. Non de iure, sed de dispensatione. sic vigesimatertia, quæst. iiij. cap. ipsa pietas. Sunt tamen quidam casus, in quibus ecclesia nō consueuit dispensare, quos notaui j. ix. quæst. j. capi. in summa. Et determinatur hæc quæstio infra eadem, capitulo, conuenientibus. §. ex hac authoritate. Ioan.

f Si qui presbyteri. Ordinatione. infra vigesimatertia, quæstione quarta. cap. ipsa pietas. contra. sed illud ex pietate [illegible] tris ecclesiæ, istud de rigore paternæ disciplinæ. & ad hoc facit quinquagesima distinctione. capitu. vt constitueretur.

g Quibus. Nota puniri aliquem in eo, in quo deliquit. argumen. xij. quæstione secunda. capitulo, qui & humanis.

h Contra. Argumen. quod si clericus beneficiatus est in duabus ecclesijs non potest præstare patrocinium vni contra aliam. [4] argumen. xcvj. distinctio. capit. si Imperator tertia quæstione. j. nulli. Si tamen habet administrationem in vna, poterit contra aliam stare [5]. argumen. ff. de in ius vocan. l. quæsitum.

[redacted]

tum, & iij. q. vij. §. si contra. in fine. Ioan.

Si quis omnem. CASVS. Intendit vij. synodus probare, quod licet per pœnitentiam subueniatur cuilibet peccatori, tamen post pœnitentiam non potest de iure promoueri. imo si post peccatum promotus est, vel post promotionē peccauit, deponendus est. Et dicit hoc regulare fuisse tā ante institutionem baptismi quam post. & hoc probat exemplis tam veteris testamenti, quàm noui. & hoc sonat litera illa: nullum tamen eorum, qui ante baptismum, &c. Nam illi qui ante baptismum peccant, promoueri possunt: vt expressū est xxvj. distinctio. capit. deinde.

Item ex vij. synodo.

De ijs, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiuntur.

CAN. II.

Si quis omnem [a] traditionem ecclesiasticam scriptam, vel non scriptam violat, anathema sit. Omnis episcopus, vel presbyter, aut diaconus conuictus, qp pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit, à sacerdotio [b] cadat. Sed dicūt quidam, quia pœnitentiam agimus p peccato, & Deus indulget [c] illud: ita & ego dico, quia omnem pœnitentiam [d] recipit Deus, & indulget per pœnitentiam peccata, quę iam facta sunt. Nouimus enim quòd Dauid fornicatorem & homicidā per pœnitentiam receperit Deus, & quòd dixerit [e] de eo: Inueni virum secundùm cor meū. Noui rursus eundem audiētem à Deo: Non ædificabis mihi domū, quia Vir sanguinum es. Scio Manassen [f] per confessionem dimissam impietatem suam. Scio meretrices & telonarios per pœnitentiam receptos: nullum tamen eorum, qui ante baptismum peccauit [g], sacerdotibus cō numeratum. Scio quosdam dum essent in mundo, in multa fornicatione mansisse: monachos verò factos quasi luminaria mundi resplēduisse, nullum tamen ad sacerdotium ascendisse. Quod [h] etsi raro [i] contigit, nulla [k] tamē lex [l] ecclesiæ fuit. Nouimus peccatricem prius Mariam, post cōuersionem quamuis sancta & casta, tamen inter diaconissas non est computata. Sed quid hoc dico? Sequens sanctos Apostolos, & venerabiles patres cum omni fiducia clamo: Qui per simoniam ordinatus est, siue episcopus, siue presbyter, siue diaconus, alienus est à sacerdotio, neque enim venalis est gratia spiritus sancti. Caiphæ traditio [m] & adinuentio Simonis, à sancto sacerdotio est aliena. Et si in fornicationē [n] lapsus est aliquis post baptismum, in sacerdotium nō recipitur. Canones enim hoc prohibēt. Si quis verò cum hoc peccato ad sacerdotium prouectus est, cognitus degradetur.

Item episcopum, qui per pecuniam ordinatus est, confiteor, quia per pœnitentiam recipi-

a Omnem. id est, aliquem de omnibus. simile xv. q. j. cap. mulier.

b A sacerdotio. Argu. quod legitime factum superueniente delicto irritatur. j. xxvij. quæstio. ij. cap. qui dormierit. j. xxx. quæstio. j. cap. de eo. & cap. ad limina. contra. s̄. eadem quæstio. v. capit. j. contra. j. xxxij. quæsti. vij. capit. hi qui. & capit. neque. contra s̄. distinct. xciiij. capitu. si quis. j. xxv. quæstio. ij. capitu. si qui episcopi. infra xvij. quæstione iiij. capitu. frater. j. xij. quæstio. ij. capi. qui & humanis.

b A sacerdotio. scilicet ecclesiastica dignitate: vt s̄. ead. cap. qui per pecuniam.

c Indulget. de pœniten. distinct. j. cap. verbum.

d Pœnitentiam. Et adeo hoc verū est, quod si quis etiam perueniat ad summum malorum, subueniatur ei per pœnitentiam, vt de pœnit. distinct. iij. cap. talis. nam in quacūque hora ingemuerit peccator, &c. nec tibi dico septies, &c. de pœnit. distinctio. iij. cap. adhuc instant.

e Et quod dixerit. Et ita synodus inducit hanc authoritatem ac si primo peccasset Dauid, & postea dominus dixisset ei: inueni, &c. quod tamen secus fuit: sed synodus non curauit de ordine, sed de veritate: quia dominus sic ei dixit, & ille pœnituit, nec tamen post pœnitentiam permissus est ædificare. in hoc facit post pœnitentiam nō ad propositum. Vel retulit se synodus ad diuinam præscientiam, vbi est permissum iam præsens erat futurum peccatū Dauid.

Factum legitime irritatur delicto superueniente.

Act. 13.

1. Paral. 28.

2. Paral. 33. b

Matt. 11. c

Dauid ēt post pœni tētiam nō [illegible] ędificare templū.

f Scio Manassen. Ezechiæ filium, qui acta pœnitētia restitutus est ad regnū. arg. de pœni. distinctio. ij. capi. si enim inquit.

g Peccauit. argu. per baptismum non aboleri infamiā [1], cum etiam post baptismū impediat pro mouendum. Quod [redacted] non est verum, quia [redacted] omnia crimina & [redacted] etiam sequela peccati dimittuntur in [redacted] baptismo: vt xxv. [redacted] distinct. c. primum. [redacted] xxvj. distinct. capi. [redacted] deinde. & sic nō est [redacted] obiectio de Paulo, [redacted] qui ante baptismū [redacted] peccauit [2]. Et quod [redacted] hic dicitur, refert se [redacted] ad id quod tunc accidit: quia tunc non [redacted] fuit visum, quod aliquis talium promoueretur ante baptismum. sic vacat hic [redacted] arg. notatum ab H. nō aboleri infamiā per baptismum.

Baptism⁹ vtrum tollat infamiam.

O. M.

2 Vt testatur de seipso j. ad Titū j. & habetur Act. 9 Ioan. 11. c Act. 8. c

h Quod. Scilicet quod fuerunt promoti.

i Raro. sicut in Matthæo, qui fuit telonarius, & tamē post fuit Euangelista.

k Nulla. ar. quod licet aliquid in ecclesia accidat, non tamen lex efficitur. s̄. distin. lxxvij. ca. monachus. s̄. distin. lv. cap. priscis. s̄. distinctio. lvj. cap. Cenomanensem. s̄. distinctio. liiij. capit. multos.

l Lex. id est, regula vel ius commune. alibi dicitur consuetudo, vt s̄. ead. quæstio. j. cap. conuentum est. similiter dicitur regula. xxxj. distinctio, capit. Nicena.

m Traditio. id est, adinuentitia machinatio: quia per simoniam sacerdotium obtinuit à Romanis.

n Et si in fornicationem. hoc intelligit G. & M. cum ipso iure infamis est: puta deprehensus in adulterio, & in alijs quæ infamant. vj. q. j. c. si quis milit. §. porro. argu. xxv. distin. cap. primum. & hoc de rigore

Aptg. dist. 81.

non erat publicus telonearius —

in teloneo sed non Telonearius confirmatus sed non [illegible] — et ideo non fuit infamis immo dare [illegible] Vsuris [illegible] alienis [illegible] generaliter proximo sed a[illegible] alienis autem erat Amorrheis ex Ambr. de Thobia cap 14 et 15 — tomo 4

Universidad de Deusto Biblioteca

gore iuris. sed de misericordia secus, vt xxxiiij. dist. ca. fraternitatis. vt ibi notatur. Dicit tamen Hu. hoc esse verum quod dicitur hic, licet durum sit. xxv. dist. cap. vlti.

2. Tim. 3. a

a Pœnitenti. C. de sum. trinit. l. liquet igitur.

b Sacerdotio. id est, clericatui. argu. extra de cohab. cleri. c. si quisquam.

c Religiosarum. & ita in hospitali committitur simonia.

d Orphanotrophiorum. Arg. simoniam esse dare pecuniam pro administratione pauperum & hospitalis. j. xxiij. q. viij. cap. tributũ. §. quamuis. in authen. de sanct. episc. §. sed neque. col. ix.

Simonia est dare pecuniam pro hospitali.

Act. 8. c

e Timeri. s. xlv. dist. quid autem.

f Qui per seculares. j. xvj. quæst. vij. si quis deinceps.

Conuenientibus, CASVS. *Conuenerunt sancti patres in septima synodo, vt tractarent qualiter episcopi ab hæreticis venientes recipi debeant. In prima parte ponuntur verba notarij. In secunda dicitur sic eos esse recipiendos sicut sex vniuersales synodi receperunt. postea auctoritatibus sanctorum patrum probatur quod recipiendi sunt nisi vbi ad fidei subuersionẽ sunt ab hæreticis ordinati.*

g Cõuenientibus. verba notarij: quibus credendum est. Arg. ff. quod metus causa. metum. §. sed quod prætor. nã ibi interlocutoria sententia ius facit.

ADDITIO. Ad huius declarationẽ videas quod

tur. Deus bonus est in omnibus, & aperta viscera eius omni homini pœnitenti [a]. Sed quoniã iuxta Apostolum oportet episcopum irreprehẽsibilem esse, quicunque per pecuniam, vel ordinauerit aliquem, vel ordinatus est, ab omni sacerdotio [b] alienus sit.

Tharasius patriarcha dixit: Quicũque per pecuniam vel ordinãt, vel ordinauerunt, vel ordinati sunt episcopi, vel presbyteri, vel diaconi, vel quilibet de numero sacerdotali, repellantur omnino à sacerdotali honore, sicut Simon magus à Petro. Quicunque per pecuniam dispensationem vel curam sortiti sunt monasteriorum, vel ecclesiarum, vel religiosarum [c] domorum, gerontocomiorum, xenodochiorum, orphanotrophiorum [d], cum depositione expellantur à dispensatione illa & cura. Qui post baptismũ cadẽs in fornicationem ordinatus est, si postmodum cõfessus fuerit, cesset ab administratione: si verò conuictus ab aliquo, deponatur omnino. Similiter percussor episcopus, aut presbyter, aut diaconus per se vel per aliquem aliũ, quasi per hoc timeri [e] volens, deponatur. Item qui per seculares [f] potestates ordinatus fuerit, aut ecclesiam obtinuerit, deponatur. Si verò religiosam domũ, expellatur.

Item ex concilio Meldensi.

De eodem.

PALEA.

Cauendum est & summopere studendum, ac per uirtutem Christi sanguinis interdicendum Episcopis, & Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cũctis fautoribus & electoribus quorumcunque, consensoribus seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo per simoniacam hæresim obtineat locum quacunque functione †, calliditate, promißione, seu commoditate aut datione per se, aut submissam personam.

Item in eadem synodo septima.

Qui redeuntes ab hæreticis recipi possunt, vel non.

CAN. III.

Conuenientibus [g] apud Nicenã Bithyniæ, & consedentibus Petro archiepiscopo, & Petro presbytero & abbate monasterij sanctæ Sabinæ, locum tenentibus Adriani papæ, & Tharasio archiepiscopo Constanti. & Ioãne [h] & Thoma apochrysarijs [i] apostolicarum sediũ Oriẽtaliũ [k], & cæteris episcopis, episcopi Siciliæ dixerunt: Dignum est, vt de futuris inquiramus. Itẽ Basilius [l] episcopus Anchiræ dixit: Cõstitutio ecclesiastica habet canonicè tradita ab antiquo à sanctis apostolis et successoribus eorũ sanctis patribus nostris apostolicis viris & magistris, & sanctis vniuersalibus [m] sex synodis, & localibus synodis orthodoxis, vt qui ab aliqua hæresi reuertuntur ad orthodoxam fidẽ & traditionẽ catholicæ ecclesiæ, scripto [n] negare

not. Innocen. extra de offic. delega. cum in iure. in glossa hic videtur. & de probatio. quoniam. in glo. propter hoc satis, &c.

h Et Ioanne. qui dixit esse melius iurãtem peierare, quã sacramentum in fractione sacrarũ imaginum seruare, vt xxij. quæstione iiij. actione.

i Apochrysarijs. Apochrysarius, & chrysapos nũtius, & chrysarius. aurum: quasi dessis aurum: quasi aurati nuntij. tales hodie non sunt papæ, sed applũbarij.

† Alias quacunque functione furtiua calliditate, &c.

k Orientalium. Alexandriæ, Antiochiæ, & Ierosolymis.

l Item Basilius. nõ videtur, quod ille Basilius debebat loqui, quia erat hæreticus, vt infra per duodecim lineas, ibi, & iussi sunt, & cætera. Sed dic q̃ ad loquebatur vt excusaret se. vel forte adhuc de hæresi non constabat. ij. quæst. j. multi.

m Vniuersalibus. Vniuersales synodi dicuntur quibus interest Romanus põtifex, vel eius legatus. Locales, quas congregant primates vel metropolitani absque præsentia domini papæ, vel eius legati. Hic ergo colligitur ista distinctio: synodorum alia vniuersalis, alia localis. & est arg. quod authẽticæ sunt locales sicut vniuersales.

n Scripto. Hic colligitur, quod illi qui ab hæresi reuertuntur ad fidem catholicam, scripto debẽt negare hæresim suã, vt j. ead. quæstione. quoties. & capitu. si quis. j. de consecra. distinct. ij. ego Berengarius. j. xxvj. quæstio. vj. ijs qui tempore.

Mona

a Monachi. Et ita monachi interesse debẽt synodo. quod verum est in abbatibus: vt xviij. dist. episcopus non debet.

ADDITIO. Nota q nomine monachorum, siue fratrũ abbates continentur: vt patet extra de simo. ca. vlti. de priuileg. c. ex ore. Archid.

b Basilius, &c. isti tres reuertebantur ab hæresi.

c Oportet. Sed ad quid respondet iste sic? Dic quod reprehendit Tharasiũ, qui dixerat, videtur vobis, &c. & ideo statim respondet iste Tharasius reprehendendo Constantium.

d Sed aliorum. Vt s. e. q. j. vilissimus. et est arg. contra malos doctores: nam qui alios docere debẽt, &c. ff. de ede. si quis ex argentarijs. §. prætor.

† Cõcor. I. cũ clericus. §. ipse vero. C. de epis. & cleri. & in authẽ. cõstit. quę de dig. §. cum nanque.

e Si aliqua alia. Quæ impediat dispensationem. s. q. v. cap. j. in fin.

f Romæ exulatus. Id est, per excommunicationem exilio condemnatus. s. dist. xvj. sexta.

g Machatius. Pronuntiatus [1].

1 Pronuntiatus. Vide si vacat Io. Lupã in alleg. in materia hæresis. colũ. 4. post repe. c. per vestras. de donat. inter virum & vxorẽ. C.M.

h Quotidie. Infra xxiij. q. v. iij. dixit apostolus.

i Mittebat. Supra dist. xix. Anastasius contra.

k Princeps. Id est, promulgator, vel author canonũ, vt di. xvj. sexta. vero sic. quarta. Ioan.

l Item vere. Quasi dicat licet parentes, scilicet episcopi hæretici fuerunt, non tamen filij, in hæresi suscepti & ordinati cum ad ecclesiã redierunt, minus recipiendi sunt in ordinibus: vt s. distinct. xix. Anastasius.

m Morietur. Quasi dicat, tandiu

debeant hæresim suam, & confiteri catholicam fidem. Item Tharasius patriarcha dixit: videtur vobis, vt sedes suas recipiant, qui ab hæresi reuertuntur? Religiosissimi monachi [a] dixerunt: Sicut receperunt vniuersales vj. synodi ab hæresi reuertẽtes, ita et nos recipimus. Sancta synodus dixit: Placet omnib9 nobis. Et iussi sunt Basilius [b] episcopus Anchiræ, & Theodorus episcopus Miræ ciuitatis, & Theodosius episcopus sedere in gradibus & in sedibus suis. Item Cõstantinus episcopus Cypri dixit: Non oportet [c] nos qui episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum [d] esse doctores †. Item Tharasius episcopus dixit: Malorum doctorum mala est doctrina, ecclesia de malis doctorib9 sacerdotes nõ recipit. Item Ioan. apochrysarius Orientalium sedium dixit, Hæresis separat omnem hominem ab ecclesia. Item Tharasius episcopus dixit: Ecce multi canonici libri & synodici & paterni lecti sunt: & ab hæresi reuertẽtes docuerunt nos recipere, si aliqua alia [e] causa nõ est in eis. Item Petrus apochrysari9 Papæ dixit: Romæ exulatus [f] est Macharius [g] hæreticus à sancta sexta synodo, & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster Benedictus Papa, & quotidie [h] mittebat [i] ad eum Bonifacium consiliarium suum, & instruebat eum commonitorijs verbis ex diuina scriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat vt eum reciperet in ordine suo. Item Tharasius patriarcha dixit: Quid dicitis de Anatolio? nónne etiam in quarta synodo factus est princeps [k]? & ecce ab impio Dioscoro ordinatus est. Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati sunt, sicut & Anatolius receptus est.

j. si quis neque. & q5. vij. requiritis. licet sit argumen. contra. j. q. vlti. patet. & extra de simo. licet. cui hodie statur, scilicet quia moneat, vt dimittat beneficium, quo retento nõ posset pœnitere. Vel dicas speciale esse in ecclesia, vt semper primo admoneatur, quam proponatur querela contra eã, siue ciuiliter, siue alio modo agatur.

a Prius. j. xxiij. q. v. ad fidem.

b Per satisfactionem. quod videtur esse speciale in eo, qui offendit ecclesiam, vt prius satisfaciat, quam absoluatur: vt extra de verbo. signi. ex parte. alias sufficit, quod iuret: vt extra de senten. excom. per tuas.

Clericus iniuriã ecclesiæ factã remittere nõ potest.

c Iniuria. Vnde nec clericus potest remittere iniuriam factam ecclesię: vt xxiij. q5. iiij. si is qui. Ioan.

Actor & procurator, & syndicus differunt.

d SI quis. Actores. Actor constituitur à non domino, & authoritate iudicis, & ad præsentes lites tantum. insti. de cura. §. vlti. ff. quod cuiusq; vniuersi. item eorum. §. actor. Et hoc ideo, q̃a actor cum decreto fit, & decretum nõ extenditur ad futura. ff. de vsur. l. j. Sed procurator semper à vero domino constituitur, & ab initio, & ad vnam litem, & ad plures, & ad præsentes, & ad futuras. ff. eod. l. iij. & C. de procu. neq; Syndicus ab vniuersitate & ad vnam, & ad plures causas constituitur præsentes & futuras, & de authoritate episcopi. C. de episco. & cler. omnes qui. §. & hoc nihilominus. Canon tamen omnes administratores ecclesiæ vocat procuratores. j. q. iij. saluator. secundum canones prælatus & ante lit. contest. & post procuratorem constituit, vt extra de iura. cal. c. cum causam.

1 Idẽ Alexan. de Imol. in l. scimus. §. et hęc quide. C. de iure delib. et Dominic' in c. ab eo. in fi. de appel. in vj. Episcopus an posit aliquẽ pro ppria iniuria excõmunicare.

aduersus eos, vel ecclesias eorũ commotus fuerit, aut causam habuerit, prius[a] ad eos recurrat charitatis studio: vt familiari colloquio ea sanent commoniti, quæ sanãda sunt, & charitatiuè emendent, quæ iustè emendanda cognouerint. Si autẽ aliqui eos priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, vel infestare præsumpserint, excommunicẽtur: & minimè absoluantur antè, quàm per satisfactionem[b] (vt iam dictum est) condignam pœnitentiã egerint: quoniam iniuria[c] eorum ad Christum pertinet, cuius legatione fungũtur.

Item Alexander.

Communione priuetur, qui priuatim aduersus episcopum conqueritur priusquam familiariter eum conueniat.

CAN. XV.

SI quis erga episcopum, vel actores[d] ecclesiæ quãlibet querelam iustam se habere crediderit, nõ prius primates, aut alios adeat iudices, quã ipsos à quibus se læsum existimat, familiariter cõueniat, nõ semel, sed sæpissimè[e], vt ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut excusationẽ. Si autẽ secus egerit, ab ipsis, aut ab aliis cõmunione priuetur[f] tanquam Apostolorum patrumq́ue aliorum contemptor.

Item Euaristus Papa.

Nisi opinione discussa non audiantur accusatores episcoporũ.

CAN. XVI.

SI qui sunt vituperatores[g] aut accusatores episcoporum[h], vel reliquorũ sacerdotũ, non oportet eos à iudicibus ecclesię audiri antè, quàm eorum discutiatur existimationis suspicio vel opinio: qua intentione,[i] qua fide, qua temeritate, qua vita, qua cõsciẽtia[k], quo've merito: si pro Deo, aut pro vana gloria, aut p̃ inimicitia, vel odio, aut cupiditate[l] ista præsumpserint.

Item Calixtus Papa.

Maiores natu non accusent, nisi qui sint rectæ fidei, & conuersationis.

CAN. XVII.

QVærendum est[m] in iudicio cuius sit

est iudex in causa fisci: vt C. vbi causæ fisca. l. j. sic Imperator est iudex in causa fiscali[4]. ff. de his quæ in test. delen. l. proxime. & tamen res fisci Imperatoris dicitur. ff. ne quid in loco publ. lege secunda. §. hoc interdictum.

4 Arg. contra. xj. q. j. cõsuetudo. in principio.

g SI qui sunt vituperatores. Id est, conuiciatores. de hoc. Clerici depositi cu[illegible] res, qui depositi cu[illegible] curiæ tradentur. xj. q. j. si quis sacerdotum. nisi fecerint [illegible] ex calore iracundiæ: vt supra ead. quæstio. iij. si quis iratus. Ioan. Hoc hodie falsum est. Scilicet quod traduntur curiæ seculari, nisi [illegible] post excommunicationem contumax, extra de iudi. [illegible] ca. cum non ab homine fallit in casu speciali, de cri. fal. c. ad falsariorum. vbi depositus statim traditur curiæ seculari. B.

h Episcoporum. Hæc duo capitula loquuntur de suspectis vel ignotis, & de his, qui suam iniuriam non prosequuntur.

i Qua intentione. An faciant animo nocendi: vt xxiij. q. v. prodest.

k Conscientia. Si sit conscius criminis.

l Aut cupiditate. pecuniæ. supra ea. quæst. prima. [illegible] hibentur.

m Quærendum est. Hic [illegible] dicitur idem quod in præcedenti ca. [illegible] pi. Et dic quærendum est, scilicet à iudice, etiam si aduersarius nõ [illegible] rat. ff. de postulan. l. quos prohibet. & xxx. quæstio. [illegible] v. iudicantem. & infra ead. alieni. & argum. C. de [illegible] quæst. seruos. & loquitur hoc capi. & præcedens de ignotis vel de notis & suspectis, quia tales personæ integri status esse debent. ff. de testibus. [illegible] Sed obijcio tibi, si iudex quærit de conuersatione [illegible] huius testis, oportet quod quærat ab aliis. Similiter oportet quod quærat de conuersatione istius: & sic in infinitum procedet iudex, quod reprobatur extra de rescrip. cum in multis. lib. vj. Si autem iudex ab ipso teste quærat, an sit fur, vel homicida, stulta esset quæstio, cum nemo illud fateretur[6] de se. Respond. [illegible] est ignotus, bene potest ab eo quærere, an sit liber, vel seruus. Ab aliis autem notis inter quos est conuersatus, quæret de fama istius. Potest etiam iudex in genere quærere, sic dicendo ei, Es tu talis, vt possis esse testis? vt ff. de quæstio. l. j. §. qui quæstionem. Accusa-

e Sæpissime. i. ter'. xvj. q. vij. omnes decimæ.

f Priuetur. Hic videtur quod episcopus posit aliquem pro propria iniuria excommunicare & punire: vt xlv. dist. & qui emendat. & xxiij. q. iiij. Guilisarius. contra est. xxiij. q. iiij. inter querelas. & v. q. de occidendis. vbi videtur, quod iudex pro sua iniuria non debet reum ocidere cuius iudex est. Distingue quia si iniuria tangit specialiter prælatum, non potest excommunicare aliquẽ pro tali iniuria. si tangit ecclesiã, potest[2]. Nam episcopus potest esse iudex in causa suæ ecclesiæ[3], sicut procurator fisci,

2 Subau. Imo debet. xxiij. q5. iiij. si is q. Archid.

3 Adde idẽ tenuisse Bart. & Bald. in l. vnica. C. ne quis in sua causa iudi.

conuersationis & fidei & is, qui accusat[a], & is qui accusatur: quoniam hi, qui non sunt rectæ fidei ac conuersationis, & quorum vita est culpabilis, & quorum vita, fides & libertas nescitur[b], non permittuntur maiores[c] natu accusare, neque viles personæ in eorum recipiũtur accusatione.

Item Sixtus papa.

Absque duobus, vel tribus testibus non recipiantur episcoporum accusationes.

CAN. XVIII.

ACcusatio episcoporum nõ est facilè[d] recipienda, dicẽte domino: Nõ accipias vocem mendacij. Et Apostolus inquit, aduersus presbyterum inscriptionem nõ recipiendam absq; duobus, vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcauenda, quantò magis de episcopis?

Exodi 23. 1. Tim. 5. c

Item ex concilio Aurelianensi.

Pro sola conuentione episcopi non submoueatur aliquis à communione.

CAN. XIX.

SI quis ab episcopo, vel ab ecclesia, vel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, si nihil conuicij[e] aut criminationis obiecerit, eũ pro sola conuentione à cõmunione ecclesię non liceat submoueri.

Item Euaristus papa.

Quare subditi prælatos suos reprehendere non possunt.

CAN. XX.

SVnt nonnulli, q̃ præpositos suos peruersè reprehendũt, si vel parũ ipsis molesti extiterint. Ex his omnibus datur

a Accusat. In accusationibus ergo nõ præsumitur quis dignus nisi hoc probetur[1]. j. ea. crimi. Sic in oblatione eucharistiæ, vt de consec. dist. ij. tribus gradibus. Et in ordinib'. xxiiij. distinct. quando. & in eleemosyna. xlij. distinc. quiescamus. Item excõmunicatus quis creditur p̃pter periculũ vitandum potius, quam non, vt extra de sen. excõ. per tuas. & c. cum desideres. §. secundæ quæstionis. Sic in impetratione veniæ ætatis tenetur impetrãs p̃bare instituta morum suorum, & testimonium vitæ honestioris, & animi probitatem, id est, se esse idoneũ, vt C. de his qui ve. ęta. im petr. l. ij. alias circa notos potius præsumitur quis dignus, quam indignus, vt extra de præsumpt. dudum.

1 Scilicet p aliquas literas authenticarũ personarũ, q̃ p̃ eis testimoniũ ferãt: vel testimoniũ populi, vt le. & not. in isto ca. criminationes. secundum Inn. quia ita no. de accusa. cum P. Archidia.

b Nescit. per hoc patet quod loquitur de ignotis.

c Maiores. id est, clericos.

d ACcusatio. Facile. id est absque inquisitiõe.

ADDITIO. Scilicet accusatorũ & testiũ. H. & Lauren. dic inquisitione, scilicet quæ habetur j. cap. proxi. secundũ Io. de Fan.

e SI quis. Conuicij. Nõ tamẽ ex hoc sequitur, q̃ propter conuicium ipsum posit excõmunicare, vt xxiij. q5. iiij. inter querelas. vel hic non fuit tantũ episcopi causa, sed ecclesiæ: vel propter hoc remouendus est à communione à metropolitano, sed nõ ab episcopo. Vel dic, si conuicium redũdat tãtum in personam episcopi: q̃a dicit, tu es filius rustici, tunc non potest. sed si dixit cum simo-

Episcop' excõicat p̃pter conuiciũ sibi factum.

intelligi, quòd illi ab accusatione remouentur, qui non affectione charitatis, sed prauitate suæ actionis uitam eorũ diffamare & reprehendere quærunt.

Quòd uerò præmissis authoritatibus criminosi prohibeantur ab accusatione prælatorum, testatur Augustinus in libr. soliloquiorum[f] ita dicens:

Non omnes subditi, sed criminosi tantùm prohibentur accusare prælatos.

CAN. XXI.

PRæsumunt prælati non debere se reprehendi, vel accusari[g] pro eo, quòd canones nõ eos passim constituunt accusandos: quod tantùm negat solis criminosis[h] cùm de reprehendẽdo[i] veritas ipsa constituat: Si malè locutus sum, testimonium[k] perhibe de malo, &c. Ioan. 18. d

Opponitur[l] huic distinctioni. Ipsi sacri canones distinguunt, in quo casu pastores sint accusandi à subditis, dicentes: Oues pastores suos non accusent, nec reprehendant, nisi à fide exorbitauerint. Ecce in quo casu sunt accusandi à subditis: in aliis autem minimè.

3 *Huic oppositioni respondetur sic: Distinctio illa canonum de criminosis & infamibus intelligitur. Oues enim criminosæ & infames pastorem suũ accusare uel reprehendere non possunt, nisi à fide exorbitauerint. Cæterùm si à fide exorbitauerit, tanta est labes illius criminis,*

niacũ, quia hoc redũdat in ecclesiam, bene potest[2].

2 [redacted]

f SVnt nonnulli. In libro soliloquiorum. id est, psalmorum, id est, solius spiritus sancti eloquiũ: quia solo instinctu spiritus sancti ibi locut' est. de hoc habet de pœnit. distinct. ij. quærendum.

Soliloquium est psalmus.

g PRæsumũt prę lati. Vel accusari. Argu. laicos posse accusare clericos. j. ea. clericos. & xxiiij. dist. illud. & C. de offic. rec. prouin. iustissimos. sed corrigitur taliũ opinio extra de testib. decætero.

h Criminosis. scilicet clericis.

i Reprehendẽdo. supple sed non debent præsumere, cũ de se, &c.

k Testimonium. Cum debeat exemplificare de accusatione, exemplificat de testimonio: q̃d ideo facit, quia qui admittitur ad vnũ, admittitur & ad reliquum. iiij. q. iij. testes. Ioan.

l Opponitur. Dixerat in illo §. his authoritatibus.[3] q̃ subditi criminosi siue clerici fuerint, siue laici, non admittantur ad accusationem prælatorũ. Vnde colligitur à contrario sensu q̃ alij admittãtur. Huic distinctioni obijcit, et postea secũdum suã opinionem soluit, quæ talis est, quod laici non criminosi possunt accusare clericos: quod falsum est, vt extra de testi. decętero. nisi suã vel suorum iniuriã prosequãtur: & tũc non admittũtur ad testimonium.

3 Vel dic, dictum est j. §. ex his omnibus. & c. p̃sumunt, q̃d subditi criminosi, &c. B. Brixien.

Huic oppositioni. Hæc est tertia ps huius quæstionis, in qua p̃bat quod mali non possunt accusare prælatos suos, vel illi, qui ad eundem gradum perue-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

nire non possunt. & hoc probat per sex capitula. Io. de Faenu.

a Lieni erroris. Ex tribus locis istius capit. argumentatur Gratianus à contrario sensu in sequen. §.

b Recedentem. id est, apostatam.

c Non obedientē. id est, schismaticū, vt xix. dist. nulli. & xxv. quæstio. j. violatores.

d Non possumus. Argu. q̄ iudex potest infamē repellere, licet reus ipsum recipiat ', xlv. dist. licet. xxx. q. v. iudicantem. C. de quæstio. seruos. in prin. iij. verſi. reſpōdetur. iudex examinabit accusatores sicut ordinandos, vt eos repellat. xxiiij. distinctio. quādo. & Gregor. præcipit Ioanni, vt ingrat de persona accusatoris. ꝛ. ea. q. j. in primis. sic xxiij. dist. illud. & j. ea. criminationes. & prætor suæ dignitatis tuendæ gratia indignos à postulatione remouet. ff. de postu. l. j. in prin. & repellit militem, licēt aduersarius velit eū admittere. ff. de procur. filiusfamilias. §. milites. Et quos prætor prohibet in totum & omnino prohibet, etiā si aduersarius cōsentiat ², vt ff. de postul. quos prohibet. Imo vbi aduersario non cōpetit exceptio, iudex ex officio suo excipiet, vt extra de appell. constitutis. & ff. de peti. hæredit. l. vlti. Sed contra. nonne sic videtur iudicare secundum conscientiam? & scis quia nihil ex ingenio suo & domesticæ volūtatis motu facere debet, vt j. cap. proxi. & iij. q. vij. iudicet? Respondeo, iudicat in hoc casu ex his, quæ percipit in exercitio causæ, quæ ante eum agitur. Nam cum coram se videt infamem admitti, potest ipsum repellere, sicut cum scit tempora appellationis elapsa esse, supplet de facto, vt C. de tempor. appellatio. l. ij. in fine. sic xxviij. distinctio. priusquam. scilicet de facto, quod constat iudici tanquam iudici. extra de postula. bonæ.

† Cōcor. ex. in authē. gazaros. C. de hær. & in e. causa. & q. c. bezat.

1 Sed contra j. ea. q. his ita. § iij. verſi. reſpōdetur. Item arg. quod in ſ. ibi dicam. Arc.

2 Adde ad hoc id quod legi. & not. extra de exceptio. ca. exceptionē. & lib. vj. co. tit. c. ga. Arc.

c Non potest. Præuaricati. Ergo si non sunt præuaricati, videtur quod sunt admittendi, non obstante præcedenti delicto, sicut & alius, qui fuerit

Index par te nō pōtēte multa potest facere.

annūtiēt: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubij habentur. Infirmari [1] oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis est credendum, qui veritatis à se fidem abiecerūt.

quòd ad eius accusationē, & serui aduersus dominum, & quilibet criminosi & infames aduersus quē libet admittuntur.

Vnde Dionysius papa.

Infames & hæretici homines bonæ famæ accusare non possunt.

Item Caius papa Felici corepiscopo.

Hæretici, Iudæi, vel Pagani Christianos accusare non possunt.

CAN. XXII.

A Lieni erroris [a] socium, vel à sui voluntariè propositi tramite recedentem [b], aut sacris patrum regulis & cōstitutionibus nō obedientem [c] suscipere non possumus [d], nec debemus, nec impetere rectè credētes, vel sanctorum patrū sanctionibus obtemperātes p̄mittimus: quia infames omnes esse censemus, qui suam fidem, aut Christianam legem præuaricantur †, aut apostolicam aut regularem libēter postponunt authoritatem.

Item ex concilio Toletano iiij.

Christianos accusare, vel in eos testificari non possunt, qui fidem acceptam deseruerunt.

CAN. XXIII.

NOn potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Iudæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & in Christi fide præuaricati [e] sunt, ad testimonium dicendū admitti non debēt, quamuis se esse Christianos

in mortali [f], vt iij. j. quæstione j. diffinit. xxxij. q. v. distinct. primum, & vj. quæstio. j. qui crimen. & ff. de ritu nupt. palam. vbi dicitur, turpitudo licet intermittat, non tamen deletur. ff. de furt. qui ea mente. Ioan. Quid iuris sit de hoc, dicitur extra de testi. testimonium. vbi corrigitur hoc. B.

f Infirmari. supra xix. distinct. ca. fin. vel aliter arg. quod non valet dictum testis, si postea detegatur eius infamia.

g Pagani. Accusare. Nisi fuerint professi. Ad hoc vj. omnibus. Sed hæretici non: quia excommunicati sunt. extra de hæret. capi. vergentis. & capit. excommunicamus. Sed nūquid isti fuerunt pagani, & Iudæi? licet pagani, & Iudæi audiuntur in exceptionibus criminibus? Dic quod non. secundum Hugo. sed quod Iudæi potsint, videtur extra de Iudæis. capit. Iudæi. sed decretales expresse contradicit, quæ dicit, quod erratis deber esse fidelis: vt extra de testib. licet. † Et extra tions, quia sunt in peccato mortali. & sic non sunt admittendi. di 4, extra de testi. super eo.

h Aut vocē. Opor tet tamen clericos habere testimonium bonum ab his, qui foris sunt. infra vij. quæstione prima. Accet. de consecratio.

distinctio. j. iubemus.

i Infamationis. vt se expurgare debeant.

k Aequalitas. falsum dicit. sufficit enim quod accusator sit bonæ famæ, licet accusatus sit malæ. vt infra eadem. lator. Item in alijs falsum dicit qua-

Infamis in nec infamis infamem, nec criminosus criminosum famem re- accusat: vt vj. q. j. qui crimen '. nisi prius eum tolera- gulariter uit sciens eum talem. extra de accusat. nulli. Sed po- accusare test dici hoc esse speciale in episcopo, vt non possit nō potest. remouere ab accusatione illos, quos prius tolerauit.

1 Dic vt Item fallit in are- le. & not. nario, qui potest extra de accusare arenarium: accu. ca. j. vt C. de inofficio. test. Archi. in arenā. Item fallit in casibus, in quibus socius criminis non repellit socium: quos habes notatos iiij. q. iij. liberi. et C. de testi. quoniam. alias qui libet cuiuscunq; cōditionis & quantumcunque criminosus viles & criminosos ab accusatione, vel testimonio repellit. Vnde etiam socius à sua accusatione repellit socios viles & criminosos. ff. de accusatio. hos accusare. §. si seruus. & iij. q. iiij. ca. pen. q̄ falsum est in exceptis criminibus, vt ꝛ. in prin. quæstionis notaui.

a Hæreticus nunquam accusat. S I hæreticus. Hæc authentica est falsa: quia nunquam hæreticus admittitur ad accusandum: vt j. iiij. quæ. j. ca. j. forte loquitur de minoribus hæreticis, qui non peccāt in præcipuis articulis fidei, qui non admittuntur in iudicijs, id est, de his quæ a- da sunt corā iudice, sed ijs alijs cōtra ctibus propter inopiam probationū admittuntur: non tamen sine tormentis, vt iiij. quæstione ij. ca. si testes. §. si res. et C. de hæret. l. vlti. Io. Sed certe secundum canones non admittitur hæreticus, cum sit excommunicatus, & debeat statim occidi. extra de hæte. excommunicamus. & capi. penul. B.

b Contra hæreticum. Arg. aliquid admitti pro aliquo, quod non admittitur contra se. sim. xxxvij. distinctio. si quid veri. Argu. contra. iiij. quæsti. iij. si quis propter odium hæresis.

c Sed quæritur. Hanc soluit Vrbanus xij. quæstio. Scimus. vel aliter, respicit illud, quod dicitur supra eadem. §. opponitur. & mouet incidentem quæstionem, & diuiditur in duas partes.

d Pastores. In princ. quæstio. quæ tamen non sunt verba illius cap. sed sensus est eius.

e Perunq; Et tacent. Dicat tamen ei qui potest prodesse, & non obesse. xxij. q. v. hoc videtur. sed in publico non debet dicere: vt vj. quæstione j. si omnia. hæc ergo taciturnitas non ob- stat ei, qui non po- test probare. Item obstat. non nocet ei, qui non potest impedire, vt ff. de contrahenda emptione. l. rem alienam. vel etiam erubescit lo qui: vt ff. de furt. l. penulti. Item nec nocet ei, qui scit suum ius durare. ff. quibus modis pig. vel hypot. fol. l. fircur. §. non videtur. alias semper obstat taciturnitas: vt extra de his, quę fiunt à prælatis. capitu. ij. & iiij. dist. si seruus.

† Alias pletique.

2 Ad idē extra de proba. ex literis. §. j. versi. qb⁹. & de electio. scribitur. Archi.

ligitur: vel quia ā criminosis tolerandi sunt, & non corrigendi. Vnde ibi subinfertur, quia sæpe pro meritis subditorum deprauatur vita rectorum. Quorū ergo merito (Deo permittente) vita rectorum deprauatur, ab eis potius sunt tolerandi, quam corrigēdi. vel quia sunt quidam, qui sæpe deseruntur à publicis documentis, et crimē, quod intendunt, probare non valent:

De quibus in Homilia de pœnitentia Augustinus ait:

Quæ publicis documentis probari non possunt, tolerāda sunt.

CAN. XXVI.

PLerunq; † boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent [e], quia sæpe deseruntur à publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus [f] probare non possunt.

3 De his [g] etiam illud Anacleti [h] intelligitur: Sententia Cham filij Noe damnantur, qui suorum doctorum, vel præpositorum culpam prodūt, ceu Cham, qui patris pudenda nō operuit, sed ridenda mōstrauit. Hac enim authoritate subditi nō prohibentur ab accusatione, sed à proditione. Aliud

e De his. Hæc est iiij. pars huius quæstionis, in qua probat, quod subditi secreto & pacifice possunt suos prælatos redarguere, non autem palam, nisi peccassent in publico: & ita omnes autho. quas inducit, debent intelligi. & hoc probat per iiij. exempla, & per x. authorita. sanctorum patrum. Ioannes de Faenusijs.

f Iudicibus. Iudicio ergo faciēda est probatio², non ad uersatio: vt iiij. quę stione iiij. capitu. si testes. §. fæpe. & C. de condict. ob turpem causam. lege j. Argumen. contra j. quæstione j. si quis episcopus.

g De his. Qui accusant prælatos de crimine quod non possunt probare.

h Anacleti. Supra ead. cap. sententia.

Item obijcitur. CASVS. *Opponitur adhuc, scire non possunt. Et hoc probatur quatuor obiectionibus. Prima est de Maria sorore Aaron, quæ lepra percussa est, quia murmurauit in Moysen, quia du-*

Universidad de Deusto Biblioteca

xerat Aethiopissam in uxorem. Secunda obiectio est de Dauid, qui cum fugeret à facie Saulis, & latitaret in spelunca, abscidit ora chlamidis Saulis purgantis uentrem. De quo idem Dauid seipsum postea reprehendit. Tertia est de Oza, qui cum arca domini reduceretur de Gabaa in Ierusalem, & bobus recalcitrantibus inclinaretur, manum apposuit. Quarta est quæ infames efficiuntur, qui accusant prælatos suos, & ideo accusare non possunt. Has obiectiones solvit, & dat cuilibet obiectioni suam solutionē Gratianus, concludendo, quod propter hoc non remouētur subditi ab accusatione prælatorū. Et primo soluit, quòd dictum est de arca: & innuit quod per Mariam, Dauid & Ozam, & per eos, qui reputabantur infames, intelliguntur illi, qui bonam fidem & bona facta suorum prælatorum reprehēdunt, bonitatem eorum obfuscare volentes. Sed malos prælatos bene possunt accusare: quod probat sequenti capitulo, quia mali prælati non sunt prælati.

† Cōcor. tex. in l. 1. lib. ff. de accusat. & de priua. delict. l. j. cū concor.

Exod. 5. c

Nūc. 12. a

1. Reg. 24. a

2. Reg. 18. & 19.

a In Exodo. Melius in libro Numero. 30. di. c. si post ordin. §. econtra.

b Percussus. Quia ex nocte non se ab uxoris amplexu abstinuerat.

c Hisita. Incipit respondere his trigi, q. subditi quamuis religiosi sint, prælatos suos criminosos accusare non possunt. Nam per Saulem, qui uentrem purgabat, prælati intelliguntur, qui malitiam corde conceptam, in opus producunt. Item legitur in lib. Regum q. cùm arca domini reduceretur de Gabaa in Ierusalem, à bobus recalcitrantibus arca inclinata est: cui dum Oza leuita manum adhiberet, ut eam regeret, à domino percussus b interijt. Per arcam prælati intelligūtur, per Ozam subditi, per inclinationem arcæ casus intelliguntur prælatorum: per illum, qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes, uel accusantes uitam doctorum: qui à domino percussi interijt. His ita c respondetur: uerum est per arcam significari prælatos, & per Ozam subditos. Illud uerò falsum est, quòd per inclinationem arcæ, casus significetur prælatorum. Aliud est enim inclinari, uel descendere, aliud cadere. Legitur enim, quòd saluator noster se inclinauerit, sicut quando digito scribebat in terra: & de montibus fregisse scribebat in terra: & de montibus fregisse quum ter descenderit, in quos ascendebat, ut uel pernoctaret in oratione, uel ut discipulos in monte altiora doceret d præcepta: uel ut tubas fugiens, ex altitudine montis eas respicere, & liberè posset docere. Inclinatio, uel descensio, humilitatem significat, qua spirituales nonnunquam carnalibus condescendunt, ut eorum infirmitati compatiantur: iuxta illud Apostoli: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Hos etiam e significauerunt angeli, quos Iacob uidit in scala descendentes. De his per prophetam dicitur: Inclinauit cælos, & descendit. Per arcam ergo inclinatam intelliguntur prælati, qui subditorum culpam misericorditer portant, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Vnde bene dicitur, quòd bobus recalcitrantibus arca inclinata est. Boues quippe recalcitrantes, subditos significant suis doctoribus non obedientes, quibus dum prælati compatiuntur, quasi bobus recalcitrantibus arca inclinatur. Leuita, qui manum adhibuit, significat illos, qui misericordiæ compassionem in prælatis suis reprehendunt, eosq; in seueritatis amaritudinem erigere uolunt. Vnde bene leuita iste Oza dicitur. Oza quippe robustus dicitur. Illi enim robusti dicuntur, qui cùm de sua iustitia præsumunt, misericordiā peccantibus negādam putant, & impendentes reprehendunt. Vnde à domino percussi intereunt: quia iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam delinquentibus. Cui per Salomonem dicitur: Noli esse nimis iustus: quia est nimis iustus, qui perit in iustitia sua. Sic & Moysi illud intelligitur. Per Moysen enim prælati intelliguntur, per Aethiopissam uxorē, peccatores intelliguntur. Moyses Aethiopissam uxorem ducit, cùm quilibet prædicator peccatorem f sibi copulat, ut ex eo sobolem bonorum operum Deo gignere ualeat. Hanc copulam dum Maria, id est subditi reprehēdunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam synagoga intelligitur, quæ in Moysen, id est in Christū murmurauit: quia Aethiopissam, id est, ecclesiam de gentibus sibi copulauit, quos lepra perfidiæ & erroris sordidos fecit. Non ergo his authoritatibus subditi prohibentur ab accusatione suorum prælatorum, sed monētur, ne reprehendāt misericordem compassionem eorum. Item g per Saulem prælati intelliguntur, & per Dauid h subditi. Saul i purgans uentrem eos significat, qui malitiam corde conceptam, foras in opus producunt. Sed in

d Saul. tertia responsio.

e Solus. Et tamen cum sociis suis.

f Respondet. quibus dicitur, q. subditi non possunt accusare prælatos.

g Paulus. scilicet, in epistola 2. ad Timoth. v.

h Regula. argu. q. possumus interpretari & arctare generalia verba Apostoli, v. xxxiij. q. ij. quos Deus coniunxit. xxij. quæsti. v. hoc videtur. & ff. de in ius vocand. l. quamuis. & ff. de testib. quæsitum.

i Obseruanda. exempla enim prælatorum & senum facilius corrumpunt, & ideo magis sunt punienda, vt xj. quæstio. iij. præcipue. & lxxxvj. distinctio. tanta.

Ecclesiastici. 7. c

2 Arg. cōtra. 7. c. q. 1. cōsuluisti. xxxj. q. j. qui dormierit.

3 Et gene raliter qui cunque publice peccat, excommunicatur, ut supra dictum est. Cùm ergo subditi eo ipso, quòd in accusationem prælatorum prosiliunt, infames efficiuntur: infamibus autem copia accusandi denegatur: patet quòd subditi prælatos suos accusare nō possunt. His ita respondetur k, non omnes prælati pro prælatis habentur. nomen enim non facit episcopum, sed uita †.

Vnde Gregorius Ianuario episcopo scribit.

Quem ætas, non uita seniorem facit, grauiter est increpandus.

CAN. XXVII.

PAulus l dicit, Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula m tunc est obseruanda n, cùm culpa senioris suo exemplo non trahit ad interitum corda iu-

† Regni

† Iesus, opus nouum manus, & misi Sacerdotes verbi Dei in eo de. non eiec. q. nec rad. de inst. q. ij. presbiterum. C. Ea.

1. Tim. 5. a

præcisione chlamydis non significatur, nisi reprehensio peccati. per chlamydem enim regis † potestas intelligitur. Hanc præcidit, qui prælatum sententia damnationis ferit: quod nulli subditorum licet. Facta enim pastoris, oris gladio, id est, sentētia damnationis à subditis ferienda non sunt. Hinc est quod Hieronymus ait super Marcum de pōtifice, qui scidit uestimenta sua: Scisio uestis scisionem significat sacerdotij, quod in proximo erat scindendum, & auferendum Iudæis. Vel per Dauid significantur, qui nequitiam suorum prælatorum uidentes, maiora eorum peccata contemnunt, minima uerò & leuia quasi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere & lacerare fatagunt. Vel quia Saul solus c diuertit in spelunca, in qua Dauid so lus latebat. Item super hoc potest intelligi, quod de Cham dictum est, qui solus uidit pudenda patris, quæ non cooperuit sed ridenda monstrauit. Hac itaque authoritate non inhibetur subditis accusare prælatos, si accusabiles fuerint.

Item probatur quòd subditi prælatos suos accusare non possunt, etiam si religiosi fuerint. Infames enim sunt eo ipso, quòd suorum doctorum uitam reprehendere conantur. Infames enim fiunt (ut canonum traditi authoritas) omnes, qui in patres armantur, & qui doctorum suorum uitam reprehendunt, uel accusant. Nullus autem infamis in accusatione prælatorum est audiendus, nisi fortè à fide exorbitauerit, ut supra dictum est. Cùm ergo subditi eo ipso, quòd in accusationem prælatorum prosiliunt, infames efficiuntur: infamibus autem copia accusandi denegatur: patet quòd subditi prælatos suos accusare nō possunt. His ita respondetur f, non omnes prælati pro prælatis habentur. nomen enim non facit episcopum, sed uita †.

Vnde Gregorius Ianuario episcopo scribit.

Quem ætas, non uita seniorem facit, grauiter est increpandus.

CAN. XXVII.

PAulus g dicit, Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula h tunc est obseruanda i, cùm culpa senioris suo exemplo non trahit ad interitum corda iu-

1. Tim. 5. a

niorum. Vbi autem senior iuuenib⁹ exemplū ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Nā scriptū[a] est: Laqueus[b] iuuenum omnes vos. & rursus: Maledictus puer[c] centum annorum.

Item Hieronymus ad Heliodorum.

Dignitas non facit episcopū, sed vita.

CAN. XXVIII.

NOn omnes episcopi sunt episcopi.[d] Attendis Petrum, sed & Iudā considera. Stephanum suspicis, sed Nicolaum[e] respice. Non facit ecclesiastica dignitas Christianū. Corneli⁹[f] centurio adhuc ethnicus[g] dono sancti spiritus mundatur: presbyteros[h] Daniel puer iudicat. Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cū Christo regnantium. Infatuatum[i] sal ad nihilū prodest, nisi vt proijciatur[k] foras, & à porcis[l] conculcetur.

Vnde Augustinus homilia vij.

Non episcopi nomen, sed vita reuerentiam meretur.

CAN. XXIX.

NOn omnis, qui dicit, Pax vobis: quasi columba est audiēdus. Corui[m] de morte pascuntur. Hoc columba non habet: imò de fructibus terræ viuit: innocens est victus eius.

Item Beda in secunda epistola Petri.

Docti ab indoctis, clerici à laicis, quandoque meritò reprehenduntur.

CAN. XXX.

SEcuti sunt[n] viā Balaam[o] ex Bosor[p], q mercedē iniqtatis amauit: corruptionem verò habuit suæ vesaniæ subiugale mutum: quod hominis voce loquēs prohibuit prophetæ insipiētiam. Plerunque hæretici tam stulta dogmata, tam execranda proferūt sacramenta, vt etiam hebetū sensus paganorū, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, illorum detestētur insaniam: & illorum distorta & Deo contraria itinera sanius sapiendo redarguāt. Et (quod peius est) nonnunquā multi catholicorum intantum mercedē amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, clerici à laicis meritò redarguantur[q]: qui iure comparantur prophetæ, qui verbis asinæ contra naturam loquētis corripitur: nec tamen à proposito praui itineris retardatur: quibus etiam apertissimè nomen congruit ciuitatis, de qua Balaam venisse perhibetur. Bosor namque carneus siue in tribulatione positus interpretatur. Neq; enim alia magis causa luxuriosis existit verbum veritatis amore pecuniæ, vel desideriorum temporalium adulterare, quàm quia carnis se concupiscentijs mancipauerūt. Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus, siue præcipitans eos, interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam sponte deserunt, quid nisi vanus populus sunt? Qui etiam in præcipitium suos mergunt auditores: quibus non salutaria quæ corrigant, sed quæ illos delectent erronea prædicant: de quibus apertè subditur: Hi sunt fontes[r] sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.

Quid[s] ergo non omnes episcopi sunt episcopi: presbyteri à Daniele puero iudicantur: & qui dicit, pax uobis: plerunq; non columba, sed coruus reputatur: patet quòd non semper pro officio, uel authoritate personæ ab accusatione est cessandum: imò cōtra prauos est agendum: cùm omnis persona criminaliter peccās alte-

a Scriptum. scilicet in Esaia.
b Laqueus. scilicet malo exemplo.
c Puer.[1] Canon propter malitiā aliquorum fingit aliquid esse, quod non est, & ecōuerso. xl. distinctio. multi sacerdotes.
d NOn omnes episcopi sūt episcopi. id est, non omnes episcopi voce, sunt episcopi re.
e Nicolaum. qui fuit vnus de septem diaconibus, quos apostoli instituerūt: qui fuit reprobus[2].
f Cornelius. q primus ex gētibus nomen Iesu Christi est secutus. xxvj. distinctio. deinde.
g Ethnicus. id est, gentilis.
h Presbyteros. q condemnauerūt Susannam. j. ea. ca. nos si incompetenter. §. item cum Balaam.
i Infatuatum sal. id est, stulti prælati, insipidi in prædicādo, fatui in delinquendo.
k Proijciatur. Id est, deponatur.
l Et à porcis. id est, dæmonibus, qui dominanē malis prælatis, quasi pecori suo. xxiiij. q. j. cap. miramur. §. his authoritatibus.
m NOn omnis. Corui. Coruo æquiparatur malus prælatus, vel presbyter in nigredine vitiorum, & in raucedine vocis, & in voracitate, scilicet mortuorū[3] oblationum: & in fœtore spiritus, & in garrulitate, & i furto. xxiij. quæst. iiij. tres personas. Ioan. de Fantu.
n SEcuti sunt. Prælati & doctores mali.
o Balaam. Supple venientis.
p Ex Bosor. verba sunt Petri vsque ad versi. plerunque. vbi Beda exponēs verba Petri in canonica dicit, quod hæretici à gentibus reprehensi comparantur Balaam correpto ab asina: comparantur etiā ei mali prælati reprehensi à laicis.
q Redarguantur. Non dicit accusentur. vnde nō potest hic sumi argu. quod laici possunt accusare clericos, vt supra xxj. dist. nolite. in fin. contra. Solu. ibi quod triplex est reprehensio: quod ibi vide.
r Fontes. Verba Petri.
s Quia. Infert ex his tribus capitul. quod mali prælati cū criminaliter peccant, possunt à subditis accusari. & ad hoc inducit cap. sequentia. Alte

1 Dic qđ puerilis ętas durat vsq; ad pubertatē: vt l. pueri. cū glos. ff. de ver. sig.
Esa. 42. d
Esa. 65. d
2 Et dicūt q iste fuit Machometus, quem colunt pagani. Hu. & de hoc habetur j. xxiiij. q. iij. quidā ver. Nicolaitæ. secūdū L. q asserit q iste fuit Machometus.
Act. 10.
Dani. 13. c
Luc. 14. g
Demonia malis prælatis dominantur.
Presbyter malus coruo æquiparatur.
3 Quia ipsas oblationes sibi vsurpāt et rapiūt, q ad hoc prędicant vt viuant, secūdū Hu.
2. Pet. 2. c
Nūe. 22. g

retur[a]: & (ut ita dicam[b]) capite minor legibus censeatur. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati, tam in pœna, quàm in culpa.

Vnde Augustinus ait:

Qui susceptum officium non administrat, non est episcopus, sed canis impudicus.

CAN. XXXI.

QVi nec regiminis in se ratione habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen[c] correxit, canis impudicus dicendus est magis, quàm episcopus.

Quibus ergo Hieronymus[d], Augustinus, Gregorius auferunt nomen columbæ, episcopi, senioris: nónne et priuilegium est auferendum dignitatis, vt possint à subditis reprehēdi? Vnde scriptura dissimulans[e] priuilegiū prauæ senectutis ait: Maledictus non senior, sed puer centū annorum. Apparet ergo, q hi ex accusatione prælatorum infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere, & lacerare conantur: qui loco sui regiminis nō nomine tantùm, sed vita & moribus tenent. Alij autem potius laudabiles fiunt ex accusatione prælatorum suorum, quàm infames. Item quod dicitur, maiorum quispiam minorum accusationibus non impetatur: minores intelligendi sunt, non dignitate, sed vita.

Vnde Hieronymus ait de Paulo super epistolam ad Galatas.

Maiores & minores non dignitate, sed vita intelligi oportet.

CAN. XXXII.

PAulus Petrum reprehēdit: quod non auderet, nisi se non imparem[f] sciret[g].

Hoc non de officio[h] ecclesiasticæ dignitatis[†], sed de puritate vitæ, & sanctitate cōuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inter apostolos primatum gerebat.

Hinc Augustinus ait ad Hieronymum:

Non episcopi nomen, sed vita maiorem facit.

CAN. XXXIII.

QVanquā secundūm vocabula[i], quæ vsus obtinuit, episcopatus sit presbyterio maior, Augustinus[k] tamen Hieronymo minor est.

Item libro secundo de Vnico baptismo.

Episcopi licet pares sint meritis, gradu tamen differunt dignitatis.

CAN. XXXIIII.

PVto, q sine vlla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro apostolo cōparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Cæterùm magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam[l]. Quis enim nescit illum apostolatus principatum cuilibet[m] episcopatui præferendum? Sed & si distat cathedrarum gratia, vna tamen est martyrum gloria. Itē cùm Petrus à Paulo posteriore corrigatur, & pacis, atque vnitatis vinculo custodito ad martyrium promouetur[n]: quantò[o] facilius & fortius quod per vniuersæ ecclesiæ statuta firmatum est, vel vnius Episcopi authoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendum est?

Idem.

Non in honore, sed in veritate filius æquatur, vel præponitur patri.

CAN. XXXV.

QVeritur[p] pater de malo filio: queritur filius de duro patre. seruamus

a Alteretur. Id est, in alterius statum commutetur. transit enim de familia Dei ad familiā diaboli. 24. q. iij. si qs non rectò.
b Vt ita dicam. Videtur etiam q infamis capite minuatur. ff. de var. et extraord. co. l. cognitionum. §. existimatio.
c QVi nec. Crimen. Talis enim ad accusationem, vel ad testimonium nō admittitur: vt xxxvij. dist. legant. j. vj. q. j. qui crimen.
d Hieronymus. s. in tribus proxi. c.
e Dissimulans. Aufertur enim alicui nomē propter suā malitiam. xxxiij. q. ij. admonere. s. xix. di. secundum. & j. q. iiij. ca. ecclesia. §. itē peccato. s. ea. q. j. scelus.
f PAulus. Imparem. Meritis, non tamen administratione. distinc. lxxx. in illis.
g Sciret. Ex hoc patet, quod aliquis scit se habere charitatem per reuelationem. Pau. alibi dicit: Scio q neq; mors, neque vita, neq; aliquid aliud me poterit separare à charitate Dei. Alibi tamen dicit, Nihil mihi cōscius sum, &c. vt s. xl. distin. cap. vlti.
ADDITIO.
Ista concor. respicit literā nō imparē, secundū Lau. ad idem xxj. q. iiij. sicut excellentiam.
h Hoc nō de officio. q nō possit esse impar Paul' Petro.
i QVanquam. Secundum vocabula. Quia episcopus est nomē dignitatis, presbyter nomen ætatis. xciij. dist. legimus.
k Augustinus. Augu. forte hoc credebat. nō enim licuit ei mētiri pro humilitate. xxij. q. ij. cū humilitatis. & cum Hiero. fuit presbyter cardinalis,[1] patet q quilibet eps[2] maior est presbytero cardinali.
l PVto. Existā. Si dicam Cyprianum in omnibus æqualem.
m Cuilibet. s. xxj. di. in nouo. j. 24. q. j. loquitur. contra.
ADDITIO.
Dic q rōne ordinis Petrus fuit par alijs apostolis et cęteris episcopis: sed ratione administrationis fuit maior.
n Promouet. Ita vt in hoc videant ipsi esse pares, & etiam statuta eorū.
o Quanto, &c. Et est hic arg. q potius statur ei, q à pluribus, quam q à paucioribus dicitur. & xix. distinct. in canonicis.
p QVeritur. Secundum canones: ergo filius conqueritur de patre[3] tam in ciuili, quam in criminali negotio: sed scdm leges non in ciuili, nisi tantū in causa castrēsi: vt ff. de iu. l. lis nulla. & ff. de fur. si quis vxori. j. rūso. nō tamen pōt eū cōuenire de furto, sed actione in factū: vt C. de dolo malo. si superstite. Eman

Ioan. 8. d
Nomen aufertur à malitia.
Esa. 65. d
Paulus charitas magna.
† [redacted]

[redacted]
Episcop⁹ maior est presbytero cardinali.
2 Ista gl. reputatur à doctorib⁹ sin. ad hoc q dicit episcopum maiorem presbytero [redacted] vt episcopi dicūt summi sacerdotes, vt c. j. post mediū. de sacr. vnct. Et cōparātur illustrib⁹ seu pfecto pretorio, vt no. gl. in l. episcopali. C. de epis. audi. & nō habēt maiorē dignitatē cardinales quā episcopi: sed habent maius officiū, vt inquit Bart. i d. l. j. §. si qs. i. j. col. ff. de ap. facit text. in ca. si abbate. de elect. libr. vj. & not. p Ab. in c. ecclesia vestra. le dernier. de elec. in penulti. & vlt. col.
Filius patrē couenire potest.
3 De hoc etiam no. xxiij. qō. iiij. si ecclesia. in gl. melius. ibi videas.

Universidad de Deusto Biblioteca

[redacted] Emancipatus autem potest agere ciuiliter contra patrem, sed venia impetrata, vt C. de in ius voc. l. vlti. Sed in criminali causa non auditur contra patrem. ĩ. ead. q. j. prohibentur. nec pater contra filium, nisi iniuriam in ipsum commiserit: vt C. de pat. pote. l. iij.

a Non æquamus. Sic Celsus corrigit dicta patris sui. ff. de cond. cau. da. l. dedi. §. si qs quasi statuliber. Item argu. q aliquis potest esse maior & minor altero diuerso respectu. ĩ. c. quanquam. xxv. di. perlectis.

b Præponimus filium. Argu. q veritas à quocunque prolata amplectenda est. Et est etiam argu. contra testimonium honorabilium personarum. simile dist. ix. ego.

† [redacted]

c Beati. Pro virtute. Scilicet vt parem virtutem & constantiam [1] contra persecutionem in passione habuisse videantur.

1 Cum ex sæuitia persecutoris virtus patrię claruerit in vtroque. Hug.

Item pœnitentes. Hæc est v. pars huius quæstio. in qua dicit, qd sit in hac quæstione tenendum: & dicit quod tales, qui sacerdotes esse nõ possunt, nec eos accusare, nec in eos testificari possunt: redarguere tamen possunt occulte & pacifice. & hæc probat per tria exempla & v. authorit. sanctorum patrũ. Ioannes de Fantu.

d Item pœnitentes. solenniter. ĩ. xj. q. j. qui crimen.

e Ipsi apostoli. Ordinis. In criminali. sed in ciuili possunt omnes, extra de testibus. tam literis.

honorificentiam patri, quæ debetur à filio. Non æquamus [a] filium patri in honore: sed præponimus filium [b] patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum.

Item Ambrosius. †

Aequales fuerunt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus.

CAN. XXXVI.

BEati Petrus & Paulus eminẽt inter vniuersos apostolos, & speciali quadam pręrogatiua præcellunt: verùm inter ipsos, quis cui pręponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, qui ęquales sunt passione: & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putamus, q vna die passi sunt, vno loco, sub vno persecutore. Vna die, vt ad Christum pariter peruenirẽt. In vno loco, ne alteri Roma deesset. Sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrosq; constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute [c]. Et in quo loco ijdem tandem martyrium pertulerũt in vrbe Roma, quæ principatum et caput obtinet nationũ, scilicet vt vbi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis: vt vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerentur.

§ *Item pœnitentes* [d], *bigami, sacerdotes accusare non possunt. Vnde generaliter colligitur, quòd quicunq; sacerdotes non sunt, uel esse sacerdotes non possunt, in sacerdotes accusationem, uel testificationem proferre non possunt.*

Vnde Fabianus ait:

Qui sacerdotes esse non possunt, sacerdotes accusare non valent.

CAN. XXXVII.

IPsi apostoli & eorum successores statuerunt, vt sacerdotes domini nõ accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis [e] non sunt, nec esse [f] possunt.

Item Damasus Papa.

tum, præsumo eum inde egisse pœnitentiam: quia occultum in meliorem partem interpretamur, extra de sortili. capi. ex tuarum. & extra de regu. iur. estote. Si autem manifestum, probabit se egisse pœnitentiam per sacerdotem, quod facere potest, vt extra de simo. nemo. l. distinctione. in capite. ij. quæstione j. si peccauerit. in fi. nisi tale sit crimen, quod etiam post pœnitẽtiam irrogat infamiam: vt cum aliquis conuictus est de periurio: vt iij. quæstione vij. cap. infames. §. porro. Si autem criminaliter agitur, siue sit occultum, siue manifestum, siue inde egerit pœnitentiã, siue non, repello eum: vt vj. quæstione j. qui crimen [3]. Vel distingue sicut notaui super illo ca. qui crimen. Io. & extra de testi. testimonium. vbi diffinitur breuiter. B. Circa hanc materiam cõsueuit quæri, si quis vinum non potest bibere, an possit promoueri: cum ipsum ministrantem oporteat communicare. de consecr. distinct. j. episcopus Deo. & distinctio. ij. peracta? Dic quod nõ. Nec etiam accusare potest [4] ille, qui casu membrum amisit. lv. distinct. ca. vlti. Tamen inferiorem, vel parem potest accusare: quia potest remanere in executione illius ordinis. distinctione lv. præcepta. nam qui est intra xxx. an. potest accusare sacerdotes. Item clericus bigamus non potest accusare clericum coniugatum, qui vnicam & virginem habuit vxorẽ: quia clericus cõiugatus gaudet priuilegio clericali. xxxij. distinct. si qui vero. Hug. dicit, quod sacerdos depositus alium potest accusare. Sed hoc non placet. Nam ex quo est de crimine condemnatus, statim est delictum eius notorium. extra de cohabi. cleric. vestra. Item nec ille admittitur ad accusationem, cui crimen est in modum exceptionis probatum, per quod est repulsus à testimonio, licet non sit infamis. argumen. extra de electione. capi. super eo. & ij. quæstione j. prohibentur. grauata est tamen eius opinio, sicut illius, qui ancillam oppressit. Codic. de adulte. & si libidine. Nam inhonestum est tales ad ordines admitti, vt dicit lex de his, qui supponuntur fustibus ab

Sacerdos nõ efficitur q vinum bibere nõ potest.

[redacted]

f Necesse. Ex his duobus cap. [2] colligitur, q hæc tria, accusatio, testimoniũ, & ordo, pari passu ambulant: vt quicunq; non admittitur ad vnum, nec ad reliquum. Sed obijcitur: quicunque semel in peccato mortali fuerit, non admittitur ad ordines: vt xxv. di. primum. ergo nec ad testimonium. Item si crimen ciuiliter fuerit probatum, nõ admittitur ad ordines, vt dist. xxiiij. quando. extra de accusa. super his. ergo nec ad testimonium. & secundum hoc nullus inuenitur testis: cum nemo sine crimine viuat. xxv. distinctione. §. nomine autem. Tu dicas, quod regula, quæ hic traditur, locum habet cum criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agitur, aut crimen est occultum, quod obijcitur testi, aut manifestum. si occul-

2 Id est, ex isto ca. & seq.

Testis an sit repellẽdus ppter crimẽ sibi obiectum.

1 Id est, à custodib' ædium ab incẽdio de nocte. ff. de offi. prę fect. vigil. l. j. & iij.

ab ædilibus [1], licet non sint infames. ff. de decurionib. eos. nisi sit necessitas. ff. de munerib' & honoribus. l. vt gradatim. & hoc ideo, quia opinio eius in nullo vacillabit: vt xxxiij. distin. laici. & notat ĩ. ea. q. j. in primis. in fi. Io. & probatur hodie tota hæc distinctio in decretali, de testi. c. testimonium. Quid iuris sit de ordinando, notaui supra vigesimaquinta dist. primum. B.

a Testes. Suspicione. Repellitur testis propter suspicionem [2], vt ĩ. ea. accusatio. in prin. Argu. contra de consec. dist. ij. non prohibeat.

2 Odij, vel inimicitiæ, vel criminis occulti, secũdum H. ad idẽ iij. q. v. quasi per totũ. ibi videas. Archi.

ADDITIO.

Dic quod assumptio corporis non nocet, nisi sumenti, sed accusatio alij nocet.

b Sic & illud. Supra e. nullus laicus.

c Non possunt. Qualiter hoc intelligitur, habetur ĩ. iiij. q. j. c. j.

d Nec in regem. Imo nec regnũ eius erat de hoc mundo. xxiij. q. iij. ca. j. Petrus.

Sacerdotes accusare, vel in eos testificari non valent, qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

CAN. XXXVIII.

TEstes absque vlla infamia, aut suspicione [a], vel manifesta mácula, & verę fidei plenitudine instructi esse debent, & tales quales ad sacerdotium eligi diuina iubet authoritas.

Quoniam (vt antiquorum tradit authoritas) sacerdotes criminari non possunt, neque in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt prouehi honorem.

Sic & illud [b] *Syluestri intelligitur, Laicus non accuset clericum, &c. id est, qui in inferiori gradu constituti, ad superiorem ascendere non possunt,* [c] *in superioribus agentes accusare non debent. Ecce ostensum est, quid respondeatur authoritatibus, & argumentis, quibus subditi ab accusatione prælatorum uidebantur repellendi. Nunc demonstrandum est, quibus rationibus probẽtur recipiendi: & quid contrà respondeatur à prælatis. Christus, qui erat pastor pastorum, ouibus suis, de quibus ait: Nõ sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, &c. inter opprobria & uerbera, quæ ab eis patiebatur, ait: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c. Item, quis ex uobis arguet me de peccato? At quicunq; ad testificandum in aliquem, uel ad arguendum admittuntur, ad eundem accusandum admitti possunt. Cùm ergo oues, ut aduersus pastorem suum testimonium ferant, & ut ipsum (si possunt) reprehendant, admittuntur: patet q subditi possunt accusare prælatos suos. His ita respondetur: Christus quamuis esset pastor suarum ouium, quas uerbo & exemplo pascebat, tamen quantum ad officiorũ distributionem (ex qua hodie in ecclesia alij præsunt alijs: unde quidam prælati, quidam subditi uocantur) in populo suo pastorale officium non gerebat. Mystica enim & uisibili unctione, nec in regem* [d]*, nec in sacerdotem unctus erat: quæ solæ personæ in populo illo prælaturæ nomen sibi uendicabant.*

Matt. 15. Ioan. 18. Ioan. 8.

Non ergo ex hac authoritate subditi probantur admittẽdi in accusatione prælatorum, sed tantùm ostenditur, q auditores eos reprehendere possunt, & in eos testificari, qui cùm officia ecclesiastica nõ habeant, uerbo tamen & exemplo quoscunque ualent, lucrari Deo satagunt. Respondetur & aliter: Aliud est, quod de rigore cogimur seruare disciplinæ: aliud, quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus Iudæos ad se arguendum admisit perfectione humilitatis, non seueritate iuris. Si enim legis rigore essent admissi, hac authoritate criminosi & infames in accusatione religiosorum essent recipiendi, cùm essent sceleratißimi, qui de nece Christi tractantes, innocentem damnare uolebant. hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur, si uelint.

Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps apostolorum erat. Vnde datur intelligi, q subditi possunt reprehẽdere prælatos suos, si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facilè refellitur, si unde sit reprehendendus aduertatur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & à ueritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis gentilium latenter se subtrahens. Par autem est in se à fide exorbitare, & alios exemplo, uel uerbo à fide deijcere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accusandi à subditis, nisi fortè à fide exorbitauerint, uel alios exorbitare coëgerint. Gala. 2. c.

[redacted]

Item. Cùm Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti fratres sunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quòd ad gentilem diuertisset. Ecce quòd prælati iure possunt reprehendi à subditis.

Sed huic oppositioni beatus Gregorius respondet, dicens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] PEtrus. Respondit. Dicens, Eadem Deus dedit gratiam eis, sicut nobis, qui credimus in Iesum.

[b] NOs si. Alieni. hic Papa se subiscit aliorum iudicio: q̃ facere potest: vt ff. de iur. om. iudi. est receptum. non tamen eũ possunt deponere. ix. q. iij. nemo. secundum H. possunt: quia & seipsum potest deponere: vt xxj. distin. nunc autem.

[c] Examusim. Id est, regulariter, vel indubitanter, vel perfectè: quia amussis est instrumentum plumbeũ, cum quo rectificãtur parietes vel plumbantur.

Item cum Balaã. Hæc est vj. pars huius quæ in qua probat, q̃ probatum erat, q̃ subditi possunt prælatos reprehendere, & etiã accusare, si ad eundem ordinem venire possunt: non autem debent eos de occultis, vel pene occultis diffamare. & hoc probat per septem exempla, & per decẽ authoritates sancto rum patrum. Ioan. de Fant.

2 Cõcor. Alexã. de Imol. in l. qui est receptus. ff. de iurisd. om. iudi. in gl. ij. vbi dicit idẽ esse i rege Krãcorum nõ recognoscẽte superiorẽ. qd̃ potest esse iudex in ꝓpria causa. q̃ intelligi verũ quo ad subditos, non quo ad alios: vt patet in c. no uit. & ibi Ho. & Io. Andr. extra de iud.

Ariolus quis dicitur.

† Ariolus. Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit, & fructum sibi in tristitia affert. vigesimasexta quæstione tertia. igitur genus.

Trahen

Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intrasset, non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit.

CAN. XXXIX.

PEtrus potestatem regni acceperat, & tamen idem apostolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factę, cur ad gẽtes intrasset, nõ ex potestate officij (qua posset dicere: Oues pastorem suum non accusent, nec reprehendant) sed ex authoritate diuinæ virtutis, qua gentiles accepe rant Spiritum sanctum respondit [a].

Cùm ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, sed noluit: non ergo hoc exemplo prælati coguntur suscipere reprehensionem subditorum.

Ex hac etiam humilitatis dispẽsatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouici Augusto dictum.

Imperiali iudicio apostalicus se emendare permittit, si quid erga subditos imustè commiserit.

CAN. XL.

NOs si incompetenter † aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitẽ non conseruauimus, vestro ac missorum vestrorum cũcta volumus emendare iudicio: quoniam si nos, qui alienæ [b] debemus corrigere peccata, peiora committimus, certè non veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magistri. Inde magnitudinis vestræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus perquirendæ missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum si vestra præsens fuisset imperialis gloria) diligenter exquirant. Et non tantùm hæc sola, quæ superius diximus, quærimus vt examusim [c] exagitent: sed siue minora, siue etiam maiora illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in posterũ nihil sit, quod ex eis indiscussum vel indiffinitum remaneat.

6 Item cùm Balaam arioſus [d] iret ad maledicendum populum, angelus domini asinæ, cui insidebat, in via se opposuit, euaginatóq; gladio eam ab itinere compescuit: quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ vesaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute prophetæ insipientiam reprehendit, multò magis subditi possunt accusare prælatos suos. His ita respondetur. Verum est, quòd per asinam subditi significantur, et per Balaam prælati: non tamen hoc exemplo probatur prælati accusandi à subditis: sed subditis tantùm forma datur humiliter renitendi prælatis, si fortè eos ad malum cogere voluerint. Balaam nanque asinam vrgens, vt ad maledicẽdum populo Dei eum veheret, significat eos, qui verberibus & cruciatibus à subditis exiguntur, vt eis in malo fautores & coadiutores existant. Sed quia angelus, quilibet videlicet prædicator euaginato gladio, apertè scilicet prædicato timore & horrore iuturæ vindictæ, à consensu alienæ malitiæ illos reuocat: licet eis in huiusmodi vocem conquestionis prorumpere, & prælatis suis dicere: Cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniustè irascimini? nunquid vobis inobedientes aliquando fuimus, nisi nunc cùm ad malum cogimur? videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prælati probantur accusandi à subditis. Item. Cùm Dauid adulterium & homicidium committisset, missus est à Deo Nathan propheta, vt eum redargueret. Ecce quod prælati sunt arguendi, & reprehendendi à subditis. Sed notandum est, quòd duæ sunt personæ, quibus mundus iste regitur: regalis videlicet, & sacerdotalis. Sicut reges præsunt in causis secularibus. Sicut reges præsunt in causis Dei. Regum est ita sacerdotes causis Dei. Regum est corporalem irrogare pœnam: sacerdotum spiritualem inferre vindictam. Quid ergo & si ex regali vnctione sacerdotibus & pphetis pręerat in causis seculi, tamen suberat eis in causa Dei. Vnde reges à propheris & à sacerdotibus vngebantur, & eorum oblatione peccata regũ expiabantur. Sicut ergo Osias à domino lepra percussus est, quia sacerdotum officia vsurpare voluit, sic sacerdotibus & propheris regũ vsurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cùm regem redarguit, suum est executus officium, in quo erat rege superior: non vsurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per pœnitentiã peccata sua expiaret, non tulit in eum sententiam, qua tanquam adulter & homicida morti addiceretur.

Sic & beatus Ambrosius Theodosiũ, & beatus Innocentius Imperatorem Arcadium excõmunicauit, & ab ecclesiæ ingressu prohibuit.

Lator.

Sicut enim non sine ratione iudex gladiũ portat, ita non sine causa claues ecclesiæ sacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: isti habent claues ad exclusionem excommunicandorum, & reconciliationem pœnitentium. Hoc ergo exemplo subditi probantur reprehendendi à prælatis, non prælati à subditis. Item. Daniel nulla legitima potestate functus iudices à populo constitutos de falso testimonio conuicit, & conuictos damnauit. Constat ergo, quòd nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus, vel potestatibus sublimatos. His ita respondetur: miracula (& maximè veteris testamenti) sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda [a]. Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguissimum regem

[a] Trahenda. xxij. quæsti. ij. si quis per vetus.

4. Reg. 6. d [b] Sanguinis. xxiij. quæstione vlti. his à quibus. & cap. legi. & capit. occidit. & extra ne cleri. vel monac. sententiam sanguinis.

Forum rei [c] Si quis. quia actor forũ rei sequi debet. extra de foro competen. cum sit generale. & C. de iurisdict. omnium iudi. l. iuris ordinem. vel quia causa fidei est, quę in ecclesia est tractanda: vt xxiiij. quæstione vlti. commentor. & ibi. gl. quæstio. ij. præceptum. xxiiij. q. j. quoties.

2. Par. 26.

[d] Confessionem. id est, scripturam.

[e] Prælatos. & dantur eis expensæ quãdo quę ab episcopo, quem dat expen accusant, si egent: sas accusa vt extra de accusa. capit. ex parte. nam & dantur seruo agẽti causam libertatis. C. de ordi. cog. l. vlti. similiter ei, q̃ egit de inofficioso testamento, & obtinuit, si aduersarius appellet. ff. de inoffi cio. testa. l. si instituta. §. penul.

Accusatus buntur

Dan. 13. e

1. Reg. 15. e

Amalech in frusta diuidendo concidit: nunc nulli ecclesiasticorum iudicum iudicium sanguinis [b] agitare licet. Tunc Phinees Iudæum coëuntem cum Madianita interfecit, & reputatum est ei ad iustitiam. hodie sacerdotibus huiusmodi actus in perniciem sui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non solùm accusandi vel redarguendi, sed etiam iudicandi potestatem subditi sibi in prælatos vendicarent, si illud in argumentum nostræ actionis liceret assumi, quod nulla vnquam authoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quòd in nouissimis temporibus suscitaret Deus spiritum pueri iunioris, illius videlicet, de quo per prophetam dicitur: Puer natus est nobis. & iterũ: Ecce puer meus, qui iudices iniquitatis, Scribas scilicet, & Pharisæos falsis criminibus Sannam, id est, ecclesiam accusantes, & ream adulterij pronuntiantes, eò quòd Christum sequeretur, conuinceret & condemnaret. Item. Hieronymus refert in libris virorum illustrium, quòd Damasus papa à subditis de adulterio accusatus cum xlij. episcopis se purgauit. Item Symmachus papa in Romana synodo dignitate sua expoliatus, prius statui suo reddi decernitur, vt tunc veniret ad causam, & si ita rectè videretur, accusantiũ propositionibus responderet. Digna res visa est maximo numero sacerdotum, atque meretur effectum: & cùm postmodum ordinaretur quomodo esset accusandus, præfatus papa vt causam dicere occurrebat, sed ab æmulis est impeditus.

Isaiæ 9. a

Ibid. 42. a

Item Gregorius ait de seipso.

Redarguendi se, licentiam beatus Gregorius aliis præstat.

CAN. XLI.

SI quis [c] super his nos redarguere voluerit, vel extra authoritatem nos facere contenderit, veniat ad sedem apostolicam, vt ibi ante confessionem [d] beati Petri mecum iustè decertet, quatenus ibi vnus ex nobis sententiam suscipiat suam.

Ex *his omnibus colligitur, quòd subditi possunt reprehendere & accusare prælatos* [e] *suos. Sed sicut de Christo dictum est, quando Iudæis dixit: Si malè locutus sum,* Ioan. 18. d *& cætera: ita de istis intelligendum est, quòd*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fornicatio simplex non est digna depositione.

[a] LAtor. In corporali. Scilicet adulterio vel incestu, vt xxx. quæstio. j. non debet. secus si de simplici fornicatione, ꝑ qua hodie non deponitur: vt lxxxij. distinctio. presbyter. & xxxiiij. distinct. fraternitatis. nisi de rigore factum fuerit. lxxxvj. distinct. si quis episcopus. & capit. presbyter aut diaconus [1].

1 Adde ad hoc text. in l. si adulterij. cum ibi not. per Bart. ff. de adult.

[b] Nemesion. not. quod papa non vocat eum fratrem, ibi cet esset episcopus. hodie aliud esset, extra de cri. sal. quam grauí.

[c] Excusatione cessante. iusta tamē ex ceptio, vel excusatio admittitur. extra de offic. delega. ex parte. ij.

[d] Reddere. Sum de mero iure deberet iste in exilium relegari, cētum milliaribus à ciuitate remotus. C. de episco. & cler. quicunque. Item cadere debuisset à iure suo [2].

2 Quod iste nō fuit punit[9], de misericordia factum est, prout no. Laur. & Io. xvj. qō. j. placuit.

3 Ista decreta. non ꝓbat hoc simpliciter: qa ibi vtrūq; ius fuit decussum in iudicū. Archi.

suo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiēdi subditos in accusationem sui, sed non coëgerunt.

Item.

De eodem.

CAN. XLII.

PAulus Deaclinæ ciuitatis episcopus accusatur à subditis de lapsu carnis, conuincitur, deponitur, alius loco eius substituitur.

Hoc an ex dispensatione accusati, an ex rigore iuris sit factum, ex registro Gregorij ad Iohannem Episcopum cap. ccxvj. potest perpendi, vbi ait:

Paulus Deaclinæ ciuitatis episcopus, subditorum accusatione conuictus deponitur.

CAN. XLIII.

LAtor Nemesion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Deaclinę ciuitatis episcopus inter alia mala in corporali [a] crimine lapsus, a suis clericis accusatus, atque conuictus, episcopali sententia depositus est: postea cum auxilio secularium veniens episcopatum more prædonis ingressus est: ablatisque rebus ecclesiæ dilectissimū Nemesion [b] latorem præsentium sibi substitutum ab eo episcopatu proiecit, & ad summam iniuriam, ac necem penè perduxit. Fraternitas itaque vestra hæc omnia curet ad discere, & quæcunque ecclesiæ abstulit, omni mora vel excusatione [c] cessante, reddere [d] compellat. Si verò nihil ecclesiæ, sed proprium [e] se dixerit abstulisse, quam uis graue & iniquū fuerit, vt non à vobis [f], vel metropolitano eius hoc petierit, sed temerario ausu agere præsumpserit: veruntamen si quid propriū tulit [g], sub fraternitatis vestræ debet examine constare, si verum est. Sed & illud diligenter quærēdum est, si quid malè de rebus dilapidauit ecclesiæ, vt ex eo, quod nunc abstulit, illud reformare, ac satisfacere modis omnibus compellatur.

Hoc edicto [h] non in accusatores, vel depositores vlcisci tur, sed in depositum vlterius prosequitur, vt si vltra ad episcopatum aspirare tentauerit, omnibus modis repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monasterium detrudatur. Quem ergo Gregor. ad episcopatum aspirantem omnibus modis repellit, quem grauit pœnitentiæ subīcit, patet non sua dispensatione [i], sed canonum censura à subditis esse accusatum & conuictum. Et vt iam nō exemplis, sed legibus agamus, videndum est quid Gregorius scribat Innocentio & reliquis episcopis Sardiniæ ita dicens:

Quòd subditi prælatos suos accusare possunt.

CAN. XLIIII.

METropolitanum [k] vestrum in aliquo [l] postponere non præsumatis, excepto si (quod non optamus) contra eundem vos aliquid causæ habere cōtingat, vt ob hoc sedis apostolicæ iudicium petere debeatis.

Item vniuersis episcopis cōcilij Nicæni

f Tulit. arg. contra xv. quæstio. vj. placuit. & capit. de lapsis. vbi dicitur, ꝙ monasterio traduntur res depositi. sed illud verum est quando detruditur in monasterium, sed hic non fuit depositus.

h Hoc edicto. vertba sunt Gratiani vt que ad illum locū, vt si vltra. & à loco illo ad locum illum, quē ergo. sunt verba Grego. extra de sunt verba Gratiani.

i Dispensatione. id est, voluntate.

k Metropolitanum tantum. ex contemptu: alias omisso. eo posset adire papam, vt i. ead. quæstio. vj. capit. ij. & iij. Item intelligi et istud quādo episcopi inter se litigāt. nam si episcopus litigat contra clericum, tunc coram arbitris est litigandum. xj. quæstio. j. si clericus. Ex contemptu ergo intelligi fieri, quando sine causa declinatur eius iurisdictio: sicut dico quod fit ne causa non potest quis declinare iurisdictionem episcopi etiam per querelam factam papæ, vt plene dixi in constitutio. vt debitus. extra de appellat. & non esse appellandum omisso medio. sed hic non loquitur de appellatione.

l In aliquo. episcoporum enim est honor ordinarius post modo loco metropolitanus. x. quæstio. iij. ga cognoscimus. xj. quæstio. j. si clericus. Sicut.

Causa II.

Vitam prælatorum subditi nulla dissimulatione negligant.

CAN. XLV.

SIcut (inquit) laudabile discretúmq; est reuerentiam, & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis & Dei timoris est, si qua in eis sunt, quæ indigent correctione, nulla dissimulatione postponere: ne totum (quod absit) corpus morbus inuadat, si languor nō fuerit curatus in capite. Quædam enim de primate vestro Clementio ad nos plata [a] sunt, quæ quoniā ita grauia sunt, vt trāsire indiscussa nullo modo debeant, fraternitatem vestram hortamur [b], vt cū omni solicitudine ac viuacitate mētis indagare multis modis debeatis illata: & si sunt vt audita sunt, vltione canonica resecent.

Admonemus autem, vt non cuiusquam personæ gratia, non fauor, non quodlibet blandimētum quenquam vestrum ab his, quæ nūtiata sunt nobis, molliat, vel à veritate excutiat: sed sacerdotaliter ad inuestigandam veritatem vos propter Deum accingite.

Nā si quis in hoc piger, aut negligēs esse præsumpserit, dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi facinoris causas non mouetur.

Hæc si quis specialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat quid Gelasius cap. xxvij. dicat omnibus clericis cuiuscunque ordinis, ita scribens:

Quæstio VII.

Clerici excessus sui episcopi, an ribus deferāt Romani pontificis.

CAN. XLVI.

QVapropter [c] nec clericorum quisquam apostolicæ offensæ se confidat futurum immunem, si in his, quæ salubriter sequenda apostolica deprompsit authoritas, siue episcopum, siue presbyterum, siue diaconum viderit excedentem, et nō protinus [d] ad aures Romani pontificis [e] deferre [f] curauerit: probationibus duntaxat competenter exhibitis: ita vt transgressionis vltio, fiat cæteris interdictio [g] delinquendi. Sin verò [h] modis omnibus erit vnusquisq; pontificum ordinis & honoris sui elisor, si cui clericorum vel auditui totius ecclesiæ hæc putauerit [i] supprimenda.

Idem.

CAN. XLVII.

SIquid in ecclesia damni, aut in his, quæ sunt præceptionis nostrę authoritate prohibita, pontificem vestrum videritis admittere: mox nostris auribus relatione [k] signate, vt quid fieri debeat, censeamus.

Item ex concilio Calcedo. capitulo xxj.

Clerici, aut laici sine examinatione ad episcoporum accusationem non admittantur.

CAN. XLVIII.

CLericos aut laicos [l] passim accusantes, & sine probatione episcopos aut clericos ad accusationem non recipiendos decernim[9], nisi prius discutiatur eorum [m] existimationis opinio.

Item ex synodo Romana.

1 Ad idē C. de ige. & ma. dis famari. C. de priuat. car. l. j. cir ca fine. Et specia le in dilapidatio ne, vt quilibet cleric tur denun tiare cri men sui p lati secundum Lau.

2 Idē sentit hic H. & Laur.

a Accusare quis quō quis cogitur.

d Protinus. Nonne necessaria est admonitio? Certe sic. Ideo expone protinus, i. post tertiā admonitionem [1]: vt 1. c. q. j. si peccauerit. sic extra de simonia. licet.

e Pontificis. Vel alterius superioris. Ioannes.

ADDITIO.

Idem sentit Hugo in suo casu huius c.

f Deferre. i. denuntiare. Hic habes ꝙ aliquis cogitur accusare: vt j. q. j. quisquis. & v. q. v. c. j. extra qui sint legi. capi. causam. & xxiiij. q. iij. tam sacerdotes [3]. Ar. contra extra de acc. licet. in fi. & v. q. ij. si primates. & iij. q. iij. clericus. & C. de priuat. vt nemo inuitus agere. l. vna. Sol. ad denuntiationē qui libet teneē, de qua hic loquitur, nō autem ad accusationē vt in contrariis.

g Interdictio. Forte speciale est in dilapidatione, vt qui libet teneatur denuntiare.

h Sin vero. Id est, si nō fecerit, quod dictum est de quatuor portionibus. xij. q. ij. quatuor.

i Supprimenda. j. v. q. ij. si primates. contra. sed illud de crimine iniuriarū, de quo potest episcopus componere dico, quod cum clericis suis sue inter partes.

k Siquid. Relatione. Ex hoc patet ꝙ loquitur in denuntiatione, &c. sicut ca. sudum Laurentius. Ioannes.

l Clericos aut laicos. Accusantes eos, aut clericos decernimus non esse recipiendos passim & sine probatione. Ioan.

m Eorum. Id est, laicorum, vel clericorum, si sunt ignotivt j. c. quærendū. vel eorum. i. episcoporum, qui accusantur: quia si vita eorum

3 Ad idē C. de ige. & ma. dis famari. C. de priuat. car. l. j. cir ca fine. Et specia le in dilapidatio ne, vt quilibet cleric tur denun tiare cri men sui p lati secundum Lau. dum Lau.

Laici an posſit clericos accuſare.

corum antea bona fuit, laici in nullo poſſunt eos accuſare: vt s.e.q.j.in primis.in fin.& extra de teſt. veniens. Si vero mali, & laici & quilibet criminoſi admittuntur [1], niſi inimici & conſpiratores. extra de ſimo. licet Eli. & de ſen. & re iud. cum I. & A. & ex hoc loco Baz. fundauit ſuam opinionē: vt dixi in ſumma: ſed intelligas loqui in illis cauſis, in quibus laici poſſunt accuſare clericos.

1 Hoc intellige in exceptis criminib⁹. Io. de Fã.

Qualibet perſona epiſcopos, aut alios accuſans, monſtranda documentis inferat.

CAN. XLIX.

SI quis epiſcopus, aut diaconus, aut quilibet clericus apud epiſcopos (quia alibi [a] non oportet) à qualibet perſona accuſati fuerint, quicunque fuerit vir ille, ſiue ſublimis honoris, ſiue alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis [b] intentionis arripuerit, nouerit dicenda probationibus [c] monſtranda documentis ſe debere inferre.

Item Damaſus Papa Stephano Archiepiſcopo.

Sacerdotes non accuſent, qui ad eundem ordinem prouehi non poſſunt.

CAN. L.

SAcerdotes (vt antiqua tradit authoritas) criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Item Iginius Papa.

Niſi irreprehenſibiles in maiorum accuſatione non recipiantur.

CAN. LI.

CRiminationes maiorũ natu per alios [d] non fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni & irreprehẽbiles apparuerint, & actis [e] publicis docuerint ſe omni ſuſpicione carere & inimicitia, & irreprehenſibilem habere fidem, ac conuerſationem ducere.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd ſubditi in accuſatione prelatorum ſunt admittendi.

Nunc videndum eſt, an monachi in accuſatione epiſcorum ſint audiendi.

Adrianus Papa videtur eos ab accuſatione remouere, ita dicens:

Monachi ſacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt.

CAN. LII.

PLacuit [f] eorum accuſandi ſacerdotes, & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos non humanis † vocibus tantùm, ſed & diuinis mortuos eſſe [g] ſcimus: quia funeſtam [h] vocem potius interdici, quàm audiri oportet.

Item in concilio Calcedonenſi precipitur vt eccleſiaſticas actiones monachi attrectare non præſumant.

Item Pelagius Papa.

Monachi in accuſatione non ſunt audiendi.

CAN. LIII.

NVllus monachus talia vſquã arripiat, nec ſecularia [i] aut eccleſiaſtica [k] negotia perturbare preſumat: quia mortua eſt in talibus vox eorum.

Sed aliud eſt, quod ex preſumptione aſſumitur temeritatis: aliud, quod ex neceſsitate gerit charitatis. Monachi enim ex preſumptione epiſcopos accuſare non poſſunt, ex charitate poſſunt. Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularij epiſcopi ſint, vel religioſi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita teſtimonium dicere poſsint.

7 Item illud Eleutherij Papæ omnibus generaliter dicitur.

Conſentire conuincitur, qui cùm poſsit, peruerſis negligit obuiare.

a Si quis epiſcopus. Quia alibi. Arg. qꝫ ſolus epiſcopus habet merũ imperiũ in ſua dioeceſi: vt xj.quæ.j.de perſona.v.q.vj.de latori. Hoc enim eſt merum imperium, ſcilicet cognoſcere de criminibus.ff. de officio eius cui man.eſt iuris.l.j. [2] & ff. de offi. præſ. illicitas.§. quiv niuerſas.C.de proba.ſciant.

2 Imperij meri eſt de criminib⁹ cognoſcere.

2 Sub. & ideo in generali cõmiſsione nõ transferuntur: vt in iſta lege hic allegata, & ff. de pigno. obligatione. & legit & not. extra de offic.leg. Ꝑ trãſlatio Archi.

b Illaudabilis intentionis. Accuſationem vocat illaudabilem intentionem, quia cauſę materiam criminibus creare noſcuntur. C. de iudic. properandum. & præſumitur ſemper qꝫ inuidiæ cauſa fiat accuſatio: vt vj.q.j.ſi omnia. & quia vix ſine culpa experiri poteſt: ideo clerici ab ea abſtinere debent, vt de pœni.di.v.qualitas.§. ea.quę.vj.decreto. Vel dicit illaudabilē quo ad vulgi opinionē. Nã præſumitur alias quis bono [3] zelo accuſare: vt extra de dolo & contum.c. veritatis. in parte deciſa. Ex charitate enim debet prouenire accuſatio. extra de accuſat. ſi quis epiſcopus. & qui accuſat, publicæ ſalutis cuſto-

3 [redacted]

Accuſatio ex charitate debet prouenire.

diam gerit: vt C. de famoſis libel.l. vna.

c Probationibus. Sic C. de probat. ſciant. Ioan.

d Criminationes. Per alios. Id eſt, procuratores.j.iij. q.ix. abſens.

e Et actis. Id eſt, actionibus [4], vel literis epiſcoporum ſuorum, vt xix.q. ij.duę. et hoc ſi ſunt ignoti. & eſt ſi. infra iij.q.v.canonica. vel tantum valet eis teſtimoniũ populi quantũ examinatio: vt xx. iiij.di.c.j.Ioan.

f Placuit. Hoc capitu. idem Adrianus [5] intelligit de infamibus vt j.iij. quæ. iiij.hi qui. & j.iij.quæ.v. canonica. Vel intellige cum Gratia no de monachis.ſ. criminoſis. Nam certum eſt qd monachi accuſare poſſunt: vt extra de accuſa.c.ex parte. & infra eadem. cum paſtoris.

g Mortuos eſſe. Quantum ad ciuiles actus, & etiam ad diuinos: quia nõ poſſunt baptizare, ſepelire, prędicare, pœnitentiam dare: vt xvj.q.j.c.j.& c. qui vere.

h Quia funeſtam. Quia ſemper debent flere. xvj.q.j. placuit.

i Nullus. Nec ſecularia. Id eſt, tutelam & procurationem.

k Aut eccleſiaſtica. Id eſt, baptizare: quod olim non licebat eis. xvj.q.j. placuit.

Item illud. Hęc eſt vij.pars quæ in qua probat quod vnuſquiſq; tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere inquantum poteſt: alias erit falua pace [illegible] tenetur ipſe. & ad hoc probãdum adducit ſex authoritates. Io. de Fan.

4 Vide dicit La[illegible] acta publica [illegible]

5 Alias [illegible]

a Negligere cum poſsis. Videtur de prælatis tantum loqui.

Malos nõ corrigere, an ſit peccatum.

b Perturbare.id eſt, prohibere & remouere à malo: & hoc cum commode poteſt illud facere, alias nõ peccat, qui ſic non prohibet. xij.q.ij.primum.& cap. faciat. & ſecundum hoc qlibet tenetur prohibere iniuriam à proximo. xxiij. q.ij.c. non referenda. Alij hoc cap. intelligunt de prælatis, vt xxiij.q5.iiij. duo iſta. & cap. ita plane. & q.vlt.cap. præterea. Vel intellige de atrocib⁹: vt tunc quilibet teneatur, argu. extra de ſentē. excom. quantæ. xxiij.q iij.c.vlt. de pœ. diſt. j. periculoſe. Vel dic qꝫ quilibet tenetur prohibere proximũ à peccato committēdo. xxij.q.v.hoc videtur. ſecus in cõmiſſo. xciij. diſtin. diaconi. Ioan. [1]

1 Quo ad prelatum, dic vt leg. & not. vj. q.j. illi q. xxx. diſt. cap.vj.

CAN. LIIII.

NEgligere, cùm poſſis [a] perturbare [b] peruerſos, nihil eſt aliud quàm fauere † . nec caret ſcrupulo [c] ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

† fouere.

Item Hierony. tam de ſe quàm de alijs monachis in primo prologo bibliæ ſcribit dicens:

Quantum ex vitæ merito quis eccleſiam ædificat, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat.

CAN. LV.

SAncta quippe [d] ruſticitas [e] ſolũ ſibi prodeſt: & quantum ex vitæ merito ædificat eccleſiam Chriſti, tãtum nocet [f] ſi deſtruentibus nõ reſiſtat.

Item Gregorius.

Subditi vitia prælatorum reprehendere ſtudeant.

CAN. LVI.

ADmonēdi [g] ſunt † ſubditi, ne plus q̃ expedit ſint ſubiecti: ne cùm ſtudent plus, quàm neceſſe eſt hominib⁹ ſubijci, compellantur vitia eorum venerari.

Idem generali ſynodo præſidens dixit:

Clerici ſiue electi monachi ſint cubicularij epiſcopi.

CAN. LVII.

CVm paſtoris [h] vita † in exemplum debeat eſſe diſcipulis, plerunque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui paſtoris, neſciunt: quam tamen ſeculares pueri [i] ſciunt. de qua re præſenti decreto conſtituimus, vt quidam [k] ex clericis, vel etiam ex monachis electi in miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is, qui in loco regiminis eſt, tales habeat teſtes [l], qui veram eius in ſecreto conuerſationem videãt, & ex ſedula viſione exemplum profectus ſumant.

Idem Virgilio epiſcopo Arelatenſi.

Prauos in ſua ſocietate epiſcopus habere non debet.

CAN. LVIII.

PEruenit ad nos, fratrem & coëpiſcopũ noſtrum Serenum Maſſilienſem prauos homines in ſocietate [m] ſua habere: ita denique, vt preſbyterum quēdam, qui poſt lapſum carnis in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat: quod à vobis ſubtiliter eſt requirendum. Et ſi ita conſtiterit, curæ vobis ſit noſtra eum ſic vice corrigere, vt & qui talē recipit, nõ familiaritate fouere, ſed diſcat ſe potius vltione comprimere: & qui receptus eſt, diſcat lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditijs cumulare.

Item Paſchalis papa.

Viros boni teſtimonij ſemper epiſcopi ſecum habeant.

c Scrupulo. id eſt, ſuſpicione.

d Sancta quippe. id eſt, cum ſimpliciter & pie viuunt, & alios nolũt increpare. Et intelligitur de prælatis, q ex officio tenentur reſiſtere malis, & quorũ taciturnitas eſt mortale peccatum, & magnũ damnum in eccleſia operatur, vt lxxxiij.diſtinct. nemo. Et eſt hic arg. vitam actiuam eſſe præferendã contemplatiuæ: vt vij.q.j.ſicias. et viij. q.j.in ſcripturis. & habent ſe vt excedētia & exceſſa. contēplatiua quãtum ad perſonam contemplantis magis eſt ſecura, & minus vtilis: actiua vero magis laborioſa, et minus ſecura, ſed magis fructuoſa, vt extra de renun. niſi cũ pridem. & extra de regula. licet.

† [redacted]

Vita actiua eſt contemplatiuæ præferenda.

e Ruſticitas. id eſt, ſimplicitas.

f Nocet. intellige hoc negatiue, id eſt, non tantum prodeſt ædificando, quantum edocendo & reſiſtendo. ſimile xliij. diſtinc.

g Admonendi. bonum mediocre quandoque dimittitur propter bonum obedientiæ: ſed malum nunquam fieri debet: vt xj.q.iij. quid ergo. Ioan.

† Hoc ſta Greg. quãdo laicos oẽs à ſuo miniſterio remouit, vt teſtat Antoni. in hiſtor. part. j. §. debet. [illegible] fol. 160. folio. 69. S.M.

h Cum paſtoris. generaliter teneas, quod monachi poſſunt accuſare & epiſcopos & alios, dũ tamen hoc faciant de licentia abbatis. xij.q.j.non dicatis. xvj.q.j.monachi. Et ſi ſuum abbatem accuſare vult habebit expenſas à monaſterio: vt extra de accuſ. ex parte. & tũc non eſt neceſſarius conſenſus abbatis. ſed ſi alium vult accuſare, non habebit expēſas à monaſterio. Si ſunt in ſcholis, poſſunt agere, de his tantũ, quæ pertinent ad ſtudium: vt extra de offi. deleg. præterea. ff. de re iudi. quęſitum. & ff. de iudi. ſi longius.

Monachi accuſare poſſunt.

i Pueri. id eſt, ſeruientes. ſic xxij.q. ij. Abrahã quoque. & ff. de verb. ſignifica. pueri.

k Vt quidã. Duos habebit ſacerdotes, & tres diacones, vt de conſec. diſt. j. iubemus. Sed nunquid contradicēte abbate poteſt ſumere monachũ epiſcopus ſibi in ſocium? Non videtur, cum hoc ſit priuilegiũ papæ, vt ix.q.vlt. per principalem. & lviij. diſt. c.j. & ij arg. contra xvj.qõ.j. qui vere. Io. Sol. credo quod ſic [2], niſi monaſterium ſit exemptum cũ maiora poſſit, vt extra de exceſſi. p̄lat. ſicut vnire. B. Sed nõne monachi nunquã exibunt de clauſtro, vt xvj.q. j. placuit? Reſpondeo, quãdo perfecti ſunt, fit hoc vt exterius fructificēt, vel quãdo fiunt epiſcopi: & iſti cubicularij poſſunt eſſe teſtes non ſolum de conuerſatiõe epiſcopi, ſed etiã de facto ei⁹: vt xij.q.j. manifeſta. Ioan.

Monachũ inuito abbate ſibi non poteſt epſ̃ ſociare.

2 Ad hoc facit qꝫ nota. s.j.q.j. per principalē. Sed arg. cõtra xj.qõ.j.cũ pro vtilitate. Arc.

l Teſtes. propter hoc inducit cap. qa q poſſunt teſtari [3], & accuſare. nec tales epiſcopus poteſt ab accuſatione repellere: vt extra de accuſa. nulli. & C. qui accuſa. non poſſ. iniquum. arg. contra ſpeciale eſt in epiſcopo. Ioan.

3 Ad hoc iiij.qõ.iij. cap.j.

m Peruenit. In ſocietate. Nota quod præſumitur contra aliquem vel pro aliquo ex ſocietate: vt xxviij.q.j. ſæpe. lxxxj. diſtinct. clericus. & xviij. quæſtio. ij. diffinimus. Ioan.

Epiſcopi

a EPiscopi lectioni. Posint. s. dist. xeliij. diaconi. b Ioannes. probat cum hic eremita accusabat, quod monachi possunt accusare. quod verũ est si habẽt speciale mandatum abbatis. xvj. q. j. quæ vere 1. nisi forte requiri nõ posit sine magna difficultate, arg. ff. de iniu. sed si vnius. §. filio. vt notaui xij. q. j. non dicatis.

1 Et extra de accus. ex parte. vbi de hoc. Itẽ vt ex canonibus. s. e. q. ipsi. & ca. testes. & c. sacerdotes. vj. q. j. c j. Laur.

Accusatio denuntiatio, et infamatio diuersa sunt.

DE accusatione. Hęc quæstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probatur, quod accusator debet esse pręsens, & obligare se ꝓprio scripto ad talionẽ. Secũda ibi, Quæ vero. Ioan. de Fant.

c De accusatione. Circa hoc notandũ est, quod aliud est infamatio, aliud denuntiatio, aliud accusatio. Infamatio prohibetur. s. e. q. ꝓxi. accusatio. v. q. j. c. j. & ij. Secunda, scilicet denũtiatio pręcipitur s. ead. q. j. si peccauerit. s. q. proxi. quapropter. & fit sine inscriptiõe. iiij. q. iiij. ca. nullus. §. aliquãdo. Tertia scilicet accusatio ꝓmittitur, & in ea inscribitur & subscribitur. j. ead. libellorũ. Fallit tamẽ hoc in sex casibus. Non enim semper cogitur quis inscribere, vt in leuibus criminibus. ff. de accus. leuia. & in crimine abigeatus 2. C. de abigeis. l. vna. et in casu vbi mulier accusat. xv. q. iij. de crimine. & secũdum quosdã in crimine apostasiæ, & vbi Christianus Iudæam duxisse accusatur. C. de apost. apostatarum. C. de Iudæ. ne quis. & vbi maritus accusat vxorem iure mariti. iiij. q. iiij. d. c. nullus. in §. item. C. de adul. si maritus. C. de adul. quamuis. & l. iure. Ioan. Sed hoc falsum est secundum ius canonicum, vt extra de procur. tuæ fraternitatis. Item quando officium denuntiat crimen alicuius. C. de accu. ea quæ. iij. q. iiij. d. §. aliquãdo. B. Et cum crimen in modũ exceptionis proponitur, secundũ quod distinguitur extra de accus. super his. Nunc videndũ quid iuris sit circa singulos modos agendi. Et quidẽ denũtiationem præcedet admonitio, alias remouetur denuntians à denuntiatione: vt extra de accusa. super his. & c. si quis episcopus. & s. e. q. vij. accusatio. & c. si quis ergo. Item criminosi, infames, inimici possunt à denuntiatione repelli, vt iij. q. vij. qui sine peccato. & c. postulatus. & xxxv. q. vj. episcopus in synodo. & extra de testi. cog. pręterea. extra de accu. cũ oporteat. & dictum est s. ea. q. j. si peccauerit. & extra eo. qualiter. ij. Pœna sic conuicti modica est, quia debet pœnitere de crimine: & credo eum non esse remouendũ ab ordine, vel dignitate, nisi delicti qualitas aliud requirat, vt in simonia. j. q. j. si quis neque. & quęstio. vij. requiritis. seu scandalũ inde orirerur. extra de no. oper. nun. cũ ex iniuncto. Si autẽ agat in modum inquisitionis, similiter inscriptio non est necessaria, & potest procedi sine ipso, qui impetrauit inquisitionẽ sicut & cũ ipso: sed fama debet præcedere inquisitionẽ nõ semel, sed sępius & apud bonos & graues: vt extra de accus. qualiter. & c. cum oporteat. & de simon. licet. Citari etiam debet infamatus, vt audiatur eius exceptio, vt eisdem c. habetur, & extra de sent. & re iud. cũ I. & A. Et in hoc casu possunt testes recipi lite non cõtestata: vt extra vt lite non contest. quoniam frequenter. §. iij. Pœna huius talis est, prælati sunt ab administratione remouendi: minores sunt bñficio priuandi. extra eod. qualiter. & de simo. dilectus. Sed si in modũ exceptionis obijcit crimẽ, distingue, vt extra eo. super his. & extra de ord. cog. & extra de ... gni. cum dilectus. & debet esse præsens. extra eod. qualiter. & in hoc casu laici bonæ famę admittũtur ad agendũ, excipiendum, & testificãdũ. extra de testi. tam literis. et xxiij. dist. illud. Sed cũ crimen obijcitur in modum accusationis, semper est necessaria inscriptio, vt j. ea. libellorũ. Fallit in sex casibus supra no. & in septimo secundũ quosdã cũ officialis accusat. C. de ac. ea quę. in hoc casu pœna est depositio, vt s. ꝓxi. q. lator. & extra de simon. dilectus. & extra de pœ. ne diu. cõ...

Denũciat... Inquisitio punitio. Accusatio punitio.

Luc. 3. a

Acusator nõ semper cogitur se ad pœnam talionis inscribere.

2 Vbi agitur ciuiliter. iiij. q. iiij. d. c. nullus. §. item abacti.

CAN. LIX.

EPiscopi lectioni & orationi vacent, & semper secum presbyteros & diacones, aut alios boni testimonij clericos habeant: vt secundùm apostolum, & sanctorum patrum instituta posint a irreprehensibiles inueniri.

Item Ioannes b Baptista *cùm duceret eremiticam uitam scribas & phariseos, & sacerdotes & leuitas Iudæorum ad se uenientes aspera increpatione redarguit. Item ex canonibus diffinitur: Illi sacerdotes accusare possunt, qui ad eundem gradum conscendere ualent. Cùm ergo monachi ad sacerdotij gradum laudabiliter pertingere ualeant, patet quòd & episcopi sacerdotes liberè accusare possunt.*

QVAEST. VIII.

1 ps

DE accusatione c uerò qualiter fieri ualeat, in canonibus apertè decernitur.

Ait enim Calixtus papa:

Accusatio semper fiat in scriptis.

CAN. I.

ACcusatorum personæ nunquam recipiantur sine scripto: nec absente d eo, quem accusare voluerint, quibuslibet e accusare permittatur. Codic. libro quarto, titulo de probationibus.

CAN. II.

SCiant cuncti accusatores eam rem se debere inferre in publicã notionem, quæ munita sit testibus idoneis, vel instructa aptisimis documentis, vel indicijs f ad probationẽ idoneis, vel indubitatis & luce clarioribus expedita.

Item Euticianus papa.

Accusatio semper debet fieri in scriptis.

CAN. III.

QVisquis g ille est, qui crimen intendit, in iudiciũ veniat, nomẽ rei indicet, vĩculũ h

d ACcusatorũ. Nec absente. C. de pœ... contra. Sed illud speciale est in apparitore. ff. ... ea. q. vj. c. ei qui. §. sunt quorũ. & nota. j. q. iiij. nullus.

e Quibuslibet. j. v. quæstio. ij. relatum. Sed contra ... xxxv. q. ... v. q. vlti. Epiphanium.

f SCiant. Indicijs. xxxij. q. j. dixit. & xxxv. q. ... Sed ibi nõ accu... c. j. Sed contra. iij. q. ix. absens. Sed ibi propositum ... satur, sed tantum libellus accusationis proponitur contra absentẽ. libellus tamen in absentia rei proponitur. ff. de adult. miles. §. sexaginta. Hoc verũ est ... absens sit per contumaciã 3, vt iij. q. ix. decernimus ... si ad...

g QVisquis. hoc ponitur C. de accusa. l. vlti.

h Vinculũ inscriptiõis arripiat. id est, obliget se ad talionem. iiij. quæst. iiij. c. nullus. §. inscriptio. Arch.

inscriptionis arripiat custodiæ similitudinem (habita tamen dignitatis a æstimatione) patiatur, nec impunitam sibi nouerit licẽtiam mentiendi, cùm calũniantes ad vindictam poscat similitudo b supplicij.

Qui verò ad sortilegos, magosque concurrunt, nullatenus ad accusationẽ sunt admittẽdi.

Item Sixtus papa.

De eodem.

CAN. IIII.

QVi crimen obijcit, scribat se probaturum, & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

Sed Stephanus papa contrà videtur scribere dicens:

De eodem.

CAN. V.

PEr scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce (si legitima & cõdigna accusatoris persona fuerit) præsente videlicet eo, quem accusare desiderat: quia nullus absens c accusare potest, nec ab aliquo accusari.

Sed Calixtus papa pręcepit, vt accusator pſente eo, quẽ accusat, in scriptis iudici accusationem offerat, & ꝓpria voce literas suæ accusationis legat. Stephanus autẽ prohibet ne absens aliquẽ ꝑ epistolã accusare audeat.

2 Quæ verò sit forma accusationis, & qs modus cõcipiendorũ libellorũ, Paulus ĩ Digestis, libro primo de publicis iudicijs, titulo de accusationibus & inscriptionibus, ostendit, dicens:

Libellorũ inscriptionis conceptio talis est, Consul & dies d. Apud illum prætorẽ, vel consulem Lucius Titius professus est se Męuiam lege Iulia de adulterijs reã deferre, quòd dicat eam cũ Caio Seio e in ciuitate illa, in domo illius, in mense illo, cõsulibus illis, cõmisisse adulteriũ. Vtique enim & locus designandus est, in quo adulteriũ commissum est: † & persona, cum qua admissum dicitur, & mensis. hoc enim lege Iulia publicorum iudiciorũ cauetur, & generaliter pręcipitur omnibus, qui aliquẽ reum deferunt. Neque autem diem f neque horam inuitus cõprehendet. Quod si libelli inscriptionũ legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. Itẽ subscribere debebit is, qui dat libellũ, se professum esse, g vel alius pro eo, si literas nesciat. sed si aliud h aliquod crimẽ obijciat, veluti quòd domum suam præbuit, vt stuprum materfamilias pateretur, quòd adulterum deprehensum dimiserit, quòd pretium pro comperto stupro acceperit, & si qd simile, idipsum in libello comprehendendum erit. Si accusator decesserit, alia've causa eum impedierit, quò minus accusare posit, & si quid simile est, nomen rei abo-

a Dignitatis. qa pari iure censentur accusator & accusatus. iij. quæst. ix. capi. vltimo. C. de exhi. re. l. vlti. Tamen ratio dignitatis in hoc habetur, quod minus punitus constitutus in dignitate, quam alter. xxiiij. quæst. j. qui cõtra. & capi. quisquis.

Dignitate præditus minus punitur, quã alter.

b Similitudo. nisi in casibus exceptis supra ead. qõ. iij. §. notandum. capit. si quem.

c PEr scripta. Absens. potest enim libellus dari absente accusato: vt v. quæstione sexta. Epiphanium. C. de exhib. re. l. ij. & etiam die feriato: vt ff. de adul. l. miles. §. sexaginta. Prius tamen denuntiabit eũ accusator, quem vult accusare: alias non audietur: vt ff. de adulter. denũtiasse. & C. de accusa. absentem. Deinde det libellum iudici: iudex tamẽ nõ prius libellum recipiat, quã inscriptio sit facta, & fideiussorem dederit de lite prosequenda. C. ad Turpil. l. j. & C. q accu. non pos. l. iij. Postmodum vocãdus est reus 1 secundum legem C. de exhib. re. l. ij. & nomen eius recipietur inter nomina reorum. & hoc fit cum lis est contestata. ff. de adulte. l. si maritus. §. præscriptiones. & ff. de iure fisci. l. fiscus. & prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum, non trium tantum, vt quidam dicunt: vt ff. de publi. iud. inter. habebit etiam inducias xxx. dierum ad componendos mœstos penates: vt C. de exhib. re. l. ij. secundum canones tamen non videtur quod necessaria sit denuntiatio, vel talis solennitas: vt extra de accusa. capi. licet, in fine.

Accusato absẽte potest dari libellus.

1 Ad hoc C. de calũ. non prius. ff. de iudi. si longius. & ita not. Vinc. extra de ele. ...dio. congregato.

d Consul & dies. institutę accusationis, quia de die cõmissi criminis loquitur. Nam cõsul & dies sunt præponendi. Hodie primo ponitur Imperatoris nomẽ, post ea consulis, postea indictio, postea mẽsis & dies. in auth. vt præponatur nomen Imperatoris. colla. v.

Instrumẽtum multa habere debet.

e Caio Seio. Ideo nomẽ exprimitur, vt secundum qualitatem personæ puniatur magis, vel minus. Sed quid si ignoratur, quæ sit illa persona? Videtur quod nihilominus ipsum accusare posit: vt v. quæst. prima. c. ij.

† Adde quod ratio est, qa locus aggrauat rẽ gestam. l. pretor. §. si. ff. de iniu. & l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis.

f Neque autem diem. commissi criminis, 2 sed nõ concepti libelli, vt supra diximus. penitus contrarium est in ciuilibus actionibus: vt ff. de eden. l. j. §. diem autem. A testibus autem quæritur dies: vt iij. quęst. ix. nihilo minus. & xxxv. q. vj. c. de parentela. De hoc plene dicemus j. iiij. qõ. iij. in testibus. ij. & etiam dicent in qua parte domus. secundũ Hu. dies est asignãda: quia non licet vagari cum discrimine alterius: vt ff. de iniur. lege, prætor. Ioãnes. Tamẽ dic quod nõ aliud tenetur dicere testis, quã accusator proposuit: quia nõ aliud iudicandum est, quam in libello cõprehẽsum sit; ar. extra de cau. pos. cum super electione. de simo. ca. licet Eli. vltra medium. Bar.

2 Sub. ne testes subornati videant, secũdum Lau. Testis an deponere debeat de die.

g Se professum esse. Id est, se velle prosequi accusationem, & subiturum talionem, si non probauerit. Ioan.

h Sed si aliud. Id est, eodem modo est procedendũ, si aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

si aliud crimen obijciat.
a Reo.hoc etiam fiat elapso biennio: vt C. vt intra certum tempus l.vltima.
b Videbimus. ff. ad Turpilianum. l.in senatus. § vltimo.

QVidã episcopus. CAVSA. Supra in proxima causa tractauit de ordine iudiciorum, & de restitutione spoliato. Sed quia non ad plenũ dixerat, ideo supponit hanc causam tertiam, in qua plenius tractat de restitutione spoliatorum, & de inducijs dandis: & an infames sint admittendi ad accusandum: & quales testes sint admittendi: & qualis debeat esse iudex, & de multis alijs, quæ omnia, vt apertius pateãt, thema proponit, de quo undecim elicit quæstiones.

c Quidam episcopus. hic primum agitur, an spoliatus sit restituendus, sed supra causa. j. q. ij. agebatur, an spoliatus esset in ius vocandus. Est autem semper regulare, quod spoliatus ab alio, quã à iudice, vel etiam si à iudice est spoliatus sine ordine iuris, semper statim est restituendus, nõ obstante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ institutionis: vt extra de restitutione spolia. capit. in literis. & capit. item cum quis. & capit. conquerente. & vl. quæst. iij. capi. denique. Fallit in casibus hic notatis. Intrusio, scilicet quando aliquis occupauit sedem apostolicã violenter, vt infra eadem. §. pater. sed hoc speciale est in papa. Dilapidatio: vt iij quæst. secunda. capit. quia ea. sed hodie hoc non tenet, quia non est spolian dus aliquis, nisi probata suspicione, vt extra de sim. cap. licet. Criminis enormitas: vt ij. quæst. v. capit. super causa. Infamia & criminis euidentia: vt ij. qõ. quinta. c. presbyter. & quæst. j. capi. scelus. & capit. manifesta. Item crimen simoniæ. extra de simo. capi.

Spoliatus ab vno tantũ iudice restituendus regulariter.

Spoliato in multis casibus de negatur restitutio.

Quidam episcopus à propria sede eiectus est: petit restitui: post restitutionẽ inducitur in causam: inducias postulat: tandem ad eius accusationem procedit quidam non legitimè coniunctus uxori, et duo infames, et tres religiosi: accusatores testes de domo sua producũt: et alios sibi inimicos extra suam prouinciã. Reus criminoso iudici offertur ab uno tantùm audiẽdus et iudicandus. Quidam de accusatoribus et testibus absentes per epistolam illũ accusare, et in eum testificari contendunt: cum multa capitula ei obijceren tur, in primo accusatores deficiunt: demum accusatio in accusatorem uertitur.

I Hic primò quæritur,

Q. an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.

2 Secundò, de inducijs an post restitutionem petitum, an etiam post uocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint.

3 Tertiò, quo spatio mensiũ utrique sint concedendæ,

4 Quartò, an infames & non legitimè coniuncti ad accusationem sint admittendi.

5 Quintò, an testes de domo accusatorũ sint producendi, uel inimicorũ uox sit audienda.

6 Sextò, an extra prouinciam reus sit producendus.

7 Septimò, an sit audienda eius sententia, quem cũ reo par inficit malitia.

8 Octauò, an ab uno tantùm episcopus sit audiendus, uel iudicandus.

9 Nonò, an accusatores, uel testes in absentem uocem accusationis uel testificationis exhibere ualeãt.

10 Decimò, an deficientes in primo capitulo sint admittendi ad sequentia.

11 Vndecimo, an accusato liceat accusationem in accusatorem uertere.

non sit restitutio nisi cõtra illum, qui dolum fecit. de dolo. l. si plures. Item per inerdictũ restitutio fit contra illum sojum, qui vim fecit: vt extra de restitu. spo. c. cum ab sedem. in fine. Per contrã ex canone datur restitutio contra quemlibet possessorem: vt extra de app. c. bonæ memoriæ. & extra de restitu. spo. c. frequens. lib vj. Naturalem. Nec sufficit dare pignora. extra de sententia. & re iudica. capitulo, cum aliquibus. similiter in prætorium pignus est quis corporaliter mit-

a Adde q̃ hoc ho nem', ne fraus sit legi, tra de iudi. c. intelligẽti. & xj. que. 3. Sed si minorẽ pe- rẽt. vt extra de app. c. bonæ memoriæ. Item per tot. de rest. dua de illo. crimine meretur, tunc non est accusandus. lib. dua de illo. cũ fatis sit punitus. arg. ij. q. vj. c. si quis ex pluribus. Dic tempus præfigendum, vt extra de resti spolia. c. frequens. & me- tua. c. de iudi. l. ij. §. item. Sed hoc verum est, cum non agit de spoliatione, extra de ordine cog. ca. cũ dilectus. & me- lius in ca. fi. Potest etiam cum reconuenire de alio spolio. extra de resti. spol. c. vltimo.

b Nullum crimen. à spoliatore, vel generaliter à nullo: cum sit inermis, vt j. c. q. ij. c. oportet.

QVAESTIO I.

QVòd restitutio quibuslibet danda sit, multis authoritatibus probatur.

Ait enim Caius Papa.

Expoliatis, vel eiectis omnia sunt redintegranda.

CAN. I.

EPiscopis suis rebus expoliatis, vel à propriis sedibus eiectis, omnia a, q̃ eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquam hoc factũ fuerit, nullum crimen b eis obijci potest.

Item Fabianus Papa.

De eodem.

CAN. II.

EPiscopi c si à propriis sedibus aut ecclesijs sine authoritate Romani pontifi. expulsi fuerint antè, quàm ad synodum vocentur, prius locus & sua omnia eis redintegranda sunt. Nulla em̃ ratio permittit, dum ad tempus eorum bona vel ecclesiæ atq; res ab æmulis, aut à quibuscunque detinent, vt aliquid illis obijci debeat: nec quicquam potest eis quilibet maiorũ, vel minorũ obijcere d, dum ecclesijs, rebus, vel potestatibus carent.

Sed notandum est, quòd restitutionis sententia sola non sufficit, nisi præsentia-

tendus. ff. de pigno. actio. l. non est mirum. secus in Pignus pñ conuentionali. ff. eodem. l. prima. & ff. de dolo. l. si plures.

c Captiuitate. j. xvj. quæstio. iij. ca. porro. & cap. præcedenti.

d Captiuitate. Si Spoliatus enim per vim aliquid ab eo extortum est vel ablatũ, intra annũ potest agere contra deiectorem in quadruplum, post annum in simplum. ff. de vi & vi arma. l. j. Sed si per metũ extortum aliquid, tunc contra omnẽ possessorem agit in tra annum in quadruplum, cum non vult restituere. ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. primo, secundo, & tertio.

e Aut dolo. Et tunc vsq; ad bienniũ potest conuenire qui dolum cõmittit, vt C. de dolo. l. vlti. sed perpetuo potest conueniri actione in factum de eo, quod ad eum peruenit, vel si dolo fecit quo minus ad eum perueniret, vt ff. de dolo l. in hæredem. & l. eatenus, & l. dolove. Cum autem canon æqui parcat dolum, metum, vel violentiã, videtur quod contradictione ex hoc casu non quilibet possideus posit conueniri. argumentũ ad hoc extra de iudi. ca. quia. & extra de transactio. capitu. veniens. & extra de emptio, rebus prolite pendente. cap. ecclesia. & extra de appellatio. cap. honæ memoriæ. & est expressum extra de restitu. spo. lia. cap. sæpe.

f Dolosus, an posit ĩ ppetuũ cõsilio. Vide Alexã. cõsil. vi. ij. Dolosus, an posit ĩ tat laicis, tenet Panor. in ca. sæpe. de re stitu. spo- lip. Corn. consil. 18. li. j. consil. 282. li. iij. C. M.

g Aut dolo. Et quæ non cõpetunt quilibet posfideus posit conueniri. argumentũ ad hoc extra de iudi. ca. quia. & extra de transactio. capitu. veniens. & extra de emptio, rebus prohanis, Bellemẽ. decisio. Phi

h Aut dolo. Argumentum, quod restituendus sit, qui dolo suo iuri renuntiat, vt infra xv. quæstione sexta. c. j. & j. cxx. q. j. dictum. & C. de inofficio. testa. l. eum qui. j. respon. extra de his, quæ vi metusve cau. fiũt. cũ dilectus. cõtra. & xx. q. iij. c. constituit. cõtra.

i Edintegranda sunt. In eo loco. etiam vltra naturale conuentionali. ff. de rei vend. l. si vero.

f Declarati. Quandoq; etiam si non declaratur, vt cum militi detrahuntur insignia militię, licet nõ dicatur causa: vt ff. eodem. l. ij. §. primo.

g Per sentẽtiam. Illud non videtur differre à prędictis, nisi q̃ duo membra coniunguntur in vnum, nisi velis dicere, quod aliquid operantur ista verba, cum dicitur ei, Sycophanteis, id est, calumniaris.

h Intra tempus. Hoc tamen non tenet secundum cãnones, vt extra de secun. nup. super illa.

i Contemnatur. Id est, contemptibilis habeatur, non tamen contemni debet: vt prima quæstione prima. si fuerit. & capitu. multi. & xv. quæstione vltima. capitulo vltimo.

[3] QVi sine peccato. Hæc est tertia pars q. in qua probatur per quinque authoritates, quod criminosi iudices esse non debent, & quod secundum allegata debent iudicare. Io. de Fant.

k Vlcisci. Argumentum, quod si iudex non exhibet iustitiam de aliquo subdito, ipse conueniendus sit: vt xxiij. q. ij. dominus noster. & in constitutione Friderichi. C. ne filius pro patre. authent. habita. vbi dicitur quod si iudex ciuitatis debitam iustitiam non exhibet, conueniri potest.

Pene.

a Pene. Quia tantum sexcenti remanserunt. & sic hæc dictio pene, ad magnam quantitatem refertur. sic ponitur xxiij. quæst. v. quali[1].

1 In prin. tamen dicitur quod hæc dictio ad modicam quantitatem refertur, & hæc dictio ponif etiã vij. q. j. factus. ipri. Archi.

b Funditus. Arg. quod post pœnitẽtiam restituitur aliquis priori dignitati. xxvj. quęstio. v. quicunq;. & 50. distinctio. domino sancto. & cap. quia sanctitas. Sed illud intellige quo ad iudicandum & prædicandum, non ad accusandum vel testificandum: vt vj. quæstione j. qui crimen.

c IVdicet ille. Condemnet. Id est, dignum sit condemnatione.

d Nullo odio. Xj. q. iij. quatuor. ADDITIO. & xxiij. q. iiij. vindicta. in prin. Hug. et dicit Ber. ad Eugenium: de vultu illius iudiciũ meum prodeat, Opto cui insit amor, error absit & perturbatio.

e Voluntatis. Sed nonne iudex potest iudicare secundum quod sibi iustum videtur: vt ff. de arbi. qualem. & ex sententia sui animi æstimabit quid aut credat, aut parum esse probatum videatur: vt quarta quæstione ij. sæpe. & potius debet iudex sequi suam opinionem, quam concilium aliorũ: vt extra de cõsue. ad nostram. Sed dico, quod tenetur sequi opinionẽ suã, sed non voluntatem. quandoque tamen sequitur opinionem aliorũ potius, quam suam: vt extra de appella. c. cum cessante.

Iudex opinionẽ suã potius quã aliorũ sequi debet.

f Audit. Argu. q̃ secundum allegata est procedendum: vt ff. de offi. præsi. illicitas. §. veritas. & ij. quæstione j.

vlciscendum ire debuisset, iussum est, vt iret: qui iuxta diuinæ vocis imperium perrexit, & semel & secundò perdidit: & tunc demum peccatricem tribum valde feriens pene[a] funditus[b] eam extinxit. Quid hoc est, quòd in vltione sceleris inflammatur, & tamen prius iste prosternitur? nisi quòd prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpę feriuntur: vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitium corrigere festinant.

Item Ambrosius super Beati immaculati.

Ille de vita alterius iudicet, qui non habet in seipso, quod puniat.

CAN. IIII.

IVdicet ille de alterius errore, qui non habet in seipso, quod condemnet[c]. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda: ne cùm de alio iudicat, in se ferat sententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciãdum nullo odio[d], nulla offensione, nulla leuitate ducatur. & post pau ca: Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticę voluntatis[e], sed iuxta leges & iura pronuntiat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati: nihil præparatum & meditatum de domo defert: sed sicut audit[f], ita iudicat: & sicut se habet natura, decernit: obsequitur legibus, non aduersatur: examinat causæ merita, non mutat. Discite iudices seculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam societatem, quam sobrietatem, quam synceritatem. & paulò post: Qui iudicat, voluntati suæ obtemperare non debet, sed tenere quod legum est. & post pauca: In iudicando, cordi magis est custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis.

Item Gregorius.

Grauatus criminibus iudicare non valet.

CAN. V.

IN grauibus[g] peccatis quis positus dum suis premitur, aliena non diluit. Cũctis enim liquet, quia cùm is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur[h]. Scriptum quippe est: Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt: vota iustorum placabilia. neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid[i], sed à quo datur: inspicit. Hinc est quòd scriptum est: Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain verò & ad munera eius non respexit. Dicturus quippe, quia dominus respexit ad munera, præmisit solicitè, quia respexit ad Abel. ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Dona quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Item longè est dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet.

Idem.

Primùm nosmetipsos, deinde proximos debemus corrigere.

Deus omnipotens. j. xj. quæstione iij. illa. & capitu. summopere. & capitu. ita. & capitu. tunc vera. & vj. quęstio. ij. si tantum. & ca. placuit. Sed cõtra. xxx. quæstione v. nullum. & cap. iudicantem. contra. j. e. postulatus. contra. Sed secundum H. delegabit causam si conscientia non concordat allegatis. sed secundum alios potest determinare secundum allegata: quia aliud facit aliquis in eo, q̃ iudex est: aliud in eo q̃ homo est: vt xxiij. quę. iiij. si ecclesia. & sic iudicare potest[2] secundum conscientiam, quam habet vt iudex, non vt homo. argu. extra de offic. ordi. si sacerdos. & extra de offic. delega. pastoralis. §. quia vero. & extra de ele. quod sicut.

2 Id est debet, secundũ Innoc. extra de censi. venerabili. in gl. j. versi. respõdeo, quia quando, &c.

Prou. 15. b

g IN grauibus. Notandum q̃ imputatur alicui, si malum nuntium, vel stultum procuratorẽ misit: vt ff. cõmo. argentũ. ff. de min. cum mandato. arg. ff. de pu. cũ si exhibuissent. & extra de appel. sæpe. in prin.

Gene. 4. a

h Prouocatur. Ex vitę merito nõ potest malus sacerdos dimittere peccata, sed ex officio potest. xv. quęstione vlti. ca. vlti. Et est hic. arg. orationes malorum ijs, pro quibus orant, nocere. j. quæstio. j. fertur. & ca. necesse. et ca. non nocet. lxj. distinctio. miramur. §. sicut. Sed contra. j. quæstio. j. prophetauit.

Orationes malorum nocent.

i Quid. Quia deus non considerat datum, sed affectum offerentis: vt xxiiij. q. j. odi & proieci. Quandoq; tamen cõsiderat quid offeratur: vt xlix. distinct.

Prou. 15. d

distinctione.c.vlti. Quandoque considerat pro quo offeratur, vt j.quæ.j. dictum.

a Postulatus. Scribebat. Hoc scilicet, terra terram accusat. vel hoc, si quis sine peccato, & cætera. & hic est arg. φ sufficit si sententia scribatur in pariete. Nam & ibi edicta prætorũ olim scribebantur in albo. ff.de iurisdict. omnium iud. l.si quis.

b Obnixe. Id est, instanter.

c Delicto. vos qui spirituales estis, iudicare huiusmodi. 50.di. ponderet. Argu. quod mali non possunt iudicare.

d Sacerdos. Sic xlij. dist. c.j.

e Et postea. Arg. presbyterum post pœnitentiam posse restitui. 50. distin. de his vero.

f Et non publicare. Ea quæ quis ei in secreto dixerit, alias deponitur. infra, de pœniten. distinctione vj. sacerdos. Hodie ponitur in arctum monasterium ad agendam pœnitentiam perpetuam, vt extra de pœ. et remis. ca. omnis. in fi.

g Sic & Achab. Xxij. quæstione secunda. vtilem.

h Quod autem. Ab omnibus episcopis prouinciæ debet audiri causa episcopi, vt s.e.quæ. vj. si quis episcoporum[1]. vel à xij. ad minus, quos ipse metropolitanus eligit: vel ipse reus, si electos à metropolitano habet suspectos. j.ea. q.j.c.j. Et tales coepiscopi nõ sunt iudices, sed assessores, sicut nec clerici sunt iudices, qui debent interesse cũ episcopus audit causam clerici. xv.q. vij. episcopus. arg. tamen est, φ sunt ordinarij: vt vj.q. iij. scitote. Et si Papa delegat causam episcopi, videtur quod eodem modo intererunt xij. episcopi. s.e.a.quæ. vj. hæc quippe. & xxxiiij. dist. quorundam.

i Accusatores. Nullum. magis. extra de iudic. at si clerici.

Ioan.8.a. Sententia potest ipa riete scribi.

Gal.6.

Ioan.8.a. Confessionem reuelantis punitio.

Episcopi causa à quibus est audienda.

Matt.5.b.

1 Addẽ vj. qõ.iij. scitote. & q.iiij.cap. j ij. iij. & iiij. & ix. qõ.iij. salua. Archi.

CAN. VI.

Postulatus iudicare dominus de peccatrice, non statim dedit iudicium: sed prius inclinans se deorsum digito scribebat[a] in terra: ac sic demum (quod obnixè[b] rogatur) iudicat: nos videlicet typicè instituens, vt cùm quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc antè reprehendẽdo iudicemus, quã ad consciẽtiam nostram humiliter reuersi, digito eam discretionis solerter exculpamus: & quid in ea conditori placeat, quidve displiceat, examinatione dirimamus: iuxta illud Apostoli: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,[c] & cætera. Qui sine peccato est vestrum: id est primò vos ipsi iustitiam legis implete: & sic innocentes manibus ad lapidãdam ream concurrite.

Item Augustinus ad quendam comitem.

Sacerdos primùm sua peccata, deinde aliena detergat.

CAN. VII.

Sacerdos[d], vt sapiẽs medicus & perfectus primùm sua peccata diluere sciat, & postea[e] aliena detergere et sanare, & nõ publicare[f]. Item. In Euangelio sal infatuatum ad nihilum vtile esse dicitur, nisi vt proijciatur foras, & ab hominibus conculcetur.

Ex quibus omnibus datur intelligi quòd criminosus alterius criminis iudex esse non potest: & seipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert.

Sed obijcitur: Saul cùm à domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudicium uniuersus populus expetebat.

1.Reg.15.

Item. Dauid cùm esset adulter & homicida, inter rogatus à propheta, sententiam in diuitem dedit,[i] *qui ouem pauperis rapuit, dicens: Iudicium mortis est uiro huic. Item. Salomon cùm amore mulierculæ Deos gentilium coleret, tamen uniuersa plebs Israëlitica ad eius iudicia confluebat. Sic & Achab*[g]*, quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Multi etiam alij tam in ueteri testa. quàm in nouo inueniuntur, quorum uita cùm esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quia ex officio seruata iudiciarij ordinis integritate processit, inuenitur seruata. Vnde & dominus ait in Euangelio: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, & c. Hinc liquidò constat, quòd mali pastores dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibijpsis nocent, dum sine exemplo suæ emendationis aliorum uitia corrigere curant. Subditis uerò prosunt, si eorum increpatione correcti, uel sententia coërciti, uitam suam in melius commutare didicerint. Ac per hoc dummodo ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.*

2.Re.12. 3.Re.11. 3.Re.16. Matt.23.

QVÆSTIO VIII.

Quòd autem[h] *episcopus ab uno tantùm audiri, uel iudicari non debeat, Zepherinus Papa testatur dicens:*

Episcopus non nisi à pluribus audiatur, & iudicetur.

CAN. I.

Accusatores episcoporum omni careant suspicione: quia colũnas suas dominus firmiter stare voluit, non à quibuslibet agitari. Nullũ[i] nanque eorum sententia à non suo iudice dicta constringat: quia leges seculi idipsum fieri præcipiunt, vt Codice libro vij. ti. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum.

Iudic

a Iudicem. Ex hoc videtur, quod clericus possit reconueniri coram laicis etiam in spiritualibus, nisi clericus passus sit violentiam à laico: vt extra de iure patro. relatum. in fin. & ff. de iud. l. ij. §. item si extra. Nam qui aliter non potest esse iudex, ratione reconuentionis potest, vt extra de mutuis petitio. prudẽtiam. C. de ordi. iudi. adite. & ff. de iurisdictio. omniũ iudi. si idem. §. respõso. Sed quod non possit reconueniri, est argu. extra de iudi. decernimus. & ca. quanto. Nam & quandoque cessat reconuentio[1], vt C. qui leg. perso. l. vlti. Item in criminibus cessat reconuentio: vt j. ea. quæstio. xj. prius. Item in possessione repetenda. extra de resti. tu. spo. cap. ex conquestione. extra de ordi. cognit. cap. j. & C. de compensa. l. vlti. quod concedo, & dico φ laicus etiam incidenter non potest cognoscere de causa spirituali. extra qui filij sint legi. cap. lator. Item videtur φ non tenet sententia lata sup altera quæstione tantũ. ff. quãdo appel. sit. l. j. in fin. ff. de var. & extraordi. cognit. l. j. nam iudex vna sententia vtranque dirimet, vt extra de ordi. cogni. cum dilectus.

b In eodem. Sed nõnne est alia causa reconuentionis, quam sit principale negotium? Vtique, vt extra de mut. peti. capit. j. & ij. Sed dicitur eadem, quia ijdem sunt iudices & litigatores, & quia vna sententia determinandum est vtrũque[2]. extra de ordi. cognitio. cum dilectus. & quia si inhibetur appellatio in vna, & in alia. extra de mut. petitio. cap. ij. Tamen Papinianus qui hanc legem edidit, intellexit, quia si tu me conuenis actione mandati, ego te possum reconuenire contraria mandati, alias non. C. de senten. & interloc. cum Papinianus. Sed Iustinianus auxit intellectum eius per authen. ad omnes causas. C. eod. titu. authen. & consequenter.

c Eligantur. id est conueniantur.

d Iudicetur. Sed propter contumaciam excommunicatur. infra eadem, quæstio. ix. absens. & capitu. decernimus.

e Suggero. Inciderit. Sed si non sint tot episcopi in prouincia, aduocabit vicinos: vt lxv. distin. si forte. & vj. quæstio. iiij. cap. j. & ij. Alioqui metropolitanus vel episcopus non posset audire causam criminalem clerici, cum nõ sint tot episcopi in prouincia. xv. quæstio. vij. Felix.

Clericus conueniri coram laicis an possit reconueniri coram iudice seculari.

Reconuẽtio cessat ĩ certis casibus.

1 Quia nõ relatione criminis, sed purgationis desinit esse accusatus. ff. de pub. iu. is qui. et j. e.q. xj. neganda. ij.

Causa reconuentionis est eadem cũ principali.

2 Vnde si iudex pronuntiaret super causa conuentionis & deberet pronũtiare in causa recõuentionis grauaret, & posset appellari. ff. quæ sen. sine ap. pel. l. j. §. vlti. secundũ Gofre. sed secundum Vincenti. tenet sententia. secundum prout ipse notat ex. de mu. pe. c. j.

Cuius in agendo quis obseruat arbitrium, eũ habere etiam contra se iudicem[a] in eodem[b] negotio non dedignetur: quia & leges seculi idipsum fieri præcipiunt.

Iudices duodecim quilibet episcopus accusatus (si necesse fuerit) eligat, à quibus eius causa iustè iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quàm ipsi per se eligantur[c], & regulariter ad suorum primò vocatus conuentum episcoporũ, per eos eius causa iustè audiatur, & rationabiliter decernatur. Finis verò eius causæ ad sedem apostolicam deferatur, vt ibidẽ determinetur: nec antea finiatur, quàm eius authoritate fulciatur. Absens verò nemo iudicetur[d], nisi ex contumacia absens fuerit: quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent.

Item Felix episcopus dixit in concilio Carthaginensi iij.

A quot episcopis audiatur episcopus, qui in reatum inciderit.

CAN. II.

Suggero secũdùm statuta veterum conciliorum, vt si quis episcopus (quod nõ optamus) in reatum aliquem inciderit[e], si ei nimia necessitas fuerit nõ posse plurimos cõgregare episcopos, ne in crimine maneat, à duodecim audiatur episcopis.

QVAESTIO IX.

De accusatoribus[f] *uerò, uel testibus, quòd in absentem uocem accusationis uel testificationis exhibere non ualeant, multorum authoritatibus liquet*†.

Ait enim Thelesphorus papa.

Nisi reo præsente accusator non audiatur.

De accusatoribus. Hæc quæstio diuiditur in quatuor partes, in quarum prima probat per xij. authori. sanctorum patrũ, φ absens non debet condemnari, nec absentes in eum testificari, nec illum accusare, nisi contumax fuerit. Secunda ibi, De his. Tertia ibi, Simul autem. Quarta ibi, Nisi in crimine. Ioan. de Fant.

f De accusatoribus. secundum leges de crimine nũquam procedit contra absentem lite non contesta. ff. de pœ. l. absentem. nisi in casu cõtra apparitores: vt C. de pœnis. l. ne diu. pro cõtumacia autẽ annotãtur bona eius, & expectat per annum: & si intra annum non venerit, postea bona deuoluunt ad fiscũ: nec super bonis auditur, sed bene audit sup crimine, vt C. de requir. reis. l. ij. Si autem intra annũ veniat, bona recuperat, si velit iudicio stare. Si autẽ lis est cõtesta. & liquet de causa, in maioribus criminibus nunquam procedit contra absentẽ: imo auditur quandocunq; venerit, vt ff. de requirẽ. reis. annus[3]. Sed in minoribus q̃ pœnã relegationis, vel damnum existimationis continẽt, bene proceditur cõtra absentem. ff. de pœn. absentem. Fallit C. de adul. quamuis. j. e. decernimus. Secundum canones distinguit H. an liqueat de causa, an non. Si liquet de crimine, potest condemnari absens[4]. iiij. q. v. c. j. & xxiiij. q. iij. de illicita. Si non liquet, est excommunicandus: vt xj. q. iij. rursus. & c. quicunq;. in hoc tamẽ peccat H. quia non distinguit, an lis sit contesta. vel non, nam secundum eum nõ refert, an lis sit contesta. vel non. Ego tamen dico, φ cum lis est contesta. & liquet de causa, locum habet illud cap. decernimus. Sed si lis non est contesta. vel est contesta. sed non liquet de causa, locus est illis ca. rursus. & ca. quicunque. Nam ante litis contest. nunquam sunt recipiendi testes in crimine. extra vt lite non contest. ad hoc Deus. nisi aliquid speciale dicamus de dilapidatione, vbi publica commoda pericli tantur, vt s. e. q. ij. quia ea. & C. de pœ. ne diu. Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male administrando suos contubernales affligit, vt C. vbi de ratiocin. l. ij.[5] Idem est in causa inquisitionis: quia testes recipiuntur lite nõ contestata, vt extra vt lit. nõ cõtest. quoniam frequẽter. Itẽ vbi quis infamatus deficit in purgatione, punit lite nõ cõtest. vt extra de pur. can. cum

Absens in criminali potest in bonis puniri.

† Cõcor. text. in l. absentem. C. de accusa. & in l. ne diu. C. de pœ.

3 Sed ibi de li. contest. nihil dicit, sed ita intelligitur per docto.

Absens an possit condemnari.

4 Adde ad hanc quæstionẽ no. in l. fer uũ. §. publice. ff. de procur. & in l. ij. C. de requir. re.

Testes lite non contestata possunt quandoque recipi.

5 Et sic debet intelligi extra de do. & contu. veritatis. secũdũ L'au. vbi plene de hoc. Arch.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Petrus. extra de simo. de hoc. Item in hæresi post mortem, vt xxiiij. q. ij. sane profertur. Sed in causa ciuili non proceditur lite non contestata, nisi in casibus, qui sunt extra, vt lite non contest. quoniam frequenter. Item in causa appellationis: vt C. de tempo. appel. l. vlti. extra de appel. sæpe. & ij. quæstione vj. ei, qui. Item in absentia actoris, vt extra de dolo & contu. causam. quæ est hodie correcta per decre. quoniã frequenter. ficut credo. C. quomodo & quando iudex. authen. qui semel. Item vbi agitur iudicis officio. C. si min. se ab hære. abst. in auth. ibi posita. ff. de min. in causæ. §. causa. Item in causa subreptionis. extra de senten. & re iud. cum olim. Item secundũ quosdam in causa libertatis. C. de inge. ma. diffamari. Itẽ in petitione legari, vel fideicommissi. Argu. C. de vsu. & fruc. lega. vel fideicom. l. ij. Item in Trebellianica restitutione. C. ad Trebel. l. penul. §. cum autem. Item cum electus nõ comparet, extra de elect. dudum. j. in fi. Alias nunquam ferenda est sententia ante litis contestat. sed proceditur contra absentem: prout traditur extra vt lite non contest. quoniam. in fi. Quod dicitur de officio iudicis, hodie certum est, extra de offi. iudi. c. vltimo.

†Cõcor. text. in l. ea, quæ. & ibi gl. cum cõcor. C. quõ & qñ iudex.

CAN. I.

ACcusatori omnino non credi decernimus, qui absente [a] aduersario causam suggerit ante vtriusque partis iustam discussionem.

Itẽ Eleutherius papa.

Absente aduersario sententiam ferre non licet.

CAN. II.

CAueant [b] iudices ecclesię ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiã proferãt, quia irrita erit †: imò etiã causam [c] in synodo pro facto dabunt [d], proditoris verò nec calumnia, nec vox audiatur.

Item Calixtus papa.

Reo absente accusator non audiatur.

CAN. III.

ABsente eo, quem accusare voluerit quam, accusatori nõ creditur: quia sine scripto difficile [e] est. per scriptũ autem nũquam recipiatur, quia per scripturam nullus accusari potest, sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem.

Item Cornelius papa.

Qua in absentes geruntur, omnino euacuentur.

CAN. IIII.

OMnia, quæ aduersus absentes [f] in omni negotio, aut loco aguntur [g], aut iudicantur, omnino euacuẽtur: quoniam absentem nullus addicit [h], nec vlla lex damnat.

Itẽ Marcellus papa.

Non iudicetur, qui præsentialiter non accusatur, vel conuincitur.

CAN. V.

NOn oportet quemlibet iudicari, vel damnari priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locúmque [i] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damasus.

De eodem.

CAN. VI.

HAbetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, nõ fore canonicum, quenquã sacerdotũ iudicari, vel damnari antè, quàm accusatores canonicè examinatos [k] præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat: id est, inducias [l] ecclesiasticas ad abluenda crimina.

a Accusatori. Qui absente. quia merita causarum, &c. C. si per vim vel alio modo. l. vlt. nec etiã in causa restitutionis auditur quis volens de iure suo docere in absentia alterius partis, vt extra de offic. delega. consultationibus.

ADDITIO. extra de in integ. restit. cum ex literis. Archidia.

b Cauent. Argu. est hic pro opinione illorũ, qui dicunt quod sententia nulla est, cum peremptorium non venit ad notitiam absentis. C. quomodo & quando iudex. l. ea quæ. & ff. quæ sent. sine appel. rescin. l. §. cum ex edicto. Sed ibi non peruenit: quia nec propositum fuit. Vnde secundum plerosque bene Sententia lata cõtra tenet sententia, licet peremptorium nõ venerit ad notitiam rei. Sed hic expones irrita, id est, irritãda. Vncitatio nõ de satis videtur sufficere, si absens sufficienter sit requenit, an quisitus, ad hoc vt posit ferri sententia, licet non sit valeat. inuentus: vt extra de dolo & contu. causam. extra de

c Absente. Difficile. id est, non: vt ij. quæstio. vj. biduum. vel difficile, id est, vix: quia in casibus fit accusatio sine inscriptionis vinculo: vt notatur ij. quæstio. viij. in prin.

f Omnia. Absentes. non per contumaciam, & in casibus exceptis in summa. Io.

g Aguntur. Nota etiam, quod gesta quæ fiunt absente altero, non valent: vt j. e. chartæ. & j. e. causam.

h Addicit. id est, punit.

i Non oportet. Locumque. id est, inducias vt §. cap. proximo.

k Habetur. Examinatos. hoc cum sint ignoti, vel suspecti: vt ij. q. vij. quærendum.

l Inducias. argu. sententiam non valere, nisi processerint legitimæ induciæ. extra de dila. diffecti. & v. quæstio. ij. vocatio.

PALEA.

NEc extra patriam fiat prouinciæ primò discussionis accusatio sine apostolica præceptione, cui in omnibus causis reuerentia debet custodiri: quoniam & antiqua patrum regula hoc docet, in qua imperialia pariter statuta concinunt. Criminum (inquiunt) discussio ibi agitanda est, ubi crimen admissum est. Et in canonibus: quæcunq; negotia in suis locis, ubi obortа sunt, finienda sunt, salua tamen in omnibus apostolica authoritate.

De eodem.

CAN. VII.

QVi accusare alium elegerit, præsens per se, & nõ per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa [2]. Neq; vllus vnquã iudicet antè, quàm legitimos accusatores præsentes habeat, locúmq; defendendi accipiat ad abluẽda crimina.

Item ex concilio Toletano vij.

De eodem.

CAN. VIII.

DIgnum est, vt vita innocentis [b] nulla maculetur pernicie accusatoris. Ideo si quis à quolibet criminatur, nõ antè accusatus supplicio detur, quàm accusator præsentetur, atq; legum & canonum sentẽtia exquiratur. Quòd si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur.

Item Bonifacius Papa ad Gallos.

Sententia feriatur, qui causæ suæ negligit adesse.

CAN. IX.

DEcernimus [c] vestram debere intra prouinciã esse iudicium, & congregare synodum ante diem Calendarum Nouembrium, vt si adesse voluerit [d]: præsens, si confidit, ad obiecta respondeat. Si verò adesse neglexerit, dilationem sententiæ [e] de absentia non lucretur. Nam manifestum est [f] cõfiteri eum de crimine, qui indulto et toties delegato iudicio purgandi [g] se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrùm in præsenti examine non omnia [h], quæ dicta sunt comprobentur: cùm ipsa quoque professio ex procurata toties constet absentia.

Item Felix Papa.

Absentes nec accusari, nec iudicari possunt.

CAN. X.

ABsente aduersario non audiatur accusator, nec absente alia parte sententia à iudice dicta vllam obtineat firmitatem †.

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiscopo Senensi.

Altera parte absente diffinitiua non feratur sententia.

CAN. XI.

REvera iustus mediator non est, qui vno litigante & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita præmissis volumus & apostolica authoritate monemus [i], vt si presbyter de quo agitur, post excommunicationem [k] suam apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præsumat.

Item Zepherinus Papa.

In absentem non est ferenda sententia.

CAN. XII.

ABsens verò nemo iudicetur (quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent) nisi fuerit [l] absens ex contuma-

1 De hoc not. ij. q. 6. viij. Item si fuma.

b Dignum. Innocentis. Sanctius est enim nocẽtẽ impunitum relinquere, quam innocentem condemnare: vt ff. de pœ. absentem.

c Decernimus. Quidam ponunt casum sic, q̃ episcopus iste fuit infamatus: et Papa committit istis, vt in modum inquisitionis procedãt: & si non venerit vt se purget, vel si defecerit in purgatione Confite ne, videtur confiteri. Hoc veri de crimine. Vnde si vltra de potest condemnari: vt extra de simonia. de hoc. et c. indiciam. Vel intellectu. Manifestum est. nem statu situatẽ. Vel intellectu. Præsumptiue: vt ff. tur ter lige, qd hic fuit lis de reiudica. contuet. ff. sicut in fum macia. §. j. fic xxx. Purgãdã: ma intellexi hoc c. iij. q. iij. de illiciquia ea. Vel non loquitur ta. in fin. Sed videpro eo. tur, quod semper li Archi. queat de causa: qa aut probat actor, & condemnandus est reus, aut non probat, & tunc est absoluendus reus: vt vj. q. vlt. actor. Re-

2 Confite. Videtur confiteri. Hoc veri de crimine. Vnde si vltra de potest condemnari: vt extra de simonia. de hoc. et c. indiciam. Vel intellectu. Manifestum est. nem statu situatẽ. Vel intellectu. Præsumptiue: vt ff. tur ter lige, qd hic fuit lis de reiudica. contuet. ff. sicut in fum macia. §. j. fic xxx. Purgãdã: ma intellexi hoc c. iij. q. iij. de illiciquia ea. Vel non loquitur ta. in fin. Sed videpro eo. tur, quod semper li Archi. queat de causa: qa aut probat actor, & condemnandus est reus, aut non probat, & tunc est absoluendus reus: vt vj. q. vlt. actor. Re-

spon. istud obtinet cum vterq; est præsens. & præterea q reus absoluitur, nõ procedit ex eo, q de causa liqueat: sed quia partium iura sunt obscura, & in dubio fertur sen Sententia tentia pro reo: vt Inst. de interdi. §. fertur pro commodum. extra reo. de fide instr. inter. in fi. nam quãdoq; actor probat intentionem suam, & tamen iudici non limquet de causa. ff. de re iudi. l. Pomponeest, ostendendi innocentiam suã, vel causam absentiæ.

† Cõcor. text. in l. absentem. ff. de pœ. & in l. seruum. §. publice. ff. de procu.

g Purgandi. Id

h Non omnia. Dum tamen illa quæ probata sunt, sufficiãt ad condemnationem, & omnia simul obijciantur: vt xxiij. di. iilud. Arg. contra. j. ca. q. x. placuit.

i Revera. Monemus. Id est, mandamus. iij. q. j. notum sit. xxviij. quę. j. sic enim. & no. 5. ij. quæ. vij. sicut inquit.

k Post excommunicationẽ. Nota q̃ excommunicatus appellat. argu. extra de sentẽ. excom. per tuas.

l Absens. Nisi fuerit. Hæc verba ponuntur in authenti. vt omnes obe. iu. §. si vero. col. v.

Contum

a Contumacia. Sic extra de test. in nomine domini.
b INdicas Hermanum. Iste in furore occiderat hominem.
c Quia. Prima ratio est.
d Quamuis. Secunda ratio est.
e Fuerint. Et ita non tenebatur venire: vt v. quæst. ij. si primates.
f Nec vtrum. Tertia ratio est.
g Ostenderis. Archiepiscopus bene fatebatur, quod quandoque fuerat furiosus, sed tamē dixit eum modo esse sanum, & in sanitate occidisse hominē: alias tenet ille potius probare, qui dicit aliquē in furore peccasse: vt extra de succes. ab intesta. cum dilectus. et C. de codi. l. non codicillos.
h Consulendum. Quasi dicat, satis ipso furore punit. sic ī. di. v. baptizari. ff. de offi. præsi. diuus. Iudex tū diligētissime inquiret, an fuerit furiosus: quia multi fingunt furorē: vt sic excusentur: vt ff. de cur. fur. l. obseruare. & ī. ea. hortamur.

Furor satis punit.

i TEstes. Scripturā. Numquid ergo literæ episcoporum nō valent? Non in ferendo testimonio: quia testibus non testimonijs credendum est, vt extra de cohabi. cle. & mu. tua. De hoc notaui ī. xj. quæ. iij. curæ[1]. argu. ff. de custo. re. diuus. alias extra iudicium secus est, vt xj. q. iij. curæ. lxxj. dist. extraneo.

cia. pro præsenti nanque eum contumacia[a] haberi facit.

Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi archiepiscopo.

De eodem.

CAN. XIII.

INdicas Hermanum[b] episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum: pro quibus (quia[c] ex parte ipsius persona deest) nos vni parti ad discrimen alterius credere proculdubio non possumus, quàuis[d] nec vsque adhuc, qui fuerint[e] illi excessus, dixeris: nec vtrū[f] sanæ mentis erat idem antistes nec ne, cū ipsos excessus perpetrabat, euidēter ostenderis[g]. Satiúsque arbitramur quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quàm ad ipsum pertinere peccatū: cui magis cōsulendum[h] sit & cōpatiēdum, quàm puniendum, vel etiam aliquo modo feriendum.

l Nouerunt. Ergo de ijs, quæ pupillus vidit, non potest esse testis: quia hæc ætas ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. j.[3]

m Præsentia. Dum tamen intelligant. nā aliter non intellige præsentem prout ponitur x. vj. q. iij. ca. placuit. §. potest. Sed intellige præsentem siue in eadem domo, siue alibi sit, dum tamen audiri possit. vt ff. ad Sylla. l. j. §. eodem tecto.

Item Calixtus Papa.

Testes non dicant testimonium, nisi de ijs, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt.

CAN. XIIII.

TEstes per quamcunque scripturam[i] testimonium non ferant: sed præsentes[k] de ijs, quę nouerunt & viderunt[l], veraciter testimonium proferant: nec dicant de alijs causis vel negotijs testimonium, nisi de ijs, quæ sub eorum præsentia[m] acta esse noscuntur.

2 De his etiam, quæ audierunt[n], si ad hoc vocati sunt, in ciuili causa testimonium dicere possunt. Vnde in authenticis col. viij. ti. de testibus. & Codice eod. ti. legitur:

Si debitum scriptum sit, & probatio solutionis proferatur à litigantibus per testes sine scriptura: tūc susceptibilem eam apud iudicem esse volumus, dum ad hoc ipsum testes assumantur:

n Audierunt. Plures possunt notari casus vbi fertur testimonium de auditu. Vnus hic. Alius cum probatur voluntas obmutescentis: vt xxvj. q. vj. & c. qui recedunt. & c. ijs qui. Alius in matrimonio: vt xxxv. q. vj. de parentela. Alius in probatione periurij: vt xxij. q. v. c. hoc videtur. Alius in memoria facti operis, vt ff. de proba. l. si arbiter. Alius extra de testi. præterea, & extra eo. tit. ea, & cū causam. Sed certe non concedo, quod alicubi sit testimonium de auditu, nisi vbi testatur quis, quod sic audiuit recitari à maioribus: vt dicitur extra de testib. quoties. Et hoc tantum contingit i matrimonio, & in memoria facti operis: licet hodie circa matrimonium illud ex parte sit immutatum, extra de testib. licet. ij. nisi quis velit dicere illud ideo esse testimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum, quam per visum. Vnde si duo interessent contractui, quorum vnus esset surdus, & alter cæcus: vnus audiret verba contrahentium, alter videret numerare pecuniam, per illos forte non probaretur cōtractus: quia singulares. extra de elec. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo specialia. scilicet quod valet confessio extra ius, sicut & alibi extra de excess. præla. quam sit graue. & in alio casu, quando quis confitetur se debere pecuniam causa ... iecta: vt C. de non nu. pec. generaliter. & in casu, ... habetur de secunda cautione quam mulier post ... nium emisit. C. ad Velle. si mulier. & generaliter dicunt quidam valere confessionem factam extra ... vbi testes intersunt rogati. Item aliud speciale ... hic, quod non valent testes, nisi rogati: & ijdē requiruntur in testamentis, & in codicillis[4]. C. de testa... rogati. & in matrimonio, vt videt xxxv. di. nolu... tes. et in diuortio. ff. de diuor. l. nullū. alias non ... tur, quod testis sit rogatus: vt ī. proxi. causa. q. ... lo. consueuit generaliter dici, & est verum, ... fessio extra iudicium non præiudicat, nisi cum ... clarum.

3 Sed contra [illegible]

4 Adde quod not. ij q. vj. statuendum. in gl. instrumentum, &c.

k Sed præsentes. Fallit ff. de iureiuran. ad personas. extra de testi. si quis testium.

k Sed præsentes. In causa criminali semper testes erunt præsentes: sed in ciuili seruetur consuetudo regionis: vt ff. de testib. l. iij. in fine.

l Quæ nouerunt & viderunt. Id est, aliquo sensu corporeo perceperunt[2]. large enim sumitur visus, vt ibi, Gustate & videte. & legitur in Exodo, Videbant voces, id est, audiebant. Vnde si auditu aliqui conscij sunt de aliquorum fornicatione, bene possunt de hoc testificari. extra de testibus. præterea. Et quod de auditu recipiatur testimonium, patet extra de testib. cum causa. nam sufficit qualitercunque aliquid sciatur. xxij. quæstione v. hoc videtur. Si ergo aliquis est mutus, dum tamen audiat, & scribere sciat, bene testificatur: vt C. qui test. fa. pos. discretis. Similiter cæcus testificatur, si voces contrahentium habet notas. Nec obstat si dicas, quod cæcus potest in voce decipi: vt xxvij. q. j. nec aliqua. nam in visu possumus decipi: vt xxxj. q. j. quomodo. & in tactu. xxxiiij. q. ij. in lectum.

2 Sequitur Alexā. de Imo. in l. bene ad cognitionē. co. vj. ff. si cer. peta.

Mutus & surdus testificari possunt.

ciatur, vt confiteor me tibi debere centum ex causa mutui: vt C. de non nume. pecu. l. generaliter. Et scias quod omnes isti testes rogati dicūtur interesse, qui rogati sunt audire, licet ad aliud venerint: vt ff. de testa. hæredes palam. Authenti. tamen, generaliter. videtur dicere, quod testes debeant esse rogati: vt C. de testi. authē. rogati. Sed hoc verum est cum contractus est in scriptis.

a Pro memoria. Tres hic ponit casus quod testes rogati possunt testificari vel pro solutione, quam voluit facere creditori debitor: vel pro solutiōe ei facta: vel pro confessione creditoris.

b Cōfessione. imo magis est pro debitore confessio creditoris, quam si sit ei redditum instrumentum[1]. C. de solutio. l. pecuniæ.

Simul. Hęc est tertia pars, in qua probat, quod testes debent se cōcordare, & nil falsi admiscere. & hoc probat per tres authoritates. Ioan. de Fant.

1 Sup hoc videas quod leg. & no. ī. lxxvj. di. c. hunc numerū. Archi.

c NIhilominus quoque puniendi. In criminali punitur testis capitali pœna. xxxiij. quæst. v. hæc imago. hoc secūdum leges veteres: secundū canones infamis est vj. quæstio. j. quicūque. xxij. quæstio. v. si quis. Sed secundum legem accusatur de crimine falsi. ff. ad legem Corne. de fal. eos qui. Non ob. ff. de his qui notan. infa. l. Lucius. extra de ordi. cognit. cum dilectus. quia ibi non est sententia lata contra testem.

vt perhibeant testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria[a] alicui iam factæ solutionis, & pro confessione[b] eius, qui pecunias accepit. Hæc autem inania, & ex transitu perhibita testimonia, vt si propter aliud quoddā opus aduenies audiuit aliquem dicentem se accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui, nulla ratione valere censemus.

3 Simul autem necesse est, vt videant. Quòd si alius vno tēpore, alius alio tempore viderit, diuersitas temporum eorum testimonium non admittit.

Vnde Leo papa.

Non admittuntur ad testimonium, quos non eodem tempore negotio interfuisse constiterit.

CAN. XV.

NIhilominus quoq; puniendi[c] sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificātur: nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum[d] quidem diuersitas simul[e] interfuisse prohibuit.

d Quos temporum. Simile iiij. quæstione iij. in testibus. C. de codicil. l. vltima. §. vlti. simile C. de testamen. si vnus.

e Simul. quidam dicunt hoc tenere in ijs, quæ non nisi semel committūtur, vt homicidium alicuius. Sed si sæpius aliquid potest committi, ibi non nocet temporum diuersitas. Sed eis obijcitur de Susanna. ij. q. vij. cap. nos si incompetenter. §. item Daniel. sed illi respondent quod ideo fuerunt illi testes reprobati, quia dixerunt quod in eadem hora & in diuersis locis commissum esset adulterium: sed non poterat committi in eadem hora & in diuersis locis. Et hoc dicūt propter expressam similitudinē, & non propter identitatem. Nam re vera aliud est adulterium, quod hodie fit, aliud quod cras, sed est simile illi: quod nō concedo: cum singuli sint in suis dictis singulares. Si tamen aliquem actum continuum viderent aliqui, licet diuersis horis, videtur quod testimonium teneret, vt si successiue in vno foramine viderunt aliquos fornicari[2]. Vel si aliqui volunt testari, quod aliquis excommunicatus celebrauit, & vnus audiuit finem missæ, alter principium: hoc casu concedo eos bene testari de vna re propter continuationem actus: sicut propter continuationē possessionis, vna dicitur præscriptio, licet facta sit à diuersis psonis. xvj. quæstione tertia. capit. placuit. §. potest[3]. versicu. quod si ab eo. sicut etiam vnus dicitur proconsulatus, licet diuersę personę ipsum exerceant, vt ff. de officio proconsulis. meminisse. Item quid si conueniant in tempore, sed discordāt in officijs? vnus dicit de missa, alter dicit de vesperis? Eadem est quæstio, si vis probare solutionē decimæ, & vnus dicit frumentum solutum, & alter dicit fabam. Et respō deo quod nō valet testimonium: quia omnes sunt in suo testimonio singulares, vt extra de electioni. cum dilectus. Quidem forte non tenetur testis exprimere, sed mentem, vt ī. ij. quæst. viij. libellorum.

2 Vide late de hac q. Iac. Bu. in l. fin. C. de test. Cy. nū & Pet. in l. testiū. eo. tit.

3 Melius §. præscriptionum. vers. qd' si ab eo. Archid.

Item Ambrosius in libro de paradiso Dei.

Ad seriem gestorum testis ex suo nihil adijciat.

CAN. XVI.

PVra[f] & simplex[g] testimonij series intimanda est. Plerunque testis dum ad seriem gestorum aliquid[h] ex suo adijcit[i], totam testimonij fidem partis mendacio decolorat: nihil igitur, quod bonum videtur, addendum[k] est.

Item Felix papa.

Absens, per alium, nec accusare, nec accusari potest.

CAN. XVII.

ABsens per alium accusare †, aut accusari non potest, nec affinis[l] testis admittitur:

4 Nisi in crimine iniuriarum, in quo illustris persona etiam per procuratorem[m] intendere & excipere potest, seruatis cæteris solennitatibus, vt Codi. tit. de iniurijs. l. vltima.

Item Pelagius papa Sinduæ magistro militum.

Reo[n] absente libellus accusationis frustra offertur.

† Adde text. in l. Polla. C. de his, qui bus vt indig.

f PVra. id est, sine dolo.

g Simplex. Qualiter hoc intelligatur, dixi iiij. quæsti. iij. in testibus.

Vtile per inutile quandoque vitiatur.

h Aliquid. argu. vtile per inutile vitiari, vt xij. quæstio. ij. si quos de seruis. ī. distinct. xxvij. si quid veri[4]. Sed contra. ff. de excusa. tuto. qui testamento. ī. distin. ix. si ad scripturas. Sol. vtile per inutile vitiatur, vbi in iure inuenitur expressum, alias non. Arg. xv. quæst. iij. ca. sane quisque. §. cum autem.

4 Et ī. j. q. j. nōne. vbi videas & c. dīs. vbi videas ar. pro & cōtra.

i Adijcit. vel subtrahit, vt v. quæstio. vltima. presbyteri. extra de verborum significat. forus. §. vlti. Argu. xj. quæstio. iij. quisquis metu. xxv. quæstio. ij. præscriptione. xxij. quæstio. ij. cum humilitatis. C. de testib. testium.

k Addendum. Quia non præiudicaret hoc alicui, si de hoc non iurasset, vt extra de testib. c. de testibus.

l ABsens. Nec affinis. ī. ead. q. similiter.[5]

m Per procuratorem. de hoc dixi ī. ij quæstio. vj. si quando.

n Reo. Hic titu. est falsus: quia non intelligitur de libello accusationis, sed de libello attestationum.

5 Adde, an & quando admittantur. Bart. no. ī l. qui testamēto. ff. de author. tuto. & in l. qui testamento. ff. qui matri. ac. pos.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAN. XVIII.

Chartæ, quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore aduersarius ipsius illic præsens fuisset, validæ erant. Sed quia aduersario absente [a] gesta, quæ nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

Item Decorato patricio.

Testes corporaliter præstito iuramento testimonium dicant.

CAN. XIX.

Hortamur, vt sub timore domini consuetam conscientiæ vestræ synceritatem in hoc quoque negotio conseruantes, omnem à personis quæ veritatem causæ isti[g] scire possunt, faciatis amputari [b] formidinem, & vestris præsentari [c] conspectibus, tactis sacrosanctis euangeliis, præbito etiam legaliter sacramento, vt quæ in veritate rerum nouerunt [d] †, professione suæ testificationis aperiant: vt patefactis omnibus, quæ secundùm leges & iustitiam censenda sunt, cognoscatis, & competentem legibus & veritati terminum detis.

Item Nicolaus papa Ismaro Remorum archiepiscopo.

Accusator & accusatus simul debent adesse.

CAN. XX.

Necesse est secundum sacrarum scripturarum documentum, ac secundùm iustitiæ tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse: & vnam partem, quantacunque [e] & qualicunque prædita sit authoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium [f] irrogetur.

QVAESTIO X.

Quòd uerò [g] testes deficientes in primo capitulo, non sint admittendi ad sequentia, ex concilio Carthaginensi septimo confirmatur, in quo sic statutum legitur:

Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur.

CAN. I.

Placuit, vt quotiescunque clericis ab accusatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex iis, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cætera iam non admittantur [h].

Probatur illud idem authoritate Arelatensis concilii tertii, in quo sic diffinitum est.

[a] Chartæ. Absente. s. ij. q. j. in primis. extra de testib. in nomine domini. & cap. decætero.

[b] Hortamur. Amputari. hic est argu. quod iudex præstabit conductum & securitatem testibus. extra vt lit. non contest. accedens. & de electio. bonæ memoriæ. extra de appellat. ex parte. xxxiij. q. ij. siue.

[c] Præsentari. sic s. ead. testes.

[d] Nouerunt. testis enim pro vtraque parte testabit. xiiij. q. v. non sane. & iurabit quod nihil falsitatis dicet. ij. quæstio. iiij. nullam.

[e] Necesse. Quantacunque. Parilitas enim seruanda est in iudiciis. C. de proxi. sacr. scri. l. in sacris. libr. xij. ff. de arbi. l. cum dies. §. si arbiter. Arg. contra extra de dol. & contu. ex literis [1]. & est simile j. q. j. teneamus. s. distinct. ix. ego. In sententia & in iudicio nulli est deferendum, sed in sedendo, & in similibus, sic ij. quæstio. viij. quisquis.

[f] Præiudicium. Sic xj. q. iij. si quis vero. C. de stat. & imagi. l. iiij.

[g] Quod vero. Vbi quis simul de pluribus criminibus accusat si in vno deficiat, bene admittitur ad alia, vt s. ij. q. j. in primis [2]. dum modo non sit calumniator, vt ij. q. iij. Paulum. Nam & condemnatus prosequitur crimen de quo inscripserat pendente accusatione, vt j. ead. quæstio. proxi. neganda. ij. & ff. de publi. iudi. is qui. §. illud. Sed capitula hic posita loquuntur, vbi quis de calumnia conuictus vult accusare aliquem, & deceptus fuit. secus si in promissione aliqua deceptus fuit: vt ij. q. iij. Paulum. H. & alij distinguunt vtrum defecerit in minori, vel maiori. si in minori, admittitur ad sequentia: alias non, vt ij. q. j. in primis. In ciuilibus autem causis conuictus de calumnia, bene ad sequentia admittitur: vt C. de inoffic. testa. l. eum qui. institu. de excus. tut. §. qui autem. extra de appel. constitutus. ij. Quidam dicunt, quod si quis accusauit de pluribus criminibus simul, & contestatus est litem super omnibus, licet in vno deficiat, bene admittitur ad sequentia tanquam iam incepta. Sed si tantum super vno est litem contestatus, & deficit in illo, non admittitur ad sequentia, quasi suspectus. ff. de accusa. si cui. vj. q. j. quicunque. Tu distingue an sit calumniatus, vel non, vt dixi: tamen si quis primo egit criminaliter, siue obtinuerit, siue succubuerit, potest postea agere ciuiliter. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. l. prima.

[h] Placuit. Quidam sic ponunt casum. Accuso te super pluribus criminibus simul, & eodem libello, & litem super his omnibus contestor: licet in vno deficiam, tamen admittor ad sequentia, licet iam sim infamis: & hoc est ideo, quia tempore litis contestatæ fui bonæ famæ, vt ff. de publi. iudi. is qui. & ij. quæstione j. in primis. ibi, an grauiora, &c. Si autem primum accuso de vno crimine, & deficio, non admittor postea ad alia. Ioan. Sed certe mirum videtur de istis opinionibus. Nam si litem contestatus est accusator super pluribus criminibus, publicatis attestationibus, postea non admittitur ad probandum aliud, sed si super vno tantum litem contestatus est, & non probauit, vt detur calumniator, ita non admittitur postea ad sequentia: vt hæc capitula dicunt, quæ in hoc casu intelliguntur. Bartholomæus.

[h] Non admittitur. sed videtur quod exceptio huiusmodi non possit obiici post litem contestatam: vt ff. de adulteriis. l. si maritus. §. præscriptiones. Maxime cum exceptio, scilicet tu es calumniatus, sit dilatoria: quia tantum declinatoria est iudicij. supra quæstione sexta. capitulo primo. quod ex hoc patet: nam ab alio adhuc accusari potest. Respondet quidam speciale esse in adulterio, vt etiam peremptoriam ibi aliquis non possit obiicere post litem contestatam, scilicet hanc, tu per quinquennium tacuisti: vt C. de adulteriis. adulter. sicut & speciale est in illa exceptione extra qui matrimonium accusare possunt. cum in tua. Alij dicunt, quod hæc exceptio tu es calumniatus, bene potest obiici post litem contestatam. Sed melius dic, quod hic lis non fuit contesta. nisi super eo, in quo defecit. Vnde cum vult procedere ad alia, super quibus lis non est contesta. iuste admittitur huiusmodi exceptio contra illum. Vel dic quod illa exceptio de nouo cœpit competere: vnde potest ea vti post litem contestatam, vt extra de officio deleg. c. insinuante.

Testibus est præstanda securitas.

1 Loquitur in pœnis inferendis in quibus defertur. l. disti. contumaces. extra de offi. de leg. pastoralis. quod dic vt no. extra de transl. cap. vlt. in gl. pe. Archi.

Accusator deficiens in vno, an admittatur ad alia.

† Iste textus solet allegari, quod notarius vel testis non debet apponere in actu suo, nisi quæ vidit & nouit: Istam opinionem tenet Pet. de Anch. in c. fraternitatis. extra de testib. & Alexan. de Imol. in l. si ex fal. col. vl. C. de transa.

2 Versic. quod si forte. pone enim quis de pluribus condemnari simul, vel absolui. ij. quæstio. vj. si quis ex pluribus.

Qui falsa fratribus obiiciunt, vsque ad exitum non communicent.

CAN. II.

Eos, qui falsa fratribus obiecisse [a] capitula conuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non communicare (sicut magna synodus antè constituit) nisi digna satisfactione prius pœnituerint.

Item Felix papa in secunda decretali episcopis Galliæ.

Qui quod obiicit, probare non valet, decætero ad arguendum non admittitur, nisi prius propriam causam ciuilem duntaxat asserere voluerit.

CAN. III.

Si accusatorum personæ in iudicio episcoporum culpabiles [b] apparuerint, ad arguendum episcopos decætero non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen [c] criminales, vel ecclesiasticas [d]) voluerint.

Cùm ergo, qui falsa fratribus obiiciunt, vsque ad exitum vitæ à communione prohibeantur, cùm illi, qui in episcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum decætero admitti prohibeantur: apparet quòd in primo capitulo deficientes tanquam falsorum obiectores ad sequentia procedere non ualent †.

QVAESTIO XI.

Ab accusato [e] uerò accusationem in accusatorem uerti, multorum authoritatibus probibetur. Ait enim Stephanus papa:

Accusati, nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt.

CAN. I.

Neganda [f] est accusatis [g] licentia criminandi [h] prius, quam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probauerint innocentes: quoniam periculosa est, & non debet admitti rei [i] aduersus quemcunque [k] professio.

Lib. ix. Codicis, tit. j. Imperatores Valentinus, Valerius et Gratianus.

CAN. II.

Neganda est accusatis (nisi suas [l] suorumque iniurias prosequantur) licentia criminandi in pari, vel minori crimine prius, quam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundùm scita veterum iuris conditorum: ita tamen, vt & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint.

[a] Eos. Obiecisse. Calumniose subaudi.

[b] Si accusatorum. Culpabiles. Id est, calumniosæ subaudi.

[c] Non tamen. Suam iniuriam non prosequendo, sed publico iudicio accusando. vel speciale est in calumniatore episcopi, ne sit contra. iiij. q. vj. c. omnibus. & s. ij. q. prima. capi. prohibentur.

[d] Ecclesiasticas. Hoc ideo dicit, quia causa ecclesiastica non est agenda, nisi per hominem bonæ opinionis. v. q. iij. cap. quia. [1]

[e] Ab accusato. Hæc quæstio diuiditur in tres partes, in prima quarum probat per tria capitu. quod accusatus accusare non potest de minori, vel pari prius quam probauerit se innocentem. Potest tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, Aliquando. Tertia ibi, Causa vero. Ioan. de Fan.

IN literis tuis continebatur sic: hic clericus ordinem habet presbyterij: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi impręsentiarū hoc agnouimus, non ausi fuimus cōcedere sibi, vt offerret vel missā celebraret: quia verò languor in culpa non est, super hac re authoritatis nostræ decreto consulendo deliberauimus. Cōsulimus itaq;, vt si frequenter[a] hoc morbo tāgitur, ab oblatione & missarū celebratione omnib' modis prohibeatur. Indecēs enim est & periculosum, Vt in cōsecratione eucharistię morbo victus epileptico cadat. Si verò Dei misericordia cōualuerit (quandoquidem nō culpa, sed infirmitas est in causa) eū sacrificare iam non interdicimus[b].

Item Gelasius Rustico & Fortunato episcopis.

A regimine suspendatur ecclesiæ, qui in terram frequenter eliditur.

CAN. II.

NVper Foropopuliensis ecclesiæ clerici vnà cum Sabino episcopo & Pelagio & laicis propria suggestione reserarunt præsulē suum graui quadā[c] necessitate vexari: cuius cùm dicerent incursione frequēter elisum: qđ ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiā Dei vbique positā hac offensiōe turbare, præcipuè cū eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent: ad dilectionem vestram scripta dixerimus, vt ecclesiæ cuius rector tali casu tenetur astrictus, visitationem congruam reddatis. Verùm, quia nunc idem ipse venit huc pōtifex, falsaque omnia de se iactata disseminat, sub diuini contemplatione iudicij vestræq; conscientiæ existimationísque respectu, rerum fide solertissimè perquisita, si aliquando scilicet vel in domo, vel in procesione, vel in alio quocūq; loco probatur repēte collapsus, vocésq; dedisse confusas, & spumas ore iactasse: quanta fieri pōt examinatione quæratur: quod tamē siue non posit aliquorum factū testificatione firmari, siue nunquā contigisse dicat, nō putandū est posse sufficere, sed certū manifestūq; documentū: qa de tāta re nō segnius[c] agendum est, faciat rem tua dilectio frater Rustice sui moris, & aptam magno pontifici, vt eum vel xxx.[d] diebus tecum esse constituas: eúmq; carnibus indifferenter necessaria probatione compellas vti.

a IN literis. Frequenter. Ideo quidam dicūt, q si raro accidit, potest celebrare, dummodo habeat socium. s. e. q. j. c. illud. vel supple maxie. vel distingue: vt xxxiij. di. communiter.

1 Laur. & Hugo.

b Interdicimus. Sic ergo ppter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, vel à perceptione sacramentorum, vt s. di. v. ad eius vero.

Infirmitas nō repellit ab officio diuino.

c NVper foro. Segnius. Not. q in magnis rebus diligentior inquisitio est faciēda: vt xlij. di. quescamus. & lxj. di. miramur. Et ideo hic actore nō probāte, reo indicit purgatio: extra de causa pos. & proprieta. cum ecclesia. in fi.

d XXX. contra xxxiij. di. communiter. Sed ibi certū fuit eum esse dæmoniacum: sed hic dubium. & oēs cibos ideo iubetur comedere, ne morb' posit occultari: quod physicū est. Vnde signatur contrariū. j. de cōse. di. v. contraria[1]. Ideo autē hic dantur omnes carnes isti præter hœdinas, quæ prouocant dæmones.

1 Non est contra, qa hic loquitur de experimētis medicinę [illegible]

QVod autē. Hæc quę diuiditur in iiij. partes, in quarum prima probat magister per iiij. auctoritates sanctorum patrum, q nō pōt episcop' seu prælatus sibi eligere successorē: & hoc vsque ad §. his omnibus. vbi dat solutionem. postea quædā adiungit ad electionē pertinentia. Secūda ibi, Cli[illegible] Tertia ibi, Oportet eū. Quarta ibi, Audacter. Io. de F.

e Quod autem. Certum est, q non licet[1] nisi cui hoc specialiter permittitur, vt Maguntino. vij. q. j. petisti. nec obstat lxxix. distinctio. si transitus. vbi innuitur, q Papæ licet sibi instituere successorem:

CAVSA VIII.

QVidā episcopus agens in extremis successorem sibi ex testamēto instituit: inde suorum amicorum patrocinio in eundē episcopatū eligitur: post electionē pro indēnitate ecclesiæ canonicis iuramētū præbuit. accusatur de simonia, tāquā munus ab obsequio præstiterit: ante tēpus sententiæ à clericis suis relīquitur: sine literis apostolicis ad ecclesiā suam reuertitur episcopus.

1 Hic primùm quæritur, an liceat episcopo
Q. sibi successorem instituere.

2 Secundò, an amicorum patrocinia in electione debeant conualescere.

3 Tertiò, an sit habēdus simoniacus, qui post electionē huiusmodi iuramētū canōicis pstat.

4 Quartò, an liceat clericis ante sententiæ tempus ab episcopo suo discedere.

5 Quintò, an sine literis apostolicis debeat redire ad propriam ecclesiam.

QVÆSTIO I.

1 ps

QVòd autem[e] episcopo successorem sibi instituere liceat, ex uerbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus episcopo Ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem: sed dicitur ibi quod potest cum fratribus deliberare, aliud est, [2] Decernere. Id quam sibi est, deliberare.

successorē [b] Si Petrus. Si eligere. i. quamuis.

Nā aliud [c] Aut ligādi. Non est licitū, intellige, quod isti vt ibi: i. prius nō habuerint stud vero ptātem ligā di: sed illicitū, vt hoc vult dicere, q̄ hic. Nam istis nō dedit Papa deliberare plenā potestatē, ne licet cuili- sit contra. ij. q. j. ne bet præla- mo. 24. q. j. quod to de suo cunqi. vbi dicit q̄ successore, omnes presbyteri cum videt hāc habēt potestā- sibi mortē tē. Habuerūt ergo imminere: prius hanc potestā vnde ibi tē, sed nō tantā. Isti dicitur de aūt duo tēporalia cernere, id pauperibus eroga- est delibe- bāt: ad q̄ officium rare, nō e- apostoli diacones ligere, se- elegerār. xciij. di. cūdū Hu. legimus. qd̄ hodie habet camerari⁹ Pa pæ. & patet q̄ Li nus & Cletus non fuerūt Apostolici. Et hoc est verū, q̄ post Petrū statim nō fuerūt apostoli ci, sed Clemēs fuit

Clemens post eū apostolic⁹. Vidēs aūt Clemēs Papa sta- q̄ hoc esset pnicio tim post sum exēplo q̄ ali- Petrum. qs sibi eligeret suc cessorē, renūtiauit papatui, & tunc ele ctus fuit Linus, eo mortuo electus est Cletus, quo mor- tuo denuo fuit Cle mens electus, & sic Clemēs sedm vrā cōputationē fuit se cundus, & secundū aliā fuit quart⁹. vn

Versus. de versus, Disputat hic mundus quartus fueritve secundus.

[d] Tradēte. ad hoc inducitur capitulū.

[e] Episcopo. Successorē. Verū est, q̄ nō potest de iure communi. sed de dispēsatione Pa pæ. vij. q. j. petisti. nec obstat xx. q. iij. præsens. vbi pa ter volebat q̄ d eo mortuo, filius eius fieret monachus, sed ibi non erat successio iuris.

[f] Episcopo. Episcoporū. guntino permisit adiuto- rem sibi statuere: qui ei de- functo in plenitudinē pote- statis succederet. Item ex uerbis Symmachi Papæ di- centis: Si trāsitus Papæ ino- pinatus euenerit, ut de sui electione successoris nō pos sit ante decernere [a], appa- ret quòd episcopi succesſo- res sibi instituere possunt.

Item exemplo beati Pe- tri illud idem probatur, qui beatum Clementem sibi suc cessorem instituit.

Vnde Io. iij. scribit episco pis Germaniæ & Galliæ.

Quòd Petrus Linum & Cle- tum adiutores sibi ascivit.

CAN. I.

SI Petrus [b] princeps apostolorum adiuto- res sibi asciuit Linum & Cletum, non tamen po- testatem pontificij, aut soluendi aut ligādi [c] nor mam eis tradidit, sed suc cessori suo Clementi, qui sedem apostolicam post eum, & potestatem pon- tificalem, tradente [d] sibi beato Petro, tenere pro meruit: Linus verò & Cletus ministrabant ex- teriora: princeps autem apostolorū Petrus ver- bo & orationi instabat.

PALEA.

VNde ipse Clemens in epistola ad Iacobum Ierosolymitanū missa inter cætera scribit, quòd Petrus adhuc uiuēs Clementem in episcopū elegit. Simon Pe- trus in ipsis diebus qui bus uitæ finē sibi præsensit: a- prehēsa manu mea in auri- bus totius ecclesiæ hæc pro- tulit uerba, Clemēt ē hūc uo bis ordino episcopū: cui soli meæ prædicationis & do- ctrinæ cathedrā trado: quē præ cæteris expertus sum Deū colentē, homines dili- gentē, discendi studijs ded- tum sobriū, benignū, iustū, patientē, scientē nōnullorū ferre etiam ex his, quæ uer bo Dei instituūtur, iniurias.

Sed in Antiocheno con- cilio hoc omnino fieri pro- hibetur: in quo sic statutum legitur.

Episcopo successorem sibi con- stituere non licet.

CAN. II.

EPiscopo non liceat pro se alterū succes- sorē [e] sibi cōstituere, licet ad exitū vitæ perueniat. Quòd si tale aliquid fa- ctum fuerit, irritū sit hu- iusmodi constitutū. Ser- uetur autem ius ecclesia- sticum id continens non aliter oportere fieri, nisi cum synodo & iudicio episcopo rum, & electione clericorum, qui post obitum quiescentis potestatē habēt eum, qui dignus extiterit, eligere & pmouere.

Item ex concilio Martini Papæ.

CAN. III.

De eodem.

EPiscopo non liceat ante finem vitæ alium in loco suo cōstituere succesſo rem. Si quis autē hoc vsurpare tētauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo ali- ter fieri oportet, nisi cū cōcilio & iudicio episcoporū [f], qui post exitum prædece- soris potestatem habent dignum eligere.

Item Hilarius Papa.

CAN. IIII.

De eodem.

PLerique sacerdotes in mortis consti- nio constituti, in locum suū feruntur alios designatis nominibus subrogare, vt scilicet non legitima expectetur electio- sed defuncti gratificatio, pro populi ha- beatur assensu, quod quā graue sit, æsti- mate. Ab vniuersis acclamatū est [g], Hęc præsumptio nunquam fiat. Quæ Dei sunt [h], ab homine dari non possunt.

Item Hieronymus ad Titum, cap. j.

CAN. V.

De eodem.

MOyses amicus Dei, cui facie [i] ad faciē locutus est Deus [k], potuit

Hoc requiritur in ordinatione, sed nō in electione. lxiiij. distinc. per totum.

[g] P Lerique. Acclamatū est. Ab vniuersis.

[h] Quæ Dei sunt. vt ecclesiasticæ dignitates [1]: vt xvj. q. j. in canonibus. & xxxiij. quæ. viij. conuenior. Ioan.

[i] Moyses. Facie. Id est, familiariter.

[k] Locutus est Deꝰ. Secundū quosdam apparuerat per angelum in specie visibili, sicut dicitur descendisse per angelos. ij. q. j. Deus. Io. aūt dicit i canonica epistola: Deū nemo vidit vnquā. tamē ex eo q̄ dicit i Moysen vidisse posteriora Dei: dicēs quidam eum vidisse in specie visibili.

[l] Potuit. Quia adhuc non erat prohibitum hoc. ſi. xxxij. quæstione iiij. obiiciuntur.

Moyses [a] De alia tribu. Moyses enim erat de tribu Leui: fuit detri- Iesus Naue siue Iosue fuit de tribu Ephraim. de his bu Leui. tribubus habes vij. q. j. denique.

[b] Non sanguini.

Regere li- Argu. q̄ reges de- bēt fieri per ele- ctionem. xciij. dist. legimus. & j. ead. si ergo, nisi habeant ex priuilegio con- stituere successorē sibi: vt lxiij. dist. in synodo. alias etiā de iure omnes secu lares potestates nō debent succedere, vt C. vt omnes tā ciuiles, quam mili- ti. l. vnica. in prin. quod autem Dauid in vita sua Salo- monem sibi succes- sorem instituit, in- stinctu spiritus san cti est factum. Arg. contra vij. q. j. denique.

[c] Sed vitæ. Supra xl. dist. nos qui.

[d] Rogauerit. Ergo videtur q̄ pre- ces inducant simo- niam: vt hic, & j. quæsti. j. sunt non- multi. Et dici con- ueniet, quod si pre- ces sint pro digno, non inducūt simo- niam: vt j. quæst. j. quibusdam. in fine. hoc verum est, si non sint cōsangui- nei: & quali. suam. nec sit vt extra de rescr. & quali. suam. Hoc non credo in ſi. lo. Nō credo quod preces con- sanguineorum in- ducant simoniam, si sint pro digno, maxime cum quis pro se roga- tus sit: vt extra de simo. tua. nec illa decre. tuā. contradicit, si be- ne inspiciatur. B.

[e] Vt deteriora. Color est rhetori- cus, quando dicit, quod dicit se velle facere: & dicitur præoccupatio.

[f] A Postolica. Prębendas. Episcopo nō licet filios instituere in patrimonio ecclesiæ. extra de fil. presby. c. præterea. ſi. nisi forte dicat.

[g] Beatus. Sed nun quid adhuc Papa posset facere sibi successorem? Non, quia hoc esset im- mutare statutū ec- clesiæ: vt xxv. q. j. quæ ad perpetuam. & quia statutū fa- cit in id tempus, in quo non est futu- rus iudex. ſſ. de iu- risd. om. iu. eum qui.

OLim. Hæc est ij. pars quę. in qua redarguit elec- tos & dignos, qui nolūt recipere præ lationem: & hoc fa cit per iiij. author. Deu. 25. b Io. de Fant.

[h] Sobolem. Tamē istius erat carnalis filius: sed erat filius mortui

nam, vt extra eo. ex transmissa. Prębendam autem potest habere in eadem ecclesia, si est legitimus, ex- tra eo. tit. ad hæc. Sed licet sit legitimus, benefícium tamen paternū non potest habere, sicut hic dicit. Sed illegitimus in eadem ecclesia seculari esse non potest canonicus: vt ex- tra e. ti. ad abolen- dam. Tamē per il- lam cōstitutionem videtur, q̄ etiam legitimus non pos- sit habere benefi- cium cum patre. & hoc intelligas de omnibus descēden- tibus, arg. extra de iure pa. consuluit [1]. [1] Vbi fe- extra de institu. ad decorem. & ff. de ver. sig. iiij. Forte aliud in collatera- libus & ascenden- tibus. argu. de pœ. distin. j. pœnæ. licet sit arg. contra ex- tra de insti. ad de- corem. Io. Sed cer- te potest probabi- liter dici, q̄ hoc non extenditur ad nepotes, quia pœ- næ sunt restringen- dæ. ff. de lib. & po- ſt hu. cū quidam. in ſi. nec semper nomi ne filiorum nepo- tes intelligūtur, vt instit. u. qui da. tu. pos. in ſi. tit. B. Sed quid de illo, qui re nuntiat: vt detur a- lij forte consangui neo? Hanc renun- tiationē Papa ap- probat, extra de offic. deleg. ex par- te. j. Sed dic quod ibi fuit pura renun tiatio.

cundū ve- terem cō- pilationē erat illud verbū ne- potū: q̄d sublatum. Archi.

testamento tanquam suæ di gnitatis hæredem sibi quæ rere.

Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohi betur. Illud autem beati Petri apostoli ab illis ua- let in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem beatus [3] Petrus quæsiuit. Verùm quia officium non uitæ, sed sanguini cœpit deferri, atque ad episco- patum tales quisque sibi successores quærere cœpit, qui uel odiosi populis, uel à plebe docendi inueniun- tur, ideirco sacris canoni- bus constitutum est, ne quis quam sibi sui officij quærat successorem: sed populi ele- ctione quæratur, qui eorum utilitati dignè deseruiat: qui illorum utilitatem, non sua lucra quærat: qui Chri- sto semen uelit suscitare, non sibi diuitias congre- gare: quod qui facere con- tempserit, iure ab ecclesia repudiatur.

Vnde Augustinus in lib. contra Manichæos.

Qui sibi & ecclesiæ prodest, utroque pede calceatus intelli- gitur.

CAN. VII.

[3] OLim iussus est fra ter prę mortui fra tris vxorē ducere, vt non sibi, sed illi suscitaret so holem [h], eiúsque nomi-

ne [a] vocaret quod inde nasceretur: quod si recusaret, discalceatus vno pede conspui solebat in faciem. Nunc Euangelij quisq; prædicator ita debet in ecclesia laborare, vt defuncto fratri, id est, Christo suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. At verò qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi & baptizandi renuerit, ab ecclesia ipsa dignè meritóque contemnitur. Qui enim & sibi prodest & ecclesiæ, bene intelligit vtroque pede [b] calceatus. Vnde illud, Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euãgelizantium bona. Qui enim lucrandorum curam refugit aliorum, discalceati illius non figuratum [c] significauit, sed in se impletum portauit opprobrium.

Item Greg. in registro.

Locus regiminis sicut desiderantibus est denegandus, ita fugientibus est offerendus.

CAN. VIII.

IN scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis: sed per hoc ad pastoralẽ solicitudinem vos congruè venisse [d] ostenditis: quia sicut locus regiminis desiderãtibus negandus est, ita fugientibus [e] offerendus est. Et sicut scriptum est [f], Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron [†]. Et rursus [g] idem egregius prædicator dicit: Si vnus pro omnibus mortuus est: ergo & omnes mortui sunt: & pro omnibus Christus mortuus est. Et si hoc est, superest, vt qui viuunt, nõ iam sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Et pastori sanctæ ecclesiæ dicitur, Simon Ioannis amas me? Pasce oues meas. Ex quibus verbis colligitur, ꝙ si is, qui valet, omnipotentis Dei renuit oues pascere, ostẽdit se pastorem summum minimè [h] amare. Si enim vnigenitus patris pro explenda vtilitate omnium de secreto patris ad publicũ nostrum egressus est: nos quid dicturi sumus, qui secretum nostrum præponimus vtilitati proximorum? Quies itaq; nobis ex corde appetenda est: & tamen pro multorum lucro aliquãdo postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationem fugere, ita (si desit qui prædicet) occupationis onus libenti necesse est humero subire. Quod ex duorum prophetarum opere [i] docemur, quorum vnus prædicationis officium vitare conatus est, & alter appetijt. Nam mittenti se domino Ieremias respondit dicens: A,a,a, Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et cùm omnipotens Deus ad prędicandum sibi personam quæreret dicens, Quem mittam? & quis ibit ex vobis? vltro se obtulit Esaias dicens, Ecce ego, mitte me. Et ab vtrisq; exterius diuersa vox processit: sed nõ à diuerso fonte dilectiõis emanauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis: amor Dei, et proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium prædicatiõis appetijt [†]. Per contemplatiuã verò Ieremias amori conditoris sedulè inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandũ debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetijt, hoc laudabiliter alius expauit. Iste ne tacitè contẽplationis lucra loquendo perderet, ille ne dãna studiosi operis tacẽdo sentiret. Sed hoc in vtrisque est subtiliter intuendum: quia et is qui recusauit, plenè [k] nõ restitit, & is, qui mitti voluit, ante se per altaris calculũ purgatũ [a] vidit: ne aut non purgatus adire quisquam mysteria sacra audeat, aut quem superna gratia elegit, sub humilitatis specie superbè contradicat.

Idem in moralibus.

Locus deiectionis in voto, dignitatis semper sit in necessitate.

CAN. IX.

SCiendum summopere est, quod obedientia aliquando si de suo [b] aliquid habuerit, nulla est: aliquando si de suo aliquid non habuerit [c], minima est. Nam cùm huius mundi successus pręcipitur, cùm locus superior imperatur, is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem euacuat, si ad hæc ex proprio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad percipienda huius vitæ prospera libidini proprię [d] ambitionis seruit. Rursus cùm mundi despectus præcipitur, cùm ꝓbra adipisci & contumeliæ iubentur, nisi ex semetipso animus appetat, obedientiæ sibi meritũ minuit: quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, inuit⁹ [e] nolénsque descendit. *Et paulò superius.* Obedientia victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur: quod contra hariolandi peccatum inobedientia [f] esse monstratur. Ex aduerso [g] ergo melius ostenditur quid de eius laude sentiat. Si enim quasi peccatũ hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere, sola est [h] quæ fidei meritum possidet obedientia: sine qua quisque infidelis cõuincitur, etiam si fidelis esse videatur.

Item Augustinus.

Qui præesse, & non prodesse desiderat, episcopari non debet.

CAN. X.

QVi episcopatum [i] desiderat, bonum opus desiderat. Exponere voluit quid sit episcopatus: quia nomẽ est operis, nõ honoris. Græcum est enim: atque inde dictum vocabulum, quòd ille, qui præficitur illis, quibus præficitur superintẽdit, curam eorũ scilicet gerens. Scopos quippe intentio est. Ergo episcopos, si velimus, Latinè superintendentes possumus dicere, vt intelligat non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse.

Itaque [k] à studio cognoscendæ veritatis nemo ꝓhibetur, quod ad laudabile pertinet otiũ. Locus verò superior, sine quo regi populus nõ potest, etsi ita teneatur, atque ministretur vt decet, tamen non decenter appetitur [l]. quãobrem otium sanctum quærit charitas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem: sed nec sic omnimodo veritatis delectatio desideranda est, ne subtrahatur illa suauitas [m], & opprimatur [n] iusta necessitas.

Item Petrus.

Pro ingenio discentium doctor moderetur verba doctrinæ.

---

mortui legalis: vt lvj. dist. Ismael. & Matthę⁹ ponit carnales patres, vbi dicit, qui genuit. Et Lucas ponit legales, cum dicit qui fuit. duos enim habebat patres huius modi filius, carnalem & legalem.

Christi patres fuerũt duplices.

a Nomine. Id est, filium mortui.

b Vtroque pede. Quia & de se curat, & de ꝓximo.

c Non figuratum. Sed etiam signum & signum: hoc est dicere, factũ istius signum est & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, ꝙ factum istius nõ significat factum illius: sed factũ istius & significauit factum illius. Vel ideo dicit hoc, quia in facto istius completur illa figura.

1 Sub. quia factũ istius est res, & significatum: factũ illius figura, & significans factũ isti⁹, &c, vt sequitur.

Rom. 10. c

Esai. 52. b

d IN scripturis. Venisse. Per electionẽ, vel forte volebant recusare,

e Fugientibus. Sic xl. di. ante omnia. C. de epis. & cler. si quenquã. & s. lxxiiij. di. eps. contra. Sed illud de penit⁹ inuito, sed ab initio aliqs debet cogi, vt consentiat. Nã nullus eligẽdus est nisi ab initio dissentiat. j. q. vj. c. vlt. tepide tñ debet dissentire, sicut fœmina 32. q. ij. honorãtur. alias si diceret, nolo, cũ forte vellet, faceret cõtra cõsciẽtiã. extra de præsump. c. vlt. vel si forte diceret, non sum dignus. licet Hug. dixerit ꝙ possit simulare se nõ esse idoneũ. arg. xxij. q. ij. vtilem.

Electioni qualiter consentiendũ est.

2 [redacted]

Heb. 5.

Nume. 25.

2. Cor. 5. c

f Scriptũ est. in epistola ad Hebræos.

g Et rursus. In secũda epistola ad Corinthios.

h Minime. Ergo qui se dignũ credit & prçlaturam sibi oblatã nõ recipit, mortaliter peccat, vt s. e. c. prox. & j. e. qui episcopatũ.

† Cõcor. text. in si. simili in l. item eorũ. §. si decuriones. ff. qd' cuiusque vniuersita.

i Opere. Arg. diuersarum personarum sñiam vtranque tenere. xxij. q. ij. beatus. & de con se. di. ij. quotidie. et xxxv. q. v. ad sedem. Itẽ ar. pro diuersis consuetudinibus. xij. di. illud. xxxj. di. aliter. & de conse. di. iiij. de trina. Item ar. pro diuersitate testium extra de verb. sig. nihil obest. & de pœ. dist. j. periculose. xxiij. q. vij. quicunque. s. dist. v. ad eius. & extra de testi. cum tu fili.

Ioan.

k Plene. Ecce responsio illius, qui ad episcopatum petitur non dicet expresse nolo: quia tũc mẽtiretur. xxij. q. ij. cum humilitatis. nec debet se statim ingerere: sed dicat, vt dixit Mutinensis episcopus: Nolens volo, & volens nolo. xv. q. j. vos autem. Purg.

a Purgatum. Arg. pro H. quod ꝓmouendus debet episcopo confiteri crimẽ, & episcopus debet eum purgare, id est, secũ dispẽsare. Esaias enim adhuc immundus obtulit se, & postea fuit purgatus. Item est hic arg. quod si aliquis eligitur, qui adhuc est in mortali peccato, quod ideo nõ est vitiosa electio, si ipse velit corrigi [1], vt s. 50. distin. quid est. Item est hic arg. quod duo simul possunt eligi, vt si vnus succumbat, alter obtineat, vt di. xi s. lxj. distinctio. studij.

Promouẽdus crimẽ suum confiteri debet.

1 Arg. ad hoc l. dist. [illegible]

b SCiendũ. Si de suo. id est, ex ambitione. ponitur enim in mala significatione, vt iij. quæstio. ix. pura.

c Non habuerit. de propria voluntate.

d Propriæ. Hic patet ratio, quare episcopo inuito nõ potest clericus eius vouere nõ cari ad episcopatũ. vt lxiij. distinct. [illegible] si monachus. xix. quæstio. ij. duę. quia iste præsumitur facere ex ambitione, & facit ad suum cõmodum, ille nequaquam.

e Inuitus. Arg. ꝙ remunerari non debemus de eo, quod inuiti facimus, vt xiij. quæsti. ij. quam præposterũ. xx. quęstio. j. illud. & xxxij. q. v. ille.

f Inobedientia. In hoc patet, quod inobedientia æquiparatur hæresi, vt di. xi iiij. quæstio. j. in summa.

g Ex aduerso. id est, ex eo quod vnũ contrarium cõmendatur, aliud vituperatur: vt j. de pœni. distinct. ij. ca. si fer. [illegible] nota hic quod optima est ꝓbatio, quæ fit per suum contrarium, vt hic, & j. ca. [illegible]

pi. j. & xiij. q. ij. animæ. & ff. de officio eius cui manda. est iurisdi. l. j.

h Sola est. id est, necessaria. sic s. distinctio. viij. capit. si solus.

i QVi episcopatũ. id est, episcopari. id est, præesse vt prosit, nõ vt præsit, vt xl. distin. multi. Sperare ergo & desiderare possumus episcopatũ, vt lix. distin. si officia. lxxij. dist. in singulis. & j. quæst. j. non est putanda.

Episcopatum desiderare possumus.

1. Tim. 3. a

k Itaque. Dixit ꝙ quis potest desiderare episcopatum. modo dicit qualiter, scilicet vt non ingerat se. ff. de procur. l. quæ omnia.

l Appetitur. Arg. quod aliqs seipsum non debet eligere, si potestas in eum sit translata. s. e. in scripturis. & xvj. quęst. j. vos autem. quia inter conferentem & eum, cui confertur, erit distantia: vt extra de baptis. debitum. simile extra de iure patro. per nostras. & extra de inst. cum ad nostrã. tamen potest se coeligere, vt extra de elect. cum in iure.

Eligere seipsum nemo potest.

m Suauitas. contemplationis.

n Et opprimatur. id est, vt cõtemplatio eum penitus nõ impediat, qui forte nimis vult esse intentus cõtemplationi.

Oportet.

Universidad de Deusto Biblioteca

Oportet. Hæc est tertia pars quæstio. in qua ostẽdit magister quales debent esse, qui eligũtur vt præsint alijs, scilicet tales, quod ad eorum comparationem cæteri grex dicantur. & hoc probat per sex authoritates. Ioan. de Fant.

CAN. XI.

3 Oportet eum, qui docet & instruit animas rudes esse talẽ, vt pro ingenio [a] discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinẽ pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo apprimè [b] esse eruditus & doctus [c], irreprehensibilis, maturus, pauidus [d], sicut ipsi probastis fore [e] Clementem hunc post me.

Item eiusdem.

Qui omnibus præest, singulos releuare contendat.

CAN. XII.

Clemens si tãquam omnib⁹ præesse volueris, singulos (prout poteris) iuua [f], & singulos releua [g], qui & singulorum onus ac solicitudinem portas.

Item Hieronymus ad Titum, cap. j.

Contra Christum faciunt, qui gratia non meritis gradum ecclesiasticum tribuunt.

CAN. XIII.

Luc. 10. c

Qui vos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est, eos qui apostoli lege cõtempta, ecclesiasticum gradum nõ meritis voluerint alicui conferre, sed gratia, contra Christum facere, qui qualis in ecclesia presbyter cõstituendus sit, per apostolum suum in sequentibus executus est.

Item Hieronymus in libro Leuiti.

Ad sacerdotium non eligatur, nisi qui cæteris & sanctior & doctior habetur.

CAN. XIIII.

Licet ergo dominus de constituẽdo principe precepisset [h], & elegisset, tamen conuocaret etiam synagoga. Requiritur ergo in ordinãdo sacerdote etiam populi [i] præsentia, vt sciãt omnes, & certi sint, ꝙ qui præstantior [k] est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior: ille eligitur ad sacerdotium, & hoc attestante populo [l]: ne qua postmodum retractatio [m] cuiquam, ne quis scrupulus resideret.

a Pro ingenio. s. xliij. dist. sit rector.

b Apprime. id est valde.

c Et doctus. Quæ sacerdotes vel episcopi scire debeãt, habes xxxviij. distinct. nulli. & cap. sequẽ. sufficit tamen mediocris scientia, vt extra de electio. cum nobis.

d Pauidus. id est, timens peccare.

e Fore. id est, futurum esse.

f Clemẽs. Iuua. largus enim erit. lxxxvj. distin. fratrem.

g Releua. Arg. iudicem potius debere seruare misericordiam, quam rigorem [1], vt xlv. dist. licet. & 50. distinct. ponderet. in fi. quia statim nõ debet punire: sed tenetur sæpius remittere, vt xlv. distinc. licet. & xxvj. quæsti. vij. alligant.

1 Ad hoc facit quod legitur & not. j. xxiij. qõ. iiij. innocens. in fine.

h Licet. Præcepisset. Argu. quod quandoque licet iudici excedere fines mandati, dum tamen alias sententia nihil contineat iniqui, argu. extra de senten. & re iud. causam. Nã qui datur ad eligẽdum, potest postulare, vt extra de elect. in causis [2]. & de renunti. post translationem. in prin. Et procurator datus ad rem vendicandam, potest agere ad exhibendum. ff. de procura. ad rem mobilem. Sufficit enim quod fiat id, quod est vicinum mandato, licet ipsum non sit mandatum: vt ff. iudi. solui. iam tamen. §. vlti. ff. manda. l. vlti. Item argum. quod licet contradicere rescripto, vel mandato principis quandoque, extra de offic. dele. ex parte. quia licet mandet soli episcopo, quod det alicui præbendam, tamen non faciet hoc sine consensu canonicorum, vt not. vij. q. j. petisti.

2 Vbi de hoc, et lxj. dis. nullus. in gl. ij. in fi. & xxij. qõ. iiij. innocens. in fine.

Principis mandato contradicere licet.

i Etiam populi. s. dist. lxiij. plebs Diotren. & cap. nosse. & cap. vlt. & s. j. q. j. ordinationes.

k Qui præstantior. Hic comparatiuum tẽperat Hugo. secũdum eum sufficit, quod bonus eligatur. Est autem aliquis bonus eo ipso, quod non est malus, vt extra de præsump. dudum. & ff. de leg. ij. cum pater. §. rogo. Nec enim maior bonitas vnius alij debet facere præiudicium, vt iij. quæstio. ix. necesse. & j. quæstio. j. teneamus. & C. de statu. & imagi. l. vlti. Si autem aliquis de alia ecclesia eligitur, ipse debet optimus esse, sicut si tutor de eadem ciuitate sumitur, satis est si est bonus: si de alia, tunc erit optimus. ff. de tut. & cura. da. l. Diuus. Alij dicunt [3] meliorem semper esse præferendum. vnde si pauciores volunt eligere optimum, dum maior pars minus bonum, si minor pars appellat, tenet eorum appellatio. Nam iustã caussam assignãt, vt extra de his, quæ fiunt à maio. parte capit. cum in cunctis. sed si illi elegerint, cassanda est eorum electio, cum semper optimum debuerũt eligere, vt lxiij. distin. metropolitano. lxj. distinctio. nec emeritis. lxxv. distinct. cap. vlti. lxxiiij. distinc. episcoporum. Non obstat xvj. quæstio. vlt. monasterium. vbi dicitur, sufficit, quod non sit malus: quia illud intelligũt cum alius ibi melior nõ est. In monachis etiam obtinet, quod semper melior est eligendus. in authẽ. de mona. §. vlt. collatione j. ego magis adhæreo opinioni Hug. Nam cum nõ sit vitium in eligentibus, nec in electo, quare erit electio cassanda? nam appellatio non debet cassare, nisi ea quæ iniuste facta sunt. extra de restitu. spol. audita. & extra de electio. cum nobis. Item si bonus iuste potest eligi, ergo cõtra illam electionẽ non admittitur appellatio: quia contra ea, quæ perpetuo decreto sancita, vel statuta sunt, non admittitur appellatio. ff. de appella. recip. vel non. l. penul. & vlti. non enim est quærendum de meritis personæ, cum maior sit numerus ex vna parte, quam ex altera, vt extra de electio. dudum. sic vides in simili. Nam semper de eadem ecclesia debet prælatus eligi: si tamen maior pars eligat de ecclesia aliena licet post appellationem, præualet electio maioris partis cum altera pars neminem eligit, vt extra de electio. cum inter R. imo ex aliorum opinione sequeretur, quod quilibet peccaret benefaciendo: quia bene posset meliorem rem facere, & magister peccat in legendo: quia posset melius facere, scilicet orare.

3 Secundum L[...] ius fuit [...] ta ista [...] vsque [...] ego.

Electio facta de bono, an valeat, vbi melior est.

l Populo. Ergo in his quæ publice facta sunt, non potest contradici. liiij. distinctio. nulli. lxxxvij. distinct. si expositus. xvj. distin. quod diciris. & cum in principio electionis quis consensit, postea non auditur contradicens. s. distinct. iiij. in istis. & j. ead. quæstio. ij. dilectissimi.

m Retractatio. Per hoc videtur, ꝙ populus possit retractare electionem quæ fit in eius absentia, cum excipere possit contra electum: vt xxiij. di. illud. cum eis inuitis non sit dãdus episcopus: vt lxiij. di. ca. vlti. Sed hoc non concedo, vt dixi lxij. di. ca. j.

Electioni an possit popul' contradicere. j. Tim. j. b

Hoc est autem, quod & apostolus præcipit in ordinatione sacerdotis dicens: Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Ego tamen & amplius aliquid video in eo, quod dicit, quia conuocauit Moyses omnem synagogam: vt hoc sit colligere omnes animi vires, & in vnum congregare virtutes, vt cùm sermo de sacerdotalibus habetur sacramentis, vigilent omnes animi virtutes, & intentæ sint, vt nihil scientiæ, nihil desit industriæ: sed absit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum, vt quid sit pontifex [a], quid vnctio, quid indumenta [b] eius, conferens intra sacrarium cordis sui possit aduertere.

Item ex libro Numerorum.

Populi gubernatio diuina electione præstetur.

CAN. XV.

Si ergo tantus ille ac talis Moyses non permittitur iudicio suo de eligendo populi principe, de constituendo successore, quis erit [c], qui audeat vel ex plebe, quæ sæpe clamoribus [d], aut gratia, aut pretio fortasse excitata moueri solet: vel ex ipsis etiam sacerdotibus, quis erit qui idoneum [e] ad hoc se iudicet: nisi si cui hoc oranti & petenti à domino reueletur: sicut & Deus dicit ad Moysen: Assume ad temetipsum Iesum filiũ Naue hominem, qui habet spiritum Dei in semetipso: & impones manus tuas super eum, & statues eum coram Eleazaro sacerdote, & præcepta ei dato in conspectu totius synagogæ, & præcipe de ipso coram eis: & dabis claritatem tuam super illum, vt audiant eum filij Israël. Audis euidenter ordinationem prĩcipis populi tam manifestè descriptam, vt penè expositione non egeat. Nulla hic populi acclamatio [f], nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est: propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegit: homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) spiritum Dei in semetipso, & præcepta Dei in conspectu eius sunt: & qui Moysi valde notus & familiaris sit: id est, in quo sit claritas eius legis & scientia, vt possint eum audire filij Israël.

Item Gregorius ciuibus Neapolitanis.

Non ex fauore, sed ex iudicio debet venire electio.

CAN. XVI.

Nec nouum [g], nec reprehensibile [h] est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est quando in huiusmodi causa non ex iudicio sed ex solo fauore venit electio.

Cùm autem gubernatio populi ei traditur, quem Deus elegit, datur intelligi, q aliquando quibusdam traditur, quos Deus non elegit.

Vnde Hieronymus.

Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps ecclesiæ.

CAN. XVII.

4 Audacter fortasse aliquid dicimus, tamen quod scriptum est dicimus: Non semper princeps populo, et iudex ecclesiæ per Dei arbitrium [i] datur: sed pro vt merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, et operamur maligna in conspectu Dei, datur nobis princeps secundùm cor nostrum. & hoc tibi de scriptu-

a Pontifex. Vel eius officium. xxxvj. di. si quis vult.

b Quid indumenta. xliij. dist. sit rector discretus.

c Si ergo. Quis erit. Argu. ꝙ non licet minori, quod maiori non licet. xxxij. q. v. si Paulus.

d Clamoribus. Sic ergo electio, quæ fit ad clamorem populi, nõ valet: vt hic, & extra de electio Ossius. & est simile C. de pœnis. l. decurionum. sic xxij. q. iiij. vnusquisque [1]. Qui enim ad clamorem populi manumittit aliquem, videtur coactus manumittere. C. qui manumitt. non possunt. l. ij. & ff. qui & à quibus. si priuatus. Quandoque ad vocem populi aliquid fit. xxviij. di. de Syracusanæ. 50. dist. vt constitueretur. attamen ad clamorẽ populi remittitur alicui pœna. ff. de fica. l. pen. De hoc not. lxj. distinctio. miramur.

1 Vbi de hoc & 17. q. j. sunt q[...] opes, in [...] princi. ibi [...] videas.

e Quiidoneum. Argu. ꝙ nullus potest se eligere. s. ea. in scripturis.

f Acclamatio. s. cap. proxi. contra. Sed ibi bonum testimonium populi auditur, hic vero strepitus negatur. v. q. iiij. in loco.

g Nec nouum. s. s. lxiij. distinctio. nosse. quia quot sũt homines, tot sunt sententiæ: quot sunt sententiæ, tot sunt opiniones. j. de conse. distinctio. iiij. sicut in sacramentis. & ff. de recept. arb. l. item si vnus. §. principaliter.

h Nec reprehensibile. Si non est reprehensibile, quare ergo cassatur electio, quæ fit in schismate? vt extra de electio. quia [2].

2 Dic q̃d tunc non est reprehensibile, cũ vtraq; pars mouetur bono zelo, ar. lxv. di. c. j. lxx. di. si duo. Archidia.

Audacter. Hæc est iiij. pars q. in qua dicitur, q̃d quãdoq; dat Deus malos prælatos propter peccata populi. & hoc probat per cap. istud & sequens. Io. de Fant.

i Arbitrium. Approbatũ: ne sit contra j. xxiiij. quæ. j. quid culpatur. vbi dicitur, quod non est potestas, nisi à Deo iubente, vel sinente. xxvj. quæ. v. nec mirum. sed nõ approbat [3], sed permittit eos regnare. simile vj. q. j. ex merito.

3 Scilicet omnẽ potestatẽ: quia aliqua est Et mala, sed tamen permittit de⁹ regnare eã propter peccata populi. Vnde Iob. Facit De⁹ regnare hypocritã propter peruersitatem populi, subintelligitur puniendam, vel vindicãdam. secũdũ Hu. & Lau.

ris sanctis probabo: Audi nanque quid dominus dicat: Fecerunt sibi regẽ, & non per me [a]: principem, & non per consilium [b] meum. Et hoc dictum videtur de Saule illo, quem vtique ipse dominus elegerat & regem sibi fieri iusserat: sed quoniam non secundùm Dei voluntatem, sed secundùm peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate, vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesijs fieri, ꝙ pro meritis, aut in verbo, aut opere potens à Deo tribuitur rector ecclesiæ, aut si malignum faciat populus in cõspectu domini, & tales perseuerent: talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famem & sitim populus patiatur: non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei.

Item Augustinus.

Non sunt filij, sed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt.

CAN. XVIII.

SVnt in ecclesia quidam prępositi de quibus apostolus Paulus dicit: Sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Quid est sua quærentes? Non Christum gratis diligentes, sed Deum non propter Deum quærentes: temporalia commoda sequentes, lucris inhiantes, honorem ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc [c] seruitur Deo quisquis talis est, mercenarius est: inter filios eius se non computet.

Non ergo qui præficiantur, semper cæteris meliores intelliguntur.

Vnde Hieronymus ad Titum, capitulo primo.

Ex electione non præficiuntur episcopi, sed comprobantur.

CAN. XIX.

ILlud inferendum est aduersus eos, qui de episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos: quia non statim omnibus his meliores [d] sunt, qui cæterique episcopi non fuerint ordinati, & ex eò, quod episcopi electi sunt, ipsi se magis existiment comprobatos: sed intelligant Propterea quosdam, à sacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint. Si autem peccata filiorum iustum ab episcopatu prohibent [e], quantò magis se vnusquisq; considerans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur: retrahit se ab hoc non tam honore, quàm onere, & aliorum locum qui magis digni sunt, non ambit occupare.

Item eiusdem ad Titum, capit. j.

Pro gradu sui officij quenque meliorem esse oportet.

CAN. XX.

QValis enim erit ædificatio discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem [f]? Vnde non solùm episcopi, presbyteri & diacones debent magnopere prouidere vt cunctum populum cui præsident conuersatione, sermone ac scientia præeant: verùm etiam & inferior gradus, exorcistæ, lectores, custodes ædium, acolythi, & omnes omnino, qui domui Dei deseruiunt, quia vehementer ecclesiam Dei destruit meliores [g] laicos esse, quàm clericos.

Item ad Titum, capi. j.

Populus iudicabit episcopum sua officia non agentem.

CAN. XXI.

VEreor [h], ne quomodo regina Austri veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, iudicatura [i] est homines temporis sui: & viri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ

[a] Et non per me. comprobãtem, sed tamen iubẽtem. Et ita est arg. ꝙ quandoque aliquid iubemus ꝙ non approbamus. Et est arg. contra ea quæ per improbitatem obtinentur, ꝙ illa dicuntur fieri inuito dante, vt extra de rescrip. si quando. & C. de peti. bo. subla. l. j. et vij. quæ. j. scias. vbi habes, ꝙ qui inuitus aliquid facit, potius dicitur pati, quam facere: vt s. di. vj. testamẽtum.

Osee 8.a

[b] Per consilium. i. approbationem.

[c] SVnt in ecclesia. Propter hæc. Arg. pro temporali non esse seruiendum alicui, nisi secundario: vt lxxv. di. c. vlti. & lxj. di. quid proderit. & lxxij. di. consuluit. & lix. dist. c. si officia.

[d] ILlud. Meliores. Argumen. quod non plus debet pro aliquo pręsumi ideo, quia habet dignitatem. xl. di. non loca. & ca. multi. & ij. q. vij. quæritur. & di. ix. ego solus. Argum. contra. xj. quæ. iij. absit. & lxj. distin. miramur. in fine.

[e] Prohibent. Propter negligẽtiam [1]: vt s. xlvij. di. ca. sicut hi. §. necesse.

1 Sub. quę facit peccatũ propriũ. arg. vij. q. j. ca. aduersitas. §. cũ autẽ. versi. tali.

[f] QValis. Maiorem. Sic s. xcvj. di. quis dubitet. s. di. lxj. statuimus. & c. quid proderit. vnde quidã discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedrã: et dum delectantur in loco gloriæ, fiũt alijs authores ruinæ: vt xlviij. dist. quoniam. cum magister faciat cathedram, nõ cathedra magistrum: vt xl. di. c. vlti. magistri enim moribus & scientia & facũdia debent alios præcedere, vt C. de professo. & medi. magistros. libro x. & erit talis magister, cuius comparatione sui discipuli pares dicantur,: vt xxv. distinct. cap. vnum orarium. §. criminis.

Phili. 2.c

Cathedra non facit magistrũ.

[g] Meliores; &c. id est, clericos esse deteriores, quam laicos: sufficit enim clerico si est bonus.

[h] VEreor. Id est, verecundor.

[i] Iudicatura. Non potestate iudicij [2]: quia illud fœminæ non habent. iij. quę stione vij. capi. infamis. §. tria. ff. de reg. iur. l. ij. Condem [redacted]

condemnabunt [a] eos [b], qui maiorem etiam Iona saluatorem contempserunt, sic plurimi in populis episcopos iudicent [c], subtrahẽtes se ab ecclesiastico gradu, & ea quæ episcopo conueniunt non exercentes.

Itẽ Ambrosius in increpatione ad populũ.

Qui clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet.

CAN. XXII.

QVid autẽ ego vos arguo, cùm positis me vno sermone conuincere [d]? conuincor enim ego, cùm in hac parte clericos vobis magis video negligẽtes. Quomodo enim possum corrigere filios, cũ fratres [e] emendare non possim? aut qua fiducia succenseam [f] laicis, cùm à consortibus pudoris verecundia cõticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: sunt certè quidã deuoti, sunt & alij negligentes. Ego neminem [g] nomino: conscientia sua vnumquenque conueniat.

Item Beda super Mathæum.

Episcopo ad salutem non sufficit moribus & vita populo adæquari.

CAN. XXIII.

NEc sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum fide, vel actibus adæquemur, qui bus sacris literis vnica † est credendi [h] pariter & viuẽdi regula præscripta.

*Ne ergo (ut supra dictum est) tales sui officij successores aliquis sibi quærere*t, *prohibentur episcopi alterum pro se successorem sibi statuere, ac designatis nominibus in locum suum alium sibi subrogare.*

QVÆSTIO II.

QVòd autẽ amicorum patrocinia [i] in aliquorũ electione conualescere nõ debeãt, authoritate beati Gregorij papæ probatur, qui in tertio libro registri scribit Antonio subdiacono dicens:

In electione episcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualescant.

CAN. I.

ILlud quidem præ omnibus curæ tibi sit, vt in hac electione nec datio quibuscũque modis interueniat præmiorum, nec quarũlibet personarũ patrocinia [k] conualescant. Nam si quorũdam patrocinio [l] qsquam fuerit electus, voluntatibus eorum cùm fuerit ordinatus, reuerẽtia exigente obedire cõpellitur [m]: sicque fit, vt res illius diminuãtur ecclesiæ, & ordo ecclesiasticus non seruetur. Talem ergo te admonente debent sibi personam eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deseruiat: sed vita & moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

Item ad clerum Mediolanensem.

In electione antistitis communi vtilitati, non suo lucro quisque prospiciat.

CAN. II.

DIlectißimi filij, officij nostri censura commoniti suademus, vt in suscipiendi antistitis causa nullus vestrum

[a] Condemnabũt. melius viuendo.

[b] Eos. scilicet Iudæos.

[c] Iudicent. s. dist. xxviij. c. vlti. contra s. dist. xxj. nolite. contra. vj. quæst. j. oues. cõtra. sed nõ dicũtur subditi corrigere, siue iudicare prælatos potestate officij, sed vitę comparatione: vt j. quæstio. j. nonne.

[d] QVid autem. Cõuincere. & ruborem incutere ex hoc, quod laici meliores sunt clericis. non enim posset ob hoc reprehendi. xlvij. dist. quod ad nos. quia nõ criminis relatione, sed innocentia reus purgatur. ff. de publ. iudi. is qui.

Re innocentia purgatur.

[e] Cũ fratres. alias socij dicuntur. x. q. iij. cauendum.

[f] Succenseam. id est, irascar.

[g] Neminem. contra s. v. quæstio. v. non vos. sed hic loquitur, quando crimen nõ potest probari: ibi quando potest. Occulta enim crimina nõ habent vindictam. vj. quæstio. j. omnia. xxij. dist. erubescant.

[h] NEc sufficere. Credendi. Quãtum ad articulos fidei. laicis tamẽ suff. cit pictura pro doctrina. de consec. dist. iij. perlatum.

QVod autem. Hic ponitur secunda quæstio, vbi quæritur, an amicorũ patrocinia cõualescere debeãt in electione aliquorũ. Et certe, si consistãt in pecunia vel obseqo, simonia est, vt s. j. q. j. sunt nõnulli. In precibus distinguit, aut enim sunt carnales, aut spirituales. Carnales pro digno non inducunt simoniam, vt j. q. j. quibusdam. pro indigno sic, vt j. quæstio. j. de ordinationib. Spirituales vero valent, nec p eas inducitur simonia. vt j. q. j. latorem. in obsequio etiam cõsueuit distigui vtrũ sit honestũ, vel nõ: & si honestũ, vtrũ exprimatur vel deducatur in pactum, quod seruiat vt præbenda sibi cõferat.

[redacted]

[i] Patrocinia. Patrocinia aut consistunt in pecunia, vel obsequio: & tũc fit simonia. aut in precib: & tũc aut sunt carnales, aut spirituales. Si spirituales, valent: nec per eas simonia cõmittitur [1], vt j. q. j. latorem. carnales etiã pro digno sunt recipiendæ: vt j. quæsti. j. quibusdam. in fin. sed preces carnales pro indigno factæ, inducũt simoniam. j. quæstio. j. c. de ordinationibus. & dic vt s. ead. Moyses.

Simonia an inducatur per amicorum patrocinia.

1 Ad idem l. dist. clerico. vbi de hoc.

[k] ILlud. Patrocinia. Nisi dign sit ille, pro quo petitur, vt s. j. q. j. nullus itaque. & capit. pueri. & ca. quibusdam. in fi.

[l] Patrocinio. Sed nonne suffragiũ patris prodest filio. ff. quod cuiusque vniuersi. l. illud? Sed illud quantum ad numerum eligentium.

[m] Compellitur. Quis ad antidora tenetur, vt ff. de peti. hæred. sed & si. §. cõsuluit. & lxxxiij. distinc. nihil. & extra de testa. cum in officijs. humanum enim est, vt qs exhibeat ei reuerẽtiam, à quo percepit beneficiũ, vt xvj. q. ij. visis.

Benefici collatori reuerentia debetur.

DIlectißimi filij. Libero.

Universidad de Deusto Biblioteca

a Libero. Sic lxxxiij. distinct. nihil. sic xj. quæst. iij. quatuor.

b Iudicari. Argu. quod electum, quem semel comprobasti, nõ potes postea reprobare [1]: vt infra xxxij. q. v. horrendus. argu. extra de his quæ fi. à ma. parte cap. ex ore. in fi. ſ. dist. iiij. erit. & c. in istis. ſ. ea. q. proxi. c. licet. fi. ff. de decur. l. pen. in fi. & argu. ff. de pact. dota. conuenire. ff. de negot. gest. l. Pomponius. Arg. cõtra C. de libe. cau. non idcirco. & l. non mutãt. & C. de profes. & med. l. grammaticos. lib. x. extra de elect. c. cum dilectus. contra. vbi patientia nõ æquiualet electioni, contra id qđ est. ff. de pu. si ego. §. j. Solu. electus semel approbatus nõ potest amplius reprobari ab eligentibus: nisi ex causa noua, vel de nouo ad eorum notitiam veniẽte. Tunc enim bene potest ab eis reprobari, vt extra de offi. delega. insinuante. & extra de except. pastoralis. & ff. de mun. & hono. vt gradatim. §. reprobari. & ita intelligitur illa decr. & illa lex, grammaticos.

Electus semel approbatus, an posſit postea reprobari.

1 Arg. ad hoc extra de despon. impu. de illis. j. §. vlt. vbi de hoc & extra de regula. ad nostrã. ibi videas in glos. j. Ad idẽ extra lib. vj. de electio. nulli. Archidiac.

neglecta vtilitate communi suo lucro prospiciat: ne si quisquam propria commoda appetit, friuola æstimatione fallatur: quia nec libero a iudicio præferendam sibi personam examinat mẽs, quam cupiditas ligat. Pensantes ergo quæ cunctis expediũt, ei, quẽ vobis gratia diuina prætulerit, integerrimã semper in omnibus obedientiam præbete: id est, talem eligite, cui semper debeatis obedire. Iudicari b nanque à vobis vltra non debet semel prælatus: sed tantò nũc subtiliter iudicãdus est, quãtò postmodum iudicandus non est.

QVÆSTIO III.

Qvod autem c *quæritur, an simoniacus habendus nõ sit qui post electionem pro indemnitate ecclesiæ iuramentum præstiterit, facilè probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentum facere, uel se pacisci factum ad hoc, ut eligatur: aliud est nulla præcedente conuentione post electionem huiuscemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus in pensum deijcit: hoc autem consecrando nullum impedimentum generat. De priori casu scribit Pelagius clero Catinensi.*

Qui in episcopum eligitur, de rebus ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat.

CAN. I.

e Lerici. Indignis. Licitas enim negotiationes poſſunt clerici facere:vt extra ne cler. vel mona.c.j.et hoc cum eis ſua non ſufficiunt: vt xcj.diſt. cap.clericus.
f Si ceſſare. Non ergo ſtatim deponẽdus eſt clericus propter vſuras. xlvij. diſt.c.j. Arg.contra xlvij.diſt.ca.ij. Soluſtatim deponendus eſt:& quod hic dicitur, refertur ad facultatem diſpendi.
g MIniſtri.Data. ſ. xlvj. diſt.c.non licet.
h CAnonum.Et eadem forma,ſed in rudi materia poſſũt emere coriũ & chartas,et inde facere ſolutares & libros:vt xxj.q.j.ca.j.& xcj. diſt.ca.clericus.nec eſt negotiatio, ſed artificium.
i SI quis oblitus. Ex quolibet.

vſura eſt,& veſtis vſura eſt,& quodcunq; accedit[a] ſorti,vſura eſt:& quod velis nomen ei imponas,vſura eſt.Item ſi quis inſtaurandum conuiuium putat,ad negotiatorem[b] mittit, vt abſinthiaci cupellam† deferat ſibi gratis.ad cauponem dirigit,vt Piceum vinum aut Tyriacum requirat:ad laniũ, vt hyllam ſibi ꝓcuret: ad aliũ,vt ſibi poma[c] adornet.

Item ex concilio Agathenſi.

Quando amplius,quàm debetur exigitur,vſura accipitur.

CAN. IIII.

VSura eſt, vbi amplius requiritꝰ, quã quod datur: verbi gratia,ſi ſolidos decem dederis,& amplius quæſieris: vel ſi dederis frumenti modiũ vnum,& ſuper aliquid exegeris.

Ecce *euidenter oſtenditur, quòd quicquid ultra ſortem exigitur,vſura eſt.*

QVÆSTIO IIII.

QVòd verò[d] nec clericis, nec laicis licеat *vſuras* exigere, *probatur auctoritate Gelaſij & aliorum.*

Ait enim Gelaſius papa *ſcribens clericis per Lucaniam & Siciliam.*

A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant.

CAN. I.

CLerici ab idignis[e] quæſtibus nouerint abſtinendũ,& ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum.In quocunque verò gradu ſint, ſi ceſſare[f] noluerint,mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur.

Item ex concilio Arelatẽſi primo,quod cõfirmauit papa Syluester.

Excommunicentur miniſtri altaris,qui fœnerantur.

CAN. II.

MIniſtri, qui fœnerantur, placuit iuxta formã diuinitus datam[g] eos à communione abſtinere.

Item ex concilio Teraconenſi.†

Qui volunt eſſe in clero, à ſtudio negotiationis abſtineant.

CAN. III.

CAnonũ ſtatutis firmatum eſt,vt quicunque in clero eſſe voluerit,emendi vilius,& vendẽdi[h] carius ſtudio non vtatur.quod ſi exercere voluerit,cohibeatur à clero.

Item ex concilio Martini papæ.

Alienetur à clero vſuras aut ſuperabundantiam exigens.

CAN. IIII.

SI quis oblitus timorẽ domini & ſanctarum ſcripturarum, quæ dicunt: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurã. poſt hanc cognitionẽ magni concilij fœnerauerit,vel cẽteſimam exegerit,aut quolibet[i] negotio turpis lucri quæſierit,aut per diuerſas ſpecies vini,vel frumẽtis,vel cuiuslibet rei emendo,vel vendendo aliqua incrementa ſuſceperit: de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

Item ex eodem.†

Pro pecunia,quam clericus mutuò dedit,iuſtoprecio ſpecies accipere poteſt.

CAN. V.

SI quis clericus in neceſſitate ſolidũ[k] præſtiterit,hoc[l] to accipiat,quod[m] pore ſtatuto[n] dari.Cæterùm,ſi ſpeciem ceſſariam, ipſum, quod augmento recipiat.

Item ex concilio Agathenſi tertio.†

Clericus non accipiat plus,quàm commodauit.

CAN. VI.

NVllus clericorum amplius accipiat, quàm commodauit.Si pecu-

k Si quis clericꝰ. Solidum.ſciiicet pecuniam numeratam.
l Hoc.i.tantum.
m Quod.id eſt,quãtum.
n Mercãdi. Si deberent vendi.
o Tempore ſtatuto.id eſt, ſolutionis tempore.
p Decretum.A iudice vel ab alio:ſcilicet hoc vult dicere, qđ creditor frumentum pro tanta pecunia debet recipere, quantã valuit tẽpore ſolutionis: & ita conſiderandũ eſt tẽpus ſolutionis. Sed ſi non eſt præſtitum,tũc æſtimatur quantum valet tempore,quo reſpenſit vt ff.ſi cer.pet.l.vinum.

Quoniam.

niam, pecuniã accipiat: ſi ſpeciem, eãdem quam dedit, accipiat: & quicquid aliud,tãtum quantum dedit accipiat.

Item Leo Papa.†

Etiam laicis vſura damnabilis eſt.

CAN. VII.

NEc hoc prætereundum quoque duximus eſſe, quoſdam lucri turpis cupiditate captos, qui vſurariam exercere pecuniam,& fœnore volunt diteſcere:quod nos, vt non tantùm dicamus in eos,qui ſunt in clericali ordine conſtituti, ſed etiam in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus: quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati,decernimus: vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Item ex Niceno concilio.†

Ejiciantur à clero turpia lucra ſectantes.

CAN. VIII.

QVoniam multi clerici auaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurã. ſtatuit hoc ſanctum concilium, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc diffinitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari , vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum† dare:omnis, qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum[a] ,deniq; clericis.vbi agitur ad intereſſe.

Vicunque. Modium.

Si aliquis vendat [illegible] merces, quæ modo [illegible] valent quatuor,& [illegible] facit pactum vt eſt [illegible] dentur quinque ad [illegible] termium præfixũ, [illegible] non eſt vſura [illegible] ſi dubium eſt quan [illegible] poſſunt valere [illegible] ille ad terminum præfixum, vt extra de vſur.c. in ciuitate. licet ſi venderet longe cariori foro,quã modo valeant,tunc eſt vſurarius vt extra eod.ca.conſuluit. Et q dicitur de venditione mer [illegible] tempore contra [illegible] ſi quis. Rapinam. Sic ergo vſurarius eſt rapitor, ergo in eum [illegible] ſententia. Et ſic [illegible] ſimoniacum. po [illegible] ſimoniacum. [illegible] ſimoniacum. [illegible] ſimoniacum.

Universidad de Deusto Biblioteca

a A Billo. Cui. Sicut nulli nocere debes, sic à nullo debes petere vsuras, vt c. intelligatur negatiue, & sic planum est. Alij dicunt q ab hostibus licitum est petere vsuras. nam et omnia eorum licite possumus auferre: vt xxiiij. q. viij. c. j. & ij. & quibuscunque insidijs possumus nocere eis: vt xxiij. q. ij. ca. dñs.

b Vbi ius. Iustū. bellum est q gerit̃ur ex edicto principis: vt xxxiij. q. iij. ca. iustum. Ioan.

QVod vero. Hæc quę. diui ditur in quatuor partes: in prima quarum probat per ix. autho. q de vsuris & rebus male acquisitis, de quibus dominū nō transferturn, nō possunt fieri eleemosynæ. Secunda ibi, Econtra. Tertia ibi, Itē obijcitur. Quarta ibi, Sed Aug. Ioan.

c Quod vero. Quidam generaliter dicunt, q de nullo illicite acquisito potest fieri eleemosyna: nec de meretricio, nec de vsura, nec de alea, nec de histrionatu, nec de simonia. Scriptum est enim: Honorabis dominū deum tuum ex iustis tuis laboribus. j. q. j. nō est putanda. & in Deut. dicitur, Non accipies mercedem prostibuli. et est argu. ad hoc ſ. c. eleemosyna. & xxxij. quæ. iiij. sicut non sunt. Nam illicite acquisita non sunt in bonis nostris, nec nostra: vt ff. pro so. cū duobus. §. vlti. Alij dicunt, q si de illicite acquisitis non transfertur dominium, vel etiam transfertur, sed competit repetitio, non potest tamē fieri eleemosyna: vt in vsura. arg. extra de iureiur. debitores. & in simonia: vt extra de sim. veniēs. Sed si non datur repetitio et transfertur dominium, bene fit inde eleemosyna: vt si aliquid datur meretrici, illud non potest repeti: vt ff. de condi. ob tur. cau. idem quod ſ. §. quoties. vnde de tali potest meretrix facere eleemosynam. Idem de eo quod extorquetur ratione officij alicuius: vt ſ. ead. non sane. Quod autem dicitur, quod sacerdos nō potest percipere mercedem prostibuli, potest dici q non debet recipi oblatio meretricis, licet eleemosyna possit inde fieri. & hęc est ratio, vt propter ruborem citius cōuertatur: vt xc. distinct. oblationes. & xvij. quæstione iiij. miror. Sed de illis, quæ sunt extorta per violentiam, non ratione officij alicuius, vt de rapina et de furto, non potest fieri eleemosyna. Dicit̃ tamen quidam, q si res furtiua vendat, de nūmis illis potest fieri eleemosyna: quia nō sunt nūmi furtiui, quidam pro re furtiua: vt ff. de fur. qui vas. §. vlti. q non credo, vt extra de vsuris, cum tu. in fi.

Eleemosyna vtrum fieri possit de illicite acquisitis.

† Id est, sermonē. C. M.

pſ

Vòd vero c eleemosynæ nō sint faciendæ ex fœnore, uel usuris, nec quolibet malè acquisito, Augustinus testatur in libro de uerbis domini, tractatu †xxxv.

De vsuris eleemosynæ fieri non possunt.

CAN. I.

NOlite velle eleemosynas facere de fœnore & vsuris d.

Item Augustinus.

Oblatio de rapina reprobatur.

CAN. II.

IMmolātis ex iniquo, oblatio est maculata. Dona iniquorū non probat altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum e, nec in multitudine f sacrificiorū eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est †: qui defraudat illum, homo sanguinis g est: qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit, necessariò fratres h sunt.

Item Augustinus in homilia. †

Non est aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egentibus.

CAN. III.

FOrtè aliquis cogitat & dicit: multi sunt Christiani diuites auari, cupidi: nō habebo i peccatum, si suū illis abstulero & pauperibus dedero. Vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero: sed huiusmodi cogitatio ei diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat pauperibus, quod abstulerat, addit potius peccatum quàm minuat.

Item Hieronymus.

De eodem.

PALEA.

NEmo qui rapit, moriens si habet unde reddat, saluatur. Si eos, quorum fuit, inuenire non poterit, ecclesiæ uel pauperibus tribuat.

Item Ambrosius.

De eodem.

PALEA.

RAptam emere non licet, nisi ea intentione, ut cui est ablata restituatur.

Item Augustinus. †

Furtum committit, qui inuentum non reddit.

d NOlite. Vsuris. Hic intelligitur verborum maledicus, & fœnus dicitur vsura vsurarum. vnde Lucanus, Hinc vsura vorax, auidumque in tempore fœnus.

e IMmolantis. Iniquorum. ſ. j. q. j. nullus. & ca. non est putanda.

f Nec in multitudine. sed in meritis vt xxiiij. q. j. odi. Sāguinis. Supra lxxxvj. dist. pace.

g Fratres. Id est, pares, siue similes in peccato. ſ. ea. c. multi. & de pœ. dist. j. homicidiorum.

h FOrte. Non habebo. Nec enim propter bonum est faciendum malum: vt xxxv. q. j. noſſe. xxxij. quæ. iiij. ſicut nō sunt. Non videt tamen quod talis furtum cōmittat: quia furtum nō fit, nisi adhibito animus lucrādi: vt ff. de fur. l. j. sed nō est ita: quia species lucri est ex alieno largiri: vt ff. de fur. si pignore. §. j.

Si

a SI quid inuenisti a, & non reddidisti, rapuisti, quantum potuisti feci sti: quia plus non inuenisti, ideo plus non rapuisti. qui alienum negat, si posset, & tolleret. Deus cor interrogat, non manum.

Item Gregorius. †

Qui de rebus concessis & bene quæsitis eleemosynam impendit, illa placet Deo.

CAN. V.

ELeemosyna redemptoris nostri oculis illa placet, quę non ex illicitis & iniquitate congeritur: sed quæ de rebus concessis & bene acquisitis impenditur.

Item Hieronymus in libro Leuitici. †

Peccat qui res inuentam non reddit.

CAN. VI.

MVlti sine peccato putant esse, si alienum quod inuenerint teneant, & dicunt b: Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Discant hoc peccatum simile esse rapinæ, si quis inuenta non reddat.

Item Augustinus.

Bonus vsus non iustificat iniustè quæsita.

CAN. VII.

NEque enim si agris iniquè ac perperā inuasis, ita quisquā vtatur, vt ex eorū fructibus largas eleemosynas faciat, ideo rapinam iustificat. c Neq; si aliàs ruri paterno, vel iustè quæsito auarus incūbat, ideo culpanda est iuris ciuilis regula, qua possessor legitimus factus est. Nec tyrannicæ factionis peruersitas laudabilis d erit, si regia clementia tyrannus subditos tractet.

Nec vituperetur ordo regiæ potestatis, si rex crudelitate tyrannica sæuiat. Aliud est nanq; iniusta e potestate iustè velle vti, & aliud est iusta potestate iniustè velle vti.

Item Ambrosius in libro † de officijs.

Cum alterius detrimento alteri subuenire non licet.

CAN. VIII.

DEnique f si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum g iuuari, quàm grauari alterum. Ideóque in causis pecuniarijs interuenire non est sacerdotale h, in quibus non potest fieri quin frequenter lædatur alter, qui vincitur: quoniam intercessoris beneficio se victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse vel le omnibus: posse autem solius Dei est.

Item Gregorius in registro.

Eleemosynæ & sacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere.

CAN. IX.

SCriptum i est, Victimæ impiorum abominabiles sunt Deo: vota iustorū placabilia. neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid, sed à quo detur inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit Deus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit. Dicturus quippe quia dominus respexit ad munera, præmisit solicitè quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus. sed munera ab offerente placuerunt. Dona quippe iniquorum non placent, quia nec malum approbatur propter bonum cohærens k: vt 1 vij. di vndecimq;. & xxiij. q. v. relegentes. Ar. cōtra. xxij. q. ij. si quælibet.

d Laudabilis. Id est, licet iniuste eleēctus bene vtatur dignitate, per hoc nō conualescit dignitas: vt ſ. q. j. principatus. hoc tamen fallit: vt extra de renun. nisi.

e Iniusta. Id est, iniuste acquisita. Ois em̄ potestas à Deo est. arg. xxiij. q. j. quid culpatur.

f DEnique. Sic xj. q. iij. nolite. cum suis concor. & xiij. quæ. ij. non æstimemus.

g Neutrum. Arg. q nulli subueniendum est cum iniuria alterius: vt xxij. q. ij. primum, & cauendū est ne præ textu nocentis innoces puniatur. C. de his, qui latro. oc. l. ij. in fi. qa sanctius est, &c. ff. de pœ. absentē. & pœna suos tenebit authores. C. de pœn. sancimus. extra de his, quæ fiunt à mato. parte ca. quæstuit. nec debet alteri per alterum iniqua conditio afferri vt ff. de reg. iur. non debet.

h Non est sacerdotale. Arg. q sacerdoses non possunt aduocare in causis: vt hic, et lxxxviij. di. per latum. Arg. cōtra. xv. q. ij. obseruandū. Sol. corā seculari iudice non posſūt allegare, nisi. p certis plonis: vt extra de postu. c. j. sed corā ecclesiastico bene. Ioā. Hodie sacerdos nō potest postulare, ni si pro se et ecclesia sua, vel pro cōiunctis et miserabilib⁹ personis: vt extra eo. capi. vlti. B.

i SCriptū. Hoc c. expositum. est ſ. iij. quæ. vij. in grauibus. §. ecce.

Dixit.

1 Ad hoc ſ. q. vj. consuetudo.

2 Arg. 32. q. 4. ca. ſicut non sunt. 14. di. ſiin. quod ait. C. de sta. & ima gi. l. vlt.

Prouer. 15. b c

Gene. 4. c

Eccl. 34. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Dixit. Sumendum exemplum. Argu. ab exemplis nō esse argumentandum. xij.q.iij. gloria. versi. neque vero. Argum. contra. xxxvij. di. qui de mensa.

Prou. 15. d Alias, orationes iustorū exaudiet. Exod. 3. g

[b] Furtum. Argu. ꝙ hostes possumus decipere, & eis sua auferre: vt xlij. di. in mādatis. xxiij. q. vij. c. j. & ij. ẽ. di. viij. quo iure. et C. de commer. & mer. ca. l. ij. Hic tamen ideo excusant, qa maioris authoritate hoc fecerunt. & ita est argu. hic ꝙ authoritas maioris excusat in illicitis, vt lxiij. di. Salonitanæ. & de consec. dist. v. discipulos. xxiij. q. j. quid culpatur. sic Abraham & Samson, & alij multi fuerunt excusati authoritate domini: vt xxiij. q. v. si non licet. argu. contra. xvj. q. j. in canonibus. & xij. q. ij. quicunq;.

Item obijcitur. Hæc est iij. pars q. in qua quæritur vtrum rapina in decalogo inuentatur prohibita. & probat quod sic per c. seq. Ioan. de Fant.

[c] Penale. Id est, dignum.

[a] Nō mirū cū præcedat culpa: qa put dicit Augusti. plus fraudator lædit damno innocētiæ, quam alius damno pecuniæ. Pe.

† q. lxxj. lib. ij.

Delicta excusantur authoritate maioris.

† q. xxxix. a. d. c. ij.

quorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum: nec in multitudine sacrificiorum propitiabitur peccatis eorum. Idem: Longe est dominus ab impijs, & orationes† eorum non exaudiet.

[2] Ecōtra in Exodo legitur, ꝙ filij Israël exituri de Ægypto à vicinis suis acceperunt mutuò vasa aurea et argentea: ex quibus postea ædificauerūt tabernaculum domino.

His respondet Aug. in li. quæstionum Exodi.†

Non licet aliena rapere exemplo Israelitarum spoliantium Aegyptios. CAN. X.

DIxit dominus Ad Moysen: Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vasa argentea & aurea, et vestem. Non hinc quisquam sumendum exemplum[a] putare debet ad expoliādum isto modo proximū, hoc enim Dominus iussit, qui nouerat quid quenque pati oporteat: nec Israëlitæ furtum[b] fecerūt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt.

[3] Item obijcitur: Aliena rapere non est cōtra præceptum, nullo siquidem Dei mandato rapina videtur prohibita. Sed nomine furti omnis illicita vsurpatio rei alienæ intelligitur.

Vnde Augustinus in eodem libro.†

Maioris pœnitentiæ est violenter aliquid eripere, quàm furari. CAN. XI.

POenale[c] est occultè auferre: multo maioris[d] pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti siue occultè, siue palàm, habet præceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtū prohibuit: sed vtiq; furti nomine in lege veteris testamenti & rapinam[e] intelligi voluit: à parte enim[f] totum significauit, & quicquid illicitè rerum proximi aufertur.

His authoritatibus probatur, ꝙ neque ex rebus inuentis, neque ex malè cōquisitis eleemosynam quisquam facere potest.

4 Sed Augustinus contrà testatur dicens: †

De malè acquisitis bonum fieri potest. CAN. XII.

QVi habet is aliquid de malo, facite inde bonū: qui nō habet is de malo, nolite acquirere de malo[g]. Esto tu bon⁹, qui bonū facis de malo, & cū cœperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus: nūm tui conuertunt in bonū, & tu remanes malus?

Sed hoc multipliciter intelligit. Facit enim de malo bonū, qui reddit[h] quod illicitè abstulit. nomine etiam mali cura & solicitudo mortalium exprimitur. de malo ergo bonū facit, qui pauperibus dispensat, quod cum labore & solicitudine acquisiuit: iuxta illud Euangelij: Facite vobis amicos de mammona[i] iniquitatis. Vel ex malo acquirit, quod ex turpi causa possidetur, veluti cùm mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris quæ prænūtiat, nōnulla lucratur. Quæ verò de malo sic acquiruntur, in bonū possunt cōuerti: de pctō etiā aliqua nōnunq; acquirunt, quæ pauperibus iustè eroganf. † Epistola ad Macedo.†

Vnd Augustinus ad Macedo.†

Quæ malè acquiruntur, aliquando benè possunt expendi. CAN. XIII.

NOn sanè quicqd ab initio sumit, iuriosè auferē[k]: mā pleriq; nec medi coꝰ volūt reddere honorē suū, nec operario mercedē: nec tamē hęc, quæ ab iniuste

Sed Aug. Hæc est iij. pars q. in qua dicitur, ꝙ de quibusdā male acquisitis quādoq; transit dominium, & tunc potest fieri eleemosyna. Ioā. de Fant.

[g] Vihabetis. De malo. Gratianus tribus modis exponit illud verbum, facite de malo bonum. & bene, &c.

[h] Reddit. Vt in furto & rapina & in talib⁹ omnibus, vbi non transfertur dominium, nec datur repetitio.

[i] De mammona. Mammon dicitur dæmon, qui præst diuitijs.

ADDITIO.

Sub. non quod in eis potestatem habeat, sed quia homines teneat per eas. Archid.

[k] NOn fane. Aufertur.

[1] Per iudicem.

Nec medico. Præmittit cū hic medicos, quasi diuiniores: cū tamen medici nō sint maioris valoris, quare obstetrices: vt C. commu. de leg. l. ij duobus. † respon.

Patroc

[a] Patrociniū. hoc est cōtra Gu. qui dixit nihil posse recipi pro iusto patrocinio: vt not. xj. q. iij. nō licet.

[b] Ille. arg. contra illos, qui dicunt: si dedi tibi pecuniam, vt pro me iudicares in iusta causa, ꝙ non possum repetere pecuniam datam. vt ff. de condi. ob tur. cau. l. ij. vbi dicit, ꝙ talis litē perdit, qa videtur velle iudicē corrūpere. Ego credo, quod posset tales repetere pecuniā, si nō eo animo dat, vt iudicem corrumpat, iā si dat eo animo, vt ius & quietē sibi conseruet, tunc potest repetere: vt probatur extra de simo. dilect. sed ibi dicitur ꝙ repetit, si non seruatur pactū.

[c] Accipiunt. spor tulas.

ADDITIO.

Hoc intellige, cum non recipiunt salariū de publico. xxiij. quæst. j. militare. xxxvj. distin. non satis. versi. in singulis. de Faen.

[d] Amouetur. vide tur distinguere iter perpetuos & temporales officiales. Tē poralem vocat cū, qui amouetur: perpetuum vocat cum, qui perpetuo admouetur, id est, tradit tale officium.

[e] Repeti. de facto. Magisque. Hic vult dicere, ꝙ officiales reprehendūtur non ex eo quod alia quæ extorquent, sed quia ea immoderate exquirunt. Vnde alia non repetātur ab eis, nisi certū sit eas extorsisse. tunc enim si aliqd vltra hoc petierint, crimine concussionis tenentur: vt xiij. q. j. militare. & soluet quadruplum. xvij. dist. qū. Necessarię. perfo nę. ad officiū tale.

[f] Tanquā sua. arg. quod de rebus illicite acquisitis, dū tamen trāsferāt dominium in accipientes, sit eleemosyna, vt ex qui habetis.

[g] Donanda. pauperibus.

[h] Zacchæi publicani. qui dixit: Si quem defraudauerim, quadruplum. & sic patet quod licite quadruplum, vel duplum peti potest: vt xij. quæstione ij. cum deuotissimam.

Vod vero. Hæc quæstio diuiditur in quatuor partes, in prima quarū probat p ca. Aug. quod non agitur pœnitētia digna, si res non restituitur. Secūda ibi, Si vero. Tertia ibi, Pro malis. Quarta ibi. Furtū autem. Io. de Fant.

1 Quod vero. siue fiunt raptores. siue furtes, veram pœnitentiā non possunt agere: id est, fructum veræ pœnitentiæ non consequuntur, vt j. ea. c. j. tamen admitti debent ad pœnitentiam: vt extra de pœnit. & remiss. & quidam. & j. de pœnit. dist. iij. c. vlt. & dist. v. falsas.

[m] SIres. Nisi restituatur. Videtur hic ꝙ quanto Præscribens; tempore quis ptiõe cum aliena rem possederit. licet si tunc rit, ꝙ non currit in peruenta ea præscriptio, vt inala fides xxxiiij. q. ij. si vir- an debeat go. Nā diuturnitas restitui. tēporis non minuit, sed auget peccatum & aggrauat': vt i Vt ex. xxiiij. q. j. schisma. tra de con vnde in præscriptio fue. c. vlti. ne requiritur bona extra de fides à principio, & simon. cū in medio & in fine, in eccliæ. & ex omni tempo- extra de re præscriptiõis: vt eo q dux. extra de præscript. in ma. cū quoniam omne. Tu haberet. dicas, ꝙ si ex omni iuxta finē. parte præscriptiõis Archi. habuit bonam fidē, † Epistotūc res illa facta est la iiij. sua de beneficio iuris. Vnde tunc non est dicendum ꝙ habeat cōscientiā rei alienæ, licet post rē pus præscriptionis incipiat scire rē alienam fuisse: nisi vel Iis intelligere id est, rei quæ fuit aliena. Quidam' tamen di. a Vt Alia. cūr, quod si aliquis quod dicrem præscriptā haberet ex causa lucrativa, teneꝰ ipsam restituere, si remorlāti, & de det ipsum conscien cōcet. prætia: quia nihil depe- ben. capi. rire credimus eccle- nulla. Arfiæ vtilitatib⁹, si ea chdta. quæ sunt aliena red dantur: vt liiij. dist. generalis. Sed si cā tenetur: vt ff. de his

[n] Pariendo. i. permittendo, ꝙ alij male ei auferant.

[o] Redde. Hoc intellige, quando fur vel raptor nō est soluendo. Sed si esset soluendo, licet res, quam abstulerit

habet ex causa nō lucratiua, non quæ in fraud. credi. qui autem. §. si quid cum pupillo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stulerit, sine culpa sua perisset, tamen tenetur reddere æstimationem ipsius. C. de fur. subtracto.

a Cruciatus. Arg. & qui pauperes sunt & non sunt soluendo, semper verberandi sunt pro debito: vt xij. q.ij. fraternitas. & in l. libertus. & hoc est verum vbi conuenitur ex maleficio: sed si conueniuntur ratione cõtractus alicuius, tũc sufficit cedere bonis: vt C. qui bo. ce. posf. l. vlti.

Pauperibus quandoque sufficit bonis cedere.

b Peccati. ergo adhuc non est liberatus à debito, sed tãtum à pœna: vnde si postea puenerit ad pinguiorem fortunam, æque potest cõueniri: sicut ille qui ex aliquo cõtractu est obligatus. instit. de act. §. vlti. & extra de solutionib. Odoardus.

c Intercedere. vt xxiij. quæst. v. reos. xvij. q. iij. reũ. & est hic arg. quod clericus in foro seculari potest aliquem defendere in causa sanguinis: vt xxiij. qõ. v. c. j. ij. & iij.

d Subtrahimus. Argu. ſ. v. quæstio. v. non omnis.

e Adiuuat. Arguit quod non debemus dominos nostros iuuare in illicitis. xj. q. iij. si dominus. & cap. non semper.

f Exigere. id est, pœnas corporales infligere. Sed nõne clerici possunt, vel ecclesia potest pœnas corporales infligere: vt v. q. v. illi q. & xxiij. q. v. circũcelliones? Respondeo, potest vel possunt, sed non tantas quantas secularis iudex. Non enim potest punire quãtum ad membri mutilationem, vt extra de raptor. in archiepiscopatu.

Pœna corporalis ab ecclia potest infligi.

g Tradere. si ergo clericus cepit furem in domo, nõ tradet ipsum iudici. Sed si iudex furem captũ ei abstulerit vi, non imputatur clerico: alioquin licite auferrentur clericis sua, vt xxiij. q. v. vnum solum. Item nec clericum depositũ tradet episcopus iudici, extra de iudi. at si clerici. Vel dic, q clerici tales maleficos possunt tradere curiæ, non vt puniantur ad sanguinis effusionem, sed alio modo, vt

Clericus an possit furem tradere iudici.

extra de Iudæis. ita quorundam. & xj. quæstione j. si quis sacerdotum.

h Clam. si est occultum. ij. q. j. si peccauerit.

i Palam. Si est manifestum. vj. q. j. si omnia.

k Diuersitas. Arg. quod secundum diuersitatem personarũ diuersæ pœnæ statuũtur, vt xxij. q. ij. fraternitas. xxxiij. quæstio. iiij. cor ripiantur.

Si vero rem alienã. Hæc est ij. pars.

Ioan. de Fant.

CASVS. *Dictum est supra, quod res aliena domino restituí debet. Nunc vero ponit Gratianus casum, in quo non ipsa, sed eius æstimatio est restituenda: puta cũ res aliena fuerit cõsecrata, & ad hoc inducit seq. cap.*

CAN. II.

COmperimus nullã extitisse causam, p qua res eorũ potuissent rationabiliter à te occupari, atq; eas inconsulte ac temerè consecrari: idcirco experiẽtiæ tuę præcipimus, vt qa qđ semel consecratũ est, eis [l] non valet vltra restitui, † stu dij tui sit, vt ipse episcopus debeat pretiũ dare.

3 *Pro malis autem apud principes ecclesia debet intercedere, non eos temerario ausu defendere.*

Vnde Gregorius Romano defensori. †

Ecclesia pro malis intercedat, nõ eos temerario ausu defendat.

CAN. III.

HI qui furtis publicis implicati sunt, à nobis non videantur iniuste [m] defendi, ne opinionem malè agentium ex indiscretę defensionis ausu in nos vllo modo transferamus: sed quantum decet ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibẽdo, quibus valetis succurrite, vt alijs opem feratis, & opinionem sanctæ ecclesiæ non inquietetis.

4 Furtum autẽ non tam in quantitate rei, quam in affectu furantis considerat.

Vnde Hieronymus in epistola ad Titum. †

Non solum in maioribus furtum committitur, sed etiam in minoribus.

CAN. IIII.

FVrt autem non solũm in maioribus, sed in minoribus etiã iudicatur. non enim quod furto [a] ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione [b] non idcirco diuersa est fornicatio, si mulier sit pulchra, aut deformis, ancilla aut ingenua, parcula aut opulenta, sed qualiscunque illa fuerit, Vna est fornicatio: ita in furto quantũcunq; quis abstulerit, furti crimen incurrit.

CAVSA XV.

QVidam sacerdos crimine carnis lapsus esse perhibetur antequam sacerdotalem benedictionem consequeretur. Postquã uerò sacerdotium adeptus est, in furorem uersus quendã interfecit. Recuperata uerò sanitate, apud episcopum accusatur ab ea, cum qua lapsus esse dicitur. episcopus autem die dominico causam examinat: sacerdos inficiatur crimen sibi illatum: quorundam clericorum sibi pa-

trocinia quærit, illi uerò nõ sine pretio sibi patrocinantur. tandem episcopus confessionem quæstionibus extorquet: demum solus & absque synodali audientia illum sententia ferit.

1 Quæritur autem an ea, quæ mente alienata fiunt, sint imputanda.

2 Secundò, an pro impensis patrocinijs liceat clericis munera exigere.

3 Tertiò, an ex mulieris confessione, iste sit condemnandus.

4 Quartò, an die dominico eius causa sit uentilanda.

5 Quintò, an sibi negandi pœnitentiã sit deferẽda.

6 Sextò, an eius confessio cruciatibus sit extorquenda.

7 Septimò, an absque synodali audientia episcopus uxleat sacerdotem damnare.

8 Octauò, si sponte confessus est, aut ab alijs conuictus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit, an suscepti ordinis officium exequi sibi liceat.

QVÆSTIO I.

QVòd autẽ [c] quæ alienata mente fiunt, non sint [d] imputanda. facilè uidetur posse probari. Peccata nanque alia penes uoluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatem uidẽtur consistere. Est autem uoluntas (ut Augu. ait in lib. j. retractationum) motus animi cum quadam uoluntate fruendi, uel non amittendi, uel adipiscendi, uel assequendi, uel consequendi, uel obtinendi, uel non obtinendi, uel non assequendi, uel non adipiscendi, uel non consequendi, uel euitandi, uel non euitandi, uel non incurrendi, uel incurrendi. Quæ omnia uel quæ horum quibusdam similia, uoluntatis esse manifestum est. Infirmitas uerò naturæ, quæ ex primi hominis peccato in omnes homines transijt, multa facit inuitos, quæ tamen uoluntate facere uidentur. Quæ ideo non imputantur, quia non uoluntate, sed infirmitate fiunt. Quæ uerò uoluntate fiunt, ea sine dubio imputantur. Quæ uerò ex parte uoluntate, ex parte infirmitate fiunt, ea tanto minus imputantur, quanto plus infirmitati quam uoluntati tribuunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius esset sine non: quia primo ꝓbat, quod imputantur.

a Non imitãdum. Id est, non faciendum.

b Vel adipiscendum. i. faciendum.

c Quod ꝓpterea. Id est, in diffinitione voluntatis ideo ponitur affirmatio & negatio: vt ostẽdatur qua voluntate quis dicatur velens, & qua voluntate dicatur nolẽs. Nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis velle, & volũtate ad aliquid nõ faciendũ, dicitur quis nolẽs, et sic omnis nolens dicitur velens, & eadem qualitas dici potest voluntas & noluntas. Nam nolle facere, idem est, ꝙ non velle facere. vnde lapis nõ dicitur nolẽs, cum non habeat voluntatem non faciẽdi.

a. Corin. 14.g

Ioan. 16. 2

nam secundum regulam iuris, eius est velle: vt ff. de reg. iur. l. eius. Hinc patet ꝙ Aug. vult ꝙ eadem vis animæ sit vis concupiscibilis, & vis irascibilis. Nã per vim concupiscibilẽ appetimus aliquid, et per vim irascibilem detestamur aliquid.

Rom. 10. a Animæ vis est duplex.

d Concupiscentia. Id est, fomes originalis peccati.

e Ad pœnam. Sed non semper puniũtur peccata, quæ prouenĩũt ex ignorantia. xxxiiij. q. ij. in lectum.

f Ignorat. Id est, qui appetit ignorare, vel qui cõtemnit scire, vel negligit scire, cum possit quærere à peritioribus. Vñ quædam ignorãtia est ex simplicitate, vt illorum, qui ad literam aliquid intelligũt. quædã ex culpa: quædã ex negligentia, et secũdum hoc magis, vel minus punitur. xxj. q.

Rom. 7. b Ignorantia est triplex.

tractationum) animi motus ad aliquid imitandum, uel non imitãdũ[a], uel adipiscẽdũ[b], quod propterea[c] dictum est, ut hac diffinitione uolens a nolẽte discerneretur. Ex uolũtate itaq; peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquendi proposito cõmittuntur. Porrò infirmitas alia est animi, alia carnis. Infirmitas animi, est ignorãtia. Carnis infirmitas, est eius concupiscẽtia[d]. Ex utraq; autem infirmitate, quæ procedunt, imputantur ad pœnam[e]. Vnde de quibusdam ignorantibus dictum est: Si quis ignorat[f], ignorabitur. Tales illi erant de quibus Christus ait apostolis: Extra synagogam facient uos, quia arbitrabũtur obsequium se præstare Deo. De eisdem etiam Apostolus scribit in epistola ad Romanos: Testimonium illis perhibeo quia zelum[g] Dei habent, sed non secundùm scientiam. Nullum tamen eorum in perfidia sua perseverantem hæc ignorantia excusat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiunt: quæ nisi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apostolus lege carnis grauatus diceret: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore[h] mortis huius? &c. Siue ergo penes uoluntatem, siue penes infirmitatem peccata cõsistant, semper[i] imputantur ad pœnam. Cui[k] sententiæ illud Augustini de uera religione contrarium uidetur: Nullo adeò peccatum uolũtarium malum est, ut nisi sit uoluntarium, nullo modo peccatũ sit: & hoc quidem adeò manifestum est, ut nulla huic doctorum paucitas, nulla imdoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est peccatum committi, aut fãtendum est cum uoluntate committi. Sed hoc[l] non generaliter de omnibus peccatis intelligendũ esse, idem Augu. in lib. j. retractationum ostendit dicens: Vsque adeò peccatum uoluntarium malum est, ut nullo modo[m] peccatum sit, si non sit uoluntarium. Potest uideri falsa hæc diffinitio: sed si diligenter excutiatur, inuenitur uerissima.

Peccatum illud quippe cogitandũ est, quod tatummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati: † quãuis & illa quæ nõ immeritò non uoluntaria peccata dicuntur, quia uel à nescientibus, uel à coactis perpetrantur, non omnimodo possint non uoluntaria dici. Idem in eodem. Diffinitio peccati, quam diximus: Peccatum est uoluntas retinendi, uel consequendi, quod iustitia uetat, unde liberum est abstinere: propterea uera est, quia id diffinitum est, quod tantummodo peccatum est: non quod etiam pœna peccati.

Idem in li. quæstionum. †

Non sunt peccata nolentium, nisi nescientium.

ill. exceptissimus. c. quoniam. & c. ſi.

g Zelũ. Quidã ex Iudæis bono zelo mouebant contra discipulos dñi et ipsum dñm, & ipse dñs in cruce pro illis orauit, cũ dixit: ſ dimittе illis, quia, &c. Lucæ 23. Isti habebant zelũ, sed non secundũ scientiam. i. sciũ fidem, quia erroneam habuerũt cõscientiã. alij autem scienter deliquerunt. xxxiij. quæstio. j. paratus.

h De corpore. Id est, de dominio carnis, in qua mors est. E. di. v. sed pensandum. palea est.

i Semper. Allegando dicit.

k Cui. Hic allegat in contrarium ea, quæ mente alienata fiunt, nõ imputantur. vnde hic ponebant antiqui notulam, defensoriam.

l Sed hoc. Est notulaimpugnatoria.

m Nullo modo. Quidã dicunt simpliciter peccatũ, et nõ pœna. & quidã, & peccatum pœna peccati, et nõ pœna peccatũ. pœna peccati, sicut ignorantia, infirmitas, et obliuio. Illud autẽ dicit simpliciter peccatũ, ꝙ ex libera uolũtate, procedit. q dã tñ dñs, ꝙ omne peccatũ ꝑter peccatum primi parentis, sit peccatũ, & pœna peccati: peccata enim quæ quotidie facimꝰ, sunt pœna originalis peccati. Sed qualiter hoc stare põt, cũ ole ꝓna à deo sit, & nullum peccatũ à Deo sit, ergo nullũ pẽs sit, ergo nulla pœna est passio, & omne pẽs est pœna. Item ois actio. cũ ergo actio nõ sit passio, nõ è dicendũ ꝙ peccatũ sit pœna. Si autem alicubi inuenias, ꝙ peccatũ est pœna, expone. i. ꝙ quoliber peccato debet ꝓ pœna: quia est ꝓ ea pœna: quia est passio animi, quæ fit ꝓ peccato.

Zelum habent non secundum scientiam.

Finis causæ quinti.

Causa XV.

Mérito. CASVS. Duæ sunt hic quæstiones, quarum prima est, an peccata nescientium dicantur peccata nolentiũ? Et respondeo quòd sic: & ista responsio est in fi. c. Secũda est an peccatum, quod quis per metum facit, dicatur esse peccatum volentis, vel nolentis? & respondetur quod volentis: quia licet quis nolit directe ipsum peccatum ad quod cõpellitur, indirecte tamẽ vult illud per aliud, quod habere non potest sine illo peccato. Et ad hoc probãdum induci exemplum de peccante. Hæc sit a se habent. sequitur quod peccata coactiua sũt volentium.

a Cõpellitur. Refert qualis sit coactio, an absoluta, vel cõditionalis: vt infra. extra. quod metus. & ff. eod.

b Vult. arg. ꝙ cogens voluntatẽ habet. in literis. vt hic, & xxxiij. q. iij. displiceat. & quæsti. vlt. vides. & lxxxiij. dist. constat. & ff. qd met. fallit. & ff. qd met. can. & mulier. §. vlt.

c Ergo in istis casibus argu. ꝙ tenet matrimonium, licet coactio ꝓueniat, vt xxxij. q. iiij. inter. extra. & ff. de ritu nupti. & patre. Sed non est verum. vt extra de spon. ver. Sicut. & ca. cum locum. & xxxj. q. vj. & ij. Item sicut voluntas, est coacta voluntas, sic decepta voluntas dicitur voluntas, vt xx. q. iij. quod met. can. cum constituit. & extra de dilectus. & extra de cognat. contuga. ex parte. Arg. cõtra ff. de lib. ho exhi. l. iij. §. si quis volentem. & non est licentia, vt arg. xxxiij. q. v. notificasti.

d Vult. Certe argumentatio hæc non valet, volo ergo volo omne quod sequitur ex illo: vt iste vult fornicari, ergo vult damnari: nisi intelligas indirecte, & per consequentiam, vt dist. viij. quo iure.

e Nemo. Vnde Seneca: Et si scirem deos ignoscituros, hominẽs autem nescituros, adhuc dedignarer peccare.

Quæstio I. 703

f Nescientium. Sic nesciens non peccat. Et sic est contra xxxij. q. vij. quemadmodum. Solu. variis modis dicitur quis nescire. Dicitur enim nescire, qui nõ scit id quod facit, esse peccatum: vel non scit tantum esse peccatum quantum est: & talis nesciens punitur, licet non adeo grauiter, vt viij. distin. consuetudo. & pone exemplum de tali xiiij. qõ. v. forte. Item dicitur nescire, qui scit factũ, sed nescit qualitatẽ facti. talis quandoque punitur, si errat in iure. sic ignorabat Paulus concupiscẽtiam esse peccatum. extra de cõsti. nam cõcupiscentiã. quãdoque non punitur, scilicet cũ errat circa factum ipsum: vt xxxiij. q. ij. in lectum. Ité dicitur nescire propter casum sequentem, vt si aliquis volens interficere Iconẽ, dũ vult defendere hominem casu interficit hominem: vt 50. dist. sape. Item dicitur nescire, ꝙ omnino nescit, vt puer, ebrius, furiosus. talis enim non peccat, vt j. ea. aliquos.

Nescientium. Sic nesciens non peccat. Et sic est contra xxxij. q. vij. quemadmodum. Solu. variis modis dicitur quis nescire. Dicitur enim nescire, qui nõ scit id quod facit, esse peccatum: vel non scit tantum esse peccatum quantum est: & talis nesciens punitur, multiplicieter.

Llud. CASVS. Redit nunc Grat. ad principale propositum, & inducit legem istam ad probandum, quod ea, quæ sunt ex ignorantia vel mente alienata, non imputantur.

f Furiosus. Nota quod furiosus facit, idẽ est ac si casu accidisset, vt ff. de adimini. tu. l. vlti. in fi.

g Qui doli capax. Si enim est doli capax, bene punitur, vt extra de delict. puer. c. j. & de con. ij. fec. dist. iiij. eos. Sed omnino vide in impubere minoreas quod ri distinguit, an delegitur & linquat ex animo, not. co. ff. an ex culpa: vt C. si aduer. delit. l. j. & ij.

h Per iocum. dum tamen iocus ille non sit noxius, de homicap. vt extra de præsumpt. c. j. nam ludus noxius est in culpa: vt ff. ad leg. Aquil. nam ludus.

i Seruum suum. Secus si alienum seruum, vel etiam ei. in glo. qđ aliquem liberum hominem voluit percutere, & percussit alium: quia tunc tenetur actione iniuriarũ illi, qui percutitur: vt ff. de iniur. cum qui. §. si iniuria. Et

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc ideo, quia hic omnibus modis intendit nocere, & si non illi, cui nocet: sed sec' in casu priori. Et est argu. quod si aliquis credit solutam cognoscere, & cognoscat vxoratã, videtur quod non puniatur quasi adulter.[1]

1 Ista fuit sententia dñi Pilei, scilicet qđ nõ punit. pro hoc facit quod non cõmittitur adulteriũ sine dolo. ff. de adul. l. pe. ad ide facit ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. si quis. Arc.

a Non est reus. vt xxxiiij. quæstio. ij. in lectum.

b Penitus. Cũ enim insistit quis operi illicito, tunc non excusat casus: secus si licito: quia tunc excusat, vt 50. distin. sæpe.

c Firmissime. Pro nomine Christi. Duntamen adsit charitas. aliter nõ sufficit alicui ad salutem pati martyrium, vt xc. distinc. neque.

d Per baptismũ. deberet addere tertium membrũ, scilicet baptismum contritionis. Et em triplex baptismus, fluminis, flaminis, & sanguinis, id est, aquæ. & sanguinis, et contritionis, vt de consecr. dist. iiij. ca. baptismi vicem. (Baptism' triplex.)

e De bobus. Scilicet quo ad vitã æternam, sed quo ad vitam temporalẽ bene, iuxta illud: Homines & iumẽta saluabis domine. scilicet, pro salute temporali prouidendo eis necessaria, iuxta illud, Omnia expectant à te domine, vt des illis escam in tẽpore opportuno.

f Mulier. Ad omne. i. ad aliquod ex omnibus. si. est j. quæstio. vij. si quis omnem.

Memo

(elementorum seu humorum cõcordia turbata) ipsa caro afficitur, & tandem dissoluitur. Similiter animi infirmitas duplex est. Vna, quæ uitium appellatur, qua anima à Deo separatur: ut est ira, odium, & alia huiusmodi. Alia infirmitas animi, quæ cùm ipsa non sit peccatum, est tamẽ pœna & causa peccati, ut est obliuio, & ignorantia. Furor autem cùm non sit peccatum, est tamen pœna peccati, ut febris, & cæteræ passiones, quas propriè carnis dicimus esse: quarũ motus, id est, ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam.

Sed obijcitur de Lamech, qui cùm cæcus esset, Cain interfecit: nec eum excusauit cæcitatis infirmitas. unde dictum est: Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech uerò septuagies septies. Sed cæcitas ignorãtiæ similis est. Ex utraq; enim quædam fiũt quæ imputantur: quædã uerò quæ minimè. cæcus nanq; si debitum suæ uxori credens reddere, alienam polluit, non est reus[a] adulterij. Si autem ex ludo uel exercitatione uirium uel uenatione iaculum mittens aliquẽ perimat: quia ab eo penitus[b] hoc debet esse alienum, homicidij reus habetur. Mens uerò alienata furore, cùm sui compos non sit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo & furioso in maleficijs subuenitur, ut non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non processerunt. ff. titul. de iniurijs, illud relatum. require suprà, quod nõ solùm humanis, sed etiam diuinis legibus noscitur approbatum.

Ait enim Augustinus de paruulis ad Petrum diaconem. † (cap. 3)

CAN. III.

Firmissimè tene, & nullatenus dubites (exceptis illis, qui pro nomine Christi[c] suo sanguine baptizantur) nullũ hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis fuerit per pœnitentiam fidemq; conuersus, & per sacramentum fidei & pœnitẽtiæ, † id est, per baptismũ[d] liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse & pœnitentiã de malis suis agere, & fidem catholicam secundùm regulam veritatis tenere, & sacramentum baptismatis accipere: paruulis verò, qui nedum propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter contrahunt, agere possunt: sacramentum fidei, quod est sanctum baptisma, quandiu rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

Ex eo autem, quod in fine huius authoritatis dicitur: quãdiu scilicet rationis eorum ætas capax esse non potest, euidẽter datur intelligi nulli post baptismũ peccata imputari, siue sit adultus, siue impubes, nisi rationis sit capax. Vnde etiã de brutis animalibus eadem ratio ab Augustino in eodem lib. redditur quare sua facta eis non imputentur. Animalia enim (inquit) præsentis temporis seculi cursum, aut ornatum secundùm creatoris incomprehensibilem peragũt voluntatem, quæ de suis factis nullam rationẽ reddituræ sunt: quæ rationabilia non sunt. Nunquid enim de bobus[e] cura est Deo? Homines verò, quæ rationabiles sunt facti, & de se, & de omnibus rebus, quas in vsu vitæ præsentis acceperũt, rationem reddituri sunt Deo: & pro suorum actuũ qualitate recipient aut gloriam, aut pœnam. Sacræ tamen legis authoritate animalia iubentur interfici, non propter consciẽtiam peccati: sed quia refricant memoriam facti. †

Vnde Augustinus super Leuiticum. †

Non propter culpam, sed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier accesserit.

CAN. IIII.

Mulier quę accesserit ad omne[f] pecus, & vult ascendi ab eo, interficietis mulierem, & pecus morte moriatur: rei enim sunt. Quæritur quomodo sit reum pecus, cùm sit irrationabile, nec vllo modo capax legis est? Idem. Pecora inde credẽdum est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam[2].

1 Memoriam. sicut est lxxxj. dist. ca. valet. Alibi tamen reseruãtur thuribula laminarum, & publice exponũtur: vt vij. quæst. j. cap. denique. & de consec. distin. ij. & dixit. sed istud ad terrorem fit, &c.

2 De furiosis. Hæc est secunda pars q̃stio. in qua intẽdit probare, q ignorãtes ex toto furiosi & ebrij non peccãt in illo actu, sed peccãt se inebriãdo. & hoc probat per nouem authoritates. Io. de Fantu.

b Aliquos sciamus. Et iudicijs. id est, iudicibus.

c Reos. id est, cõdemnatos.

d Vi. furore.

e Qui nescit. hic manifeste vides, q ea, quæ à furiosis fiunt, non imputantur: vt j. c. proxi. & iij. q. ix. indicas. licet quidã dicant, quod si culpa sua quis incidat in furorem, imputatur ei. j. ea. c. si quis insaniens.

f Illa cauenda sunt. Domini. id est, authores.

g Eorum. id est, vitiorum.

h Principia. id est, causas.

i Extrinsecus. id est, alijs non imputemus.

k Agnoscamus. id est, nobis attribuamus.

l Voluntarios. Qui vasis irę, &c. vt xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor.

m Legis. Mosaicæ. Tãgit quod legitur in Exodo & Deuteronomio, q erant ciuitates refugij vltra Iordanem, & tres citra, quarum talis erat vsus, quod si quis hominem nolens occidisset, & fugiebat ad vnam illarum, ibi de consanguineis occisi tutus: sed si antequam illuc peruenisset, inuẽtus fuisset, ille qui poterat esse vltor sanguinis effusi, impune occidebat eũ. Sed postquam illuc venerat, si propinqui occisi volebant eũ conuincere, quod sponte occidisset eũ, & hoc probabant coram ciuibus vrbis illius, tradebãt illis ad occidẽdũ. erat autẽ ibi fugitiuus vsque ad reconciliationẽ cũ propinquis occisi, vel vsq; ad mortẽ summi põtificis, in qua omnes fugitiui secure redibant ad propria. Deut. 4. &

n Hoc igitur. Id est, primo dictum.

o Sane. Venia. id est, minori pœna, quàm si ex certa scientia fecissent.[4]

4 Ad hoc ff. de re milita. omne delictũ. §. qui se.

p Damnantur. Et etiam redarguunt eos, qui sunt nimis faciles ad inebriandum se. Alij intelligunt, quod nõ punitur de eo, quod ebrius fecit: sed tãtum pro eo, quod leuis erat ad inebriandum se.

q Si concupiscẽtia. i. fomes originalis peccati. († cap. vj. libro de Abrahã.)

r Vel inobedientia. id est, originale peccatum, quod ex inobedientia processit

s Habitat. Non enim tollitur penitus originale in baptismo, quo ad sui essentiam, sed eius effectũ mitigat baptismus: ne p illud damnemur: vt j. de conse. dist. iiij. c. ij.

Dormien

† Vide de hoc late p Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.

2 *De furiosis autem euidentissimè scribit Augustinus in libro quæstionum ueteris & noui testamenti, ita dicens:*

Culpa non necessitate, sed voluntate reum constringit.

CAN. V.

Aliquos scim' subitò dementes factos, ferro, fuste, lapidibus, morsibus, multis nocuisse, quosdã etiã occidisse: captos autem industria, & iudicijs[b] oblatos, minimè reos[c] factos: eò, quòd nõ voluntate, sed impellẽte vi[d], nescio qua, hæc gesserint nesciẽtes. Quomodo enim reus constituitur, q nescit[e] quod fecerit?

Item Ambrosius in Hexaemeron, in tractatu primi diei. †

Reus voluntate, non necessitate constringitur.

CAN. VI.

Illa cauẽda sunt, quæ ex nostra voluntate prodeunt delicta iuuentutis, & irrationabiles corporis passiões. Quorum igitur nos sumus domini[f], eorum[g] principia[h] extrinsecus[i] non requiramus, nec deriuemus in alios: sed agnoscamus[k] ea ppria, quæ nostra sunt. Quod enim possumus non facere, si volumus, huius electionem mali nobis potius debemus asscribere, q̃ alijs. Ideo etiã in iudicijs istiusmodi volũtarios[l] reos nõ necessitate compulsos culpa cõstringit, pœna condemnat. Neq; enim si per furorem aliquis innocentẽ perimat, obnoxius morti est: qn etiam ipsius diuinæ legis[m] oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, & refugij facultatem, vt possit euadere. Hoc igitur[n] de eo, quod propriè malum videtur, dictum sit. Mala enim nõ sunt, nisi quę crimine mentem implicant, & conscientiam ligãt. Cæterùm paupertatem, & ignobilitatem, ægritudinem & mortem nemo sapiẽs mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit: quia necessaria ista in bonis habenẽ maximis, quorũ nobis alia ex natura, alia ex cõmoditate accidere videtur.

Idem in libro de patriarchis. †

Veniam habent, quæ ignorantes ebrij committunt.

CAN. VII.

Sanè diximus vitandam ebrietatem, per quã crimina cauere non possumus. Nam quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Nesciũt quid loquantur, qui nimio vino indulgent: iacent sepulti. Ideoque si qui per vinum deliquerunt †, apud sapientes iudices venia[o] quidem facta donantur: sed leuitatis damnantur[p] authores.

Item August. lib. j. de ciuitate Dei.

Inobedientia vel concupiscentia non habet culpam in corpore non consentientis.

CAN. VIII.

Si concupiscẽtia[q], vel inobediẽtia[r], quæ adhuc in membris moribundis habitat[s], præter nostræ voluntatis le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Addehoc dictum est, an qđ hæc dormiẽs peccet. ℣. ctio absq; dist. vj. c. testamen- ponit hic tum. Ioan. de Fant. exclusiue. cõcord. l. b ibi glo. C. de appel. † ca. 24. lib. 22.

3 Dormientis. De

1 Nebriauerũt. Culpãdus est. Videf ergo, q; pec cat, qui nesciens in ebrietate aliqđ fa- cit: vt hic, & xxxv. dist. c. sexto die. Sed dic, quod hic non erat Loth ne- sciens: natura enim non patitur, q; aliquis nesciẽs coeat: sed dicitur nesciẽs, quia nesciebat esse filias suas. crede- bat enim esse vxo- rem suam.

Gene. 19.

† de Iacob & vi ta beata. li. j. c. iij.

4 Quantum. Tri pliciter exponitur hoc. Quidã sic ex ponunt, quod puni tur pro incestu, & pro ebrietate. vel aliter: non punitur quantum incestus meretur, scilicet si esset commissus ex deliberatione. Alij dicunt, quod nullo modo punitur pro incestu, sed tantum pro ebrietate, quæ ebrietas tantum est vẽniale peccatum: vt xxv. dist. cap. vnum orarium. ℣. criminis. Laur.

d Non est. Aerũnã. id est, pœnam vel culpã.

e Reluctantibus. id est, ex toto dis- sentientibus, scili- cet cum est absolu ta coactio. 50. dist. ca. presbyteros.

f Inuidia. id est, pœna.

g In alios deriua mus. i. aliꝰ exem- plum danius.

h Auctionatur. id est, emit. Vel au- ctionaf, id est, per † libr. iſ. cap. iiij. de Cain, & Abel. auctionem petit.

i Peccatorũ ære. id est, peccatis dele ctãtibus. nã ipsum peccatũ dat nobis diabolus pro pre- tio, vt nos demus ei ius ad occiden- dum nos.

k Nec is. Inui tus. hoc vult dicere, quod cũ ali quis casualiter occidit hominem, non peccat, vt xx iij. q. v. c. ſi homicidium.

gem quasi sua lege mo- uetur: si absque † culpa est in corpore dormien- tis a, quãto magis absq; culpa est in corpore non consentientis?

Idem contra Faustum libro secundo. †

Loth non de incestu, sed de ebrietate culpatur.

CAN. IX.

1 Nebriauerũt Loth fi- liæ eius, & se nesciẽti miscuerũt. Quapropter culpãdus est b quidem, nõ tamen quantum c ille incestus, sed quantum ebrietas illa meretur.

Item Ambrosius de beata vita. †

Nemo trahitur ad culpam, nisi ductus propria voluntate.

CAN. X.

[g] Ordinari. Videtur obuiare huic Ambro. qui præcessit hoc concilium. Ait enim super illum locum Apostoli in prima Epistola ad Timotheũ: Mulieres similiter oportet esse pudicas. Occasione horum verborum Cataphrygæ dicunt, diaconissam debere ordinari: quod est contra authoritatem. xv. q. iij. §. j. in textu. Respondeo, q mulieres non recipiunt characterem impediente sexu, et constitutione ecclesiæ: vñ nec officium ordinum exercere possunt. xxiij. dist. sacratas. nec ordinatur hæc: sed fundebatur super eam forte aliqua benedictio, ex qua consequebatur aliquod officium speciale, forte legendi homilias vel Euangelium ad matutinas: quod non licebat alij [2]. Alij dicunt quod si monialis ordinetur, bene recipit characterem: quia ordinari, facti est, & post baptismum quilibet potest ordinari. extra de presby. non bapti. capitulo vltimo.

† ca. xiij.

Mulieres ordinari non possunt, nec characterẽ recipiunt.

[2] Vel dic forte hic dicit abbatissa quæ administrat eis, sicut diaconus dicit minister. 21. dist. cleticos.

[h] QVotquot. Inter bigamos. Ergo nec Episcopus cum talibus potest dispensare. extra de bigamis. c. nuper. sed contra. s. ea. c. si qua virgo.

[i] Debebunt. Id est, repelluntur à promotione & ac-

Universidad de Deusto Biblioteca

cusatione sicut bigami: nec fœminæ inter virgines consecrabuntur. Et est argumentum propter similitudinem & effectũ aliquem dici de numero eorum, de quorum numero ipse non est: vt xxvij.di.c.vlti.

a De filia episcopi. Per hoc capitulũ & sequen. probat H. lecturam suam super illo capi.§. ea. quæ Christo. qa dixit, q si monialis publice nubit, nũquã potest accipere corpus Domini, nisi in fine vitæ suæ, vel nisi prius defunctus fuerit ille, cui nupserit. si vero fornicatur, tũc post pœnitẽtiam potest accipere corpus Domini, & hoc idem diversum: quia magis contemnit solenniter cõtrahẽdo quã fornicando. Grat. vero aliter intelligit illud capit. quæ Christo. ar.ca.seq.

Monialis publice nubens nunquã pot accipere corpus Christi.

b Receperit. Et hoc voluit dicere quidam, q nec pater nec mater filio excommunicato[1], nec vir vxori excommunicatæ tenetur communicare, & ita de omnibus superioribus personis respectu inferiorum, dicendum videtur xj.q.iij.quoniam multos. contra. Sol. vxores viris, & filij parentibus, & serui dominis, subditi sunt: vnde ab illis coerceri & secundum ius debent corripi: ne in causam anathematis incidant. vnde illorum consensus pari pœna est plectendus: secus contra[2]. Vel dicatur receperit, id est, a deo dilexerit, q in errore eam foueat. & secundum hoc non est contra.ca. quoniam multos.

1 Circa hoc not.j. 21.q.5. de forma.

† Cõcil. j.ca.xvj.

Vxores viris subsunt.

2 De hoc no.j.23.q.2. placuit. in fine.

c Deuotã. Christianæ. videtur ergo per cõtra-

infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ pœnitentiam egerint, & à coitu se abstinuerint: placuit eas in fine communionem accipere debere.

Item ex concilio Martini Papæ.

Cogatur ad pœnitentiam filia clerici, si deuota maritum duxerit.

CAN. XXVII.

De filia episcopi vel presbyteri, vel Diaconi, si deuota fuerit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectũ receperit[b], a communione habeantur alieni. Pater verò in concilio causas se nouerit præstaturum. Mulier verò non antè admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem viuente eo secesserit, & pœnituerit, vel petierit communionem in vltimo fine vitæ suæ deficiẽs, eam accipiat.

Item ex concilio Toletano iiij. †

Deuota nisi desierit peccare, non est in ecclesia recipienda.

CAN. XXVIII.

Deuotam peccãtem, non recipiendam esse in ecclesia censemus, nisi peccare desierit: & si desinens pœnitentiã egerit aptam, id est, annos decem pœniteat, recipiat communionem. prius autem quàm in ecclesia recipiatur ad orationẽ, ad nullius conuiuium Christianæ[c] mulieris accedat: quòd si admissa fuerit, & hæc quæ eam receperit, habeatur in absentia: corruptorẽ etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam nisi aut viuente marito castè viuere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

Item Gregorius Ioanni episcopo Carolitano. †

De monacha, quæ ad lapsum adulterij deducitur.

CAN. XXIX.

Si qua monacharum vel per antiquiorem licentiam[d] vel per impunitatis prauam consuetudinem, ad lapsum adulterij deducta fuerit, aut in stupri fuerit deducta voraginem: hanc post competẽtis sæueritatem vindictæ in aliud[e] districtius monasterium virginum in pœnitentia volumus redigi: vt illic orationibus atque ieiunijs vacet, & sic pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris disciplinæ præstet exemplum. Is autem, qui cum huiusmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, omni communione priuetur si laicus est: si verò clericus est, à suo quoque remotus officio, pro suis continuò lugendis excessibus in monasterium detrudatur.

Idem Ianuario episcopo. †

Post dignam pœnitentiam communionem recipiant, qui in religiosas mulieres excedunt.

CAN. XXX.

Eos autem qui in religiosas mulieres, quæ egressæ sunt de monasterijs, excesserunt, & nunc dicuntur à communione suspendi: si fraternitas tua de tali facinore dignè † pœnitentes † præuiderit, ad sacram communionem volumus te reuocare.

Item ex nouellis Iustiniani Imperatoris.

De legibus Imperatorum.

CAN. XXXI.

Si quis rapuerit, vel solicitauerit[f],

rium, quod possit accedere ad conuiuium non Christianæ mulieris. Et est argu. quod excommunicatus potest excommunicato cõmunicare[3]. ij. quæ. vij. si hæreticus.

† Epistola 9.lib.3.

3 Vel infideli & iudæo, quorum nullũ credo verum esse.

d Si qua monacharum. Licentiam. Id est, impunitatem. vnde sequitur, est expositio. nec enim licet subpeccare. arg. quod maxime illicita licentia appellatur licentia. §. dist. iiij. denique. §. xlv. di. qui syncera. §. xxiiij. q. j. paratus. xxj. quæst. ij. placuit.

Vel ideo dicit christianæ, qa de alijs nõ poterat iudicare secundũ H.

e In aliud. Supra octuagesimaprima distinctio. valet. & infra, eadem quæstione. & quia contra supra eadẽ. impudicas. cõtra. Solutio. sæpe contingit quod monasterium arguitur negligentiæ, & hoc innuit illud in principio, per antiquiorem, &c. Cum autem monasterium non arguitur, in suum monasterium retrudi debet: in quo casu loquuntur illa capit. Cum autẽ monasterium de negligentia arguitur, secus est, vt arg. decimaquinta, quæstione sexta. alius.

Monasterium sæpe arguitur negligentiæ.

† Epistola 12.14.li.j.

f Si quis rapuerit. Solicitauerit. argum. quod voluntas peccandi pro operis perpetratione punitur: vt j. quæstione prima. qui studet. & vj. quæstione. j. §. verum.

† Alias pœnitentes.

a Assisteriam. Assisterium[1] apud Græcos, est locus in quo vnus sacerdos, quinque Acolythi, quinq; mulieres, quæ assisteriæ dicuntur, manent. Ioan. vel dic assisteriam. id est, reclusam: ab assistendo, quia quotidie assistit orationi.

b Vel monacham. id est, in monasterio viuentem.

c Religiosam. Hoc etiam legẽ apposuit G. de suo: vt patet in originali, vnde hoc scriptũ est in auth. de sanct. episc. in fin. col. ix. tamẽ in nouella est & illud verbum.

1 Assisteriũ quid sit. Alcia. li. prætermissorum. j. in dictione asceteria, docet asceteriam legẽdum, ab a- Græco, quod labore significat, & exerceri.

2 Asceteriam.

d In quo. Argu. q illi qui committunt enormia delicta in ecclesia, quod bona eorum ecclesiæ propter delicta confiscãtur: vt xvij.q.iiij. si quis deinceps. & capit. quisquis. contra xxx. quæst. j. si quis sacerdos.[2] secundũ legem tamen bona damnatorum tradẽtur hæredibus: vt C. de bo. dam. authen. bona. nisi in criminibus hæresis & læsæ maiestatis. vj. q. j. §. verum. & extra de hæret. vergentis.

1 Hoc intelligitur quãdo mulier est secularis in quã peccatum cõmittitur.

e Cum suis. Olim enim ipso ingressu omnia sua facta sũt ecclesiæ. xix. quæst. vlti. si qua mulier. Vel suis. id est, à se monasterio collatis, vel post ingressum quæsitis. Vel suis, id est, monasterij simile xviij. quæstio. j. cap. j. xix. q. vlti. perlatum. alias falsum diceret: & quia omnia bona eius ipso ingressu facta sunt monasterij: & quicquid postea acquisiuit, monasterio acquisiuit: vt xix. quæstione vlti. quia. & capi. perlatum. & cap. si qua.

f Cautiori. sic ergo delictum personæ redundat in damnũ ecclesiæ: & sic est contra xvj. quæstio. v. si episcopum. nam cum hic res eius concedantur secundo monasterio, & auferantur primo, videtur delictum eius redundare in damnum ecclesiæ: sed non redundat, quia prouidebit ei vt prius. extra de cler. coniug. quod te. Nec dicas res dandas secundo monasterio, nisi quantum ad vsumfructum, scilicet vt inde sustentetur ista dum vixerit: vt xvj. quæstio. vj. de lapsis. post mortem vsufructu redeunte ad primum monasterium. Volunt autem quidam dicere, quod non redibit cum rebus suis postea acquisitis. & facit pro eis authen. de sanctissi. episco. §. si monachus. in fin. tit. colla. ix. vbi dicitur, quod res quas ita acquisiuit, debent applicari secundo monasterio. sed illud non tenet, vel exauditur cum primum monasterium vidit monachum ita vagantem, & noluit reuocare. nec est huic contra. C. de epis. & cler. l. vlti. §. hoc etiam. in fin, vbi dicit quod res talium debent dari primo monasterio. nam illud locũ habet, cum illæ moniales recedentes seculariter viuunt. cum autẽ ille monachus transit ad aliud monasteriũ, vel ad aliã vitæ figuram, res vẽdicat prius monasterium. in authen. de mona. §. si vero relinquens.

vel corruperit reclusam assisteriã[a] †, vel diaconissam, vel monachã[b], vel aliam mulierem, religiosam[c] vitã, vel habitum habentem, bona ipsius, & eorum qui huiusmodi sceleris communione contaminati sunt, à religioso loco vendicẽtur, in quo[d] talis mulier habitabat, p religiosos episcopos et œconomos, & præsides prouinciarum, & officiales eorũ: ipsi autem capitali periculo subijciãtur. Mulier autem vbique inuestigetur, & cum suis[e] rebus monasterio cautiori[f] tradatur: si autem diaconissa fuerit, legitimos habens filios, pars legitima[g] liberis eius præstetur.

Item ex decreto Eugenij papæ.

Mulieres castè obseruent religiosum habitum, quæ religionis obtentu velantur.

CAN. XXXII.

Mulieres obtẽtu[h] religionis velatæ, aut in monasterio regulariter viuant, aut in domibus suis[i], etiam susceptum habitum castè obseruent.

Item ex concilio Aurelianensi. †

Monachus vxorem ducens, nunquam sacri gradus mereatur consortium.

CAN. XXXIII.

Monacho orariũ[k] in monasterio, vel zonas habere nõ liceat: & si postea vxori fuerit sociatus, tantæ præuaricationis reus, nũquam ecclesiastici gradus sortiatur officium.

Item Augustinus de bono viduitatis. †

Ante professam continẽtiam nubant viduæ quibus volunt.

CAN. XXXIIII.

Viduæ, quæ se nõ cõtinent, nubant antequàm professæ continentiam Deo vouerint: quod nisi reddant, iure damnantur.

Item Nicolaus Carolo archiepiscopo, et eius suffraganeis.

Non permittitur vidua post professionem continẽtiæ votum deserere.

CAN. XXXV.

Vidua quidem, quæ capiti sacrum velamen imposuit, si inter cæteras velatas fœminas in ecclesia orauerit, & oblationes[l] cũ illis obtulerit: si professa[m] est, se in eodem habitu permanere spondens, nunquã religionis velamen deponere, & à religionis obseruãtia discedere nõ præsumat.

g Legitima. Quæ sit legitima, habes C. de inoffi. testa. authen. nouissima. & probatur argu. huius cap. quod etiam corrupta potest ordinari diaconissa, licet dici cõsueuit cõtrarium.[3] Itẽ olim huiusmodi diaconissa propriũ habebat: argu. hic, & C. de sacrosanct. eccle. generali.

† ca. viij.

3 Ad hoc §.1.q.7.ca.2. versi. nouimus. & hoc verũ secundum Ioã. F. 26. distin. acutius.

h Mulieres obtentu. Arg. quod hi, qui ludo, vel fraude habitum religionis gerũt, ad eius obseruationem cogũtur: vt xxvij. distin. quod interrogasti. Arg. cõtra extra de priuil. tuarũ.

i In domibus suis. Arg. quod in ppria domo potest qs vti vestibus monachalibus, & facere votum: vt j. xxxiij. q. v. quod Deo. xx. q. j. vidua. §. ea. q. cap. de viduis. tamẽ propter hoc non solennizatur votum[4]: vt extra de conuer. coniug. ex parte. ij.

4 Videtur notari cõtrarium in prædi. c. §. ead. de viduis in gl. j. quæ, &c.

k Monacho orarium. Orarium ponitur pro quolibet ornamento mulierũ: & ponitur pars pro toto. Est enim proprie velũ vel peplum quo mulieres caput velant. inuenitur tamen pro stola sacerdotis: vt §. xxv. distinctio. vnum orarium. Ioan.

Orarium quid significat.

l Vidua. Et oblationes. Arg. præsumptionem haberi de aliquo facto per frequentationem vel exercitium eorum quæ adhærent & cõueniunt illi facto: arg. xx. quæst. j. quem progenitores. & ff. ad Macedon. si quis patrem. Argu. contra. C. de probat. ad probationem seruitutis.

5 Cum supra dicta sufficiant. xxvij. dis. quod interrogasti.

m Professa. Maxime,[5] nam & si sacramento velit

Universidad de Deusto
Biblioteca

confirmare se, tali animo ꝓfessam vt ✝ ca.27. liceat recedere, non auditur. extra de regul. vidua. Quid autem sit profiteri, bene colligitur. xx. q.j.c.vltimo.

a Viduitatis. In secretario: locus forte est, vbi monachæ accipiũt habitum.

b OMnes fœminæ. Professionem. id est, scripturam, in qua profiteantur se religioseꝑ viuere velle, & ꝓpositum religionis assumere velle, & in ea perenniter & inviolabiliter permanere: vt I.xx.quæstio.j.vidua.

c Postquam scripturam. Arg. quod scriptura facit votum solenne.

d Mutato. id est, deposito seculari, et assumpto religioso.

e SCiendum. Per votũ propriæ.

Pœnitere non potest quis per alium. Arg. quod quis per alium vouere nõ potest, sicut nec pœnitentiam accipere: vt de pœnit. dist.j. quæ pœnitet. & iurare tamen per alium potest. xxiij. dist. tin. tibi domino. & matrimonium contrahere: vt xxij.q.ij. honorantur. & ca. hoc sanctum.

f Et verba. Id est, benedictionem.

g VT lex. In hoc capitu. agitur de tribus impedimẽtis matrimonij, ordine scilicet, voto, & interdicto ecclesiæ: quod notatur ibi, quam contra ecclesiasticã regulam.

h Ecclesiasticis. Ergo omnes qui infra ponũtur, sunt ecclesiasticæ personæ: ergo & cõuersi: quod verum est: vt xij.q.j.duo.

i Regulares canonici. Ad differẽtiam secularium, de quibus habes extra de decim. c. fraternitatẽ.

k Atque conuersi. Arg. quod cõuersi, qui professi nõ fuerint, matrimonium contrahere non ve tantur.

l Professi. Nunquid omnes conuersi ipso quod sunt an intelligun tur pro uouisse, & renũ- prijs renũtiasse propriis: Dicunt quidam quod Ecclesiæ sic. loã. Sed ego dico, quod si trãsit ad seres se & ecclesiam regulare, tunc intelligitur vo uisse, & renuntiasse cõtrahere. propriis. m si ad secularem, non: cum Idẽ Lapus ligantur vouisse, ni- alleg. no. si sint in maioribus ordinibus: nec renũ tiasse ꝓpriis, in quo mmodo cunque ordine sint, quin si nisi sic dicant: Do me & mea huic ecclesiæ. Non renuntiare videtur tãc. p- prijs. B. Item quid si aliquis cõtulit se & sua alicui seculari ecclesiæ, nunquid talis potest contrahere, vel habere ꝓprium? Dico quod potest cõtrahere: & filius postea natus potest petere legitimam portionem: vt xvij.q.iij.c. vlti. licet videatur seruus ecclesiæ factus. Sed nũquid talis potest ad strictiorem transire vitam? Dicit quidam quod non: dicunt alij quẽ cum se fecerit seruũ sic, vt ꝓ illius ecclesiæ: quia q. liberti non possunt cuilibet recedere de ecclesia & nisi tua: vt xij.quæstio. xix. sed non est verum: quia nõ potest contrahi matrimoniũ, nisi ibi sint tria bona matrimonij vel de quæst. ij. omne. de

m Non esse. Hic habes quod matrimonium nõ valet, si fiat contra regulam ecclesiasticam. arg.j. xxxv. quæst. & ij. cõtradicimus. & xxxiij.q.iij. c.i. & xxxij.q.iij. c.i. non oportet.

Nuptia de præsenti. C.M.

a Iã glo. Spouante b & La. c Cõmu

NVptiarum. Bonum. Scilicet in non vouentibus, melius est enim nubere quam vri. Semper. Quia & ante peccatum & post in paradiso: vt j xxvj. dist. deinde. Legis. Sed aliquando fuit legis obsequium, quam diso: vt j xxvj. dist. deinde.

d Nuptiarum. Bonum. Scilicet in non vouentibus, melius est enim nubere quam vri. Semper. Quia & ante peccatum & post in paradiso: vt j xxvj. dist. deinde. Legis. Sed aliquando fuit legis obsequium, quam

uxorem male do frater in veteri libertur et testamen. debebat fallæ figura suscitare semen fratri suo de- ter: vt viij. quæ. j. ri in ver- liter erat præceptum. Generaliter enim præceptum erat propagatio sobolis: vnde maledictus erat, qui non reliquerat semẽ suum in terram. xxxij. q.iiij §. his ita. & q.ij. pudor.

e Infirmitatis. i. contra infirmitatẽ incontinentiæ concessum: ita tñ & olim erat, sed nõ erat legis obsequium.

f In quibusdam. Vnde in sensibus est humanitatis solatium, id est, cõtra libidinem latium, id est, cõtra hitur vt eis seruiatur in suis necessitatibus. xxxj. distinctio. omnino. et est argumen. hic ex quo fœnex qui iam go & spado & frigidus potest matrimonium contrahere: argumen. xxxiij. quæstio. v. quod Deo. nam & postumũ instituit spado: vt ff. de libe. & posthu. sed est quæstium. §. spadonem. sed non est verum: quia nõ potest contrahi matrimoniũ, nisi ibi sint tria bona matrimonij vel de quæst. ij. omne. de

g Maxime. Vnde in sensibus est humanitatis solatium, id est, cõtra libidinem latium, id est, cõtra hitur vt eis seruiatur in suis necessitatibus. xxxj. distinctio. omnino. et est argumen. hic ex quo fœnex qui iam go & spado & frigidus potest matrimonium contrahere: argumen. xxxiij. quæstio. v. quod Deo. nam & postumũ instituit spado: vt ff. de libe. & posthu. sed est quæstium. §. spadonem. sed non est verum: quia nõ potest contrahi matrimoniũ, nisi ibi sint tria bona matrimonij vel de quæst. ij. omne. de

h Nec aliquando calere possit natura vel artificio: q̃ non est frigido vel impuero, vel spadone. Et ideo senex habilis est ad contrahendum. Sufficit enim q̃ prolem non euitet. xxxij. q. ij. solet. sic enim generaliter dicitur, ex quo non euitat prolem, & aptus est ad cognoscendum. Vel dic humani solatij, &c. id est, contrahitur causa prolis, quæ patris solatium est. & hoc vult litera sequens filiorum, &c. Vel dic vt dixi

i Promiscuum. Id est, indifferenter & indistincte commiscere, scilicet canino more. Canes enim indifferenter & indistincte commiscentur.

k Affectus. Scilicet prolis procreandæ ad cultum Dei. xxxij. q. j. non in sola.

l Et ipsum. Scilicet affectum.

m Cælestia. Nam cæleste est, in carne viuere, & opera carnis non facere: quia virginitas replet paradisum. trigesimasecunda quæstione j. nuptiæ. & ibi, neque nubent, neque nubentur. super qua authoritate dicunt theologi, quod vita angelica virent.

k Cogitans. Id est, præfert continentiam bono coniugali.

Virginitatis laudes.

separati, pro tantis excessibus, condignam pœnitentiam agãt. Idipsum quoq; de sanctimonialibus fœminis fi(qđ absit) nubere attentauerint, ob seruari decernimus.

His omnibus authoritatibus vouentes prohibentur contrahere matrimonia, & quidam eorum, si contraxerint, separari iubentur.

Augustinus contra talium separationes, peccatũ esse asserit ita dicens: ✝

Coniugia vouentium nõ sunt dissoluenda.

CAN. XLI.

NVptiarũ bonum a semper b quidem bonum est: quod bonum semper in populo Dei fuit: sed aliquãdo fuit legis c obsequium: nũc est infirmitatis d remediũ: in quibusdam e verò humanitatis solatiũ. Filiorum quippe procreationi operam dare, nõ canino more per vsum promiscuũ f fœminarũ, sed honesto ordine coniugali, nũc est in homine probandus affectus g, & ipsum h tamẽ laudabilius transcẽdit & vincit cælestia i cogitans k animo Christianus. sed quoniã (sicut ait dominus) non omnes capiunt verbum hoc, qui potest capere capiat. quæ se non cõtinet, nubat. quæ nõ cœpit, deliberet l. quę egressa est, perseueret. nulla aduersario detur occasio m: nulla Christo subtrahatur n oblatio. In cõiugali quippe vinculo, si pudicitia non seruatur, damnatio non timetur: sed in virginali & in viduali continentia excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita & electa, et voto debito oblato: iam non solùm capessere nuptias, sed etiam o si non nubant, nubere velle, damnabile est. Nam vt hoc demõstraret Apostolus, ait: Non cũ in deliciis degerint, nubunt in Christo: sed nubere volunt: habentes (inquit) damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ, vel

i Deliberet. An sit vouendum.

m Detur occasio. Mat. 19. b In non vouẽtibus. j Non erra

n Subtrahatur. Ergo q̃ nuptiæ accedite ad seruitutem Dei, & ꝓ eo qđ sic rate vos ad tentationem. de pœn. distin. ij. si enim. extra de renunt. nisi. & in princip. de cõse. dist. ij. sicut enim emergũt duæ opiniones. Augusti. dicit quod con trahere, actus scilicet cõtrahendi, nõ est malus. et hoc ea rãtione, quia ex eo sequitur bonũ, scilicet matrimoniũ. Opus dum Non enim vult dicere, quod ex malo sequatur bonũ. ꝓ eo facis infra eadem. & si non nubendo. & illud, nõ solũ susceptio, &c. & illud, non quia coniugale. sed voluntas frãgendi vo tum tantum (vt dicit): est peccatũ: vt patet infra eadem non quia ipse nuptiæ, &c. sed hæc litera ei contradicit, non solum capessere, sed ipse exponit, non solũ vo luntas frãgendi vo lum in actum producta est damnabilis, sed etiam nubere velle, id est, voluntas frãgendi vo tum, contenta suis finibus est damnabilis. sed ex dicto eius sequitur, quod aliquis faciat simul bene & male: quia contrahendo bene facit. sed recedendo à voto, male facit. & intellige hoc capitulum, non de voto solenni præsenti vel nudo: (quia secundum eum vtrunque dirimit matrimonium) sed de proposito, quod quis habet votum emittendi: vt diximus supra in principio quæstionis. Nos dicimus quod ipsum velle contrahere. & contrahere, est peccatum istis, tamen inde sequitur matrimonium quod est bonum. & intelligitur capitulum. de voto præsenti simplici. Necest mirum, si sequatur ex bonis malum: argumento de consecratione. distinctione secunda. sicut Iudas. & octuagesimaprima distinctione. capitu. si qui. sunt presbyteri. sicut ex malis bonum. vndecima, quæstione tertia. capitu. quid ergo. sicut in passione Christi, opus operans fuit malum, id est, crucifixio Iudeorum. opus autem operatum ꝓ, id est, passio, fuit bonum.

Universidad de Deusto Biblioteca

actio enim fuit mala, passio bona. & sic malum potest habere bonum effectum. contra nos est illud, & si non nubendo. sed dic etsi, id est, quamuis ipsum nubere non sit peccatum, &c.

a Propositi. Id est, voti.

b Fraus. Id est, deceptio.

c Susceptio. i. susceptum matrimonium[1]: sed tamen primam fidem irritam fecerunt. Item nota quod Apostolus hic locutus est de iis qui vouerunt per verba de præsenti. et Augustinus hic de talibus locutus est. Et hoc probat illa litera, si viro suo viuo. & vbi dicit, cui viuente marito nubit. Nā si nubit, ergo Christo vouet, & ideo intelligimus hoc capitulū de voto pręsenti. H. contra: & secundum eum superficialiter inducitur authoritas illa Apostoli, quod poterant contrahere. et dicit B. quod votum in sui natura consideratum, nō impedit circunscripta omni solennitate: sed ecclesia potius vel post, inuenit huiusmodi solennitates, et constituit vt impedirent. nunquid ergo monachi, antequam ecclesia instituerit, poterant contrahere? Dic quod tunc monachi non erant, cum monachus esse nō possit, quin aliqua solennitas obseruetur: sed posito quod fuerint, poterant contrahere. Io.

d Bono inferiori. Id est, cōiugio.

e Bono superiori. Scilicet cōtinentia. duo enim sunt bona: vnum superius, vt cōtinentia: et bonum inferius, vt matrimonium.

f Proinde. Hic ponit Augu. quod eos

1 Hęc fuit expositio G. & La. sed Ioan. de Fantu. exponit susceptio id est ipsum suscipere. nā matrimoniū manet, & nō damnatur.

Mat. 10.b

Rom. 6.b

etiam talium damnandę iudicetur: sed damnatur propositi[a] fraus[b]: damnatur voti fracti fides. damnatur non solùm susceptio[c] à bono inferiori[d]: sed ruina ex bono superiori[e]. Postremò damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierūt, sed quia continentiæ fidem primam irritam fecerunt. quod vt breuiter insinuaret Apostolus, noluit dicere eas habere damnationē quæ post amplioris propositum sanctitatis nubunt: non quia non dānantur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ damnari putarentur. sed cùm dixisset, nubere volunt: continuò addidit, damnationem habentes: & dixit quare, quoniā priorem fidem irritam fecerunt: vt voluntas quæ à proposito cecidit, appareat esse damnāda, siue subsequantur nuptię, siue desint. Proīde[f] qui dicunt talium nuptias, non esse nuptias, sed potius adulteria: non mihi videntur satis acutè ac diligenter considerare quid dicant. fallit quippe eos similitudo veritatis: quia enim Christi coniugium dicuntur eligere, quę Christiana sanctitate nubunt: hinc argumentantur quidam dicentes: Si viro suo viuo, quæ alteri nubit adultera est, sicut dominus ipse in Euangelio diffiniuit: viuit autē Christus, cui mors vltra non dominabitur: quæ ergo coniugium eius elegit, si homini nubat, adultera est. Qui hoc dicunt, acutè mouentur quidem, sed parum attendunt hac argumentatione, quanta rerum sequatur absurditas. cum enim[g] laudabiliter etiam viuente viro, ex eius consensu continentiam fœmina Christo voueat: iam secundum istorum rationem nulla hoc facere debebat: ne ipse Christus (qđ sentire nefas est) adulterium faciat, cui viuente viro nubit. Deinde cùm primæ nuptiæ melioris sint[h] meriti quàm secundæ: absit vt sanctarū viduarum sit iste sensus, vt Christus eis videatur, quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant etiam antea, quando viris suis fideliter subditæ seruiebant, non carnaliter, sed spiritualiter virum: cui ecclesia ipsa (cuius mēbra sunt) coniunx est: quæ fidei, spei, & charitatis integritate non solùm in virginibus sacris, sed etiam coniugatis fidelibus & viduis tota virgo[i] est. Vniuersæ quippe ecclesiæ, cuius omnia membra illa sunt, Apostolus dicit: Optaui vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille virginem coniugum sine corruptione fœtare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito fœminarum si nupserint, non esse coniugia, non paruum malum, vt à maritis separentur vxores[k] quasi adulteræ sint, non vxores: & cum volunt illas separatas reddere conti-

inducebat ad dicendum quod nubētes post votū simplex erant separandi, & durat vsque ad id, qui hoc dicūt, vbi ponit suā primam probationē. Secundam autē ibi, Deinde. Tertiam ibi, Fit autem, &c.

g Cum enim. Salua sua pace Augu. non bene opponit istis. hoc non est simile de carnali matrimonio & spirituali. Non em̄ de spirituali matrimonio ad carnale est regressus: sed bene de carnali ad spiritualem progreditur: & ita dormitauit hic Aug. Vel dicebant forte illi, omnino dā esse similitudinē inter hoc & illud.

h Melioris sint. i. signum melioris meriti: quia secundæ nuptiæ indiciū sunt incōtinentiæ: vt xxxj. q. j. de his. & ca. hac ratione.

i Virgo. Quia sine macula & ruga peccati: vt xxxij. quæst. iiij. recurrat. xxj. dist. quamuis.

k Vxores. Hic habes quod votum simplex nō dirimit ex sui natura, eadem ratione nec solenne, cum idem sint, quia solēnitates nō sunt de substantia, & verū est: sed constitutio ecclesiæ dirimit matrimoniū: religio tamen dirimit matrimoniū: vt extra de cōuer. cōiug. ex publico. sed nunquid simpliciter vouens, qui contrahit, tenetur continere mortua vxore? Videtur quod nō quia obligatio extincta nō reuiuiscit, de cōse. di. iiij. quæris. ff. de so. qui res. §. areā. Sed contrarium est verum: quia non tollitur per matrimonium: nisi voti executio. extra de cōuer. cōiug. quidā. nam vouit ille quantum in se fuit: ideo postea comp

Augustinus quandoq; dormitauit.

2. Cor. 11.a

Solennitas non est de substantia matrimonij.

Vouens simplici. ter qui cōtraxit, mortua vxore continere tenetur.

compellitur continere quod non fieret si omnino esset absolutus à voto. si tamen contraxerit, tenet matrimonium: vt nota. in illa decre. quidam.

a Adulteria. Id est, adulteros esse, non coniuges, & est emphasis[1]: sicut illud, Dauus est ipsum scelus.

b Sed plane. Ab hinc tractat de voto solenni secundū quosdā: sed verius in per totum c. de voto priuato agitur.

c Grauius. s. xvij. q. iiij. sunt qui.

d De viduis. Videt hoc cap. intelligendum de voto solenni: arg. s. ead. si quis sacro. Vbi fit mentio de constitutionibus Gelasij siue Pelagij. & hæc est Gelasij, secundum hoc non facit ad propositum G. intelligas ergo de voto simplici. & ibi facit mentionē de alijs constitutionibus Gelasij non de ista.

e Sub nulla. Quia vidua non cōsecratur, nec benedicitur in sua velatione, sed tantum virgines: vt xxj. q. j. deuotis. sed accipiunt velum de altari: vt s. ea. viduæ.

f Castitatem. Vidualem. s. post pristinum coniugium assumpta. fides em̄ seruanda est priori coniugio. xxxiiij. di. fraternitatis. & C. de sec. nup. l. iij.

g Periculi. Id est, propter periculum earum vitandum, poterit deliberare quali, &c.

h Vetabātur. Ar. quod peccatum timore maioris lapsus fieri non vetatur. xxxij. q. ij. solet. xiij. dist. nerui.

i Laqueum. Eos separando, vel eos præcise prohibendo ne contrahant. vouens enim simpliciter verbis tantum commonitorijs[2] dissuadendus est à matrimonio, non per excommunicationem: vt extra qui cle. vel vo. veniens. & de spon. requisiuit. arg. xxij. q. j. prædicandum. sed illud de peccato iam commisso. Item ar. ex hoc c. quod nō pro quolibet mortali excōmunicandus est aliquis, antequam cōmittatur: quia pro fractione huius voti, antequā frangatur non est excōmunicandus: quia nondum obligatus est: nec post propter bonum matrimonij: tamē quādoq; indicitur pœnitētia volenti peccare: vt extra de sponsa. de illis. Ioan.

Laqueum. Si simpliciter vouerunt, permittendi sunt contrahere, vt maius malum vitetur. extra qui cle. vel vouen. veniens.

k Vt & nostra. Arg. quod ex quo prælatus functus est officio, admonendo, increpādo, & corripiendo, non deberet ei imputari, si ille non emendetur, arg. xlvij. di. quod ad nos.

1 Impro. est emphasis: improprietatem locutionis notat. sic x. xiiij. q. j. punienda in princ. de hoc.

Vidua nō benedicitur.

nentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cùm suis vxoribus viuis alteras ducunt: quapropter nō possum quidem dicere à proposito meliori lapsas si nupserint fœminas adulteria[a] esse, non coniugia: sed plane[b] non dubitauerim dicere lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo, adulterijs esse peiores. si enim (quod nullo modo dubitādum est) ad offensionem Christi pertinet cum membrum eius fidē nō seruat marito: quātò grauius[c] offenditur ipse Deus, cū illi ipsi non seruatur fides in eo, qđ exigit, oblatum, quod non exegerat offerendum. cùm enim quisque nō reddit quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minus habuit vouendi necessitatem.

Item Gelasius.

De viduis, quæ primam fidem irritam fecerunt.

CAN. XLII.

De viduis[d] sub nulla[e] benedictione velādis, superius latè sufficienterq; prædiximus.

Quæ si propria voluntate professam, pristini coniugij castitatem[f] mutabili mente calcauerint, periculi[g] earum intererit quali Deum debeant satisfactione placare: qa iuxta Apostolū primam fidem irritam fecerunt: sicut enim si se forsitā continere non poterant (secundum Apostolum) nubere nullatenus vetabantur[h]: sicut habita secum deliberatiōe promissam Deo pudicitiæ fidem debent custodire. nos autem nullum talibus laqueum[i] debemus inijcere, sed solùm adhortationes præmij sempiterni, pœnásque proponere diuini iudicij: vt & nostra[k] sit absoluta conscientia, et illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cauendū est quippe quod de earum moribus actibúsque beatus Paulus testatur dicens: Quod plenius exponere præterimus[l], ne sexus fragilis atque instabilis, non tam deterreri, quàm admoneri videatur.

Item Theodorus.

De eodem.

CAN. XLIII.

Si quis votum[m] virginitatis habens, &c.

l Præterimus. Et ideo aliqua prætermittuntur exponi, ne terror incutiatur: sicut dicit Beda de pœ. dist. iiij. reuertar.

m Si quis votū. Sed nunquid simpliciter vouēs, potest contrahere cum alia quæ simpliciter vouit? Nō videt quod teneat matrimonium, cū neuter possit debitum exigere. pone eos vouisse, quod nunquā exigerent. dico quod bene tenet matrimoniū: quia vterq; potest reddere. sed quomodo, cū reliquus non exigat? Rñ. vterq; enim si sciat alterū indigere, nec posse exigere, reliquo debet cōmisceri, & vterque reddere dicet. Sed quid si quis vouit, quod nunquā redderet debitū si vxorem cōtingeret eū ducere? si post ducat, non tenetur votū tale seruare: qa præceptū est apostoli de debito reddendo vxori: vt xxxiij q. iiij. §. Apostolus. sed quid si aliquis iurauerit quod nūquam cognosceret aliquam mulierē si postea duxerit vxorem, bene tenet matrimoniū. nūquid ergo peccat cognoscēdo, cū iurauerit nō cognoscere? Dicunt quidam quod prima vice peccat, sed postea nō, & ijdem dicunt, quod post votū simplex, prima vice cognoscens vxorem peccat: quia si semper peccaret cognoscendo, tale matrimoniū illicitum esset. sed hoc nihil est: sed dico, quod nō peccat cognoscendo licet cōtra iuramentum faciat. sed tunc peccat quū fidē frangit Deo. Vel dic, quod talis permittat se cognosci, & nō cognoscat. & sic saluabit iuramentū: cū potius videatur pati, quā agere. Iterū quæro: cū iuramētū sit de iure naturali, sicut & votū: qa sicut dominus præcepit, Vouete & reddite: ita præcepit, reddas domino iuramēta tua: quare votū dissoluit matrimoniū, & non iuramentū? Ad hoc dico quod iuramentū non est præstandū nisi subsit necessitas: vt xxij. q. j. ita. vnde qui tale iuram

1. Tim. 5.b

Vouentes simpliciter an possint ad inuicē cōtrahere.

1. Cor. 7.b

Iurans nūquā mulierē cognoscere, an possit postea matrimonium contrahere.

Matrimonium tollitur voto, sed nō iuramēto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuramentum facit, temerarie iurat: vn de fortius est vincu lũ voti quã iuramẽ tũ. sc̃dm nos tamẽ nõ est q. quia votũ de sui natura nõ ob ligat: sed cõstitutio circa votũ emissa.

a Ostenditur. .C. xxij.di.§.vlti.

b Illud. Supra ea. q.e. quæ Christo.

c Potest. Digne tunc quis reconciliatur deo, cum pœniget de omni peccato. de pœ. dist. v. fratres. minus dignus cum pœnitet de quibusdam. de pœ. di. iiij. placuit.

d De relicta. G. solu: is hic secundũ partem illius cap. quæ Christo. & male. non enim innititur ã contrario sensu q illũ posset habere virũ cui adultero fidẽ dedit viuẽte viro. extra de eo q duxit in mat. c. cũ haberet. solue ergo secũdam partiẽ, prout G. soluit primam partem.

e Hoc dictũ hodie intelligẽ vt legi. & not. extra de eo, qui duxit in matrimoni. c. vltimo.

In vtroque. Casu. Innocentij.

f Esset contrarius. Innocentius.

g Deuota. Supra cap. q. c. deuotam.

Equit. Hęc quæstio diuiditur in quinque partes. In prima intẽdit probare q sponsa sit vxor, quæ tñ non est nisi spe futuroru, & nõ repræsentium. Secũda ibi, Hia omnibus. c. si quis. Tertia ibi, Apparet. c. statuũ. Quarta ibi, Sed aliud. c. Atho. Quinta ibi, Quod autem. capi. lex illa. 30. de Eã.

h Sequitur. Hic depingitur. secunda q. an s. desponsata vni, eo dimisso, postea ab iubere. Cui quæstioni (vt facilius explicetur) subiungit. G. aliã q. incidẽter. s. vtrum inter sponsum & spõsam, sit coniugium: & alle-

Quòd autem uolentes prædictis authoritatibus iubentur abiunctè discedere, quorum uerò coniugia authoritatibus Augustini & Theodori soluenda nõ sint: in capitulo de oratiõe clericorum euidenter ostenditur. [a] Illud [b] autem Innocentij quo uirgines sacræ publice nubentes illo uiuente cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam: non ita intelligendum est, ut aliquo tẽpore excludantur à pœnitẽtia quæ digne pœnitẽtiã agere uoluerint: sed prohibẽtur admitti ad pœnitentiã quæ ab incesti copula discedere noluerint. post propositũ nãque sacræ religionis nõ potest [c] Deo per pœnitentiã reconciliari, quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit tunc enim ille cui se iunxerat, ei defunctus exit, cũ ab illius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit: ut iste sit sensus capituli: Quæ Christo spiritualiter nubunt, si postea publicè nupserint, nõ eas admittendas esse ad pœnitentiam censemus: nisi ij quibus se iunxerant, de mundo recesserint: eis subaudiendũ est nubentibus. tunc enim uiri de mũdo recedunt, tũc defungũtur, cùm à eorũ concupiscentia ipsæ penitus se alienauerint: Sicut mũdus ei dicitur mortuus, quem suis illecebris non adstringit: & ille perhibetur mortuus esse mũdo, qui nihil in mundo concupiscit. hoc autem sic intelligendum esse, ex subsequenti exemplo idem Innocẽtius ostẽdit, dicens: Quæcunque uiro uiuente alteri nupserit, adultera habeatur: nec ei ætatẽ pœnitẽtiæ locus concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus. hoc derelicta [d] intelligendũ est: quæ si uiuente uiro suo alteri nubit, adultera est: nec ad pœnitentiã admittitur, nisi uel primus reuertatur in puluerẽ de quo sumptus est, uel secundus ab eius copula cessando ei moriatur, ut dictũ est suprà. Quia ergo Christus, cui spirituali ter nubũt iam nõ moritur, mors illi ultra non dominabitur: restat ut ille cui secundò nubunt, eis moriatur. in utroq; [e] autẽ nisi sic intelligeretur, esset contrarius [f] domino dicenti per prophetam: In quacunq; hora peccator cõuersus fuerit, &c. & cũ his interpretibus diuinæ legis inueniretur esse ad uersus. Probatur illud idem

gat ad vtranq; partem huius incidentis. q. et cã soluit dupliciter. j. c. §. iuxta. s. q; inter sponsum & spõsam est matrimoniũ initia tũ. i. nõ cõsummatũ: vel inter spõsum & spõsam dicit esse matrimoniũ nõ ratũ. re præsentium, sed spe futurorum. Sed his relictis, certum est q; inter spõsum & spõsam non est matrimoniũ. ppriesumptis vocabulis. Sponsus enim à spõsalibus dicit, & spõsaria sunt cõuentio & repromissio futurarũ nuptiarũ. ff. de spõ. l. j. & hãc qõnẽ tractat G. vsque ad §. sed conce datur. ibi de fecũda quæstione dicitur.

Matrimonium. Coitus. nisi cum sponsa falsa contracta sunt sub conditione. tũc enim per cõtum recedit à conditione vt extra de conditio. appo. de illis.

Sed voluntas. id est, voluntarius consensus, verbis tamen legitimis expressus. Requiritur enim q consensus sit voluntarius, & non coactus. extra de sponsa. cum locum. ver. ba enim requirunt, quantum ad ecclesiam: vt extra de sponsa. tux.

Sed voluntatis. Vtriusque interuentus: quod fit, quãdo maritus & vxor se absoluerũt ab exactione reddendi debiti, causa continentiæ. j. ea. Agathosa. & in auth. vt liceat matri. & auix. §. si vero ex consensu. colla. viti.

Voluntate. hoc vult dicere, q non sufficit corpore recessisse. ũ mente non recesserint: vt ff. de acquir. poss. l. iij. §. in amittenda. ff. de capti. & postlimi. nihil interest. & ff. de ædil. edic. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. Hoc autem scias, quod licet dominus aliquis noluit esse dominus rei alicuius, non ideo perdit dominium. secus est in possessione: vt ff. de acquir. poss. ſi quis vi. §. j.

Vfficiat solus. Verba enim tantum necessaria

ãum. xxxij. quæst. ij. folee. dicit lex quod dotis causa perpetua est, quia eo voto datur, vt semper apud maritum sit. ff. de iure do. l. j.

Retinens. Supple diuini & humani iuris communicatio. ff. de ritu nup. l. j. eiusdem enim religionis debent esse. C. de Iudæ.

consuetudinem retinens [a]. Inter hos autem fuit coniũctio, quæ indiuiduam uitæ consuetudinem exigebat. fuit enim inter eos cõsensus, qui est efficiens [b] causa matrimonij: iuxta illud Isidori, Consensus facit matrimonium.

Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum. [†]

CAN. I.

MAtrimonium quidem nõ facit coitus, sed voluntas [d]: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed voluntatis [e]. ideo qui dimittit coniugem suam, & aliam nõ accepit, adhuc est maritus: nam etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc voluntate [f] cõiunctus est. Cùm ergo aliam acceperit, tũc eam plene dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur, sed qui alteram ducit.

Item Nicolaus papa.

CAN. II.

Vfficiat solus [g] secundum leges consensus eorum, de quorum quarumque consensu & coniunctionibus agitur: qui solus si defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrant. Cùm ergo inter istos consensus intercesserit, qui solus matrimonium facit,

patet hos coniuges fuisse. Sed quæritur, quis cõsensus facit matrimoniũ? an consensus cohabitationis, an carnalis copulæ, an vterque? Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore matrimonium potest contrahere: Si carnalis copulæ, inter Mariã & Ioseph non fuit coniugiũ. vouerat enim Maria se virginem perseueraturã. vnde ait angelo: Quomodo [h] fiet istud, quoniam virum non cognosco: id est, me non cogniturum ꝓposuisse? Neque enim quia tunc virum non cognoscebat, necesse erat inqri, quomodo posset filium habere: sed quia nunquam se cogniturum ꝓposuerat. Si ergo cõtra suum propositum postea consensit in carnalem copulam, rea facta est voti virginalis [i] mẽte etsi nõ corpore violati: quod de ea sentire nefas est. sed sicut Augustinus ait,

CAN. III.

BBata Maria proposuit se seruaturã votum virginitatis in corde: sed ipsum votum virginitatis non expressit ore [k]. subiecit se diuinæ dispositioni, dũ proposuit se perseueraturã vir

sunt ad probationem extra de sponsa. tux. & exponunt quidam secundum leges: id est, secundum canonum. Sed vbi sunt isti canones? imo potius videtur contrarium per canones. j. xxxij. q. ij. c. vlt. & penul. Sed dic, quod illi canones sunt. xxix. q. ij. si quis. extra de coniug. seruo. c. j. extra de rap. cum causam. Vel dic secundum leges, prout sonant litera. Sed hæc dictio solus non excludit cõsensum parentum: imo tãtum alias solemnitates, q fiũt circa matrimonium. quasi dicat, solus eorum consensus est causa effectiua matrimonij: & ideo non sunt contrariæ leges illæ. C. de nup. l. nec filium. ff. de ritu nupt. nuptiæ. quæ dicunt q̃ in matrimonio requiritur consensus parentum. Sed dic, quod requiritur ex honestate, nõ ex necessitate. xxx. q. v. nostrates. [†]

Quomodo. Licet hoc interrogaret, non tamen dubitauit de verbis angeli: sed dubitauit quomodo illud posset fieri: vt sint duæ partes, quo & modo. de modo enim dubitauit, non de facto.

Luc. 1. b

a Ad hoc 23. q. 2. ca. vltim. ibi videas.

Voti virginalis. Sic ergo patet, q̃ Maria nõ vouerat continentiã: sed ꝓposuerat vouere, & virginitatem confiterare, nisi Deus aliter reuelaret, vel lex prohiberet, vel parentes cogerent. & inde est quod licite posuit contrahere matrimonium. Deo reuelãte, si vouerat etiam solemniter: quia votũ fuit sub cõditione. imo quantumcunque ab solutum sit votum, semper intelligitur excepta authoritas maioris: vt extra de iureiuran. veniens. similiter hoc subintelligitur, si res in eodem statu permaneret. xxxij. q. ij. ne quis. & ff. de solutio. l. cum quis & hoc si tibi seruatur fides. extra de iureiuran. peruenit. & hoc si numerauit pecuniam: vt C. de non numera. pecu. indub. eati. & honestæ & possibiles: vt extra de iureiur. quemadmodũ. & alias posui. xxxij. quæstio. viti. cap. vno.

Beata. Ore. Expressio cũ eis in voto multũ operatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

operatur: vt extra de vo. & vo. redem. literaturam. argu. j. ea. duobus. in fi. ar. de pœn. distin. j. magna. in prin. videtur tamē, quod quo ad Deum nō sit necessaria oris cōfessio. xxij. q. v. humanæ. & c. cauete. & xiiij. qō. v. si quid. sed tamen secus est in voto tacito quam expresso. nā dicit lex quod si legaui tibi decē si volueris: tale legatū non transmittes ad hæredes, nisi primo expresseris te voluisse: secus vero est, si legauero tibi x. pure: quia illud trāsmittes. ff. de leg. j. si ita legatum sit. §. illi si volet. imo nec votum dicitur conditionale, vbi conditio subintelligitur: vt ff. de condi. & demon. conditiones quæ. Ioan.

Votum quoddam est expressum, quoddam tacitum.

a Consensit. j. ea. priusquam.
b Appetendo. arg. q aliquis consentit in aliquid, nō tamē vult illud fieri. viij. q. j. ca. audacter. Vel dic sicut in glos. sic ergo patet.
c Cōsensus. id est, maritalis affectus.
d Cum initiat. id est, incipit & existit. Ex hoc sumpsit G. suā dist. scilicet, matrimonium aliud initiatū aliud consummatū: vt j. ea. §. iuxta. Sed tu dic, quod hoc refertur ad actus q cōsiderantur circa matrimonium. nā primo cōsentit, postea cognoscit. Vel initiatur quo ad significationem: vt dicemus j. ead. quapropter. non quo ad sui essentiam: cū matrimonium sacratissima res sit. & quam cito est perfectū & cōsummatum, quo ad sui essentiam nec recipit separationē, vel interstitia temporum.
e Pactio. Id est, cōsensus de præsenti.
f Non cum viri.

[redacted]

Matrimonium est res sacratissima.

ginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. committens ergo virginitatem suam diuinæ dispositioni consensit [a] in carnalem copulam: non illā appetendo [b], sed diuinæ inspirationi in vtroq; obediendo. postea verò cū filiū genuit, quod corde conceperat, simul cum viro labijs expressit: & vterque in virginitate p̄mansit. Consensus [c] ergo cohabitandi, & indiuiduā vitæ consuetudinem retinendi interueniēs, eos coniuges fecit.

Indiuidua uerò uitæ consuetudo est, talem se in omnibus exhibere uiro, qualis ipsa sibi est: & econuerso. Ad indiuiduam uitæ itaque consuetudinem pertinet, absque legitimi consensu uiri & orationi etiam aliquando non posse uacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter eos, patet eos coniuges fuisse.

Ioannes Chrysostomus *super Matthæum.* †

PALEA.

Omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdē dissoluitur. Matrimonium enim nō facit coitus, sed uoluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed uoluntatis. ideo qui dimittit coniugem suam, & aliam nō accipit, adhuc maritus est. nam etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc uoluntate coniunctus est. Cum ergo qui unam dimittit, & aliā accipit, tunc plenè eam dimittit: non ergo qui dimittit, mœchatur, sed qui alterā ducit. Item authoritate probantur esse coniuges.

Ait enim Ambrosius *in libro de uirginibus.* †

Coniugalis pactio, non virginitatis defloratio, cōiugiū facit.

CAN. IIII.

Cum initiatur [d] coniugium, cōiugij nomen nanciscitur. nam defloratio virginitatis nō facit matrimonium, sed pactio [e] coniugalis. denique cùm mulier cōiungitur viro, coniugium est, non cum viri [f] admistione cognoscitur.

Item Isido. Etymologiarum lib. ix. c. vij. †

A prima fide desponsationis coniuges verius appellantur.

CAN. V.

Coniuges veri⁹ [g] appellantur à prima [h] despōsationis fide: quāuis adhuc ignoret inter eos coniugalis cōcubit⁹.

Item quod conditio interposita non ualeat, ex cō cilio Aphricano probatur.

Item.

De eodem.

PALEA.

Quicunque sub conditionis nomine aliquam desponsauerit, & eā postea relinquere uoluerit, dicimus quòd conditio frangatur, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.

Item Augustinus *de bono coniugali.* †

De eodem. CAN. VI.

Coniūx vocatur [i] à prima desponsationis fide, quam concubitu non agnouerat Ioseph, nec fuerat cogniturus, nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat carnalis

Argu. contra extra de eo q dux. in matri. c. significasit. nā ibi dicitur, q copula carnalis facit matrimoniū: sed illud referas ad præsumptionem. ff. de don. inter vir. & vxo. cū hic. §. si mulier. ff. de ritu nup. l. iiij.

† De institutione virginis. c. 5. cū seq.

g Coniuges verius. comparatiuus p positiuo. vel verius, id est, sanctius & honestius quam à coitu, sicut inter Mariā & Ioseph: arg. xxxiij. q. v. quod Deo.
h Prima. dicit H. quod vna est fides, qa vir vxori et ecō uerso debet mutuā seruitutem, & etiam castitatē. secundum hoc expone prima fide, id est, primo à [illegible] fide despōsationis. Alij dicunt, q dux ter coniu… sūt fides. Prima est, … qua ei debet castitatem: argu. xxvij. q. j. caue. Secunda qua mutuam seruitutem ei debet: sed hoc nō nisi post duos menses. extra de cōuer. coniug. ex publico. & secundū priorem expositionē, ex prima vtrunq; debet. vt prædixi. vnde secundum eos primus coitus neq; est gratuitus. nam statim post consensum mutuum de præsenti tenetur reddere debitum petenti. [i] habet tamen alter exceptionem vsque ad duos menses, p prædictam decre. nisi dicatur aliud speciale de duob⁹ diebus vel vno. xxx. q. v. spōsus. j. ea. institutum. hoc tamē est certū, quod post primum coitum statim iure seruitutis petit coitus quandocunque placuerit. Io.
i Coniunx vocatur. j. xxxiiij. dist. c. vlt. Fidele.

Ad hoc facit quod not. j. 36. q. 1. c. 2. in fine.

† lib. j. de nup. & cōcupiscen. ca. xj.

a Fidele. i. ex fide: non tamen vsu carnis consistebat.
b Omne. Gandulphus dixit duo esse tātum bona matrimonij. s. fidem & prolem. sed ipsum sacramē tum nō esse bonum matrimonij, nisi intransitiue intelligatur. i. bonum q est matrimoniū: quia sacramentū matrimonij (vt dicit) nihil aliud est quā ipsum matrimoniū. Sed dic, q sacramētum matrimonij dicitur hic inseparabilis coniunctio animorum: vel etiā mutua seruit⁹: quorum vtrunq; est bonum matrimonij. sine his autē bonis matrimonium contrahi non potest: postea vero sine his esse potest.
c Sacramentum. i. inseparabilitas. ad tēpus enim non potest cōtrahi matrimoniū: vt 32. q. ij. solet. sicut nec filium adoptare ad tempus possum. ff. de ado. l. si quis. Io.
d Nullum diuortium. Imo inseparabilis cōiunctio animorum. j. e. §. ecce contra. ibi dicitur, inter Mariā et Ioseph fuit diuortiū, sed ibi improprie fuit diuortiū. s. corporalis separatio causa honestatis tā tum facta. proprie autem diuortiū est separatio corporalis quæ causa delicti fit.
e Nō potest. Hic colligitur, q coitus non potest esse cū vxore sine peccato: ar. xxxiij. q. iiij. vir cū propria. Arg. cōtra. xiij. di. nerui. de hoc dicemus. xxxiij. q. iiij. vir cum propria.
f Moriatur. xxxiiij. q. ij. non satis.
g Lugere. i. intra tempus luctus non contrahere, & insignia luctus deferre. Et est multiplex

Matrimonij bona sunt tria, quicqd dicat Gādulphus.

4. Sen. dis. 31.

Matrimonium ad tēpus nō cōtrahitur.

Deut. 22. d

Diuortiū … pro… signi…

vlla commistio. propter quod fidele [a] cōiugium, ambo parentes Christi vocari meruerunt: non solùm illa mater, verùm etiam ille pater eius, sicut & coniunx matris eius fuit: vtrunq; mente, non carne.

Item in eodem.

Triplex bonum coniugij fuit in parentibus Christi.

CAN. VII.

e Ita sane. Hic respondet Augustinus secundæ obiectioni Pollentij dicentis, quare Apostolus non plus dicit consulendo, bonum est dimittere vxorem infidelem; melius est autem cum ea manere: sicut alibi cōsulendo dixit, Qui dat nuptui bene facit: qui non dat, melius facit? Et respondeo, quod quædam licita sunt, quorum vtrunque expedit, & vt dare nuptui, & non dare nuptui. Alia, quorum vnū expedit, aliud non: vt dimittere, non dimittere. cum primis rectè ponuntur hæc adiectiua bonum, melius: cū secundis non: quia vtrunque non est bonum: quia non meritoriū: et ideo non dicit Apostolus, qui dimittit, bene facit, &c.

f Propter iustitiam. id est, propter ipsum nubere, quod est iustum. vigesimaseptima, quęstione prima. c. nuptiarum.

Nubere expedit & non expedit.

g Expedit. infra xxxiij. quæstione quinta. capitu. qui sitit. contra. Expedit quidem, & non expedit. Expedit causa fornicationis vitandæ. Non expedit quoniā vxorati, cū sint diuisi, & cogitare eos oporteat, quomodo placere possint & seruire vxoribus, diuinis obsequijs, & orationibus intendere adeo expeditè non valent: vt extra de clericis coniuga. quod à te. expedit ergo nubere, quo ad fornicationem vitandam: sed non expedit volenti tendere ad regnum cælorum. & sic soluuntur cōtraria. xxxiij. quæst. v. c. tunc saluabitur.

h Præceptum. infra xxxij. q. j cap. integritas.

i Sed prohibet. id est, sub forma prohibitionis dissuadet.

Adulte

a Adulterinis. Argu. quod fidelis qui dimittit vxorē infidelē, cohabitare volentem, non potest aliam ducere in matrimonium, nec illa alium: quia remanet matrimonium: vt j. q. ij. quod vero. & cap. si quis.

b Non potest. Hic elice secundam obiectionem Pollētij.

1 Scilicet dimittere.

c Pariter. alterū quidem ꝓpter idololatriæ fornicationem [2], alterum propter lucrandi occasionem.

2 Vt s. eo. idololatria.

ADDITIO. Idem Hu. cuius fuit hæc expositio, dicens: Non ergo peccat fidelis, si dimittat infidelē, licet nō velit vti consilio Apostoli. Archid.

d Nisi ita. id est, nisi dominus daret Apostolo liberū locum prohibendi, id est, dissuadēdi, Apostolus dissuadere nō deberet, si cōtrariū dominus ꝓhibuisset vel præcepisset: quod non fecit.

e Iussionem. Si dominus prohibet.

f Proinde. Hic incipit, assignare similitudines & dissimilitudines.

g Consiliū. s. xxvij. q. j. nuptiarum.

h Dimittit. sicut q dāt nuptui, bene facit: sed qui non dat, melius facit: quia vtrunque licitum est, sed non expediens.

i Ego exponens. scilicet super euangeliū Matthęi. Ber.

k Prohibentur. id est, dissuadentur.

l Non expediant. s. xxiij. q. j. quod pręcipitur.

Dico, præceptiue & admonitiue ponit.

m Si autem. Hic respondet tertiæ obiectioni Pollentij dicentis, cum hoc verbum dico, pręceptiue ponatur in epistola ad Galatas: Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circūcidimini, &c. quare non similiter pręceptiue cum dicit, Ego dico, non dominus. vel concessio etiam quod admonitiue ponatur ibi verbū, dico vobis quia si circūcidimini, &c. nullum incōueniens inde sequit. nō enim indignum est, si quæ iubet dominus, monet Apostolus.

n Non præiudicādo. sicut dicit lex φ voluntariæ tutelę munera priuilegijs nō præiudicāt. C. de excus. tut. voluntaria.

o Vbi ait. ratio ad tertiam.

affert impedimentū salutis: nō solùm quia perniciosissimè scādalizantur offensi, verum etiam quia cum in alia coniugia ceciderint, viuentibus eis à quibus dimittuntur, adulterinis [a] nexibus colligari difficilè resoluūtur. Ideo hic vbi quod licet non expedit, non potest [b] dici, Si dimiserit infidelem, bene facit: si nō dimiserit, melius facit: sicut dictū est, Qui dat nuptui, bene facit: & q non dat nuptui, melius facit: quia nō illud solùm, sed vtrunque pariter [c] licet: vnde ad nihil horū præcepto domini quisquam compellitur, sed vtrunque expedit, aliud min⁹, aliud amplius. Vnde ad id, quod amplius expedit, consilio Apostoli, quicunque potest capere, prouocat. Hic autē vbi de dimittendo, vel non dimittendo infidelis cū fideli cōiugio quæritur: vtrūque quidem pariter licitum est, per iustitiam quæ coram domino est: & ideo nihil horū prohibet dominus: sed non vtrunq; expedit, propter infirmitatem hominū: & ideo id, qđ non expedit, Apostolus prohibet, dāte sibi domino locum liberum prohibendi: qa neque id, qđ monet Apostolus, ꝓhibet domin⁹: neque id quod prohibet Apostolus, iubet dominus. Quod nisi ita [d] esset, neque contra prohibitionem domini Apostolus aliquid moneret, neque contra iussionē [e] eius aliquid prohiberet. Proinde [f] in his duabus causis, vna de nubendo vel de non nubendo, altera de infideli coniuge dimittenda, vel non dimittenda: aliquid simile inuenitur in verbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem est illud, quod ibi dicit: Præceptum domini non habeo, consilium autē do. et hic dicit: Ego dico, nō dominus. Quale est enī, Præceptum domini nō habeo: tale est, Nō dicit domin⁹. et quale est, Cōsilium [g] autē do: tale est &, Ego dico. Illud autē dissimile est: qa de nubendo & non nubendo dici potest. Hoc bene fieri potest, illud autē melius: quoniam vtrunque expedit, vnum minus, aliud magis. At verò de coniuge infideli dimittenda vel non dimittēda, quoniam vnum horum nō expedit, aliud expedit: dici non oportet, Qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit [h], melius facit: sed dici oportet. Nō dimittat: quia & si licet, non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodū rectè dicimus melius esse quod & licet & expedit, quàm id quod licet & non expedit. His de causis factum est, vt ego exponēs [i] domini sermonem, quem in monte prolixū habuit, vbi ventum est ad quæstionem de coniugibus dimittendis vel non dimittendis, adhiberim consilium ab Apostolo dictum non præceptum domini, vbi ait: Cæteris autem ego dico, non dominus: monens eos qui haberent coniuges infideles, vt consentientes habitare secū non dimitterent. quod vtique ideo monendum, non iubendum fuit, quia non tantò pondere prohibentur [k] homines facere licita, quamuis non expediant [l], quantò pondere prohibenda sunt illicita. Si autem [m] alicubi Apostolus etiam illa quæ iubenda sunt, monere dignatur: hoc fecit parcēdo infirmitati, non præiudicando [n] iussioni. Vnde sic dicit, Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt charissimos filios moneo. quid habet quæstionis vbi ait [o], Ego dico, non dominus: item vbi ait, Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit? Nun-

1. Cor. 7. b

1. Cor. 7. b

1. Cor. 4. c

Nun

Universidad de Deusto Biblioteca

quid[a] etiã hic dixit[b], Ecce ego dico, non dominus. Non sunt itaque similia ista: quia etiam illa quę iubet dominus, non est indignũ vel contrarium si eadem monet Apostolus. Monemus enim eos, quos charos habemus, vt faciant domini præcepta vel iussa. Cum verò dixit, Ego dico, non dominus: satis ostendit dominũ nõ prohibere, quod ipse prohibebat: phibuisset autem dominus, si esset illicitum[c]. Ergo secundum ea quæ supra diximus[d], multumque versauimus, licitũ erat per iustitiam, sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam.

Tu verò[e], cui placet ita non licere, quod non vetat dominus, sed Apostolus, quemadmodum non licet quod vetat dominus: cùm exponere voluisses † quid sibi vellet quod ait, Ego dico, non dominus: cùm alloqueretur fideles, quibus essent coniuges infideles, dixisti: quia dominus iussit ne coniugia sibimet diuersæ religionis copularentur. & ipsum adhibuisti testimonium domini dicentis: Non accipies vxorem filio tuo de filiabus alienigenarum: ne traducat eum post deos suos, vt pereat anima eius. Addidisti etiam verba Apostoli vbi ait: Mulier alligata est viro quã diu vir eius viuit: quod si mortu⁹ fuerit vir eius, liberata est: cui vult nubat, tantum in domino. quod ita exposuisti, vt adiungeres domino, id est, Christiano, deinde secut⁹ es & addidisti[f], Hoc est ergo domini pceptum tam in veteri testamento, quàm in nouo, & hoc iubet dominus, hoc docet[g] Apostolus, vt non nisi eiusdem religionis & fidei coniugia maneant copulata. Quare contra hoc domini iussum, contra doctrinam sanctam †, contra præceptum noui & veteris testamenti iubet Apostolus vt diuersæ fidei maneant cõiugia copulata: quia Paulus inquit prædicator gẽtium & Apostolus iam in cõiugio positos non solùm monet, sed etiam iubet, vt si alter ex cõiugibus credidisset, alterum non credentem, secum tamẽ habitare cõsentientem, non dimitteret? His verbis tuis, aliud esse hoc[h] aliud illud, satis euidenter ostendis. Illud enim de his coniugijs agitur, quæ non sunt primitus copulata, ne nubat fœmina nisi suæ religionis viro, vel ne talem[i] accipiat vxorem. id enim (vt dicis) iubet dominus, docet Apostolus, vtrunque præcipit testamentum: hoc autem diuersum esse, quis abnuat, vbi agitur[k] non de coniungendis, sed de coniunctis? Ambo[l] qppe vnius eiusdemq; infidelitatis fuerunt quando cõiuncti sunt: sed euangelium cùm venisset, alter sine altera, vel altera sine altero credidit. Si ergo aliud hoc est (quod sine scrupulo vllius dubitationis apparet) cur virum fidelem[m] cum infideli coniuge permanere nõ & dominus sicut Apostolus iubet? nisi forte loco[n] isto vacat illud quod tam fidẽter ipse Apostolus ait, An vultis

a Nunquid. argu. quod nullum verbũ in oratione vacat mysterio: & arg. ff. de vsur. l. si stipulatus. nam ibi dicitur, q si stipulatus sum à te rem mihi dari, vacuamque possessionẽ tradi, fructus veniunt in stipulatione. si autem rem tantum mihi dari, non veniunt in stipulatione. arg. contra. ff. pro soc. l. sed & si adijciatur. Itẽ est hic arg. quod nõ est argumentandum de consimilibus illis, inter quæ dissimilitudo attẽditur. ff. de rei vend. si nauis. & ff. de condic. indebi. plane. & ita intellige, ff. eod. tit. si reus. & hinc bene dicitur. ff. de iniust. & rup. test. l. iij.

b Dixit. simile ff. de iurisdic. omn. iudi. si familia.

c Illicitum. argu. omne illicitum, esse prohibitum: saltem ibi, declina à malo, & fac bonum. dicit ibi expositor, à malo omni: & exaudi hoc de mortali. Venialia enim nõ sunt prohibita: arg. xiij. dist. nerui. xiiij q. j. quod præcipitur.

d Supra diximus. supple q dominus non prohibuit id q Apostolus, &c.

e Tu vero. Augusti. qui dictum Apostoli itelligit de cõsilio ego dico, non dominus: intellectũ suum & rationẽ suã posuit in princip. quare dominus non debuit præcipere vt nõ discederet vir fidelis ab ĩfideli. Pollẽtius autem qui de pręcepto intelligit, aliam rationem ponit, dicẽs quod ideo præcipit Apostolus & non dominus, infidelem non dimitti quia dominus videretur contrarius sibi cũ præceperit in vet. test. ne quis alienigenam duceret. cõcludit ergo Augus. ex hoc quod dicit Pollentius, Apostolum in præcipiendo fuisse etiam contrariũ domino. ad qđ respõdet Pol. q in diuersis casibus loquuntur Apostolus & dominus: & ideo non est contrarius ei. infert ex hac respõsione Aug. ergo nec dominus erat sibi ipsi contrarius si idem præciperet q Apostolus: cum dominus de coniungẽdo, Apostolus de iam coniuncto loquatur matrimonio. quid ergo respõdes Pollenti quare præcipiat Apostolus et non dominus, assigna causam.

f Addidisti. Ad hoc idẽ probãdũ. & addidisti concludẽdo.

g Hoc docet. Respon. ¹ & ostendit conclusionẽ illã nõ prouenire: quia in alio & in alio casu loquitur Apostolus & dominus.

h Esse: hoc de coniunctis.

i Talem. id est, nõ suæ religionis.

k Vbi agitur. in Apostolo.

l Ambo. Pone exemplum, vt melius appareat quod dicit. C. de transf. vt responsum.

m Cur virum fidelem. intrat quæstionem, vt Pollentius aliter respõdeat, cũ prima eius respõsio nulla fuerit.

n Loco. id est, locum non habet. nõ est verum. quasi dicat, nisi velis dicere q Apostol⁹ hoc nõ dixit authoritate spiritus sancti.

Intel

Fructus in stipulatione rei quãdoque veniunt, quãdoque non.

Peccatum mortale et non veniale est prohibitum.

† Alias, voluisset.

1. Cor. 7. b

Deut. 7. a

1. Cor. 7. c

† Alias, suam.

1. Cor. 7. c

1 Scilicet Pollentius. Hug.

experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus? et dominus vtique est Christus. Intelligisne[a] quid dicã? An in hoc explanãdo aliquantò diligentius[b] immorabor? Attẽde, vt rẽ ipsam explanandã, tãquam in conspectu considerandã pleniore sermone ponã. Ecce[c] coniuges duo vnius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt, nulla de eis quæstio est quę pertineat ad illã Domini iussionem, doctrinãmque apostolicam, & pręceptũ veteris & noui testamenti, quo prohibetur fidelis cũ infideli coniugiũ copulare: iam sunt coniuges: & ambo adhuc sunt infideles, adhuc tales sunt, quales fuerunt antequam coniungerentur, qualésque coniuncti suut: venit Euãgelij prædicator: credit eorum aut vnus, aut vna: sed ita, vt infidelis cum fideli habitare consentiat. Iubet fideli dominus ne infidelẽ dimittat[d], an non iubet? si dixeris, iubet: reclamat[e] Apostolus, Ego dico, non dominus. Si dixeris, Non iubet: causam requiro[f], neq; illam mihi responsurus es, quam tuis literis indidisti: quia dominus videlicet prohibet fideles infidelibus iungi. hic enim nullo modo est ista causa: quia de iã coniunctis loquimur, non de coniungendis. Si ergo tu causam non inuenisti, cur non vetet dominus, quod prohibet Apostolus: cernis iam (vt existimo) nõ esse ipsam causam, quã putaueras esse.

Contra inuenitur in concilio Toletano iiij. †

Nisi ad fidem Iudæus accesserit, separetur ab uxore fideli.

CAN. X.

Iudæi[a] qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab episcopo ciuitatis illius, vt si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. quòd si admoniti fuerint, & noluerint, separentur: quia non potest infidelis in eius permanere cõiunctione quæ iam in Christianam translata est fidem. filij autem qui ex talibus nati sunt, fidem atq; conditionẽ[b] matris sequantur. similiter illi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, Christianã sequantur religionem, non Iudaicam superstitionem.

Verùm hoc ideo statutum est, ne dum fidelis salutem quærit infidelis, potius ipse cum ea infidelitatis[c] perditionem inueniat.

Vnde in eodem concilio † tam de filijs Iudæorum, quàm de cæteris ad fidem venientibus statutum est vt infideliũ consortia euitentur.

A parentum infidelium separentur consortio fideles, ne eorum inuoluantur erroribus.

a Intelligisne. Vnde Philoso. Sentis ne inquit hæc, atque animo illabuntur tuo?

b Diligentius. Arg. q aduersarius tenetur aperire quæ dicit suo aduersario: vt arg. v. q. ij. relatum. xj. q. iij corum. sed hoc c. nihil facit: quia dicit Boethius in iiij. lib. Topicorum, q disputatio dialecticorum, est ad alterutrũ causidicorum siue rhetorum ad tertiũ ¹. vnde in dialectica disputatiõe, est necesse q qui obijcit, exponat obiectiones ipsi respondenti. in rhetorica vero sufficit qđ faciat ipsi iudici fidem, si obijciatur. xxx. q. v. iudicãtem. dicimus q de mandato iudicis debet ei respondere vel exponere si potest: alias non tenetur. C. de non num. pec. generaliter. ff. de proba. quinquaginta.

c Ecce. Ponit thema, vt apertius dicat.

d Dimittat. Hæc litera sine non extorta est: potest tamen ita intelligi: Iubet fideli dominus vt infidelẽ dimittat, an non iubet vt dimittat. i. an iubet vt non dimittat: & assumit Aug. tatũ alteram partẽ disiunctiuæ, hanc. s. iubet vt nõ dimittat: & ex ista procedit, si dixeris iubet, &c. Secundũ autem q in litera est, non vt fidelem non dimittat, &c. plana est litera: & bene cõgruũt quæ sequũtur. nam si dicat, iubet vt dimittat, Apostolus est cõtrarius domino vbi dicit, dico ego non dominus. si autem dicat, nõ iubet vt dimittat, assignet aliam causam.

e Reclamat. Nec reclamat Apostolus cõtrarium suo dicto: nec reclamat per hanc literã, nõ dominus. & hoc cũ non est ibi non. sed credo literam falsam esse sine nõ. M.

f Causam requiro. Quare non iubet dominus vt non dimittat. Ioannes.

Contra inuenitur. Hæc est quarta pars q. in qua loquitur de Iudæis, à quibus vxores & filij baptizati sunt separandi, et alias eorum consortium vitandum. & hoc probat per quinq; authoritates. Io. de F.

a Iudæi. Quod hic dicitur, corrigitur extra de diuor. quanto. ¹ Vel dic q dicitur hic separandos esse, intelligas in illis casibus, quando in cõtumeliam creatoris vult habitare cũ eo, vel vt trahat eũ ad aliquod mortale peccatum: & secũdum hoc idẽ iuris est in Iudæo & Gentili. Vel loquitur in eo casu, quãdo primo fuerunt Christiani, & postea alter factus est Iudæus: vt tunc teneatur recedere ab ipso si noluerit conuerti: vt s. e. nõ solum. Vel dic q aliud est ² si vir conuertitur ad fidẽ, & aliud si mulier. Nam si mulier cõuertit, ipsa debet recedere à viro, ne vir eam reuocet ad priorem. Secus est, si vir conuertitur: q a facilius possunt viri reuocare mulieres quã ecõuerso nam vir caput eius est. xxxiij. q. v. cũ caput. Sed qualiter potest ecclesia filios illorũ, quorum alter est conuersus, cogere ad baptismum? Respond. ex quo alter parẽs eorũ conuersus est, iã est factus de foro ecclesiæ: ergo & filij eius per cõsequens: vt xv. q. vlti. cum multæ. Ioannes. sed melius credo q intelligatur quando Iudæus existens Iudæus cõtraxit cum Christiana. B.

b Conditionem. Infra xxxij. q. iiij. liberi. contra: hic de conditione religionis: ibi de conditione seruitutis.

c Infidelitatis. Iudæi vero difficiliores sunt ad conuertendum, & peritiores ad subuertendũ, quam gẽtiles: quia legem habent & prophetas. & ideo hæc ratio potius habet locum in Iudæis, quam in gentilibus. arg. xj. quæst. iij. ad mensam. Iudæi.

Aduersarius an debeat aduersario aperire quę dicit.

1. Co. 13 a

1 Scilicet alium iudicem.

2 Tu dis quod hæc decretalis non corrigit hoc ca. sed declarat in præ dic. decre. patet veritas. si enim aliter, &c. & quod sequitur verius est.

† ca. lxij.

3 Hoc est tenendum secundum Io. de Fãt. Mulier ad fidem conuersa debet virum infidelem relinquere, sed non ecõuerso.

† ca. lix.

Paganí citius trahuntur ad fidem, quã Iudæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorũ filij non sunt prius baptizandi.

[a] IVdæorum. Quidam intelligunt hoc capi. & Iudæis auferendi sunt paruuli eorum, & baptizandi, sed adulti nequaquam. sed certe sicut nec adulti, ita nec paruuli ad fidem vel trahẽdi sunt, imo secundum hoc in breui nullus esset Iudæus. quomodo ergo

[1] Dicit reliquiæ Israel saluæ fierent postea? ideo intelligo hoc de filijs iam Christianis, quos forte parentes circumcidere volebant. de conse. di.iiij.plerique. & hæc littera hoc idem innuit, vbi dicit vltra, & vbi dicit separari: & ita per baptismum soluitur ius patriæ potestatis: nec tamen priuabũtur isti paterna successione. extra de Iudæis c. Iudæi.

habetur 5. xxi.dist.qui syncera.

[b] Proficiant. Iuxta illud: Auge nobis fidem. de pœni.dist.j.dum sanctam. ergo iam isti baptizati erant, cũ proficere debeãt in gradibus dignitatis, id est, virtutis: vt de peni. distin.ij.dum sanctam.

CAN. XI.

IVdæorum [b] filios vel filias, ne parentum vltra inuoluant erroribus, ab eorũ consortio separari decernimus, deputandos aut monasterijs, aut Christianis mulieribus, aut viris Deũ timẽtibus: vt sub eorum conuersatione cultũ fidei discant, atque in melius instituti, tam in moribus, quam in fide proficiant. [b]

Idem. †

Iudæis ad fidem venientibus cum infideli nulla sit communio.

CAN. XII.

SÆpè malorum consortia, etiã bonos corrumpunt: quanto magis eos [c] qui ad vitia proni sunt. Nulla igitur vltrà communio sit Hebræis [d] ad fidem Christianam trãslatis, cum ijs, qui adhuc in veteri ritu consistunt: ne fortè eorum participatione subuertãtur. Quicũq; ergo ex ijs, qui baptizati sunt, amodo infideliũ consortia nõ vitauerint: & hi Christianis donẽtur, & illi publicis [e] cædibus deputentẽ.

Item ex vij. synodo.

Cum Iudæis nec manducandum, nec bibendum: nec ab eis medicamẽtum accipiendum est.

CAN. XIII.

NVllus eorũ [f], qui in sacro sunt ordine constituti, aut laicus azyma eorũ manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet: aut medicinam ab eis percipiat [g]: † aut cum eis in balneo lauet. si verò quis quam hoc fecerit: si clericus est, deponatur: si laicus, excommunicetur.

Item ex concilio Agathensi. †

Clerici siue laici vitent Iudæorum conuiuia: nec eos ad sua conuiuia recipiant.

CAN. XIIII.

OMnes deinceps clerici siue laici, Iudæorum [h] conuiuia vitent: nec eos ad conuiuium quisquã accipiat: quia cùm apud Christianos communibus cibis non vtantur, indignum atque sacrilegum est, eorum cibos à Christianis sumi: cùm ea quæ Apostolo permittente nos sumimus, ab illis iudicẽtur immunda: ac sic inferiores [i] incipiant esse Christiani quàm Iudæi, si nos quæ ab illis apponuntur vtamur, illi verò à nobis oblata contemnant.

Ex *his itaque euidenter colligitur, coniugium esse inter infideles. Illud uerò* Apostoli, *Omne quod non est ex fide, peccatum est: nõ ita intelligendũ est, ut quicquid fit ab infidelibus, credatur esse peccatum: sed omne quod contra conscientiam [k] fit, ædificat ad gehennam. unde* Amb. *Peccatum est, quod aliter fit quã probatum est. Item* Aug. *super eundem locum. Omne quod aliter fit, quã probatũ est, peccatum est: non tamen omne quod fit cum fide [l], bonum est. Ignorantia enim, quæ est ex culpa, nocet. Hinc etiam Apostolus ait:*

extra, † *Dei decretum fit. illa itaque authoritate iubentur separari ab inuicẽ, qui contra Dei uel ecclesiæ decretũ copulati sunt: utpote infideles cum fidelibus, uel consanguinei cum consanguineis, uel affines cum affinibus: hi omnes si sibi inuicem copulati fuerint separandi sunt.*

Hinc etiam idem Ambrosius in libro primo de patriarchis. †

Fideles infidelibus non sunt coniugio copulandi.

CAN. XV.

CAue Christiane gentili, aut Iudæo, filiã tuam tradere [n]: caue inquit gentilem vel Iudæã atq; alienigenã, hoc est omnem hæreticã & alienam [n] à fide tua accipere tibi vxorem. prima [l] coniugij fides, castitatis gratia est [k], si Christiana [l] sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramẽto baptismi simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & coniũctis precibus obsecrãdus est Deus.

Item ex concilio Agathensi. †

Cum hæreticis catholici non misceant coniugia.

CAN. XVI.

NOn oportet cũ hominib⁹ hæreticis [m] miscere cõnubia, & vel filios vel filias eis dare, sed potius accipere, si tamen se profiteant Christianos esse futuros, & catholicos.

Item ex concilio Vrbanensi.

Christiana communione careat qui Iudaicæ prauitati coniugali se vinculo sociat.

CAN. XVII.

SI quis Iudaicæ prauitati coniugali societate iungit, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano mulier carnali cõfortio misceantur, quicunq; eorum tantum nefas admisisse cognoscitur, à Chri-

[a] Ex fide. id est, sicut fides exigit. Ibidem

[b] Reputatur. Quo ad vitam æternam. de pœni.distinc.iij. si quis autem nõ habens.

[c] Absque Deo. id est, absque fide quæ est à Deo.

[d] Virtus. 5. distin. xxvj. deinde. cõtra 5.j.q.j. sicut vrgeri. 5. dist. xlv. vera iustitia. 5. xxiiij. qõ. j. vbi sana.

[e] Quantum. 5. j. q. j. quod quidam. de consec. distinct. iiij. quamuis. 5. distinct. xxxij. §. verum. j. xxxij. q. j. cum renũtiatur. argu. xxiiij. qõ. j. vbi sana. j. de pœn. dist. v. confidet. j. de pœn. dist. ij. §. quod autem. & distin. iij. ille rex.

[f] Veræ. Non videtur dicere verũ. Nã vbi deest fides vel charitas, nullatenus est virtus, put theologus accipit virtutem. quod ergo dicitur hic virtutib⁹, intellige scilicet politicis, quæ sine charitate habentur à multis strenui enim actꝰ hominũ in eis erãt: argu. xxiij. q. iij. si non ex fide. Nã & virtus pro fortitudine ponit. ff. de aleatoribus. l. 13. q. 1. quibus. Alię verò virtutes (vt prædictum est) nõ erant in eis: quia si haberent vnam, haberẽt omnes: arg. xxiiij. q. j. vbi sana. de pœnit. dist. v. c. j.

Virtus nõ est sine fide & sine charitate.

1. Tim. 1.

[g] Cæ. Aue. Tradere. j. pxi. ca. contra. Solu. ibi de pactione de futuro: hic dicit q̃ non licet accipere ⁷, & illise miscere.

[h] Alienam. Hæc clausula omnẽ alienam, non supponit pro hæretica vel gẽtili. ff. de verb. obligat. clausula. nã ibi dicitur, q̃ clausula generalis sequẽs, nõ refertur ad ea de quibus specialiter est p̃missum. Nõ est obligendum de Moyse qui duxit Ethiopissam: vt ij. qõ. vij. §. item obijcitur. quia illud factum fuit in figura, q̃ dominus sibi copularet ecclesiam ex gentibus. ij. qõ. vij. §. his itaque. Sed pone q̃ aliquis hæreticus nunquam fuit baptizatus, voluit baptizari, sed non habuit aquam: numquid posset cõstat ei omnia peccata dimissa esse, etiam originale: nunquid posset contrahere matrimonium cum Christiana? Dicit Hug. quod non: quia ianua omnium sacramentorum, est baptismꝰ. xxxij. distin. §. verum. Similiter nec ordinẽ posset recipere, forte si superuixit & se nõ baptizauit, videtur contẽnere: & sic haberetur quasi non fuerit Christianus. Io.

Ibidem

Baptizato sola voluntate, an possit cũ christiana contrahere.

† lib. j. de Abraham cap. ix.

[i] Prima. Quæ est inter sponsos & sponsas. Ioan.

[k] Gratia est. infra xxx. q. v. fœminæ.

[l] Si Christiana. id est, catechizata. Et ita est arg. q̃ catechumenus non est fidelis. De hoc dicam j. xxx. q. j. in prin.

[m] NOn oportet. Hæreticis hæreticus nõ potest contrahere cum Christiana. Dicit tamen H. q̃ si contrahit, tenet matrimonium, sicut si cõtraheret cum excõmunicato. De cõditionibus quæ apponuntur in matrimonio, not. xxxij. quæstio. ij. solet.

3 Videtur not. cõtra 3. c. proxi. in fi. in gl. hæc clausula. i prin cipio.

† ca. 67.

[n] Si quis Iudaicæ. Item

a Itē illud. Dato. Hic non ponit exēplum bonū. Nā in veritate per dationem libelli non dissoluebat matrimonium: imo vera erat fornicatio. extra de diuort. gaudem⁹.

b Tradit. j. xxxv. q. v. c. aliter.

c Non legitimū. Si enim probatum fuerit aliquod impedimentum in tali matrimonio, filij non erūt legitimi: vt extra de clandesti. despōs. cum inhibitio.

d Vod vero. Hic incipit secūda quæstio, de qua ī. diximus in j. quæstio.

e Si quis. Virginem. idem esset & si corruptam. sed de facto quæritū est de virgine: forte ideo, quia videbat q̄ matrimoniū solueretur inter virginē & eum qui accedebat ad baptismum: sicut cum alter spōsorum trāsit ad religionem monasterij sed non est ita: quia cum transitur ad religionē fidei, bene potest quis vti matrimonio. xxvj. dist. deinde. secus cū transitur ad monasterium: vt xxvij. q. j. vt lex.

f Viuente. & conuersa cum viro vel nō conuersa, secum tamē cohabitare volente: sequens autem capitulum intelligitur de nolente cohabitare.

g Cōiugia. Potest tamen ad religionē trāsire etiam inuita ea, cū matrimonijs nō sit ratum. extra de diuor. quanto.

h Si infidelis. Propter Deum. id est, ppter fidē Dei.

i Soluit. ecclesia tamen debet sententiare. sed quid si illa vxor nō vult venire ad causam, cum nō sit de foro ecclesiæ? Si potest cōstare ecclesiæ quod non vult cohabitare, sententiet. Hāc glo. non approbo: quia sine iudicio ecclesiæ dissoluit matrimonium: vt ī. q. j. si infidelis.

k Ius. id est, vinculum. sed tūc detrahit relictus argumentum extra de diuor. gaudemus. in fine. imo etiā prius credo solutum. sed si alter reuertitur ad fidē, antequam alter duxerit vxorem, restituitur vinculum matrimonij, quasi iure postliminij, vt ibidem perpenditur.

l Relinquitur. nihilominus & circa relinquentem. vnde & relinquens contrahet sine peccato, si conuersus cōtrahat. nō enim potest matrimonium claudicare: cum sint duæ relationes. vnde si vna est vxor, & reliquus est vir. ideo autem non tractauit hic de relinquente, quia extra ecclesiā est, & nihil ad nos de eo iudicare. ij. q. j. c. multi. Est tamē arg. q̄ claudicet: vt hic, & extra de eo qui cog. cap. j. argu. ff. manda. potest. sed vt dixi, quo ad effectum non potest claudicare, sed quo ad effectum bene: quia quando tenetur vnus alij, sed nō econuerso. Vel dic quantum ad fidelem soluitur: vt hic dicitur: ga adhuc potest debitum petere ab altero: sed infidelis non potest: quia fidelis non est subiectus seruituti illius: & cum alia sit seruitus, qua tenetur vir vxori, quam illa, qua tenet vxor viro: bene potest vna seruire esse subiecta, & non alia. sic ff. de seruit. vrb. prædio. si domus. & extra de conuer. coniug. quidam.

m Et in matrimonium. t. in fractione primi matrimonij, nō dicas in secundū matrimonium si illud contrahat postquā conuersus cum

cum alia cōtraxit vt præmisit. argumentum tamen q̄ peccet contrahendo secundum, extra de testib. sicut.

a Atque. Hæc dicit canonica & bona: & ppter extra de diuort. c. quāto.

b Trum. Hic intitulatur quæstio iij. in qua qd iuris sit, diximus. xxvj. di. vnus. nec valet q̄ hic dicitur à Hieronymo.

c Cutius vero. Cē fuerunt. ī. di. iv. nullus.

d Vidā. mulieri nobili. Imparia coniugia tribus modis dicūtur. Vno modo q̄n cōtrahit fidelis cū infideli: de quibus in superiori cā audiuimus. Alio mō, q̄n vnus liber, & alius seruus: de quib⁹ in hac cā videbim⁹. Tertio mō q̄n vn⁹ maior, alter minor de qb⁹ in sequenti tractat: hic de errore personæ conditionis, qualitatis et fortunæ tractatur.

Vod autem. Hic depingitur. j. q. j. an matrimonium contrahatur inter eos, inter quos interuenit error personæ: hoc est dicere, an error psonæ impediat matrimoniū contrahendum & diuinat iā contractū. Gra. allegat pro & cōtra, distinguendo quatuor errores fortunę, qualitatis, personæ, & cōditionis. duo vltimi diriment matrimonū, non ex sua natura, sed ex cōstitutione ecclesiæ. Nam similiter & Papa posset constituere, q̄ error qualitatis impediret, & quod nullus error impediret, et q̄ esset matrimonij, vbi lentem cohabitare, atque a aliud discedentē non sequi. uolentem enim cohabitare, licet quidem dimittere, sed non ea uiuente, aliā superinducere: discedentem verò sequi nō oportet, & ea uiuente, aliā ducere licet. uerū hoc nō nisi de his intelligendū est qui in infidelitate copulati sunt. Cæterū si ad fidē uterq; cōuersus est, uel si uterq; fidelis matrimonio iunctus est, & procedēte tēpore alter eorū à fide discessit, & odio fidei Christianæ coniugem dereliquerit: derelictus discedentem non comitabitur: non tamen illa uiuente, alteram ducere poterit: quia ratum coniugium fuerat inter eos, quod nullo modo solui potest.

QVÆST. III.

b Trum verò bigamus sit reputandus, qui ante baptismū habuerit unam, & post baptismum alteram, authoritate Hieronymi patet.

Ait enim super epistolam Pauli ad Timotheum.

Non est bigamus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram.

CAN. I.

Oportet episcopum vnius vxoris esse virum. verūm hoc post baptismum: cæterūm si ante baptismum habuit vnam, & post baptismum habuit alteram, non est reputandus bigamus, cui prorsus innouato per baptismum omnia vetera sunt dimissa.

Augustinus verò contra testatur & Innocentius.

Ait enim Augusti. super epistolam Pauli ad Titum. † De bono coniuga. c. 18.

Non debet fieri episcopus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram.

CAN. II.

Acutius verò intelligūt, q̄ i nec eum ordinandum censuerunt, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. In baptismate enim crimina abolentur, non fœderatio coniugij dissoluitur. Sicut illa, quæ catechumena vitiata est, inter Dei virgines cōsecrari non potest: sic qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram, non nisi bigamus est reputandus. amisit enim quiddam non ad vitæ meritum, sed ad signaculi sacramentum.

Item Innocen. Rufo & Eusebio episcopis Macedoniæ multis † argumentis probat, talem bigamum reputari. Quia ergo iste cuius causa in præsenti agitur, ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram, bigamus iudicatur: & licet uitæ meritò, & industriæ scientia polleat, tamen in episcopum ordinari non potest. † Sed non maior & inferior sunt de hierarchia. Q. 1. ar.

CAVSA XXIX.

Quidam mulieri nobili d nuptiatum est, quòd à filio cuiusdam nobilis petebatur in coniugem. præbuit illa assensum. Alius verò quidam ignobilis atque seruilis cōditionis, nomine illius seipsum obtulit, atque eam in coniugem accepit. ille qui prius sibi placuerat, tandem uenit, eámq; sibi in coniugem petit. illa se delusam conqueritur, & ad prioris copulam aspirat.

1 Hic primùm quæritur an sit coniugium inter eos?

2 Secundò, si prius putabat hūc esse liberum, & postea deprehendit illum esse seruum, an liceat ei statim ab illo discedere?

QVÆSTIO I.

Vòd autem coniugium sit inter eos, probatur hoc modo: Coniugium siue matrimonium, est uiri & mulieris coniunctio individuam uitæ consuetudinem retinēs. Item con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Error personæ non facile cõmittitur.

vbi esset error personæ, sicut & tenet pignus licet ibi sit error. ff. de pign. ac. l. j. vnde ex natura non habet error personæ q impediat. arg. tamen est contra. j. de Iacob, & Lia: quia nondum ecclesia constituerat: & tamen tunc impediebat. Et est etiam ar. contra: quia error impedit emptionem: vt ff. de con. empt. quid tñ. Et no. q secundum H. & L. nunquã erratur in psona, nisi prius habita notitia aliqua de eo cuius nomine alius se repræsentet. vnde si aliquis offert se sub nomine Regis Frãciæ, alicui puellæ, si ipsa nihil vnquã audiuit de Rege Frãciæ, nec aliquã notitiã habet de eo per famam vel alio modo, & putat hũc esse Regem Frã. non errat in psona, sed in fortuna vel qualitate vel nomine. Sed si aliqua cõsentit in aliquẽ visum vel non visum, tñ aliquo modo sibi cognitũ. s. fama vel alio modo, si postea per errorem accipiat alium, etiam si ab eo fuerit cognita, reddetur primo, si tamen ille in eam cõsenserit per nuntiũ, vel alio modo. si vero nullo modo fuerit sibi cognitus quamuis per errorem accipiat alium, nunquã reddetur primo: q a inter eam & primũ non fuit matrimonium. nam in penitus incognitũ nec amorem nec cõsensum dirigere possumus. [1] vnde Augu. Non visos diligere possumus, qui nobis per famam, vel alio modo cogniti sunt: incognitos autem diligere nequimus. sed certe licet hoc posit concedi, quod non sit restituenda priori, non tamen dico quod debeat stare cum secundo, cum ibi sit error. Nam errare est aliud pro alio putare: vt xxij. quæstio. ij. in quibus. & xxxviij. distin. quamuis. Item eadem ratione, qui emit aurichalcum pro auro consentit in aurum: q falsum est: vt ff. de contra. empt. alioqui. & l. quid tamen. nam licet non erret circa illum, cuius nullam notitiam habuit, errat tamen circa præsentem [2]. H. tamen & L. dicunt, quod sit matrimonium cum ista. sed hoc non credo: cum ibi sit error. ergo non est ibi consensus: quia nihil est tam contrarium consensui, quam error: vt ff. de iudi. l. ij.

1 Arg. cõtra. ff. de cõtrahen. emptio. cum ab eo. §. massam.

2 Sub. circa quẽ error attenditur: qđ dic vt no. j. e. in glo. dicit tamẽ, &c. in fine.

a Item cõsensus. Vt xxvij. q. ij. sufficiat. Intelligitur autem consentire, nisi expresse dissentiat: vt ff. soluto matri. l. ij. §. voluntatem. & extra de spon. sicut ex literis. & extra de ijs quæ fi. à præla. cap. ij. & ff. de sponsalibus. l. sed ea quæ patris.

sensus[a] utriusq; matrimonium facit: quia ergo isti coniuncti sunt, ut indiuiduã uitæ consuetudinem conseruarent: quia uterq; consensit in alterum, cõiuges sunt appellandi. Iis ita respõdetur: Consensus est duorum uel plurium sensus in idem. qui autem errat, non sentit. non ergo cõsentit, id est, simul cum alijs sentit. hæc autem errauit[b]: nõ ergo consensit[c]. non itaq; coniunx est appellanda: quia nõ fuit ibi consensus utriusq;, sine quo nullum matrimoniũ esse potest. sicut enim ille qui ordinatur ab eo quem putat episcopũ esse, & adhuc est laicus, errat, nec uocatur ordinatus, imò ab episcopo adhuc est ordinandus[d]: sic ista errãs nulli est copulata coniugio, imò adhuc est copulanda. Ad hæc, nõ omnis error consensum euacuat: qui enim accipit in uxorem coruptam, quam putat uirginem: uel qui accipit meretricem, quam putat esse castam: uterq; errat: quia ille corruptam existimat esse uirginẽ, & iste meretricem reputat castam. Numquid ergo dicendi sunt non consensisse in eas? aut dabitur utrique facultas dimittendi utranque, & ducendi aliam[e]? Verum est, quod non omnis error consensum excludit. Sed error, alius est personæ[f], alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ est, quando hic putatur[g] esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quando hic putatur esse diues, qui pauper est, uel econuerso. Error conditionis, quando putatur esse liber qui seruus est. Error qualitatis est, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualitatis, coniugij consensum non excludit. Error uerò personæ & conditio-

b Errauit. Quia alium pro alio putauit: hoc est errare. xxij. q. ij. in quibus. Vel pro vero falsum putare. xxxviij. dist. quamuis.

c Consensit. Nihil est tam contrarium consensui, quam error: vt ff. de contrah. empt. alioqui. ff. de iurisdidi. om. iudi. l. si per errorem.

Error est cõtrarius consensui.

d Ordinandus. Vt lxxviij. distinct. presbyteri.

e Aliam. Quasi dicat non. Nam nec ille error venditionem impedit, licet error sexus impediat. ff. de contrah. emp. alioqui. §. j. tamen dicit lex, qđ soluitur emptio per actionẽ ex empto. ff. de actio. emptio. ex empto. §. si quis virginem.

f Personæ. Persona est secundum Boetium Seuerinũ rationabilis creatura, indiuidua essentia.

g Putatur. Dicit R. q in hac litera non debet esse ipse, sed hic: et hæc vox hic non est pronomen, sed aduerbiũ: vt sit sensus, Error personæ est quando putatur esse Virgilius hic, id est, in hoc loco, & ibi est Plato. Nã impossibile est vt putes Virgilium esse Platonem. de dicto patet. de re simpliciter patet: quia impossibile est, q qs putet de Virgilio q sit Plato: nec econuerso, q verum est secundũ opinionem illorũ qui cõcedunt q istum esse Virgiliũ, est Platonem esse Virgilium. Alij vero concedunt, q iste putat illum esse Platonem, non tamen putat Virgiliũ esse Platonem, & hoc per accidens: q innuit proprium nomen. inter quos est H. hanc opinionẽ secutus est hic G. secũdum hoc planum est, q dicit, quãdo hic putatur, &c. & q pingui intellectu errãtis putetur de aliquo q sit alius, habes. 36. q. v. nec mirum. vbi dicit Augu. q hunc putes esse hominem, dæmonstrato demone. ff. de excep. rei iud. & an eadẽ. arg. ff. de fur. si is qui. §. si tu mihi. & de iureiur. eum qui. §. si iniuriam. vbi dicit iurisperitus, q hunc puto Lucium, demonstrato Seio. Sed quæro circa quam personam dicis hũc erorem fore? Dico q circa præsentem, quando. s. contrahit cum vno, & credit se contrahere cum alio. dico q circa absentem personam non errat. Nã dico, q si primo iam illi cõsentit in istã, & ista modo consentit in illum, q est matrimonium. Sed quæritur, si ille est mortuus in quem consentit & alius præsentatur sibi, an talis error impediat matrimonium: sic quia licet ille non sit in rerum natura, non minus tamen est ibi error

Virgilium putare se Platonem, est impossibile.

ror personæ. Item si aliqs habeat tres filios, & aliqua cõsentiat in maiorem filium, postea præsentetur minor, nõ tenet matrimoniũ cum eo.

a Venditurum. Id est, venditum se traditurum.

Vendens duob' successiue & tradẽs posteriori, illum facit potiorem.

b Emeret. i. quasi à se emptũ per traditionẽ acciperet. ideo autẽ sic exponunt doctores: quia si duobus vẽderet, & secũdo traderet, secundus esset potior: vt C. de rei vẽdic. si à Titio. Sed G. intellexit literã istã sic, qñ. s. secundo nõ esset venditurus si eũ cognosceret. vnde cũ erraret in persona, quæ secũdo offerebat pretium, non cõtrahebat cũ ea. ff. de fur. si quis vxori. §. cũ Titio. ff. de cõtrahen. emp. cũ seruo. nec errãs dominiũ transfert. ff. de acq. re. do. si pcurator. & sic plana est litera. & l. si à Titio. & illa. l. quoties. intelligũtur cũ scienter cũ duobus contraxit. doctores tñ exponunt, vt dixi, emeret. i. emptum acciperet: & hoc propter illud quod sequitur, nunquid, cum Paulo, &c.

† Orichalcum.

c Aurichalcum. Voluit dicere Marcellus q esset emptio & vẽditio: q a in corpus cõsensum fuit, licet fuerit erratũ in materia. i. in substãcialiũ qualitate. Sed Vlpian. cũ correxit, dicens non esse vẽditionẽ, vbi erratum est in materia. ff. de contrah. emp. in venditionibus. pignus tamẽ tenet, si quis obliget æs pro auro: vt ff. de pig. act. l. j.

Venditio nõ est, vbi in materia erratur.

d Putabat. Si qs autem errat in proprio nomine, dum tamẽ certum sit de quo cõsentiat, hoc nõ officit. ff. de test. si in nomine. secus

nis, coniugij consensum non admittit. Si quis enim pacisceretur se uenditurum[a] agrum Marcello, & postea ueniret Paulus, dicens se esse Marcellum, & emeret[b] agrum ab illo: nunquid cum Paulo conuenit iste de pretio: aut dicendus est agrum sibi uendidisse? Item si quis promitteret se uenditurum mihi aurũ, & pro auro offerret mihi aurichalcũ[c] †, & ita me deciperet: nunquid dicerer cõsensisse in aurichalcum? Nunquam uolui emere aurichalcũ: nec ergo aliquando in illud consensi: quia consensus non est nisi uolũtatis. Sicut ergo hic error materiæ excludit consensum, sic & in coniugio error personæ. Non enim consensit in hunc, sed in eum quem putabat[d] esse. Sed obijcitur: Iacob non consenserat in Liam, sed in Rachel: septem siquidem annis pro Rachel seruierat. Cùm ergo eo ignorante, Lia esset sibi supposita, non fuit coniugium inter eos, si error personæ consensum excludit: quia (ut dictum est) nõ in eam consenserat, sed in Rachel. His ita respondetur: Consensus alius est præcedens, alius subsequens. Precedit consensus, quãdo ante carnalem copulam in indiuiduam uitæ cõsuetudinem uterque consentit. subsequitur, quando post concubinalem, siue fornicarium coitum, consentiunt in idem. Iacob ergo & Liam non fecit cõiuges præcedens consensus sed subsequens[e]: nec tamen ex primo concubitu, fornicarij iudicantur: cùm ille maritali affectu eam cognouerit, & illa uxorio affectu sibi debitum persolueerit, putans lege primogenitarum[f] & paternis imperijs se sibi iure copulatam. Quòd autem error personæ nõnullos excuset, authoritate illa probatur: quia soror uxoris utroq; inscio[g] (sorore uidelicet & marito) in lectum eius iuisse, & à uiro suæ sororis cognita perhibetur: quæ sine spe cõiugij perpetuò manere censetur: ille tamen qui cognouit eam per ignorantiã, excusatur. Aliter etiam hoc probatur, Diabolus nõnunquam se in angelum lucis transformat[h]: nec est periculosus error, si tunc creditur esse bonus, cùm se bonum simulat. Si ergo tũc ab aliquo simplici quæreret an suæ beatitudinis uellet esse particeps: & ille responderet se in eius consortium[i] uelle transire: nunquid dicendus est consensisse in consortium diabolicæ damnationis, an nõ potius in participationẽ æternæ charitatis? Item si quis hæreticorum nomine Augu. uel Ambrosij, uel Hieronymi, alicui catholicorum seipsum offerret, atq; ad suæ fidei eum imitationem prouocaret: si ille præberet assensum, in cuius fidei sententiam diceretur consensisse? Non in hæreticorum sectam, sed in integritatem catholicæ fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Quia ergo hæc persona decepta errore non in hunc, sed in eum quem iste se mentiebatur esse, consensit, patet, q eius coniunx non fuerit. Error fortunæ & qualitatis nõ excludit consensum: ueluti si quis consentiret in prælaturam alicuius ecclesiæ, quam putaret esse diuitem, & illa esset minus copiosa: quamuis hic deciperetur errore fortunæ, non tamen posset renun-

autem in appellatiuo. ff. de hære. insti. non ideo minus. ff. de leg. j. l. iiij.

e Subsequens. Infra xxx. q. v. §. sed obijcitur.

f Primogenitarum. Cõsuetudo erat maiorẽ primo nuptui tradere. vij. quæst. prima. quam periculosum.

g Inscio. j. 34. q. j. & ij. in lectum.

h Transformat. j. xxvj. quæ. v. epi.

i Consortiũ. Hoc verũ est, quod iste non peccat cũ ita simpliciter in genere dicit se velle esse participem suæ beatitudinis: secus si ad specialia descenderet. nõ tamẽ ob hoc excusatur Saul qui adorabat dæmonem, quẽ credebat esse Samuelẽ. xxvj. quæst. j. nec mirum. hoc ideo, quia intercessit culpa sua: vel ibi idolatriã adorauit.

Saul adorauit dæmonem.

Rescin

Universidad de Deusto Biblioteca

a Rescindere. Vt C. de rescin. ven. quisquis. nisi esset deceptus vltra dimidiam iusti pretij: vt extra de emp. & vē. cū dilecti. Vel nisi haberet pestiferas herbas: vt C. de ædi. actio. si prædiū. Vel nisi dedisset dolus causam contractui: vt ff. de dolo. l. & eleganter.

Venditio tripliciter rescindit.

1 De hoc plene not. in prædi. decre. cum dilecti.

tiare prælaturæ acceptæ. *Similiter quæ nubit pauperi, putans illū esse diuitem, non potest renuntiare priori conditioni, quamuis errauerit. Error qualitatis non excludit similiter consensum: utpote si quis emerit agrum uel uineam, quā putabat esse uberrimā: quamuis iste erraret in qualitate rerum, non minus fertilem emendo, non potest tamen uenditionem reuocare uel rescindere* [a]. *Similiter qui duxit in uxorem meretricem uel corruptam, quam putat esse castam uel uirginem, non potest eam dimittere, & aliam ducere.*

QVÆSTIO II.

Secunda [b] *quæstio est proposita de conditione: an liceat mulieri dimittere eum quem putabat liberum, si postea illum inuenerit seruum. Quòd uerò mulieri non liceat à seruo discedere, multis rationibus uidetur posse probari. In Christo enim Iesu, nec Iudæus, nec Græcus, nec seruus neq; liber distinguitur. ergo nec in coniugio Christianorum. eadem enim lege in fide Christi uterque regitur. indifferenter enim ab Apostolo dicitur omnibus: Qui uult nubere, nubat in domino. & iterum, Mulier nubat cui uult, in domino tantum. non præcipitur ut ingenua nubat ingenuo, ancilla seruo: sed quælibet earum cui uult nubat in Domino.*

Item Iulius Papa c. iiij.

Licet seruo matrimonia contrahere.

CAN. I.

Omnibus nobis vnus est pater in cælis: & vnusquisq; diues & pauper seruus & liber æqualiter pro se & pro animabus eorū rationē reddituri sunt. [d] quapropter omnes cuiuscunque conditionis sint, vnā legē [e] (quātum pertinet ad Deū) habere nō dubitamus. si aūt omnes vnam legē habēt, ergo sicut ingenuus [f] dimitti non potest, sic nec seruus semel coniugio copulatus, vlterius dimitti poterit.

Item Zacharias Papa.

Ancillam in matrimonium susceptam viro dimittere non licet.

CAN. II.

Si quis liber ancillā in matrimoniū [g] acceperit, non habet licētiam dimittere eā, si consensu amborū coniuncti sunt, excepta causa fornicationis: sed vna [h] lex deinceps erit per omnia & viro & fœminæ.

Item Iulius Papa.

b Secunda. Hic quæritur an seruili conditione reperta, libera possit recedere? & quidem sic, si ignorauit eum esse seruum quādo contraxit cum eo: vt j. ead. si quis ingenuus. Et notat H. quod non omnis error conditionis impedit matrimonium: sed tantum error seruilis conditionis: nec etiam semper talis error impedit. Vnde si libera vult contrahere cum seruo, & contrahit cum libero, non dirimitur matrimonium, licet ibi sit error cōditionis: quia non intelligitur talis decepta, quæ cum meliori cōtrahit quā credebat. Similiter dic quod si seruus credit contrahere cum libera, & contrahit cū ancilla [2], non dirimitur matrimoniū: quia consentit in hominem suæ conditionis: & quia neuter potest aliquid alij obijcere: & ita propter errorem serui, nunquā dirimitur matrimonium; sed certe pari ratione videtur, quod si aliqua credit contrahere cum vno, & contrahit cū alio, qui est ditior et melior, qđ matrimonium teneat: quia non videtur decepta. Alij autem dicunt, q siue erret in meliori, siue in deteriori conditione, semper dirimitur matrimonium. Tertij dicūt quod si interueniat error in dispari conditione, dirimitur matrimonium [3]. sed si in pari, non dirimitur. vnde si libera vult contrahere cum libero, & contrahit cum seruo: vel si seruus vult contrahere cum serua, & contrahit cum libera, non tenet matrimonium: sed si liber vult contrahere cum serua, & contrahit cum libera: vel si ancilla vult contrahere cum libero, & contrahit cum seruo: tenet matrimonium: quia vtrobiq; est paritas. Io. & hæc opinio bona mihi videtur. B. Dubitari autem consueuit, si libera contrahit per errorem cum homine ascriptitiæ conditionis, an teneat matrimonium? H. dicit quod teneat: lex tamen contradicit in authen. de nupt. §. ascriptitio. col. iiij. & C. de senatusconsul. Claudia. l. vna.

Libera quæ ignoranter cū seruo contraxit, an ab eo recedere possit.

Errans in meliori cōditione, an possit matrimoniū dirimere.

2 Ancilla. Imò nullum est. C.M.

3 Arg. ad hoc instit. de actio. §. præterea. ff. de vsufru. hactenus. in fin. & l. seq. ff. de i diē addic. l. si vēditor. §. sed si neuter. ff. de fideiussor. l. 3. in fine.

c Nec seruus. A sacramentis enim ecclesiasticis, non est amouendus: vt extra de coniuga. seruo. dignum. Vel ab illis quæ sunt iuris naturalis, vt à voto: vt in authen. de mona. §. hinc autem. col. j. vbi Iustinianus inducit hæc eadem verba Apostoli ad probandū quod seruus possit esse monachus: sed quantum ad ius ciuile, seruus non habetur pro homine: vt ff. de regu. iur. quod attinet ad ius ciuile, &c.

Seruus ab ecclesiæ sacramentis non est mouendus.

d Omnibus nobis. Reddituri sunt. Argu. qđ seruus non tenetur obedire domino in atrocibus. xj. quæ. iij. non semper.

e Legem. Non quo ad promotionem. Irregularis enim efficitur, qui cum serua contrahit: argu. xxxiiij. di. si quis viduam. sed sequūtur vnam legem, habito respectu ad ius naturale. Nam de iure naturali, quilibet cum quolibet posset contrahere, & ita seruus cum libera: nisi obstaret cōstitutio ecclesiæ.

f Ingenuus. Argumentum à toto in quantitate, ab vniuersali ad singularem. simile. xix. distinc. si Romanorum.

g Si quis. In matrimonium. Potest ergo matrimonium esse inter seruum & liberam: quod est contra legem. C. de inces. nup. l. iij. sed abrogata est quo ad hoc, vbi scienter contrahitur.

Matrimonium potest esse inter seruum & liberam.

h Sed vna. Quantum ad hoc.

Si

a Si quis ancillam. Dubitatur. Per legem illā forte. C. de incest. nup. humilem. vbi dicitur, quod non potest esse matrimonium inter clarum virum & abiectam mulierem, nec inter senatorem & libertam.

b Et legibus. Et ita si leges contradicerent, dum tamen illis legibus canon non obuiet, nō tenet matrimoniū. nam quod leges habeant locum in matrimonio, videtur, licet Hug. contradicat [1]: arg. xxv. quæstio. v. ad sedem. j. xxvij. q. ij. quod autem. & cap. lex diuinæ. in fi. vnde dicūt quidam, quod cum hic lex dicat nō esse matrimonium cum ancilla: vt C. de incestis nupt. l. iij. & canon nō excipiat nisi cum scienter ducit, quod vbi etiam cum libera contrahit seruus, credēs se contrahere cum serua, non teneat matrimonium.

Leges an habeāt locum in matrimonio.

d Nolint. Id est, velint non nasci. Habes ergo hic, quod vitatio prolis vel propositum necandi filios ipedit matrimonium. et in c. proxim. Si autem alia conditio inhonesta poneretur in matrimonio, vt cõtraho tecũ si tu interfeceris patrem, vel aliquid iniquũ feceris: an talis impediat matrimonium, dubitari consueuit. De hoc notabis quod conditio quædam est honesta, quædam inhonesta siue impossibilis [1]. Est autem honesta duplex: & est duplex inhonesta. quædam enim conditio est de natura matrimonij, quædam non. Si ergo conditio honesta quæ non est de natura matrimonij apponatur matrimonio, tenet matrimonium: vt si dicatur, contraho tecum, si dederis mihi centum: hæc conditio honesta est, & non est de substantia matrimonij: & tenet matrimonium cum illa conditione, & sine ea: vt extra de condi. appo. de illis. Est alia honesta conditio, quæ adhæret naturæ matrimonij, vt cum Christianus dicit Iudææ: contraho tecum si volueris Christiana fieri: talis conditio est de natura matrimonij: & si illa non apponeretur, non teneret matrimonium: vt xxviij. q. j. non oportet. Similiter inhonesta duplex est. si enim apponitur inhonesta conditio, quæ est contra naturam matrimonij, matrimonium non tenet: vt si hoc modo dicatur, Contraho tecum vsque ad tres annos. vel sic, Contraho tecum, si procuraueris venena sterilitatis. matrimonia enim vel sponsalia sic contracta non tenent: vt hic, & capitu. sequen. Est & alia inhonesta conditio, quæ nõ est contra naturam matrimonij, vt si dicatur hoc modo, tecum contraho, si furtum vel homicidium feceris. hæc conditio non repugnat naturæ matrimonij: & conditio talis si apponatur, frangenda est, & tenet matrimonium: vt extra de conditio. apposi. cap. j. Sed contra hanc distinctionem est, quod legitur xxviij. q. j. idololatria. ibi enim videtur, quod omnes turpes conditiones etiam soluant matrimonium. sed qualiter hoc sit intelligendum, ibi notauimus. Itẽ contra est. x. quæ. j. capitu. j. & ij. vbi tenet contractus, licet apponatur conditio quæ est contra naturam contractus. Similiter obstat. xxviij. distinct. diaconi. vbi tenet ordinatio, licet dicat se velle habere vxorem. Similiter tenet conuersio, si sub hac forma fiat, vt possit retineri proprium. vt extra qui cle. vel vo. insinuã. ad te. In contractibus autem, impossibiles conditiones appositæ vitiant contractum: vt institu. de inuti. stipulatio. §. impossibilis. ff. de actio. & oblig. non solum. in vlti. mis voluntatibus pro non adiectis habentur: vt C. de institut. & substitu. reprehendenda. de condi. app. in matrimonio. plene habes extra de condi. app. ca. vlti.

Filius temporalis est à lege incognitus.

Conditiones in matrimonijs appositæ sunt i multiplici differentia.

1 Extra de condit. ap. ca. vlt. & intellige impossibiles de iure vel secundũ naturã. ff. de condi. institi. l. j. & l. filius. se cus si impossibile sit propter difficultatẽ præstandi: vt si mihi domum auream dederis, ff. de statu. libe. cũ hæres. § j. qa tũc valet matrimoniũ, vt ibi. idẽ si propter perplexitatem est impossibile, quia ex tunc vitiat contractũ. ff. de condi. instit. si Titius. sed secundum Vincẽ. ibi contra naturam & substantiã est. Archi. † cap 15. libr. 1.

fide [a] media, vt nec ille cum altera id faciat, nec illa cum altero: vtrum nuptiæ sint vocandæ? Et potest quidam fortasse non absurdè hoc appellari connubium, si vsq; ad mortem [b] alicuius eorum, id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamuis nõ ea causa coniuncti sunt, non tamen vitauerint [c], vt vel nolint [d] sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Cæterùm si vel vtrunque [e], vel vnum horum desit, non inuenio quemadmodum has nuptias appellare possumus. etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam honoribus suis vel facultatibus inueniat, quam in coniugium ducat: animo ipso adulter est, nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cũ ista [f] cum qua sic cubat, vt cum ea non habeat maritale consortium.

Idem de nuptijs & concupiscentijs. †

Fornicarij sunt, non coniuges, qui sterilitatis venena procurant.

CAN. VII.

ALiquando eousque peruenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam sterilitatis venena procuret: & si nihil valuerit [g], conceptos fœtus intra viscera aliquo modo extinguat aut fundat, † volendo suã prolẽ prius interire [h], quàm viuere: aut si in vtero viuebat, occidi antequam nasci prorsus. Si ambo [i] tales sint, coniuges non sunt [k]: & si ab initio [l] tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si autem ambo non sint tales, audeo dicere, aut illa quodammodo est mariti meretrix [m], aut ille adulter [n] vxoris.

5 *De his, qui abortum procurant, quæritur an iudicentur homicidæ, uel non.*

Augustinus in libro quæ-

† Adde istud cle. quens quã licet tales puniãtur. not. Bart. in l. diuus. ff. de var. & extra cri. in gl. in l. necamis. in glo. re. in glo. j. ff. de lib. agnoscen.

e Vtrunque. Scilicet, qui volunt vsque ad mortem commanere, & qui volunt non euitare prolem.
f Sed cum ista. Supple est adulter.
g ALiquando. Si nihil valuerit. procuratio sterilitatis.
h Interire. Interit ergo quod nondum est. arg. ff. vsufru. quemadmodum cau. l. omnes. §. j.
i Si ambo. Id est, si ab initio legitime contraxerunt: sed ad hoc post deuenerunt.
k Coniuges non sunt. Id est, iura coniugij non obseruant.
l Et si ab initio. Nota, quod non sunt coniuges, qui eo animo coniuncti sunt, vt prolis generationem impediant: & quod in vno opere vnus peccat, alter non: et quod matrimonium aliquando ex vna parte tantum tenetur: argumentum infra eadem, quæstione v. proposito. & extra de eo qui du. in matri. capi. j. sed hoc falsum est.

Matrimonium ex vna parte quandoque tantum tenet.

m Meretrix. Id est, digna pœna qua aliqua meretrix est digna.
n Adulter. Id est, dignus pœna, qua aliquis adulter est dignus.
De his. Hæc est quinta pars quæstionis, in qua quæritur, an sit homicida qui percutit mulierẽ, & facit

est abortum? & dic quod non nisi esset viuificatus. & hoc probat per tres canones. Ioan. de Fant.
a QVod vero. Agitari. Ab hæreticis præsertim, scilicet vtrum quicquid, &c.
b Nec animatum. Et hoc quidem verũ est: quia antequam lineamenta corporis [1] habeat, non infunditur anima: vt j. cap. proxi. Quidam tamen hæretici dicunt, animã creari ex traduce, id est, ex præiacenti materia, id est, ex anima generantis, & nasci cum corpore: sicut & creatur corpus ex corpore. Alij mentiuntur animas creatas esse in principio mundi in comparibus stellis, & infundi corporibus: post resolutionem vero redire ad proprias stellas, si bene vixerint. Fides nostra est, quod quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus: & infundẽdo creat, & creando infundit.

ADDITIO.
Aliter videtur notari. s. j. quæstio. iij. si qs obiecerit. in glo. exercendo, &c.
c Si animam. Similiter nõ dicitur deseri charitas, quæ nũquã fuit: vt j. de pœnit. dist. ij. in fin. & rei quæ non est, priuilegium dari non potest: vt extra de eccle. ædifi. ad audiẽtiam. & matrimonium quod non est, accusari nõ potest: vt extra de desponsa. impub. ad dissoluendum. & id quod non est, rumpi non potest. ff. de iniusto rup. & irri. testamẽ. nam etsi. Sed contra: id quod nõ est, potest desinere esse: vt ff. vsufruc. quemadmo. ca. l. iij. §. j. & res quæ non est, potest habere priuilegium. extra de confuetu. cum olim. & mittit in possessionem quæ non est, is qui non est natus: vt ff. de inofficio. testamen. posthumus. & ædificio quod nondum est, potest imponi seruitus: vt ff. de serui. vrb. præd. l. si seruitus. §. vlti. Ioan. Tũ dicas, quod rei quæ non est, potest imponi seruitus: non quod statim sit seruitus, sed erit re existente in rerum natura. xxvij. quæstio. ij. §. ex his omnibus. Idem potest dici de priuilegio: quia tunc vere competit, cum res extabit. Hug.

† q 80. 1 Hic vide qd' leg. & not. s. v. dist. §. j. Animano stra vnde procedit.

Priuilegium non potest dari ei quæ non est.

† Adde nota. in l. Cicero. ff. de pœn. & in l. sacrilegij. ff. de var. & extra. cri. Exo. 21. c.

stionum Exodi ait. †

Non est homicida, qui abortum procurat antequam anima corpori sit infusa.

CAN. VIII.

QVòd verò non formatum puerperiũ Moyses vel lex noluit ad homicidium pertinere, profectò nec hominẽ deputauit quod tale in vtero geritur. Hic de anima solet quæstio agitari [a], vtrũ quicquid formatum non est, nec animatum [b] quidem possit intelligi: & ideo homicidium non fit, quia nec exanimatũ dici potest, si adhuc animam [c] non habebat. Itẽ si illud informe puerperium, iam quidem fuerat, sed adhuc quodam modo informiter animatũ: quoniam magna quæstio de anima est, non est præcipitanda indiscussa temeritate sententia. Ideo lex noluit ad homicidiũ [d] pertinere †, quia nondũ dici potest anima viua in eo corpore, quod sensu caret.

Item in libro quæstionum veteris & noui testamenti.

De eodem.

CAN. IX.

MOyses tradidit, Si quis pcusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuum fecerit: si formatum fuerit, det animam [e] pro anima. si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia, vt probaret animam non esse ante formam †. Itaq; si iam formato corpori datur, nõ tamen in conceptu corporis nascitur [f] cum semine anima deriuata. Nam si cum semine, & anima existit ex anima, & multæ animæ quotidie pereunt [g], cùm semẽ ex fluxu quodam non pficit natiuitati [h]. Sed si prius inspiciamus, videbimus quid sequi debeamus. Cõtemplemur facturam Adæ. In Adã enim exemplum est datum, vt ex eo intelligamus, quia iam formatum corpus accepit animam. Nã poterat Deus animam limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur [i]: quia primùm oportebat domũ compaginari, & sic habitatorem induci. Anima certè quia spiritus est, in sicco [k] habitare non potest: ideo in sanguine fertur habitare [l]. Cùm ergo corporis lineamenta compacta nõ fuerint, vbi erit anima?

Item Hieronymus ad Algasiam.

De eodem.

CAN. X.

SIcut [m] semina paulatim formantur in vtero, & tandiu non reputatur homicidium, donec elemẽta cõfecta suas imagines membraq; suscipiant: ita sensus [n] ratione conceptus [o], nisi

d Ad homicidiũ. dic vt s. quæstio. v. consuluisti.
e MOyses. Det animam. Similiter dicit lex, quod si aliquis interficit animatũ, capite puniri debet. si vero non animatum, distinguitur qa si est nobilis, parte bonorum amissa, relegatur: si est ignobilis, damnatur in metallum. ff. de pœn. si qs aliquid. §. qui abortionis.
f Nascitur. Vt illi dicũt, qui dicunt animã nasci ex traduce [2].
g Pereunt. Quod est inconueniens.
h Natiuitati. forte vitio matricis.
i Ratione infirmabatur. Id est, destituebatur: vnde non videbatur rationabile, quo ad opinionem hominum.
k In sicco. i. in corpore rudi & informi. Et est argu. pro Normanis & Anglicis, & Polonis, vt possint fortiter bibere, ne anima habitet in sicco.
l Habitare. Scilicet quod ex eis vnũ efficiatur, vel per vegetationem: alias tã boni quã mali angeli habitant in siccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus, et in auib⁹, in quibus ipsi dæmones dant rĩsum: vt xxvj. q. v. nec mirũ. vt dicit de Saule qui adorauit diabolũ.
m SIcut. Per hoc c. dicit Bazi. peccata sola voluntate commissa, sola volũtate debere deleri. nam omnis res, &c. extra de reg. iu ris. ois. Alij dicunt esse necessariã exteriorẽ pœnitentiã, ex quo volũtas egressa est suos fines.
n Sensus. Id est, voluntas vel cogitatio.
o Ratione conceptus. id est, cogitata bona mente concepta

Animatũ & non animatũ interficiẽs qualiter puniatur.

† Alias, ante formatam.

2 Id est, ex semine simul cum corpore. i. simul cum ipso semine corporis anima creatur & infunditur antequam corpus humanum sit formatũ. B.

Normani bibant fortiter, ne eorũ anima in sicco habitet.

Peccata solius voluntatis sola voluntate deleri non possunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concepta, cito perit, &c. Vel intelligitur de mala cogitatione concepta in ratione vel intentione, id est, in anima, quæ perit.

a Ab hoste. id est, à suggestione diaboli: quia suggestio eius non habet effectum circa hominem, cum nesciat mentem hominis: vt xxvj. quæstio. iij. sciendum.

Cum ergo. Hæc est sexta pars quæstionis in qua quæritur vtrum peccet cõcubinarius, dimittendo concubinam & adhærendo vxori, siue in habendo vxorem, vel qui ei dat filiam suam? dicitur quod non. Io.

† Epistola ix. ad Rusticũ.

b Cum ergo. Respicit finem cap. scilet quæri, &c.

c Illi. Cum ei non est carnaliter commistus, nec ibi sumatur arg. contra extra de sponsal. ad audientiam.

d Ancillã abijcere. Cũ ergo cap. non iubeat abijci illã, quæ non est vxor, nunquid sua authoritate statim potest ab ea recedere? Respõ. nõ: Arg. contra xxix. xxxv. q. vj. multorum. xxxiij. q. ij. scius rei. v- culares.

e Vxorem. Scilicet qui dimittit cõcubinam.

f Crebris cohortationibus. vt dimittatur concubina.

g Quod necessarie. Scilicet propter necessitatem carnalis infirmitatis. id est, causa incontinẽtiæ, vel quia continere forte non poterat, vel ne plures alias cognosceret.

h Fideliter. Scilicet cũ honestate cõiugij.

i Nemo. de pœn. dist. vij. nemo. C. de fideicom. liber. deberi. j. ea. q. iiij. recurrat. in fi. ff. xxiiij. q. iiij. illud. & cap. corripiantur.

k Aetatis. j. proxi. q. ij. antiqui. & cap. in adolescẽtia. ff. 50. dist. ponderet. & c.

Pœnitẽde co. ff. xxx. quæstio an post fit agi in peccato.

Differtur. Sicut pœnitentia quandoque differtur ad tempus, donec deferuescat culpa luxuriæ. de pœnitẽ. dist. j. sunt qui arbitrantur. & dum est in peccato, non debet agere pœnitentiam. de falcibus. sed illud intelligitur tantum de solenni pœnitentia: alias aperte contradiceret, de pœ. dist. v. fatis. quia peccator bene agit pro quo vt notaui xiiij. qõ. vj. in summa. & extra de pœnit. & remis. quod quidam. j. de pœni. distin. iij. nihil prodest.

in opera proruperit, adhuc in ventre retinetur: & citò perit ab hoste[a].

6 *Cùm ergo*[b] *qui aliquã sibi ad tempus adhibet, cũ ea adulter esse dicitur: nec ab ea discedens, nec filiam suam illi tradens peccat.*

Vnde Leo papa.†

Profectus est honestatis, fornicariam abijcere, & vxorem legitimam accipere.

CAN. XI.

Ancillam abijcere[d] à toro, & vxorẽ[e] certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio cõiugij, sed profectus est honestatis. Culpãda sit sanè talium negligẽtia, sed non penitus desperãda, vt crebris cohortationibus[f] incitati, quod necessariè[g] petiuerunt, fideliter[h] exequãtur. Nemo[i] enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est: quia nõ nunquam quod diffidẽtia ætatis[k] differtur[l], consilio maturiore perficitur.

Idem.

Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habentis traditur.

CAN. XII.

Non omnis mulier viro cõiũcta, vxor est viri: quia nec omnis filius[m], est hæres patris[n]. Nuptiarum autẽ fœdera inter ingenuos[o] legitima sunt, & inter coequales[p]: & multò prius hoc ipsum domino constituẽte[q], quàm initiũ Romani iuris extiterit. Itaque aliud est vxor, & aliud concubina: sicut aliud est ancilla, & aliud libera. Propter quod etiã Apostolus ad manifestandũ harum personarum discretionem, testimoniũ posuit ex Geneſi, vbi dicitur Abrahæ: Eĳce ancillam & filium eius. non enim erit hæres filius ancillæ cũ Isaac filio meo. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam cõiugato dederit, nisi fortè & illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptijs honesta videatur. Paterno enim arbitrio, fœminæ viris iunctæ carent culpa, si mulieres quæ à viris habebantur, in matrimonio nõ fuerint: quia aliud est vxor, aliud cõcubina.

7 *Cùm ergo dicitur: Paterno arbitrio fœminæ iunctæ viris: datur intelligi, quòd paternus consensus desideratur in nuptijs: nec sine eo legitimæ[r] nuptiæ habeãtur: iuxta illud[s] Euaristi papæ: Aliter non sit legitimum coniugium, nisi à parentibus tradatur.*

Item Ambrosius in libro de patriarchis.†

CAN. XIII.

Honorantur[t] parẽtes Rebeccæ munere.

† Honorantur. Ergo pro matrimonio cõtrahendo potest exigi pecunia: nec erit simonia, licet matrimo-

matrimonium sit maximum sacramentum. nam talis dario potius dicitur honor quam pretium: vt hic dicitur. sic xvj. q. j. decimæ. & est fi. ff. mã. si remuneran di. Si quæras quare in hoc sacramento potius interue niat pecunia, quam in alijs: dicunt quidam qp propter onera matri monij.

Sed certe eadem ratione pro ingressu monasterij põt recipi pecunia, ppter onera quæ sustinet monasterium. xvj. q. vj. de lapsis. Sed hæc est ratio, quia in hoc sacramento non confertur gratia spiritus sancti sicut in alijs: vt j. q. j. multi. circa med. et c. sunt. & c. quicqd tui stibilis. tũ multa fuerunt prohibita in veteri lege, in quibus nõ conferebatur nec adhuc hodie confertur gratia: sicut emptio sepulturæ: vt xiij. q. ij. postquam. G. tamẽ dicit qp pro matrimonio non possit dari pecunia.

Hermio in Aromachia. Euripidis. loquit.

Muneribus. Datis à seruo Abrahæ Eliezer patri Rebeccæ qui dicebatur Batuel.

Consulitur puella. De die professionis. Historia legitur in Geneſi, quod Eliezer seruus Abrahæ de mandato domini sui, iuit in Mesopotamiã pro accipiẽda vxore filio suo Isaac de domo Batuelis. Qui extra cũ venisset ad domum patris Rebeccæ dedit munera Rebeccæ et parentibus & fratribus suis: qui exposita voluntate domini sui cum postea vellet redire, & illi rogarent cum vt aliquot diebus adhuc maneret puella cũ eis, ipse dixit: Nolite me detinere, quia direxit dominus viam meam. & dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus voluntatem eius. & cum fuisset vocata, quæsierunt ab ea, Vis ire cum homine isto? quæ ait, Vadam. & sic dimiserũt eam, & nutricẽ eius, & seruum Abrahæ. cum autem Isaac egrederetur ad meditandum in agro, quæsiuit Rebecca quis esset: & tunc respondit Eliezer: Dominus meus est, cui ducta es in Vxorẽ. & ipsa statim descẽdit: & tollens theristrum, cooperuit caput suum: deinde accepit eam in domum suam.

Non de sponsalibus. Innuit hæc litera quod consensus puellæ non est requirendus in sponsalibus: qp tamen secus est: vt xxx. quæstione ij. ca. vnico. ff. de sponsa. sponsalia. imo & de sponsalibus fuit consulta vbi dicitur ei, Vis ire cum isto homine? Dicergo non de sponsalibus tantum, sed etiam de professione. ne. hoc tene quod si non contradicit, consentire intelligitur: vt hic patet. Nec potest contradicere, cum pater indignum eligit. ff. de spõ. sed quæ patris.

Pudoris. Arg. matrimonium posse contrahi inter absentes per procuratorem. arg. xxx. q. v. nec illud.

Desponsata. Arg. qp parentibus puellæ dari potest pecunia, vt consentiãt matrimonio interueniente pecuniã: quia ibi non confertur gratia.

Pater. Cultus enim verecundiæ, &c. C. de nupt. in copulatione.

Virgines. Consilium est. arg. extra de despon. impub. tuæ.

Mulier. Id est, impubes, alibi sumitur pro virgine in Euangelio: Mulier ecce filius tuus. ff. de verb. sig. mulieris. ff. de leg. ij. feruus. alibi pro corrupta. ff. de cõtrah. empt. Numquid aliquis §. j. Et no. qp H. dicit, qp si impubes emittit votũ vel sacramentum, & est doli capax, pater nunquam potest reuocare: quia cum possit se obligare diabolo, põt & Deo. extra de deli. pue. puer. & legi. sic H. hoc cu. mulier. ff. impubes, non doli capax.

Matrimonium per procuratorem cõtrahi potest.

Num. 30. q. 3. 67. libr. 4. in Numeros.

Iuramentum est si extra domũ: tã filij an quia est emancipata: dum tamen minor sit: arg. C. de nup. viduæ.

Obligauit. Id est, fecit ad modũ obligantium. Alij dicunt, qp siue doli sit capax siue non, dumtamẽ sit intra annum. xiiij. in vi-

tiæ procacioris existimetur author, si ipsa de nuptijs suis electionem sibi vendicet: expetita enim magis debet videri à viro, quam virum ipsa expetisse. Verecundiam præmittat antè, quàm nubat: quò ipsum coniugium plus commendet verecundia.

Item in libro Numerorum.†

CAN. XIIII.

Mulier[h] si quippiam voverit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo[i] patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit[k] animam suam, & tacuerit, non rea erit: sed quicquid pollicita est & iurauit opere complebit[l]. si autem statim[m] vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni: eò quòd cõtradixerit pater[n] eius.

ro, vel xij. in puella, semper pater reuocat iuramentum eius: vt hic, & §. xx. q. iij. puella. Alij tenent mediam viam, nam doli capax ante legitimam ætatem obligatur in omni voto, nisi in voto monachationis. xx. q. j. illud, & tamen licet obligetur, pater potest reuocare ex concessione huius canonis: & ita hoc intelligitur de doli capace & vere obligato. De hac materia notaui. xx. q. j. in summa.

Vide qd leg. & no. xxx. q. ij. in prin. & capi. j.

Opere compleat. Ergo rea erit, si non complerit: & ita cont. ff. here potest impubes: quod concedo: arg. huius cap. contra. xx. q. j. c. j.

Statim §. xx. q. ij. c. ij. contra H. soluit, quia ideo datur ibi maius spatium: quia per tale iuramentum non eximitur à patris potestate: hic autem loquitur de alio iuramento siue voto: quod licet adimpleat, adhuc tamen manet in patris potestate: & ibi maius spatium datur, quã hic. hic enim loquitur de voto abstinentiæ. Ieæ autẽ dicit qp cũ filius est in ptãte, nõ obligatur aliqui voto. ff. de polli. l. ij. sed derogatũ est ei.

Patria potestas eximitur testas solemniter & quo ad matrimoniũ, & quo ad iuramentum.

Pater. Soluitur autem patria potestas, adueniente adulta ætate quo ad matrimonium carnale siue spiritua

Universidad de Deusto
Biblioteca

spirituale, & quo ad iuramentum. xx. quæstione ij.

Filia nubere potest sine patris voluntate.

Mpuella.xxij.q. iiij.tribus.
[a] Brito hic quæritur etiã de voto virginitatis.
Hoc sanctum. Parentum. secundum canones licet filiæ præter voluntatem parentum nubere. Vnde nec est necessaria patris vocantis, quantum ad hoc qn teneat matrimoniũ, licet nõ adsit volũtas eius: alias bene dico requirendũ eius consensum, maxime si est minor. vñ corrigitur illud instit. de nup. in princip.

Nunquid ergo per eam dotare tenetur? Sic arguit idem de ritu nup. qui ligi. Archi. hic heros. & ponitur Panor. cõ hic vel, pro &.

Item Augustinus.
CAN. XV.

MEritò hic quæritur etiam de voto virginitatis. mulieres enim etiam virgines in scriptura solent appellari: & videtur etiam Apostolus de patre loqui cũ dixit: Seruet virginem suam, & det nuptui virginem suam.

Econtra in concilio Toletano iiij.†

Viduæ & virgines propria voluntate sibi maritos eligant.

CAN. XVI.

HOc sanctum confirmat concilium, vt viduæ quibus placuerit teneant castitatem. quòd si priusquam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur: nec extra volũtatem parentum [a] vel suam, cogantur maritos accipere. Si quis verò propositum castitatis viduæ [b] vel virginis impedierit, à sancta communione & à liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

His authoritatibus præmissis euidenter assertur, quod quamuis aliqui nõ filiorum procreãdorum, sed incõtinentiæ causa conueniant, tamen coniuges appellantur.

QVÆST. III.

DE tertia verò quæstione Pelagius definit, scribens defensori Potentio.

Arbitrio liberi aui, non originarij patris, puellam nuptias sequi oportet.

CAN. I.

PAtrem puellæ ecclesiæ nostræ famulũ, aurum verò eius liberis ortum cõstat esse natalibus: & ideo aui magis [c] electionem, de coniunctione neptis [d] quàm patris eius, cuiusnullo modo liberum potest esse arbitrium [e], decernimus attendi.

Quia ergo electione aui, huic ista nupsisse probatur, hanc constat legitimè sibi fuisse copulatam.

QVÆST. IIII.

QVòd autem [f] ex ancilla propter uxoris suæ sterilitatem filios quærere alicui liceat, exemplo probatur Abrahæ: qui propter sterilitatem uxoris suæ Sarę ingressus est [g] ad Agar ancilla, sicut fecit Abraham & Iacob: & dicendum est quod non: quia omnia in figura contingebant illis. Secunda ibi, His ita. Tertia ibi, Origo. Quarta ibi, Sicut satius. Quinta ibi, Ecce quod nullo. Sexta ibi, Quare autem. 10. de Pant.

[f] Quod autem. Hæc iiij. q. nihil habet quæstionis: quia nõ licet ex quacunque causa viuente vxore, ex alia filios procreare. & q̃ de Abraham & de alijs dicitur, nõ obstat: q̃a authoritate Spiritus sancti excusati sunt extra de diuor. gaudemus. xiiij. q. v. dixit.

[g] Ingressus est. Historia. Legitur in Gen. q̃ dixit Sara ad Abraham: Ecce conclusit me dominus, ne pariã, ingredere ergo ad ancillam meã Agar, si forte ex illa suscipiam filios. quod & factum est: & suscepit ex ea Ismaelem.

[a] Ad ancillã Liæ. scilicet Zelphã. Historia. Legitur simi liter i Genesi quod Lia sentiens quod parere desiisset, Zelpham ancillã suam supposuit viro suo Iacob: q̃ genuit ex ea duos filios, scilicet Gad & Aser.

[b] Filios. Ismaelẽ & alios filios scilicet Dan & Nephthali.

[c] Ex ancilla. scilicet Balam. Historia. Legitur in Genesi q̃ Rachel inuidens sorori fœcundæ, ait ad Iacob: Da mihi liberos, alioquin moriar. qui ait: Nunquid ego sum Deus: & illa, si non de me, saltẽ de ancilla. et suppositi Balam ex qua genuit duos filios, scilicet Dan & Nephthali.

[d] Cethuram. Quæ fuit binomia, quæ alio modo vocabatur Agar, matrẽ Ismaelis. Arg. cõtra: quia eo tẽpore quo ille fuit conceptus, non potuit esse legitimus: ergo ex post facto non potuit legitimari: vt extra qui filij sint legiti. tanta. & ff. de statu homi. Paulus.

[e] Iste. Sacramentum. Quia est à viro sancto factum, sanctã præsumitur. vt ix. q. ix. Lugdunen. & vij. quæstio. i. omnis.

[f] Hæretici. Scilicet Tertullianus, q̃ cõdemnabat secundas nuptias, qui nec legem nec prophetas recipiebat. & quæ fuerit eius hæresis, habes. xxiiij. dõ. iij. quidam. versũ. Tertullianistæ.

[g] Astipulator. id est adiutor. xj. quæ. Argyptiacam, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob cùm ex Rachele filios habere non posset, ex ancilla sua filios sibi suscitauit. nec solùm propter sterilitatem, uerùm etiã propter fœcũditatem cessantem legitur intrasse ad ancillam Liæ [a], & ex ea genuisse filios [b]. Ex quibus omnibus colligitur propter sterilitatem uxoris suæ ex ancilla [c], siue ex qualibet alia licitè filios quærì: alioquin adulterij macula Abrahã & Iacob notabuntur. Sed sicut post mortem Saræ Abraham Cethuram [d] duxit in uxorem, ne secundũ Augu. Christiani putarent esse peccatum, post mortẽ uxoris aliam ducere, sic uidetur uiuente uxore sua filios ex ancilla sua suscepisse: ne ab aliquibus hoc reputaretur in crimen.

Illud autem Augustini dicitur, contra aduersarium legum & prophetarum libro secundo.

Quomodo Abraham excusetur à crimine fornicationis.

CAN. I.

ISte Abrahę etiam vsque ad decrepitã ætatem senectutis fornicationis obiecit crimen: pfectò quia & post mortem Sarę alteram duxit: vbi etsi nullum intelligeretur rei abditæ sacramentum [e], vel propter hoc solùm id facere debuit Abraham, ne putarent hæretici [f] aduersus populum Dei (quibus etiam Tertullianus astipulator [g] asistit) post vxoris mortem, crimẽ esse ducere vxorem. Sacramentum huius rei est, quòd sicut per bonos mali & boni erãt in fide generandi, sic & per malos, boni & mali erant ad fidem accessuri.

Vnde Augustinus super Ioan. †

Sicut bonorum ministerio, boni & mali, sic ministerio malorum, boni & mali in fide generantur.

CAN. II.

REcurrat nunc animus noster ad Abrahã, Isaac, & Iacob. in istis tribus inuenim[9] parere liberas, parere ancillas: inuenim[9] ibi partus liberarũ, inuenimus etiam ibi partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat [h]. Ejice ancillam (inquit) et filiũ eius. Inuenimus rem miram, in istis generationib[9] ancillarum & liberarum, quatuor [i] scilicet genera hominum, in quibus completur figura totius populi Christiani: vt nõ sit mirum, quod in tribus illis dictum est: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, De[9] Iacob. in omnibus enim Christianis, fratres attẽdite, aut per malos nascuntur boni, aut per bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali. Amplius istis quatuor [k] generibus non potest inueniri. Inuenis ibi bonos filios Iacob natos ex ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum, & consequenter regnum cum fratribus tenuerunt [l]. quomodo ergo in filijs Iacob, non obfuit illis qui nati sunt de ancillis, quò minus tenerent regnum & terram promissionis, quam cum fratribus acceperunt, & non illis obfuerunt natales ancillarum, sed prævaluit semen parentum: sic quicunque per malos [m] baptizantur, tanquã de ancillis vi-

stio. iij. antecessor.

[h] REcurrat. An scilla nihil boni significat. hic: alibi enim bonũ significat, vt ibi, Ecce ancilla domini, & cætera.

[i] Quatuor. id est, quatuor modi generandi homines in fide. alias eñ duo tantum sunt genera hominum. xij. quæstio. j. duo. & quo ad cõditionem. nam aut sunt serui, aut liberi. ff. de statu homi. summa.

[k] Quatuor. id est, istis quatuor modis generandi in fide.

[l] Tenuerunt. i. excidat cõtra: sed hic illegitimi in figura successerunt. significatur eñ, quod etiã si illegitimi parentum vitia nõ sequãtur, perpetuam hæreditatem habebunt. Ivj. distin. nasci. Vel legitimi isti erãt, quia fas erat illis tunc filios ex ancillis suscipere. i. e. q. vij. tantũ valet. imo potius dicebãtur filij vxoris legitimi, quam ancillæ: vt Ivj. distin. Ismaël.

[m] Per malos. Argu. quod acquiritur ecclesiæ vel alij religioso loco per hæreticos: argu. xvj. q. vj. si episcopum.

Expui Hæreticis nõ possunt acquirere ecclesiæ.

† Tract. xj. ad c. iij. Ioan.

Hominũ duo sunt genera.

Id est, sũma hac serie. Hugo.

Exod. 3. c

[2] De hoc require q̃ not. 3. c. q. ij. non omnis in glo. in Paradiso.

Gen. 21. b

Gen. 16.

Gen. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Expulsus. Non quia secundum carnem natus est, sed quia fratrem persequebatur: vt Ivs. distinct. Ismael. nam qui secundum carnem erat, persequebatur eum qui secũdum spiritum: vt ẽ. xxiij. quæst. iiij. qui secundum.

b Seducere. Ismael eẽ faciebat luteas imagines, & cogebat eum eas adorare, cõtra illud, Adorabis Deũ, &c. xxij. q. j. considera.

c Sacramentũ. Sacramentum erat illud, secundum quod semper carnalis spiritualem persequitur. xxiij. quæst. iiij. qui secundum.

d Peperit. patres veteris testamẽti pepererit ecclesia per diuersam lectionem, noui per sacramẽta. ẽ. xij. q. ij. qui abstulerit.

e Societate. Mater nostra est ecclesia, quæ nos in baptismate regenerauit. nam in vna fide, ad vnum præmium tendunt. Sed nunquid eadem est ecclesia, quæ fuit in veteri testamento? Potest dici quod non, iuxta illud: Vocabo plebem meam, non plebem meam. & alibi: Ecce conuertimur ad gentes. & secũdum hoc dicatur, quod illud relatiũ quæ, quod præcedit quę peperit, &c. simplicem facit relationem. Alij dicũt eandem posse: arg. de cõsecr. distin. iiij. sicut. vij. quæstio. j. denique. ff. de iud. propone. & xvj. distinct. habeo.

f Ciuitatis. Hierusalem cælestis.

g Animali. id est, bestiali.

h Sed cum tales. id est, mali. hic generã tur per bonos mali.

i Spirituales. & sic pit ea quæ per bonos boni.

k Vadunt. scilicet cum regenerantur.

l Desistunt. Scilicet cum catechizantur.

Osee 2. d Secũdum aliam lectionem, noui testamẽti aſtuũ 13. g

Ecclesia est mater nostra.

1 Id est, carnalia sapiẽtes. vnde animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus sancti. Hugo.

dentur nati: sed quia ex semine verbi Dei nati sunt (quod figuratur in Iacob) simul hæreditatem cum fratribus possidebunt. Securus ergo sit, qui de semine bono nascitur: tamen ne imitetur ancillam. Si de ancilla nasceris, ancillam malam superbiẽtem ne imiteris. Vnde enim filij Iacob de ancillis nati possederũt terram promissionis cũ fratribus: Ismaël autem de Agar ancilla natᵍ expulsus[a] est ab hæreditate? Vnde, nisi quia ille superbus erat, illi humiles? Erexit ille ceruicem, & voluit seducere[b] fratrẽ suum, ludens cum illo. Magnum ibi sacramentum[c]. Ludebant simul Ismaël & Isaac, vidit illos Sara ludentes: quæ autem peperit[d] Abel & Enoch & Noe & Abraham, ipsa peperit & Moysen & prophetas, tempore posteriores ante Domini aduẽtum, & quæ istos, ipsa & Apostolos et martyres nostros, & omnes bonos Christianos. Omnes enim peperit, qui diuersis temporibus nati apparuerũt. sed societate[e] vnius populi continentur & ciusdẽ ciuitatis[f] ciues, labores huius peregrinatiõis expti sunt: & quidam eorum nunc experiuntur: & vsque in finem cæteri experientur. Item quæ peperit Cain, & Cham, & Ismahël, & Esau, eadem & ipsa peperit & Dathan, & alios in eodem populo similes. & quæ istos, eadem ipsa & Iudam pseudoapostolum, & Simonem magum & cæteros vsque ad hæc tẽpora pseudochristianos in affectione animali[g] pertinaciter obduratos: siue sint permisti in vnitate, siue aperta præcisione dissentiant.

Sed cùm tales[h] à spiritualibus euangelizantur, & sacramentis imbuuntur, tanquam per seipsam Rebecca eos parit sicut Esau. Cùm autem per illos qui non castè annuntiant Euangelium, tales in eodem populo generantur: nõ Sara quidem per seipsam parit, sed per Agar. Item boni spirituales[i] quando euãgelizantur, & sacramentis vel baptismatibus carnalibus generantur: Lia quidem vel Rachel iure coniugali eos scilicet per ancillarũ vterum parit. Cùm verò per spirituales in Euãgelio generantur boni fideles, qui vel vadũt[k] in spiritualem affectũ pietatis, vel eò tendere non desistunt[l], vel ideo nõ faciunt, quia non possunt[m]: sicut ex vtero Saræ Isaac, vel Rebeccæ Iacob in nouam[n] vitã & nouum testamentum nascuntur[o]. Itaque siue intus[p] versari videantur, siue aptè foris sint, quod caro est, caro est: siue in area[q] in sua sterilitate perseuerent, siue in occasione tentationis, tanquam vento extra tollantur: quod palea est[r], palea est: & semper ab illius ecclesiæ quæ est sine macula[s] & ruga, vnitate diuisus est, etiam qui congregationi sanctorum in carnali obduratione miscetur. De nullo tamen desperandum est[t]: siue qui intus est, talis appareat: siue qui foris est, manifestius adtersetur.

2 His ita respondetur: pro uarietate temporũ, uaria inuenit dispensatio conditoris. Promissum erat Abrahæ, quòd in semine eius benedicerentur omnes gentes. præmiserat se quoque datum semini eius terram peregrinationis[a] suæ dominus Deus. Cùm ergo cæteros in idololatria relictis, Abrahã & filios eius in peculiarem[b] populum sibi dominus elegisset, ritè multarum fœcunditate multerum populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in successione sanguinis erat successio fidei. Vnde in lege dicebat: Maledicta[c] sterilis, quæ non reliquerit semen suum super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt: quia in successione familiæ, successio cõstabat[d] officij: quæ verò per incarnationem Christi, gratia fidei ubique dilatata est, nec iam dicitur, Dic domui Iudæ: uel dic domui Israël: Sed, Euntes docete omnes gentes: & , In omnigente quicunque timet Deum, & operatur iustitiam, hic acceptus est illi. Nec electio muneris[e] quæritur[f] in successione generis, sed in perfectione uitæ, & syncerita[te] scientiæ, & uirginitas fœcunditati præfertur, & sacerdotibus continentiæ castitas imperatur[g]. Nõ ergo Abrahã[h] aut Iacob deliquit, quia præter uxorẽ filios ex ancilla quæsiuit, nec illorũ[i] exemplo præter coniugale debitum fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere: cùm illorum coniugia, nostrorum æquentur uel præferantur uirginitati, et immoderatus[k] usus coniugij nostri temporis, turpitudinẽ ferèi[l] mitetur fornicationis illius temporis.

Vnde Ambrosius scribit in lib. de patriarchis. †

Abraham non est reus adulterij, qui uxore uiuente filios ex ancilla suscepit.

CAN. III.

DIxit Sara[m] ad Abraham, Ecce conclusit me dñs, vt non pariam, intra ergo ad ancillam meam, vt filium faciam ex ea. & ita factum est. Sed considera primũ quòd Abraham ante legẽ Moysi, & ante Euangeliũ fuit. Nondũ ergo interdictum[n] adulteriũ videbatur. Pœna[o] criminis ex tẽpore[p] legis est, quæ crimẽ inhibuit. Nec ante legẽ[q] vlla est rei dãnatio, sed ex lege. Non ergo in legem[r] cõmisit Abraham, sed legẽ præuenit. Deus autem in paradiso coniugium laudauerat[s], nõ adulterium damnauerat[t]. Habes primã Abrahæ defensionẽ. Secũda illa est, quòd non ardore aliquo vagæ successus libidinis, nõ petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio cõiugalẽ posthabuit[v] torum: sed studio quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat humani generis, erat etiam religionis, ne quis non reddidisse videretur debitum naturæ. Denique & Loth sancti filiæ hanc causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris[x] gratia, priuatam cùm dominus ait: Erũt duo in carne vna, & etiã in lege naturali, quia cuicunque naturaliter insitum erat, quod tibi non vis, &c.

n Interdictũ. Expresse, sed tacite cũ dixit dñs: Erunt duo in carne vna, vt xxxj. quæst. j. c. quomodo.

o Pœna. Bene dicit pœna ex tempore. nam culpa ante legem fuit in Cain & Lamech. Et no. quod hę omnes excusationes insufficientes sunt: sed illa est sola, extra de di uor. c. gaudemus. et dic pœna criminis, id est, legis temeratæ est.

p Ex tẽpore. Legis scriptæ: alias nec Lamech, nec Cain puniri debuit: cũ illi ante legem scriptam peccauerunt: sed non erat adhuc pœna statuta contra eorum peccatum.

q Ante legẽ. scriptam, nõ autem naturalem.

r In legem. Quæ enim præuenitur cõ stitutionẽ, nõ sunt posteà irritanda. ẽ. dist. lxxxij. p: posuisti. j. ea. objiciuntur. & extra de constitu. c. vlti. C. de testi. l. iubemus. xxxj. dist. c. ante.

s Laudauerat. Cũ dixit, Crescite, & multiplicamini.

t Dãnauerat. Expresse. & est arg. ꝙ licet vnum contrariorũ commendet, non ideo reliquum vituperatur. viij. q. j. c. sciendum.

v Posthabuit. Id est, postposuit.

x Muneris. i. officij, quo

† libr. 5 cap. iiij.

Gen. 16. a

Gen. 19. g

a Peregrinatio nis. In qua scilicet ipse Abraham fuit peregrinatus. nam vita hominis super terram, est peregrinatio, in qua ipse dominus apparuit vt peregrinus. j. q. j. ẽ. opponitur. vere quod vt plane.

Gen. 12. d Vita hominis est peregrinatio.

b In peculiarem. id est, propriũ. arg. ff. ad Treb. l. cogi. j. respon. & distin. liiij. ex antiquis.

Gen. 14. d

c Maledicta. Id est, ignominiosa, & obscurę famę apud homines habita est. & est maledictum opprobrij: vt hic, & est culpæ: vt ij. qõ. vij. c. Paulus. & est maledictũ pœnæ. vnde maledictus homo, qui pepẽdit in ligno. de pœn. dist. ij. c. si vero. versic. tanquam.

Maledictam dicitur multiplicitèr.

d Constabat. Supra lxxxij. dist. c. plurimos. & supra dist. xxxj. tenere.

e Muneris. i. officij sacerdotalis.

f Quæritur. arg. quod cessante causa cessabit effectus. lxj. di. §. his oibus.

g Imperatur. Post ordinem, qui votũ continentiæ habet annexum. arg. dist. xxvij. diaconus. ẽ. dist. lxxxiiij. cũ in præterito. alioqui cõtradicit Ambrosius. ẽ. ead. q. j. c. integritas.

h Nõ ergo Abraham. Ad hoc inducit cap. sequens, & cap. objiciuntur.

i Nec illorũ. Ad hoc inducit ca. nemo. & cap. dicat.

k Et immoderatus vsus. Ad hoc inducit c. origo.

l Fere. Optime temperat: quia nemo imitatur.

m Dixit Sara. Gen. xvj.

Interdictum. In aliquo præcepto, vel interdictum per aliquam legem super hoc specialiter latam, erat tamẽ quo dammodo interdictum in Paradiso,

1 Sub honiẽ innouantem.

2 Ecclesia præsens dicitur area. Ad hoc 23. q. 7. c. 1. in fine.

† libr. 5 cap. iiij.

Gen. 16. a

Gen. 19. g

Universidad de Deusto Biblioteca

cij, quo publice seruire humano generi videbatur.

a Prætexuit. Id est, diminuit & extenuauit, non autem extinxit: vt dist. in. xxxv. sexto die. Et est argu. quod malum factum excusatur per bonam intentionem 1, & obstetrices licet peccauerunt mentiendo, propter bonam tamen intentionem remuneratæ sunt. xxij. q. ij. si quis habet. & ita in eodem facto quis meretur & demeretur: quod est contra illud. ff. de nego. gest. siue. & xvj. qō. j. c. legi. argu. quod excusatur malum, si bono zelo fit propter bonum. arg. xxx. q. j. ad limina.

Intentio bona malum factū excusat.

1 Itē arg. quod malum in parte excusatur ꝑpter publicam vtilitatē. argu. ff. de no. op. nū. de pupillo. §. si qs riuos.

† Cōcor. text. in l. inter liberos. §. Iulian⁹. alias est l. Iulianus. ff. de adul. not. in l. inter stuprū. ff. de ver. sig.

pluribus præbet exemplum peccandi: vt xj. q. iij. c. præcipue. Item alia consideratione, qui clam peccat, plus peccat: quia videtur scienter peccare. sed qui palam peccat, minus peccat, quia præsumitur errare. ff. de ritu nupt. l. vltima.

culpam prætexuit a.

Idem in eodem.

Quod præter legitimam vxorem committitur, adulterij crimine damnatur.

CAN. IIII.

Nemo sibi blandiatur de legibus b hominum. Omne stuprū c, adulteriū d est: † nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab vxore e debet castimonia. Quicquid in ea, quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adulterij crimine damnatur. In eodem. Nulli licet scire mulierem, præter vxorem: ideoque coniugij datum est tibi ius f, ne in laqueum diaboli incidas, & cū muliere aliena delinquas. Tolerabilior g est si lateat culpa, quàm si culpæ vsurpetur authoritas. Nec hoc solùm est adulterium, cū aliena peccare coniuge, sed omne h quod non habet potestatem coniugij. tamē locus iste i docet grauius esse crimen, vbi celebrati coniugij iura temerantur, & vxoris pudor soluitur. Ideoq; cum prætederet Abimelech k quòd vxorem alienam esse ignorauerit, quam sororem suā esse vir ipse dixit: respondit ei dominus: Et ego cognoui, qa puro l corde fecisti hoc, & peperci tibi, vt non peccares in me: propter hoc non sum passus te tangere eam. Cognoscimus velut præsulem custodemq; esse Deū coniugij, qui non patitur alienum torū pollui. & si quis fecit eum peccare in Deum, cuius violet legem, & gratiā soluat: & qui in Deum peccat, sacramenti cælestis m amittit consortium. (Gen. 20. b)

Item Hieronymus cōtra Iouinianum lib. j. † (lib. ij. Tomo ij.)

Nihil est fœdius quam vxorem amare quasi adulteram.

CAN. V.

Origo n quidem amoris honesta erat, sed magnitudo o deformis. Nihil aūt interest, ex qua honesta p causa qs insaniat. Vnde & Xystus † Pythagoricus ait in sentētijs, Adulter q (Alias Sextus.)

b Nemo sibi. De legib⁹. quæ dicunt, quod adulterium nō cōmittitur cum soluta, sed cū nupta. ff. de adulter. l. inter. Vel loquitur de legibus, quæ permittunt cōcubinatum: vt ff. de concu. l. j. Vel loquitur de legibus, quæ permittūt fornicari militibus: vt C. de donatio. inter virum & vxorem. l. ij.

Stuprum in multis psonis cō mittitur.

c Stuprum. Stuprum committitur in virgine, vidua, vel puero, vel etiā in soluta muliere, quæ non habetur loco vxoris vel cōcubinæ: vt ff. de adulter. l. stuprum. secus secundum canones 2: vt xxxvj. quæst. j. lex illa. §. primo.

2 Sed cōtra de pœ. dist. j. qui puero quę est lex canonizata.

d Adulteriū. Coniugatorum.

e Ab vxore. sic j. eā. q. vj. per totum. & ff. de adulte. l. si vxor. Hic nota simplicem fornicationem esse canonicum crimen, id est, per canones & non per leges esse crimen.

Fornicatio est crimen canonicum.

f Tibi ius. Ius dicitur quod ex indulgentia vel ex dispensatione Apostoli habetur: vt vnusquisque habeat, &c. vt s. q. ij. §. hic ita. sicut dicitur ius patronatus, quod ex gratia tantū habet: vt xvj. q. ij. si quis episcoporum. sic etiā ex necessitate habet fieri, quod ex dispensatione fit: vt quinquag. dist. in domino sancto. & xxxv. q. iiij. consanguinitas.

g Tolerabilior. quasi dicat, maius peccatū est manifeste peccare, quā occulte. sic est contra. xij. qō. j. certe ego. & xj. q. iiij c. præcipue. Sed dic quod occulte peccans magis dicitur peccare, id est periculosius: quia neminem habet corrigentem. Item malum est cadere à proposito, sed peius simulare propositū. Item manifeste peccās, alio modo dicitur magis peccare: quia tueri se vult rationibus & authoritatibus: vt in hoc cap. volebat. Item quantum ad hoc, quod

Crimina facta palā sunt occultis grauiora.

h Sed omne. quod committit in non sua coniuge, adulterium est.

i Locus iste. in Genesi, scilicet vbi dicitur qualiter Abraham dum esset in peregrinatione, rogauit Saram, vt diceret se esse sororem suam: xxij. qō. ij. c. quæritur.

k Abimelech. Nō est huic cōtra. xxij. quæst. ij. quæritur. vbi dicitur, vt pudicitiam eius seruare posset apud Pharaonem. & hic dicitur Abimelech: qa vterq; illi ipsum peccauit, vel ipsum vterque timuit ab initio.

l Quia puro. Volebat enim eā vxorem habere: nec intēdebat alicui iniuriam facere, & ideo excusandus erat.

m Sacramenti cælestis. Id est, ecclesiæ.

Origo quidē. Hæc est tertia pars quest. in qua probat, quod ratione debet homo diligere vxorem, non tanquā adulter. Io. de Fant.

n Origo. scilicet spes prolis, vel euitatio fornicationis, quæ est nuptiarum causa: vt supra quest. secunda. §. his ita.

o Sed magnitudo. scilicet immoderata exardescentia libidinis. († Vel ca. liberorum.)

p Honest. nihil enim est adeo licitum, vt non possit pernicies irrogari. vigesimatertia, quæstione quinta. c. de occidendis. in fine. Item vsus rei non condemnatur, sed libido: vt quadragesimaprima distinctione. capitulo. quisquis. & sic vides, quod quandoque peccatur in re honesta: vt xiiij. distinctione. cap. quod ait.

q Adulter. supra eadem, quæstione secunda. capitulo; quicquid. contra. Solu hic adulter talis dicitur, non reatu criminis illius castalis, sed similitudine adulterinæ libidinis. sicut enim adulter in adulteram ardet: ita iste in propriam. Et quod non peccet mortaliter, patet in fine. nam ibi dissuadetur, ad quod euitandum non tenetur. & hoc modo supra eadem, quæst. vij. capit. adulterij. Sic ergo propter similitudinē dicitur adulter. Nec est hoc mirum. nam similitudine facti aliquid sæpe dicitur fieri. xj. q.

xj. q. iij excellentissimus. xj. quæst. ij. fraternitas.

a Amator. Vehemens amator dicitur, qui tantū vxorē diligit, vt apud se disponat q si ipsa esset forte vxor alterius, non minus carnaliter, se cum ea commisceret.

Vir non est vxoris ardens amator. Mulier post conceptū debet continere.

b Iudicio. Cum iudicio & discretione commisceri 1 vxori suæ debet.

c Affectu. Explendæ libidinis.

d Pecudes. Pecudes enim post conceptum nō coeunt, vt j. e. q. vij. non solum. nec mulier facit copiam sui corporis à conceptione vsque ad purgationem, vt s. distin. v. ad eius. & xxxij. q. iiij. si causa.

e Non perdāt. Perit enim partus ex frequenti concubitu.

[redacted]

f Quis ignoret. Hoc capitulum habes de verbo ad verbum de pœ. di. ij si enim. ver. memento. & ver. Paulus.

g Sub altera. i. sub coniugali, quæ est altera à castitate. Alia litera habet alternam.

h Legi. Naturali vel consuetudinariæ, vel dispositioni diuinæ.

i Tempori nostro. Argu. quod si prius currebat minor moneta, & modo currit vilior de mādato principis, liberor soluendo viliorē. argu. ff. de cō trahend. empt. argu. contra extra de cen. olim. quid. extra de iure iuran. quanto.

k Fines seculorū. Id est, secularium desideriorum, vel ętas vltima, de qua habes xxxv. qō. iiij c. vnico.

Obijciuntur. Mos. s. diu.

est, inquit, in suam vxorem amator a ardentior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens iudicio b debet amare coniugem non affectu c. Non regnet in eo voluptatis impetus, nec præceps feratur ad coitum. Nihil est fœdius, quàm vxorem amare, quasi adulteram. Certè qui dicunt se causa Reipublicæ & generis humani vxoribus coniungi, & filios procreare, imitentur saltem pecudes d: vt postquam vēter vxoris intumuerit, non perdant e filios: nec amatores se vxoribus præbeant, sed maritos.

Idem in libro ij.

Virginalis castitas non præfertur coniugio Abrahę.

CAN. VI.

Quis ignoret f sub altera g dispensatione Dei, omnes retrò sanctos fuisse eiusdē meriti, cuius nunc sunt Christiani? Quomodo autem Abraham placuit in coniugio, sicut nunc virgines placent in castitate? Seruiuit ille legi h, & tempori suo: seruiamus & nos legi, & tempori nostro i, in quos fines k seculorum deuenerunt.

Item Ambrosius. †

Patriarchæ non concupiscentia explendæ libidinis, sed causa numerosæ prolis, plures habebāt vxores.

CAN. VII.

Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos l erat, crimen non erat m: sicut patriarchæ coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ suscessionis. Sic Apostoli auditoribus admirantibus, doctrinam suā condelectabantur, non auiditate n consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis.

Item August. de bono coniugali. † († ca. xvj.)

Sanctius est, absque liberis defungi, quàm ex illicito concubitu stirpem quærere.

CAN. VIII.

Sicut satius est fame o mori, quàm idolothytis vesci, ita sanctius est, defungi sine liberis, quàm ex illicito concubitu stirpem quærere. Vndecunque p autem nascuntur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti & salui erunt q. Semen enim hominis, ex qualicunque homine sit, Dei creatura est, & eo malè vtentibus malè erit: non ipsum aliquando malum erit.

Item sermo † Ambr. de sancto Ioanne, qui sic incipit, Diximus in superiori dominica. († c. lxiij.)

Ex ancilla filij non sunt quærendi.

CAN. IX.

Dicat aliquis: Vxorem non habeo, & ideo ancillam mihi associaui. Audi quid dicat scriptura ad Abraham, Eijce ancillam, et filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius hæres non est, ergo neque filius est. Cur ergo quæritur tale coniugium, de quo susceptus filius nec successionis r possit esse (Gene. 21. a Gala. 4. d)

nus, & à Deo inspiratus. extra de diuor. gaudemus. & ponitur hic quādo pro quia.

Barto. & Alexā. de Imol. in l. quod te. co. j. & 4. ff. si cer. petat.

m Crimen non erat. Arg. quod consuetudo à crimine excusat aliquādo. Arg. supra dist. iiij. deniq;. & extra de tempo. ordi. sane. Arg. contra extra de simo. non satis. & prima quæstione iij. capitulo vltimo.

n Non auiditate. Si enim auiditate consequēdæ laudis, tunc peccarent. xxij. q. ij. primum.

Sicut satius. Hæc est iiij. pars. qō. in qua dicit, q melius est mori sine filijs, q eos quærere de damnato coitu. Ioan. de Fant.

Qvidã uir [c] maleficijs impeditus uxori suæ debitũ reddere non poterat. alius interim clanculo eam corrupit. à uiro suo separata corruptori suo publicè nubit. crimẽ quod admiserat, corde tantùm Deo confitetur. redditur huic facultas cognoscendi eam. repetit uxorem suam, qua recepta ut expeditius orationi uacaret, & ad carnes agni [d] purius accederet, cõtinentiam se seruaturũ promisit. uxor uerò cõsensum nõ adhibuit.

1 Hic primùm quæritur an propter impoßibilitatem coeundi, à uiro suo aliqua sit separanda?

2 Secundò an post separationẽ ei nubere ualeat cum quo prius fornicata est?

3 Tertio, si sola confessione [e] cordis crimen poßit deleri?

4 Quartò, si tempore orationis quis ualeat reddere coniugij debitum?

5 Quintò, an uir sine consensu uxoris cõtinentiã uouere poßit, uel si minus uel terroribus licentiam uouendi ab ea extorquere ualeat?

QVÆSTIO I.

Qvòd autem [f] propter impoßibilitatẽ reddendi debitum mulier à uiro suo separari non poßit, authoritate euangelica & Apostolica [g] probatur. Sic enim Christus ait in Euangelio: Nulli licet dimittere uxorẽ suã, nisi causa fornicatiõis: uel qua [h] alter eorũ (sicut August. exponit) fornicatus fuerit, uel ad quam alter alterũ pertrahere uoluerit. Itẽ Apostolus, Mulier quando tempore uiuit uir eius, alligata est legi ipsius, non legi [i] sibi reddendi debitum, sed non transferendi se ad alium. Item ijs qui matrimonio iũcti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro suo non discedere, nisi causa fornicationis. Euangelica itaq; & Apostolica

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

a Officio. Carnis.xxvij.q.ij.§.ecce.
b Officio. Id est, carnali commistione.
c Quod autem. Nubere non possunt.i. sibi reddere debitum, propter naturale frigiditatem.
d Scriptum est. Primo libro capitulari Caroli, s. in Lombarda.

authoritate probabetur mulier à uiro suo discedere, nisi ob causam illam fornicationis cunctis notißimam: qua interueniente si discesserit, oportet eam manere innuptam, aut reconciliari uiro suo. unde datur intelligi, q; impoßibilitas reddendi debitum, non facit coniugij dißidium. His ita respondetur: coniugium confirmatur carnali officio [a], ut supra probatū est. postquam uerò officio [b] confirmatum fuerit, nisi causa fornicationis, non licet uiro uxorem dimittere, uel uxori à uiro discedere. uerū antequā confirmetur, impoßibilitas officij soluit uinculum cõiugij.

Vnde scribit Grego. Io. Rauennati archiepiscopo.

Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoscere non poterit.

CAN. I.

Quod autem interrogasti de ijs, qui matrimonio iuncti sunt, et nubere non possunt [c], si ille aliā, vel illa alium ducere posſit? de quibus scriptum est [d]: Vir et mulier si se coniunxerint, & dixerit postea mulier de viro, q; coire non posſit cum ea: si potest probare [e] q; verum sit, per iustum [f] iudiciū [g] accipiat alium. si autem ille aliam acceperit, separentur.

e Probare. Arg. q; mulieri quandoque defertur probatio, cum de commistione carnis controuersia est. arg. s. xxvij. q. j. nec aliqua. Sed contra. j. ea. si quis acceperit. Sed illud solutum est. xxvij. quæst. ij. quod autem. Ibidem. b Mat.19. b

f Per iustum. s. ij. q. v. cõsuluisti. contra. Sed hic appellat verū iudicium, non candentis ferri vel feruentis aquæ, vel huiusmodi, sed legitimorū testium.

g Iudicium. Per aspectum corporis si virgo est: quia aliud est in corrupta: vt j. ca. proxi. & quid iuris sit, nota s. xxvij. q. ij. quod autem. melius enim perpenditur oculis aliquid. Instit. de gra. cog. §. hactenus. quæ tamē inspiciunt, debent esse peritæ. ff. de ven. inspi. l. j. quia visus sepe fallitur. & xxvij. quæ. j. nec aliqua.

h Requisisti. Pro vxore. Consilium est: vt extra eo. ca. accepisti.

i Innupti. Præceptum est, quantum ad virum, quantum ad illam cōsilium. & ita verbū semel positum tenetur æquiuoce. xxviij. distin. presbyterum. & ibi Ouidius. Demophoon ventis et verba & vela dedisti.

k Naturaliter. Id est, naturali frigiditate impediente. Et est arg. quod frigiditas est perpetuum impedimentum, arg. j. e. q. v. qui sitit. s. proxi. q. v. sicut. licet quidam dicant, quod nullum impedimentum est perpetuum. nullus enim est ita frigidus (vt dicunt) quin ope medicorum ei posſit subueniri. quod non credo, cum frigiditas quæ est naturalis proprietas, per accidentia non immutetur. extra de celebratio. missa cum Marthæ. §. quæsiuisti. Similiter quidam dicunt, q; nullum maleficium est perpetuum, quin saltem per ipsum authorem posſit sanari.

Frigiditas quādoque mutari nō potest.

l Patet. Nota, q; sequentia probantur per præcedentia. j. xxxiiij. q. j. c. j. in fi. liiij. dist. fraternitatem. & C. de adulte. si qui. Item hic ex post facto patet retro fuisse matrimonium: vt extra de frigi. & male. fraternitatis. & hoc est notabile, quod eoipso quod alius vel alia superinducitur, præsumitur hoc ex odio fieri. Et est præsumptio iuris, contra quam non admittitur probatio, imo statim ius pronuntiat esse puniendum. arg. ad hoc. j. ead. quæst. ij. seculares.

Probatio non auditur contra iuris præsumptionem.

Item ex epistola eiusdem August. Anglorum episcopo.

CAN. II.

Requisisti de ijs, qui ob causam frigidæ naturæ dicunt se non posse inuicem operam carni dantes commisceri. Iste verò si non potest ea vti pro vxore [h] habeat eam quasi sororem: quòd si retinaculum coniugale voluerint rescindere, maneant vtrique innupti [i]. nam si huic non poterit cōcordare naturaliter [k], quomodo alteri conueniet? Si igitur vir aliam vult vxorem accipere, manifesta patet [l] ratio, quia suggerente diabolo, odij fomitem exosam eam habuit, & idcirco [m] eam dimittere, mendacij falsitate molitur. Quòd si mulier causatur, & dicit, Volo esse mater, & filios procreare: vterque eorum septima manu [n] propinquorum tactis sacrosanctis reliquijs, iureiurando dicat vt nunquam per cōmistionem carnis coniuncti vna caro effecti fuissent [o]: tunc videtur mulierem secundas nuptias contrahere posse. Humanum [p] dico propter infirmitatē carnis eorum. Vir autē qui frigidæ naturæ est, maneat sine coniuge. q; si & ille aliam copulam acceperit [q], tunc ij qui iura-

m Idcirco. Quasi dicat si vir petat diuortium vt pater fiat, non audiretur: si, autem petat, vt exoneretur oneribus matrimonij, audiretur. Si mulier petat vt fiat mater, audiretur. nō dico virum quo ad hoc audiendum, si se frigidum sciret cum contraxit. extra de eo qui duxit. capitulo primo.

n Septima manu. Hoc intellige cum hæc non erat virgo: quia si esset virgo, tunc sufficeret verum iudiciū per obstetrices: vt ca. præcedenti. cum sacramento tamen vtriusque. j. xxxv. q. iij. extraordinaria. Et nota, q; sufficerent in casibus huius cap. duo. si septem haberi non possent. Item eis solis crederetur, si de hoc fama esset. argu. xxxv. quæ. vj. si duo.

o Fuissent. Et q; operam dederunt, alias non sufficeret: vt hic in princ. cap. notatur.

p Humanum. Ea humanitate qua Apostolus permisit secundas nuptias. xxxj. q. j. hac ratione.

q Acceperit. Pone q; mulier dixit cum impotentem ad reddendum debitum, non proponendo causam impotentiæ coeundi [z], & hoc probauit, & lata est sententia: nunquid si cōtraxit, restituantur postea priora

r Ad hoc C. de spō. l. vltim. §. fi. & adde quod no. j. ca. proxi. Archidia. z Quam proponere non cogitur. arg. extra de iud. dilecti. & no. viij. di. quo iure. Et quæcunque sit causa impotētiæ sufficit dūmodo perpetua sit ex tua de frigid. quod sede secundum Hosti. ita non liter quæ decret. iste cit pro primo dicto huius glo. vt patet in fine primi respons. ibi patet quod talis petitio sit admissa. Archi.

Rom.6.b

priora connubia? Non, quia totum ius suum videtur in iudicium deduxisse: vnde idem esset ac si per frigiditatem & maleficium separaretur. argu. extra de cau. pos. & proprie. cum super electione. C. de an. excep. l. vlti. secus tamen est in personali actione. ff. de excep. rei iud. et an eadem. §. actiones.

uerunt [a], periurij [b] crimine rei teneantur, & pœnitētia peracta priora [c] cogantur recipere cõnubia.

2 Hoc autem seruari præcipitur, cùm uterque idem fatetur. Cæterùm si uir asseruerit se reddidisse debitum uxori, & illa diffitetur: cui potius fides adhibenda sit, meritò quæritur.

De his in concilio apud Compendium habito, ita statutum est.

In veritate viri consistat, si mulier negat se cognitam ab eo.

CAN. III.

Si quis acceperit vxorem, & habuit eam aliquo tempore [d], et ipsa fœmina dicit, quòd nunquam coisset cum ea, & ille vir dicit quod sic fecit: in veritate viri consistat: quia vir caput est mulieris.

3 Ecce q; impoßibilitas reddēdi debitum, uinculum soluit coniugale: sed hoc de naturali impoßibilitate statutum est. hæc autem maleficij impedimento, non frigiditate naturali, debitum coniugale prohibēte, à uiro suo separata est. unde quæritur si liceat ei etiam in hoc casu, à uiro suo discedere, & alij se copulare?

De his ita scribit Igmarus Remensis archiepiscopus.

a Hi qui iurauerunt. Id est, vir & vxor, non consanguinei testes, qui se cum iurauerunt. Illi enim non iurauerunt sic esse verum, sed credere sic esse verum, sicut illi, sciebant. arg. xxxv. q. vj. de parentela. & extra de testi. c. quoties.

b Periurij. Et ita vterque fuit in culpa. alias quod in fine dicitur, iniquum esset.

c Priora. Et hoc cum vterque contraxit, alias exciperetur contra adulterantem de adulterio. extra de diuortijs. significasti. Vel hoc cum innocens excipere non vult. argu. xxviij. q. j. idololatria.

d Si quis acceperit. Tempore. Plus quā per duos menses. quia enim statim non proclamauit virum esse impotentem, postea non creditur ei, sed viro qui cōtrarium dicit: vt extra de fri. & male. ca. j. nam etiam ex tempore præsumitur aliquam non esse coactā: vt extra de sponsa. ad id. j. q. j. constat. Itē vel ideo potius creditur viro, quā vxori: quia vix aliquis inuenitur impotēs ad coeundū: vt 50. dist. quia tua. hanc credo esse causam, quare viro creditur in hoc casu. Sed Petrus Hispanus alias assignauit rationes: quia vir stat pro matrimonio, q; fauorabile est. Item quia fuit sola cum solo, creditur cognita ab ipso: vt xxxij. q. j. dixit. xxxvij. q. j. nec aliqua. iuxta illud Ouidij: A iuuene & cupido credatur reddita virgo? & hoc potest intelligi de illa, quæ prius fuit corrupta. sed si fuit virgo, quando iuncta fuit ei, potius crederetur probationi suæ, quā facit per aspectum corporis: vt s. e. c. j. extra de proba. proposuisti.

Vxori virum impotentem alleganti [illegible] credendum.

tamen nisi mulieres essent peritissimæ, potius esset credendum viri sacramento: quia res illa occulta est, & non peruia visui, & oculus plerunque fallitur: vt 27. q. j. nec aliqua. & in talibus sæpe sacramento vnius statur: vt dum quæstio est de sumptibus factis: vt C. de iudic. sancimus. ij. quæ. j. in primis. Vel dum est quæstio de dāno dato, sacramento vnius creditur. C. vnde vi. si quando. hæc autem quæ dixi vera sunt quādo vnus fatetur, & alter negat: sed si vterque fateretur, quod nō intercessit commistio, tunc expectabitur per triēnium, si antea non potest constare: vt extra de fri. & malefi. laudabilem. Sed quid si mulier sciebat virum esse frigidum ab initio? satis videtur q; tunc non posſit petere separationem, argum. extra de frigid. & malefi. cap. j. & C. de spōsa. l. vlti. vbi dicitur, quod imputet sibi, si scienter coniuncta sit turpi personæ vel impotenti coire, & quia sero accusat mores, quos ducendo eam in matrimonio comprobauit: vt ff. de adult. si vxor. in fi. De viro autem potius videtur, q; ille non posſit recedere à muliere si ipsa vult cohabitare ei, cū ipse sciuerit se frigidū. argum. extra de eo qui dux. in ma. c. j.

Mulier, quæ scienter cū frigido contraxit, an separationem petere posſit.

Quid de ijs, qui maleficijs impediti coire non possunt.

CAN. IIII.

Si per sortiarias, atque maleficas [e] artes, occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittēte, & diabolo preparante, concubitus non sequitur, hortandi sunt, quibus ista eueniunt, vt corde contrito, & spiritu humiliato Deo & sacerdoti de omnibus peccatis suis puram cōfessionem faciant, & profusis lacrymis, & largioribus eleemosynis & orationibus atq; ieiunijs, domino satisfaciant: & per exorcismos ac cætera ecclesiastica medicinæ munia ministri ecclesiæ tales, quantum dominus annuerit, qui Abimelech [f], ac domum eius, Abrahæ orationibus sanauit, sanare procurent. Quòd si fortè sanare non potuerint, separari [g] valebunt: sed postquam alias nuptias experierint, illis in carne viuentibus, quibus iuncti fuerant, prioribus, quos reliquerant, etiam si posſibilitas concubendi [h] eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt [i]. Sed in hoc videtur contrarius præmisso capitulo Gregorius Papa. ibi enim post posſibilitatem redditam iubetur separari ab eo, cui secundò nu-

Gen.20.a

e Si per sortiarias, atq; maleficas. Supra xxiij. q. iiij. de Tyrijs.

f Abimelech. Regem Geraris: vt xxxij. quæstione iiij. nemo.

g Separari. Nisi ipsa vxor dicatur procurasse maleficium, cum sua culpa ad hoc deuenerit. lv. distinctio. si euangelica. ff. quod metus causa. si mulier. xv. q. j. si quis insaniens.

h Concumbendi. Cum alijs, non cum prioribus. tunc enim non esset perpetuum maleficium.

i Nequibunt. Hic potius ignarus dicendus est, quam gnarus. nam dicit Cardin. quod iste finis non tenet: quia vt dixit, nullum maleficium est perpetuum quin saltem per ipsum authorem tolli potest.

Maleficiū nullum, secundū aliquos est perpetuum.

reddita muliere vel per aliud maleficium q. reddere conuenit eidem qui abstulerat maleficio

Alij

Alijdicunt contra: vt supra eadem, requisisti. Vel intellige post triennium.

Quod autem. Hæc quæstio diuiditur in x. partes. In quarum prima probat per tria capitu. quod si quis dimittat vxorem sine iudicio ecclesiæ, cogendus est ad illam redire: Secunda ibi, Siue de coniugij. Tertia ibi, In hoc capitulo. Quarta ibi, In præmissis. Quinta ibi, Nunc autem. Sexta ibi, De pœnitentibus. Septima ibi, Latorem. Octaua ibi, Si qs. Nona ibi, Quos. Decima ibi, Antiqui. Io. de Fant.

pferat, & redire ad primum. hæc autem viuente eo cui secundò copulata fuerat, primo reconciliari non poterit.

QVÆSTIO II.

Quod autem ci cum quo prius fornicata fuerat, post separationem nubere possit. superius[a] probatum est mortuus est enim sibi uir eius, ex quo iudicio ecclesiæ ab eo separata, ab eius lege soluta est. unde iuxta Apostolum, Nubat cui uult, tantùm in domino. Sed quæritur[b]. si sine ecclesiastico iudicio nulla causa dissidij rationabiliter probata ab ea discesserit, an esset cogendus redire ad eam?

De hoc ita statutum est in concilio Carthaginensi, cui interfuit Augustinus, capitulo xxx.†

Non licet alicui vxorem dimittere, nisi causa dissidij primum ecclesiæ comprobetur.

CAN. I.

Seculares, qui coniugale consortium nulla grauiori culpa dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidij probabiliter[c] proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, vt aut accedere ad illicita, aut ad aliena præsumant: si antequam apud episcopos comprouinciales[d] dissidij causas dixerint, & priusquam in iudicio damnetur, vxores suas abiecerint: à communione sanctæ ecclesiæ, & populi cœtu (pro eo quòd fidem & coniugia maculant) excludantur.

Item Ambrosius super Lucam.†

Lex diuina prohibet virum vxorem dimittere, nisi certa causa fornicationis.

CAN. II.

An quod in subditos[e] nefas est, in comparem[f] fas? dimittis ergo vxorem quasi iure, sine crimine, & putas hoc tibi licere, quia lex humana non prohibet? sed prohibet[g] lex diuina. qui hominibus obsequeris, Deum verere, audi legem domini, cui obsequuntur & qui leges fecerunt: Quos Deus coniunxit, homo non separet.

Item Nicolaus Papa Carolo Imperatori.

Absque causa cognitione, à viro suo dimissa, ad omnia restituatur.

CAN. III.

Historia ecclesiastica ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta, de muliere quadam quæ de castitate à marito accusabatur, ait præceptum est ab imperatore lege lata, vt primò[h] permitteretur ei rem familiarem[i] liberè diu-

1. Cor. 7. g. Vxor quæ à viro discessit, in tribus casibus sibi non restituitur.

a Superius. Supra xxxj. q. j. in princ.

b Sed quæritur. Quia secunda quæstio non habebat dubitationem ideo ponit aliam incidentem, quæ similiter quæstionem nõ habet: quia semper est restituenda, nisi in tribus casibus. Si publice sit adulterata. Vel nisi timeatur de viri sæuitia. j. ead. siue. & extra de diuort. significasti. Vel nisi dicantur cõsanguinei in gradu indispensabili, & incõtinẽti probetur exceptio. extra de restit. spolia. literas. & tamen in eodem casu fit restitutio quo ad omnia nisi quo ad carnale cõmercium, vt ibi dicitur in fin. Quartus casus potest esse, quando vxor propria voluntate recedit à viro: vt xxxij. quæstio. ij. Agathosa. Vel cũ vir de licentia vxoris recedit ab ipsa: vt ibidem.

† Habes concugete. ij. ca. 29.

x. Sub. nec petit se restitui. sed dic vt ne. extra de [illegible] le.cimus. Archi.

c Seculares. Probabiliter. Nota quare dicit probabiliter. hoc enim forte dicit: quia propter fornicationis suspicionem probatam ecclesiæ, licebit ei vxorem dimittere: vt supra xxxij. quæstione j. cap. dixit.

d Comprouinciales. Distributiue scilicet iste apud suum, & ille apud suum. non enim propter tales causas ipsi prouinciales conuocantur. Vel melius, hoc olim obtinuit: quia causa matrimonij tractabatur apud episcopos prouinciæ. xxxv. quæstione vj. multorum. Hodie etiam archipresbyter causam huiusmodi tractare potest. argumen. extra de consang. & affinita. capitu. j. Sed certe & hodie ad episcopalem iurisdictionem cognitio matrimonialis causæ spectat. Vnde nec abbates nec alij possunt de matrimonio cognoscere: nisi ex concessione vel alia causa legitima id habeant: vt extra de excess. prælat. accedentibus. Præscribi enim potest talis iurisdictio: vt extra de præscript. auditis. in fine.

Matrimonialis causa ad episcopũ pertinet.

† c. xvij. In commentarijs.

e An quod in subditos. Scilicet renuntiare episcopatui, extra de renunt. nisi & extra de regu. licet. Vel sicut subditi nõ possunt deferre[2] prælatum. xj. quæstione prima. inclita. Vel sicut prælatus nõ potest sine causa punire subditos. 86. distinctio. si quis.[3]

2 viij. q. iiij. nõne. Archid.

3 ij. q. 5. § nemo. 5. 30. q. 5. nullum.

f In comparem. Scilicet vt vir dimittat vxorẽ sine causa, vel condemnet præter ordinẽ iudiciarium. Ioan.

g Sed prohibet. Supra xxvij. q. ij. sunt. in authẽ. vt liceat matri. et auiæ. §. causas. Lex enim humana admittit diuortium in alijs casibus, præter fornicationem: vt C. de repud. consensu.

h Historia. Vt primo. Ex quo ergo mulieri primo restituuntur res suæ, multo potius vir est ei restituendus, & sic facit ad propositũ Gra. Alij ponunt casum sic. Quærebatur an mulieri accusatę de adulterio dãdę sint induciæ?[4] Respon. sic. sed hoc non approbat: quia in crimine adulterij nulla datur dilatio: vt ff. de adult. in crimine. sed potest dici, quod hoc verum est cum agitur criminaliter.

4 Scilicet præparatorijs. Io. de Fã. qui hic videtur posse stare: ista casus positione, & quidam alij vt dicit sur in glos. seq.

i Rem familiarem. Et hoc intelligunt quidam de præparatorijs inducijs, alij de restitutorijs.

Hoc

tius ordinare: tunc demum responderet obiectis. Hoc[a] omnes leges[b], tam ecclesiasticæ, quàm vulgares publicæque præcipiunt. Si autem de mulieribus & secularibus viris hæc constituta sunt, multò magis ecclesiasticis hominibus & sacerdotibus sunt concessa.

Item Nicolaus papa.

Nisi post restitutionem, neque de coniugij fœdere, neque de adulterij crimine, inter virum & vxorem iudicium est agitandum.

CAN. IIII.

Siue[c] de coniugij fœdere, siue de adulterij crimine iudicium agitandum sit, nulla ratio patitur Thebergam cũ Lothario posse inire certamen, nisi prius ad tempus fuerit reddita[d] suæ potestati, & consanguineis proprijs liberè sociata. Itaque etiam locus[e] prouidendus est, in quo nulla vis multitudinis formidetur, nec sit difficile[f] testes producere, vel cæteras personas[g], quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiusmodi cõtrouersijs requiruntur.

§ *In hoc capitulo[h] quãuis uideatur causa exposita[i], quare sua authoritate non licet alicui uxorem dimittere: qua cessante, ipsa quoque prohibitio cessare uidetur: tamẽ quia ipsa separatio pœna est: & pœna nulli est inferenda nisi per iudicem: generaliter hoc intelligendum est, ut siue ob causam præmissam, siue nulla causa existente, non liceat alicui sua authoritate uxorem dimittere: quod etiam de pœna homicidij, uel qualibet[k] alia intelligendum est.*

Vnde Nicolaus papa scribit Radulpho Bituricensi archiepiscopo.

Coniugia penitus interdicantur ijs, qui suas coniuges occidunt.

CAN. V.

Interfectores suarum coniugum, sine iudicio, cùm non addis adulterarum[l], vel aliquid huiusmodi[m], qd aliud habendi sunt quàm homicidæ? ac per hoc ad pœnitentiam redigendi, quibus penitus coniugium denegatur: exceptis adolescentibus[n]: de quibus est beati Leonis papæ xxv. regula decretalium (imò indulgentia[o]) obseruanda.

In hoc capitulo uidetur Nicolaus permittere maritis, causa adulterij, uel alterius huiusmodi criminis, uxores suas interficere: sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio non materiali criminosos feriri iubet: illo uidelicet gladio, quo Petrus iubetur mactare, & manducare. de quo etiam Christus ait in Euangelio, Non ueni pacem mittere[p] in terram, sed gladium[q]. Hinc idem Nicolaus scribit Aluino archiepiscopo.

Non licet alicui vxorem suã adulteram occidere.

a Hoc. Scilicet restitutionem fieri.

b Omnes leges. De hac materia loquentes.

Siue de coniugij. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probat, quod si fœmina in iudicio contendat cum marito, reddẽda est suę libertati. Ioan. de Fantu.

c Siue. Hug. videtur quod hoc capit. faciat cõtra propositum Grat. qui intẽdit probare, quod vxor debeat restitui: at hæc non restituitur viro, sed eius potestati subtrahit, & cõsanguineis sociatur. Respond. in hoc facit, quia ista spoliata erat quadã libertate: quia compulsa fuerat contra se cõfiteri. xxxj. q. ij. Lotharius. Vel in hoc facit ad propositũ: quia ponit quãdã exceptionẽ quãdo nõ debet fieri restitutio, scilicet cũ timetur de sæuitia viri.

d Reddita. Hic habes quod quam cito accusatur matrimoniũ, potest vxor petere vt det libertati suæ: ne cogatur aliquid confiteri cõtra se. sed hoc potest intelligi cũ tanta est sæuitia viri, quod nulla potest ei sufficere cautio: vt extra de restitu. spolia. literas. in fi. De hoc not. xxxij. q. j. de benedicto.

Matrimonio accusato, potest vxor petere vt de[tur] libertati suæ.

e Etiam locus. Arg. quod iudex etiã tenetur de loco iudicij prouidere partibus, vt in eo loco debeat de causa cognoscere vbi partes libere & secure valent conuenire. s. iij. q. ŏ. ix. hortamur. s. xxiiij. quæst. j. pudenda. ff. de reb. dubijs. vbi. s. ij. quæst. ij. cap. vlti. quod si nõ fecerit, licite appellat. extra de appel. ex parte.

In ista decre. not. Inn. quod iusta est appellatio, & ipso q locus non [illegible] tutus [illegible]: & nõ petat locum [illegible] tamen ex eum offer. Archi.

f Sit difficile. Simile. ff. qui satisda. cog. si fideiussor. § j. quia cum difficile est alicui satisdare in vna ciuitate, mittitur in aliã: vt ibi.

g Personas. Id est, aduocatos.

In hoc capitulo. Hæc est tertia pars quæstionis in qua quærit, qualiter puniuntur vxoricidæ. Ioan. de Fant.

h In hoc capitulo. supra eadem, seculares.

i Exposita. ibi, Nulla grauiori culpa.

k Vel qualibet. Nam leuem vir imponit: vt nota. vij. quæstione j. sicut alterius.

l Interfectores. Adulterarum. Maxime, quia nec tunc licet: vt j. cap. proxi.

m Huiusmodi. Hoc dicit ideo, quia secũdum leges ex causis pluribus separatur matrimonium.

n Adolescentibus. j. ead. in adolescentia.

ADDITIO. Vbi est ista indulgentia Leonis, de qua hic dicitur.

o Indulgentia. Videtur ergo, quod indulgentia nõ est regula, & quod nulla dispensatio sit ius: quod Mart. & Hugo. concedunt. arg. j. quæstione vij. exigunt. & cap. si quis omnem. & not. 50. distinct. cap. de his. Alij vero dicunt q omnis indulgentia est ius: sed tale, quo superior vti potest, & inferior non potest petere. ergo hoc dicẽdo retulit se ad causam constitutionis & originem: nã per indulgentiã fuit hoc statutum, licet modo sit ius.

Indulgentia an sit ius.

p Pacem mittere. Id est, confœderare cum vitijs homines. Vel mittere pacem inter homines & vitia.

Act. 10. b
Mat. 10. d

q Sed gladium. id est, discordiam, & separationem à malis, id est, charitatem, quæ separat vitia.

Inter

a Inter hæc. Liceat. hoc licet secundũ legem Lombardam, sed non secundum Romanam. Pater tamen eam potest occidere in ipso actu, sed non maritus: & si pater vtrunque interficiat vno ictu. ff. ad leg. Iul. de adulte. l. nec in ea. & l. sequenti. ignoscitur tamen marito si vxorem in adulterio depræhensam occideris: quia ad pœnæ mitigationẽ. C. ad leg. Iul. de adulte. l. Gracchus. Et nota quod licet lex antiqua permittat viro occidere adulterum depræhensum cũ adultera i domo sua, non tamẽ in domo soceri: vt ff. de adul. marito. Nouo iure tamen vbicũque fere potest occidere eum post tres denũtiationes factas: vt in authen. vt liceat matri & auiæ. §. penul. & vlti. collat. viij. Nec illud etiã corrigit per authenticam, quæ est collatio. ix. vt nulli iudi. §. si quando. quia in alio casu loquitur. Item licet patri similiter detur secũdum legem licentia occidendi, vt ff. de adul. nec in ea. si tamen interficiat, non excusatur à culpa vel à peccato, licet à pœna ciuili excusetur. in criminibus enim dico specialẽ concessionem canonis necessariã, quo ad culpæ immunitatem. vnde cum dicatur, Non occides. xxiij quæstio. v. si nõ licet. nec specialiter illi excipiatur à canone, ergo occidendo peccant: imo viro hoc interdicitur: vt j. ead. ca. admonere. vnde nõ excusatur authoritate iuris ciuilis, sed & dotem amittit vir, quã lucrifaceret alias. Solus enim iudex excipitur à canone vt occidat. xxiij. quæstione quinta. cum homo. & capitu. si homicidium.

Pater filium, sed non maritus vxorẽ turpiter coeuntem, potest occidere.

† [redacted]

CAN. VI.

Inter hæc sanctitas vestra addere studuit, vt si cuius vxor adulteriũ perpetrauerit, vtrũ marito illius liceat [a] secundum mundanam legem eam interficere. Sed sancta Dei ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus: gladium [b] non habet, nisi spiritualem, quo nõ occidit, sed viuificat. †

Item Pius papa.

Pœnitentia eius, qui propriã, absque causa, peremit vxorem.

CAN. VII.

Quicũque propriã vxorem absque lege & sine causa, & certa probatione interfecerit, aliamq́ue duxerit vxorem, armis [c] depositis, publicam agat [d] pœnitentiam: & si cõtumax fuerit, & episcopo suo inobediẽs extiterit, anathematizetur quousque consentiat. Eadẽ lex erit illi, qui seniorem [e] suum interfecerit.

Item Stephanus papa quintus Astulpho.

Pœnitẽtia Astulphi, qui vxorem suam interficit.

CAN. VIII.

Admonere te cum lacrymis et multo gemitu cordis curamus, fili Astulphe: sed non filius debes dici [f], qui tã crudeliter homicidium perpetrasti, nam occidisti vxorem tuam, partem [g] corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatã, sine causa mortis, non tibi resistentẽ [h], non insidiantem [i] quoquo modo vitæ tuæ. nõ inuenisti eam cum alio viro nefariam rem faciẽtem: sed concitatus à diabolo, & impio furore inflammatus, latronũ more, atrocius eam gladio tuo, crudelior omni bestia, interemisti: & nunc post mortem eius, addis iniquitatẽ super iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo [k], qui matri non pepercisti, filios tuos orphanos fecisti, inducere super eã vis mortis causam, post mortem [l]: per vnum hominem homicidã & reprobum testem incusare vis mortuam. quoniã nec Euangelium, nec vlla diuina humanaq; lex, vnius testimonio etiam idoneo quempiam condẽnat, vel iustificat [m]: quantò magis per istum flagitiosissimum & scelestum, nec illa viua debuit cõdemnari, nec à te post eius mortẽ accusari. Prius enim causa criminis subtiliter erat inuestiganda, & tunc si ita fuisset inuenta, secundũ legis tramitẽ debuit accipere vltiõis vindictã.

b Gladium. Quo ad executionem. Hoc ideo dico, quia Imperator habet illud à papa. extra de electio. venerabilem.

Pœnitentiam facere compellitur quis.

c Quicunque. Armis. j. de pœniten. distinctio. v. falsas.

d Agat. Arg. quem posse compelli ad pœnitẽtiam, sed hoc in publicis & enormibus. arg. xxij. quæstione j. cap. vltimo.

e Seniorem. id est, episcopum, vel alium prælatum, vel dominum suum: arg. iij. quæstio. iiij. cap. iiij. xxv. quæstio. ij ita nos.

f Admonere. Dici. Argu. quem priuari nomine, ratione criminis, iuxta illud: Si re prius non egeris, nec nomen habere mereris. argu. xiij. q. ij. postquam. ij. q. vij. §. quibus ergo. ij. qõ. j. scelus. & C. de fer. à nullo. Argu. contra. de pœn. distinc. iiij. si ex bono. nam filij Dei dicuntur, qui non erant in ecclesia.

g Partem. Simile s. xxxj. qõ. ij. de neptis. & xxvij. qõ. ij. Agathosa. & est argu. quod qui excepit alimẽta sibi, videtur excipere vxori [1]: cum ambo sint vnũ corpus, & etiã filijs & seruientibus. arg. 50. distinct. studeat. & ff. de vsu & habi. l. ij.

1 De vxore pri[?] habita credit H. hoc esse verum, sed de post ducta non videtur esse verum secundum Hug. & Io. Hãc tamẽ glo. singularẽ esse dicit et sequitur Anto. Cor set. in tractatu de excell. & pote. regia qõ. xxx. C. M.

h Resistentem. sup. ple maxime: quia si etiam resisteret, vel insidiaret, non ideo deberet eam interficere.

i Non insidiãtem. Non est hic argu. à contrario sensu, pro pter capitulũ. xxx. ij. q. v. quicquid.

k Prædo. Non quia possit eos priuare. licet enim vxor propter adulterium interficiat, dos tamen ad eius filios deuoluitur. in auth. vt lic. matri & auiæ. §. si de adulterio. sed qa licet interficiatur, illos solatio & pro fectiõe materna pri uare conaris. licet dos ad illius tamen enim regulariter lucrifaciat dotem ob adulterium vxoris, extra de donat. inter vir. & vxo. cap. plerunq;. hoc tamẽ casu non lucrifacit, cum eam interficit: etiam si pactum fecit de ea lucranda prius. ff. solu. mat. si ab hostibus. §. j.

Adultera filios deuoluitur.

l Post mortem. Cum crimina extinguantur morte. xxij. dist. quorundam. C. si reus vel accusa. l. j. nisi ratione bonorum quis agere velit. C. eo. l. vlti. C. si pen den. appel. mors interue. l. ij. ff. de rei vendi. vtique.

m Vel iustificat. Vnde non tenet. xj. quæstio. j. quicunque. Creditur tamen vni tanquam recitatori, vel tanquam socio: vt viij. quæstio. iij. talia. lxxxvj. distinctio. tanta.

Pœni

g Pœnitentia. Argumen. quod post peractam pœnitentiam & crimen purgatum, potest quis accusari de crimine illo: vt xv. quæstio. v. presbyter. & xxv. distinctio. capit. vlti. & extra de schis. fraternitatis. [1] nam perferens memorandi criminis labem, &c. distin ctione lxj. non negamus. & j. quæsti. vij. si quis omnem. Nam per pœnitentiam non desinit quis esse nocens. ff. de ædil. edict. quis sit fugitiuus. imo etiam post baptisma potest de hoc accusari: vt extra de diuort. gaudemus. in fine. Argu. contra. xxiij. quæstione iiij. si illic. & xxxij. q. j quod autem. in fine [2]. & capitu. non erit. & capitu. apud. & 50. dist. ferrum. & extra de accus. de his. ff. de ædili. edict. de hoc dixi vj. quæstione j. qui crimen. & capitu. illi qui. Sed nonne præiudicat sibi maritus tacendo per sexennium: cum vltra quinquennium non audiatur accusatio adulterij: vt C. de adulterijs. adulter? Sed illud obtinet, quo ad pœnam legalẽ, non quo ad petendum diuortium. extra de procurato. tuæ. Nunquid ergo in infinitũ potest eam accusare? Dicunt quidam quod non vltra viginti annos: vt C. de fal. querelam. Hug. dicit quod vsque ad millesimũ, & quandocũq; claruerint crimina: vt lxxxj. distinc. quicunque. & distinct. viij. qui contempta. xxiij. quæstione iij. ecce. Et quod dicit pœnitentia peracta, sed ante latam tamen sententiam. s. proxi. q. v. c. Christiana.

1 Cõcor. cũ hac gl. l. iij. & qđ ibi not. C. de accusa. glo. magi. in ca. cum dilecta. de elect.

Extra. ij. c

2 Vbi de hoc & 26. q. 5. quicũque.

Text. est simi. in auth. vt nõ lux. cõtra na. in prin. col. vj & in l. im perialis. C. de nup. Accusatio adulterij post quinquennium non audi tur.

nam si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est: post septem annos pœnitẽtia [a] peracta dimittere eã per approbatam causam poteras si voluisses: occidere tamen eam nullatenus debuisti. Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed vt conuertatur ad pœnitẽtiam, & viuat †. Idcirco placeat tibi consilium nostrum, & hoc fac quod melius tibi, leuiúsque videri poterit. Miserere animæ tuæ, vt non sis tibimetipsi homicida. Relinque quapropter te rogamus hoc malum seculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium [b]: humiliare sub manu abbatis: & multorum fratrum precibus adiutus obserua cuncta simplici animo, quæ tibi fuerint imperata, si fortè [c] ignoscat infinita Dei misericordia peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquam crucieris perpetuis flammis. hoc leuius & melius tibi esse certissimè scias. sin autem publicam pœnitentiam permanens in domo tua, vel in hoc mũdo vis agere: quod peius tibi & durius et grauius [d] esse non dubites: ita vt agere debeas exhortamur, vt omnibus diebus quibus pœnitere debes, vinum & siceram [e] non bibas: carnem [f] nunquã vllo tempore comedas, præterquam in pasca, & in die natalis domini, in pane & aqua, & sale pœnitentiam age: in ieiunijs, & vigilijs, & orationibus, et eleemosynis omni tempore perseuera: armis nũquam cingere [g]: nec in quolibet loco litigare [h] præsumas: vxorem nunquam ducere [i]: concubinam nõ habere, nec adulterium committere audeas: in balneo nũquam laueris [k]: in conuiuijs lætantium nunquam te misceas: in ecclesia segregatus ab alijs Christianis, post ostium & postes humiliter te repone: ingredientium & egrediẽtium suppliciter orationibus commenda te: et communione corporis & sanguinis domini, cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes [l]: in vltimo tamen exitus vitæ tuæ die si merueris, pro viatico (si sit qui tribuat tibi) tantummodo veniam

quæstione j. qui bona. argumen. ad idem. j. de pœnit. distin. j. §. his authoritatibus. & hoc H. concedit. Alij dicunt, quod tenetur adimplere quod promisit, & quod iniunctum est ei in pœnitentia nisi abbas dispenset secun. xviij. q. ij. ca. nullum.

b Monasterium. Ex hoc loco videtur, quod quamcunque pœnitentiam quis teneatur finire: si intret religionem, ad illam non tenetur: quia religio soluit vinculum iuramenti: vt extra de iureiuran. peruenit. Item soluit votum: vt extra de vo. & vo. redem. scripturæ. Item soluit vinculum obedientiæ. xix. quæstione ij. duæ. Licet ergo à Papa sit alicui iniunctum in pœnitentiam vt eat Romam, vel aliquid huiusmodi faciat: & intret religionem: non dicitur transgressor. ille enim dicitur trãsgredi, qui deserit maius pro minori: vt xx. quæstione iij. propositum. & xvij.

Religio di[?] sol[?]

c Si forte. Non ponitur dubitatiue, imo nota est assertionis, & est penitus si. de pœn. di. j. quamobrem.

d Et grauius. Visum enim fuit maioris pœnæ conuersari inter homines, et hominum carere suffragijs, quã procul ab hominibus solatium non sentire. C. de aposta. ij qui.

e Siceram. Per siceram intellige omnem potum qui inebriat [3]: vt xxxv. distinct. in palea, violentum.

3 Sub. præter vinũ. Sed nunquid licet ei bibere lac, vel amidaglinã aquã, aut vuas comedere? dicit Hugo. credo qđ sic: quia talia nõ inebriant. Archidia.

f Carnẽ. Sed nunquid oua, cũ ouum sit caro liquida: vel lac, cum lac nõ sit nisi sanguis colore mutato? Dicimus quod non. & hoc vult litera illa quæ sequitur, in pane et aqua: sed tamen potest intelligi, quod hoc debeat facere in certis diebus, vt legitimis ferijs. Sed nunquid de lardo vtetur? nunquid nomine carnis est prohibitum? Videtur quod non. arg. lxxxij. dist. presbyter. ibi enim sagimẽ pmittitur, quando oua permittuntur [4].

Lardum an cõprehendat nomine carnis?

4 Cõcor. tex. in l. repetita. & ibi Barto. C. de eroga. milita. anno. libro 12.

g Nunquam cingere. Nisi consilio episcopi pro iustitia defendenda. Et est si. j. de pœ. dist. v. falsas.

h Litigare. Hoc ideo dicit, quia apud seculare tribunal nõ debet suam querimoniam acceptando proponere quisquam publice pœnitens: sed ecclesiasticum iudicium debet adire. s. xj. q. j. aliud. supple ergo hic, nisi in propria causa, & coram ecclesiasticis.

i Nunquam ducere. Si tamen duxerit, tenet matrimonium. arg. s. ea. quicunque. Alij dicunt contra: vt no. j. ea. §. de pœnitentibus?

k Nunquam laueris. Nisi de necessitate. de conse. dist. iij peruenit.

l Existimes. Ergo videtur, quod magis peccat qui vxorem interficit, quam qui matrem: quia maio pœnitentia imponitur hic vxoricidæ quam matricidæ in illo capitu. latorem. quod est. j. ead. quæstio. & sic maius

Vxorẽ occidere grauius est, quam matrem.

Universidad de Deusto Biblioteca

maius est crimen. argumen. xxiiij. quæstione j. non afferamus. quod concedit H. nam dicit quod magis peccat qui seipsum interficit, quam qui alium ¹. xxiiij. quæstione v. si non licet. vnde magis peccat qui partem corporis sui interficit, quam qui matrem. probat hoc etiam per illam authoritatem. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, extra de biga. debitum. Alij dicunt, quod magis peccat qui matrem interficit, quã qui vxorem: sed quia homines promiores sunt ad interficiendum vxores, ideo ob hoc magis puniuntur, vt sic retrahãtur à tali facinore. Vnde non valet hæc argumentatio: grauius puniuntur, ergo grauius peccãt. Et est simile in fornicatione notoria. licet eñi multa crimina sint grauiora tamẽ quia facilius & fœdius delinquitur in hoc crimine, quam in alijs, ideo durior pœna in eo statuitur. arg. xxxij. distinc. §. verum.

1 Hæc ratio etiã est in matre, vt patet xxxv. q. iij. §. hac authoritate. & C. de impub. & ali. substi. l. vlti. in fi. Archi.

a Venialiter. Argu. q ecclesia potest corpus & sanguinem domini quibusdam etiam in fine prohibere. argumentũ. xxvij. quæstio. j. impudicas. argumen. distinct. 50. pœnitẽtes. contra. s. xxvj. quæstio. vj. de his. contra. s. ij. quæsti. iij. si quis episcopum aut presbyterum. s. xiij. quæstio. vlt. quæsitum est. ibi, secundum præcepta canonum. Ad hoc dic quod quandoque illud quod iure communi competit, dicitur concedi respectu misericordiæ & pietatis. argu. s. xj. quæstio. iij. quoniam. ff. de vsufru. si extraneo. & in cæteris capit. hic signatis. nam vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Ioannes.

Corpus dominicum posit etiã in fine quibusdam denegari.

† ca. xv.

b Sanguis. Id est, peccatum. vnde illud: Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum. xliij. distinctio. Ephesijs. Ioannes de Fant.

c Alieni. Argu. quod non imputatur prælato subditorum malitia, ex quo per eum non stat quo minus corrigantur. argu. vij. quæstio. j. §. cum autem. s. dist. xliij. Ephesijs. supra xlvij. distinct. capi. vlti.

liter ᵃ, vt accipias tibi concedimus. Sunt et alia multa, quę tibi nimis durius & satis acrius erant iuxta magnum pondus peccati infelix adijcienda: sed si hęc omnia, quæ tibi misericorditer dicta sunt, perfecto corde domino auxiliante feceris, et custodieris, cõfidimus de immensa Dei clementia, remissionem habiturum te tuorum peccatorum, & secũdum dictum iusti bonique pastoris, resoluet te sancta ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris: vt per ipsius gratiam qui eam suo sanguine acquisiuit, solutus sis in cælis: si autem aliter feceris, & sanctæ matris ecclesiæ tam salubrẽ admonitionem despexeris, ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & sanguis ᵇ tuus super caput tuum: nos alieni ᶜ à consortio tuo, pro aliorum fidelium salute Deo opitulante, omni sollicitudine nitimur desudare, & domini misericordiam attentius quotidie implorare. ©

Item Augustinus de adulterinis coniugijs libro secundo. †

Potius vxore viuente, aliam ducat quis, quàm humanum sanguinem fundat.

CAN. IX.

SI (quod verius dicitur) non licet ᵈ homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantùm dimittere: quis est tam demens qui dicat ei, Fac quod non licet ᵉ, vt liceat tibi quod non licet ᶠ? cùm enim vtrunque secundum legem Christi illicitum sit, siue adulteram occidere, siue alteram ducere ea viuente: ab vtroque est abstinendum: non illicitum pro illicito faciendum. si enim facturus est, quod non licet, iam faciat adulterium ᵍ, vt non faciat homicidium: vt viuente vxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat: quòd si est vtrunq; nefarium, non debet alterum perpetrare, sed vtrunque vitare.

4 *In præmissis ʰ authoritatibus, quique prohibentur adulteras coniuges suas occidere: sed permittitur post septem annorum pœnitentiam eis illas dimittere. si autem illas interfecerint, iubentur sine spe coniugij, perpetuò manere: nisi fortè propter lapsum iuuenilis incontinentiæ ad matrimonia contrahenda eis misericordia impẽdatur ⁱ. clericis autem conceditur, si uxores eorum peccauerint, sine mortis acerbitate habere eas in custodia, & ad ieiunia eas cogere, non tamen usque ad necem affligere.*

Vnde in Toletano concilio primo legitur. †

Clerici, si vxores eorum peccauerint, præter necem eas domi custodiant, & ad salutaria cogant ieiunia.

d Si quod verius dicitur. Non licet. Nam dicit lex, quod vnum delictum propter aliud non minuit pœnam: vt ff. de pri. delict. l. ij. & est argum. quod in delictis compensatio non admittitur. argu. xiiij. distinctio. capitulo j.

e Quod non licet. Scilicet occidere vxorem suam.

f Quod nõ licet. Scilicet aliam ducere, ea viuente.

g Adulterium. Sic ergo permittit minus malum, vt euitetur maius ². s. xxvj. q. ij. hi qui. s. xxij. quęstione j. capitu. vlti. supra dist. lxxxij. presbyter. supra proxi. quæstione vij. quid in omnibus. contra. Sol. grauius est homicidium, quam adulterium: sed ibi ³ expone grauius: id est, generalius. 50. dist. quia tua. Vel turpis ratione inquinationis. xxxij. quæstio. j. in coniugio. & non est consilium vel præceptũ quod hic dicitur: sed est comparatiua permissio quæ non excusat à peccato.

2 Sic xiij. q. j. considera.

Homicidium grauius est adulterio.

3 Scilicet in præced. ca. quid.

ADDITIO. Quod dic vt plene not. iij. distinct. c. vlti. in prin.

h In præmissis. Hæc est iiij. pars quæstionis in qua dicitur, quod in sequen. cap. continetur. Io. de Fant.

h In præmissis. Sic intellige. xxxj. quæstione prima. hac ratione.

i Impendatur. Supra c. interfectores.

† ca. vlt.

Plac

a Placuit. Licentiam. id est, impunitatem. Simile xlv. dist. qui syncera.

b Potestatem. Nam si eam etiam male verberauerit, nisi pro causis lege expressis, punitur in pecunia: quia dabit ei tertiam partem donationis quam dedit propter nuptias, vt in authen. vt liceat matri & auiæ. §. si quis autem. collat. viij. si autẽ quis non dedit dona. propter nuptias, punitur in quarta parte totius suæ substãtiæ, si eius substantia nõ excedit ccc. aureos: si excedit, dabit centum aureos. C. de repud. l. vlti. Item non dico, quod ipsimet debeant eis pœnitẽtiã iniungere ¹: sed cõpellere vt accipiant ab alijs. Sed nũquid laicus idem potest de vxore sua? Dico quod non: quia nõ inuenio expressum: castigare tamen potest eam: vt nota. s. vij. quæsti. j. sicut alterius. Sed quare dicit q pauperes clerici seruiant sibi? Dic quod respondet tacitæ obiectioni. quasi dicat, & si mulieres ligatæ nõ possunt eis seruire, pauperes clerici qui nõ possunt alios seruientes habere, seruiant sibi vice mutua. Item secundum H. non poterunt illas recõciliare sibi, nisi nollent promoueri. arg. xxxiiij. distin. si cuius. Alij autem dicunt illũ non impediri cui⁹ vxor cognoscit ab alio, si ipse non consentiat eius adulterio. Vnde bene possunt eas recõciliare etiã quo ad carnis commercium: nec eis in aliquo præiudicat. quod tamen intelligas secundum quod dixi s. xxxiiij. distinc. si cuius.

1 Super hoc videas quod not. xxx. q. j. omnes. in gloss. non nos, &c. Archi.

c Ita vt inuicem. Arg. xij. q. j. dilectissimis. argu. xj. q. j. sicut enim. argu. dist. xc. præcipimus.

d Si seruitia. Id est, seruientes.

e Cibos. Et est hoc propter enormitatem delicti: tamen ipsam excommunicatam non debet vitare ², xj. q. iij. quoniam multos, quod forte falsum est.

CAN. X.

PLacuit, vt si quorumcunque clericorũ vxores peccauerint, ne fortè licentiam ᵃ peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hãc potestatem ᵇ, pręter necem custodiendi & ligãdi in domo sua, ad ieiunia salutaria non mortifera eas cogentes: ita vt inuicem ᶜ sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia ᵈ non habeant. cum vxoribus autem ipsis quæ peccauerint, cibos ᵉ non sumãt, nisi fortè ad timorem domini acta pœnitentia reuertantur.

5 *Nunc autem quæritur quare sacris canonibus sit institutum, ut post septem annos pœnitentes in pristinum statum reuocentur.*

De his ita scribit Isidorus ad Masonẽ episcopũ.

Quare sit institutum post septem annos in pristinum statum pœnitentes redire.

CAN. XI.

HOc ipsum quod canonũ censura post septem annos pœnitentem remeare in pristinũ statum præcepit ᶠ &c. vt in tractatu ordinandorum de lapsis, non electione ꝓprij arbitrij sancti patres, sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerunt. Nã legitur ᵍ quòd Maria soror Aaron, prophetissa cùm detractiõis aduersus Moysen incurrisset delictum, illico stigmate lepræ ꝑcussa est. Cumque peteret Moyses vt emundaretur, præcepit eam dominus extra castra septẽ diebus egredi, & post emundationem rursus eã in castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis: quæ dum superbiæ dedita, sordidissimis cogitationum maculatur cõtagijs, extra castra septẽ diebus, hoc est extra collegium sanctæ ecclesiæ septem annis proijciatur: vt post emundationem vitiorum, loci vel pristinæ dignitatis recipiat meritũ. & post pauca. In fine autem epistolæ hoc adijciendum putaui, vt quotiescunque in gestis conciliorum discors sentẽtia inuenitur, illius sententia magis teneatur, cui⁹ antiquior ʰ & potior extat authoritas.

Hoc autem quanquàm de sacerdotibus uideatur specialiter dictum, generaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi: ad imitationẽ nanq; illius dominicæ sententiæ Dauid de adulterio ⁱ et homicidio reprehẽsus, unius hebdomadæ ieiunium in satisfactionem admissi sceleris, Deo legitur obtulisse. Hinc etiã ecclesiastica consuetudine est usurpatũ ᵏ,

Nunc autem. Hæc est quinta pars quæstio. in qua dicitur quod hic & in sequenti ca. continetur. Ioan. de Fantu.

f Hoc ipsum. Præcepit. id est, permisit post septẽ annos. s. dist. lxxxij. presbyter. contra. sed varietas canonum est in pœnis infligẽdis, & pœnitentiæ sunt arbitrariæ: vt xxvj. q. vij. tempora. & in his minor pœnitentia est amplectenda. ff. de arbitr. diem proferre. §. si plures. & l. non distinguemus. in princip. & distinct. 50. eos vero.

Pœnitentiæ sunt arbitrariæ.

g Nam legitur. Licet olim peccatum murmurationis nõ mulctaretur morte, hodie tamen repellit (vt dicit Hug.) à promotione, ar. xc. distin. alienus. quia nec omnia nec sola, &c. vt nota. liiij. dist. multos. Hic inseritur vna ratio, quare septennis pœnitẽtia imponatur: quia Maria, &c. Theologi aliter assignant: vt sicut ꝓpter peccatum septiformis spiritus sancti gratiã amisit, ita per pœnitentiam septennem eam recuperet.

h Cuius antiquior. Simile 50. distin. domino sancto. in fin. vbi de hoc dixi.

i Dauid de adulterio. Legitur i libro Reg. ij. ca. xij. quod Nathan ꝓpheta cũ redargueret Dauid de adulterio, & homicidio, descendit de solio, & grauiter est contritus: & dixit Nathan: Transtulit dominus peccatũ tuum: verũtamen filius qui natus est tibi, morte morietur. ꝑcussit ergo dominus paruulum, vsque ad vitæ desperationẽ: & ꝓ paruulo ieiunauit Dauid, & noluit cõsolari. Accidit autẽ die septimo, vt moreretur infans, & vidẽs Dauid seruos vlulãtes, intellexit quod mortuus esset: qui lota facie, & mutata veste intrauit domum Domini, & adorauit, & exhilaratus rediit in domum suam.

Additio.

2. Reg. 12

k Vsurpatum. Id est, vsu habitum.

Vt

Universidad de Deusto Biblioteca

a Vt maiorum. Supra xxij.q.j.prædicandum.
b Excellentia. Vt s.lxxxij.dist.presbyter.& xxvij.q.j.deuotam.s.xxiiij.q.j. si quis dederit.tamen omnia ista sunt in arbitrio sacerdotis.xxvj.quæstio.vij.tempora. Vnde canones non ponunt mensuram pœnitentiæ: sed omnia hæc arbitrio sacerdotis relinquuntur: vt j.de pœni.dist.j.mensuram.

Pœnitentiæ mensura per canones non ponitur.

De pœnitētibus. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua quæritur vtrum pœnitentes solenniter possint contrahere? Et dic quod nō debent, nisi essent iuuenes: si tamen cōtrahūt, tenet matrimonium. Ioā. de Fant.

Pœnitens solenniter an possit postea matrimoniū contrahere.

c De pœnitētibus. Hic mouet magister quandam incidētem quæstionem, an post solennē pœnitentiam possit cō trahi matrimoniū? Et tres sunt opiniones de solēniter pœnitentibus. Quidam dicunt, quod nullus solenniter pœnitens potest cōtrahere nisi ex dispensatione. j.ead. cap. antiqui. quia intelligitur vouisse. & sic intelligunt cap. j. ead. de his. pœnitens enim semper viuit sub regula ecclesiastica: vt de pœnit. distinctio.v.contrarium. H. vero dicit, quod quilibet pœnitens potest contrahere, nisi tantum in tribus casibus, puta pro vxoricidio, vel nisi iniunctū hoc sit ei nomine pœnitētiæ, vel pro raptu spōsæ alterius, vel pro incestu. Adhuc tamē excipit adolescentes, qui (vt dicit) de iure cōmuni possunt cōtrahere. Ideo autem in tribus his casibus prohibetur, quia in his contaminat matrimonium. Alij tamen ponunt quinq; casus, in quibus post solennem pœnitentiam non licet contrahere. vnus est pro incestu vt xxxij. q.vij. si quis viduam. Item pro vxoricidio. s.ea. interfectores. Item pro raptu sponsæ alterius. xxvij.q.ij statutum. nec cōtradicit. xxxvj.q.ij.tria. Nam ibi illa nō erat spōsa. Item pro concubitu cum moniali. xxvij. q.j. vt lex. Item pro homicidio presbyteri: vt extra de pœnit. & remis. qui presbyterum. Item pro eo qꝫ dolose suscepit filium de sacro fonte. xxx.q.j. de eo.

reconciliationis admitterent a. & post pauca: Si autem aliquis eorum b, pro quibus domino supplicamus, quocunq; interceptus obstaculo, à munere indulgentiæ præsentis exciderit, & priusquam ad constituta remedia perueniat temporalem vitā humana conditione finierit: quod manens in corpore non receperit, consequi carne exutus non poterit c. & post pauca: His autē d, qui tempore necessitatis & periculi vrgentis instantia pœnitentiæ præsidium & mox reconciliationis implorant: nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda e: quia misericordiæ Dei nec mensuram possumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas patitur moras veniæ f conuersio. Et item. Ita ergo necessitati auxiliādum est, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio, per indicia g integri sensus quærere comprobentur. quòd si ita aliqua ægritudine fuerint aggrauati, vt quod paulò antè poscebant, sub præsenti significare non valeant, testimonia h eis fideliū i circumstantium prodesse debebunt: simul tamen & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium consequantur: seruata tamen regula k canonum paternorum, circa eorum personas, qui in dominica fide discedendo peccauerint.

Item Ambrosius.

CAN. L.

Nemo l potest bene agere pœnitentiam, nisi quis sperauerit indulgentiam m: sed negāt n his oportere communionē reddi, qui præuaricatione o lapsi sunt. Deus autem nullum crimen excepit p, qui peccata q omnia donauit.

Item Ambrosius.

CAN. LI.

Verbum r Dei dimittit peccata: sacerdos est iudex s. Sacerdos quidem suum officium t exhibet v, & nullius potestatis x iura exercet. & paulò pòst. Dominus par ius & soluendi esse voluit, & ligandi: qui vtrunque pari y conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi z habet. & infrà. Certum est, ꝙ ecclesiæ vtrunque licet: hæresis vtrunq; non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus: rectè igitur ecclesia hoc vēdicat, q̄ veros habet sacerdotes: hęresis vēdicare non potest, quę sacerdotes Dei non habet.

n Sed negant. Quidam hæretici, vt Nouatiani. ꝫ. distin. iij. c. Nahum. §. item quod. & c. adhuc instat. xxiiij. q. iij. quidam. ver. Nouatiani.

o Præuaricatione. Id est, per præuaricationem apostasiæ, vel post primam pœnitentiam.

p Excepit. Cum dixit, In quacunque hora conuersus fuerit peccator, &c.

q Peccata. Arg. contra. ꝫ. ead. capi. importune. §. quod autem. sed ibi soluitur. & intelluge hoc de finali impœnitentia.

r Verbum. Id est, filius Dei: qui dicitur verbum: quia sicut per verbum manifestatur voluntas alicuius, ita per filium voluntas patris. argumentum xxij. quæstione secunda. is autē. Vel verbum, id est, prędicatio, quæ quandoq; est causa contritionis, & ita per consequentiam remissionis. Et nota ꝙ licet dicat verbum, non tamen propter hoc excluditur spiritus sanctus, per quē etiam dicūtur peccata dimitti. ꝫ. quęstione j. remissionē. nec pater: quia inseparabilia sunt operatrinitatis. de consecr. distinct. iij. omnes. xxviij. quæstione j. sic enim. quandoque etiam ecclesiæ charitas dicitur dimittere peccata: vt de consec. dist. iiij. ecclesiæ charitas. [redacted]

s Iudex. Id est, minister. ministerio enim, non authoritate habet dimittere. de consecratio. distinctione iiij. aliud.

t Officium. Supra vigesimatertia quæstione quinta. remittuntur. supra xj. quæstione tertia. quomodo. & capitulo, audi. officium, id est, orationem. j. quæstione. j. remissionem. [redacted] — 24. q. 5 ca. vlti. Arc.

m Indulgentiam. Quæ obtineri non potest nisi supplicationibus sacerdotum: vt ꝫ.c.proxi.

v Exhibet. In moderanda satisfactione. infra ead. mensuram.

x Potestatis. Id est, nulla sua potestate.

y Pari. Illa scilicet, si diligis me, pasce, &c. extra de electio. significasti.

z Nec ligandi. ff. de reg. iur. nemo qui condemnare

non poteſt, abſoluere poteſt. xxj. diſtinctio. inferior. ff. de regulis iur. qui condemnare. habes tamen quatuor exceptiones 1. j. de confecra. diſtin. iiij. ſanctum. extra de senten. excommu. tua. C. vbi ſenato. quoties. §. adeo. C. de offi. procon. l. ij.

Ad hius declarationẽ videas quod nota. xxj. diſtin. inferior. i gl. j. cap. iij. libro j. de pœnitẽtia.

[a] POteſt fieri.

Hæc eſt quarta pars huius ſecundæ partis diſtinctionis. [b] Neget. Et ita peccat mortaliter: quia nulla cõditione debet ad hoc adduci: vt xxij. q. ij. primum. & xj. q. iij. nolite. xxxij. q. v. c. ita ne. vnde in epiſtola ad Romanos. peccatum fuit Petro ore denegare, cum corde adorare. i. diſt. fideliter.

[c] Adoret. Id eſt, credat et diligat vt prius. licet enim nõ habeat charitatem, reputat tamen eum dominum ſuum.

[d] Indigum. ſ. di. 50. presbyteros.

[e] Non valere. Nõ tamen valet, quo ad vitam æternam, niſi fiat cum charitate. ſi enim tradidero corpus meum ita vt ardeam, &c. vt prima quæſtione prima. vide. Vel loquitur de eo qui poſtea pœnitet. argu. j. di. iij. ſepties. Et ita eſt argu. hic quod Deus remunerat opera mortificata per peccatum. j. diſt. iij. §. hæc itaque. & cap. non eſt tam iniuſtus.

Opera mortificata vtrum remuneretur à Deo.

Ioan. 11. b

[f] Vulgus. Infra di. iij. ille rex. ver. ſancti. & eſt pars ca. eiuſdem, ſcilicet Ambro.

[g] Patietur. Quaſi dicat non, ſi poſtea pœnituerint. Vel dic ſine venia, id eſt, pœnæ alleuiamento. j. diſtin. iij. pium. per hoc datur intelligi, quod pœnitenti peccata dimittuntur.

[h] Pedes. Id eſt, affectus inferiores, ſcilicet venialia.

[i] Quod. Scilicet quod claues non habent.

[k] Petri hæreditatem. Id eſt, innocentiam: vt ſ. di. xl. non nos. Vel Petri hæreditatem, id eſt, poteſtatem dimittendi peccata.

[l] Sedem. i. eccleſiam, à qua ſunt alieni per ſchiſma.

[m] Impia. Xciij. diſt. qui cathedram.

[n] Debilitandum. Per infirmitatem vel aliud incommodum. Sæpe enim diabolus nititur vt homo patiatur ægritudinem vel afflictionem, vt ſic irascatur & Deum offendat. ſed ſæpe per talia recognoſcit peccatum ſuum, & compungitur, & armatur contra diabolum, vt Iob, & ſic diabolus illuditur. fortior enim reſurgit poſt lapſum: vt 50. diſtinctio. ferrum. Infirmitas ſæpe nos armat con

[o] Pro omnibus. Quo ad ſufficientiam, non quo ad efficaciam: quia non niſi pro ſaluandis. ſ. de conſe. diſt. iij. ſemel. & ca. iteratur 2. tra diabo

[p] Corporis. Hu. in ſcripſ. cõuertit hanc literam ſic, id eſt, quoties ſumimus ſacrum corpus, nobis peccata dimittuntur. Sed tu dic vt ſ. ead. gloſ. vlti. Quãdocunq; enim interius conteritur 3, ore cordis corpus Chriſti ſumimus 4. ſ. de conſe. di. iij. quid ſit ſanguis. in princi. ſed peccata adulto ſine confeſſione & contritione nõ dimittuntur. ſ. ea. di. tres. vnde cum dimittuntur, corpus Chriſti ſumitur. viij. q. j. 3 Alias cõfitemur. 4 Spiritua liter per ſi dem. Pet.

[q] Manifeſta. In hoc facit c. ad propoſitum.

[r] Sacramenti. Id eſt, eccleſiaſticæ vnitatis. vt xxiij. quæſtione iiij. nemo. in fine. de qua quilibet vere pœnitens efficitur: vt infra diſtinctio. vj. qui vult. verſicularet. vel ſacramenti, id eſt, corporis & ſanguinis Chriſti: quia ex quo quis vere pœnitet, digne poteſt ſuſcipere corpus & ſanguinem Chriſti. & ſecũdum hoc eſt rectus ordo in ſuperiori litera: & eſt ſenſus, ſumimus digne, id eſt, poſſumus ſumere digne. Pœnitens vere, poteſt digne Chriſti corpus ſumere.

[s] Quantuslibet, CAIVS. Innehitur Ambr. contra prædictos hæreticos, dicens, quod illi qui dicunt aliquẽ iterum pœnitere non poſſe, volunt eos qui per contritionem ſuſcitati ſunt, iterum interficere: ſicut Iudæi voluerunt interficere Lazarum à domino reſuſcitatum.

[t] Mortui. Tangit de Lazaro, & de ſorore Martha quæ dixit domino præcipienti ſibi tolle lapidem: domine iam fœtet.

ADDIT

Idem.

CAN. LII.

[p] POoteſt fieri [1], vt aliqs victus ſuppliciis, ſermõe neget [b] Deũ, & corde adoret [c]. nunquid eadem eſt cauſa eius, qui ſponte negat, & eius quem tormenta inclinauerunt ad ſacrilegium? Non, quoniam in dignum [d] eſt, cùm apud homines valeat certaminis gratia, vt apud Deũ non valere [e] aſſeratur. nam ſæpe in hoc athletarum ſeculari certamine etiam victos, quoniam fuerunt certamina probata, hominũ vulgus [f] cum victoribus coronare conſueuit: maximè quos fortè viderit aut dolo, aut fraude excuſſos victoria: & Chriſtus ipſe athletas ſuos, quos viderit grauibus pauliſper ceſsiſſe ſupplicijs, ſine venia patietur [g] permanere? Nunquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam aliquos proiecit? & infrà. Dicit Petro excuſanti, ne eius pedes [h] lauaret: niſi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. Quod ergo iſti conſortium tecum poſſunt habere, qui claues regni cælorum non ſuſcipiunt, ne

v. pars huius ſecundæ partis diſtinct. in qua dicitur q quantumcunque ſit peccatum magnum, tamen deletur à gratia. Ioan. de Fant.

CAN. LIII.

[p] QVantuslibet [s] ergo mortui fœtor ſit, aboleſ omnis, [t]

[u] Horum. id eſt, impiorum, ſcilicet Iudæorum.

[x] Succeſſores. Id eſt, imitatores: vt j. quæſtio. j. cito turpem.

[y] Itaque. de confecra. diſt. iiij. quæris.

[z] Non reuocat. Supra. xxij. q. ij. cap. ſi quælibet. §. quandoque. ſ. xvj. q. ij. viſis.

[a] Amplificat. Quia dimittis peccatum, & poſt ſeipſum confert: vt 50. diſt. pœnitens. de conſe. diſtin. iiij. nemo.

[b] Ad cœnam. Ipſe Lazar' ſcilicet vbi & ipſa Martha miniſtrabat quando fuit inuitata à Simone leproſo.

[c] HIs poteſtatis ſuæ. Poteſtatem. Scilicet dimittendi peccata, ſoluẽdi & ligandi.

[d] Hæreticos. Per Iudæos qui ſuſcitationem Lazari nõ credebant.

[e] Negat. Dicens, Vos in peccato veſtro moriemini. & hoc ſi perſiſtant in hæreſi: quia conuerſis præſto eſt indulgentia. xxvj. q. vj. ſi presbyter.

[f] Omne peccatũ. id eſt, magnum peccatũ. Vel ideo hoc dicit quia q ſi in hoc vno delinquit, fact' eſt omnium reus. ſ. diſt. v. fratres.

ADDITIO. j. diſtin. v. c. fin. extra de regul. iur. defleat. Archid.

[g] Qui veſtram. xlvij. diſt. cap. ſicut. §. neceſſe. & ibi, Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe. argu. ff. de ædili. edic. cum autem. §. excipitur. & alibi, Qui ſibi non parcit, mihi vel tibi quomodo parcet? Alia litera habet noſtrã, id eſt, à nobis accipere. xxiij. q. v. ſ. non licet.

[h] Pœnitentiam. non ergo licet accipere pœnitentiam ab hæretico, ſicut nec euchariſtiam: vt xxiiij q. j. c. vlti: ſed baptiſmum bene in neceſsitate: vt xxiiij. quæſtio. j. ſi quem.

[i] Arbitror. id eſt, certus ſum. nam quantuslibet ſit fœtor, aboletur per pœnitentiam: vt ſ. eadem. quantuslibet.

[k] Iudas. ſ. diſt. vj. qui vult. in princi.

[l] Geſsiſſet. ſed iuit ipſe ad diuiſos. ſ. diſt. iiij. Iudas.

[m] Emendationibus. ergo non ſufficit ſola cordis contritio. & ita facit ad propoſitum Gratiani.

[n] Et tegere. ſ. diſtin. iij. ille rex.

ADDIT

Alabaſtri fracto qd ſignificat.

[q] Vantuslibet. Hæc eſt ſententia. Quantumcunque ſit peccatum magnum, ſi ſit ibi vera pœnitentia, non eſt timendum de damnatione. Vbi ſacrum redoleuerit vnguẽtũ: [a] & ſurgit defunctus, & ſolui iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato [b] eſt: tollitur velamen [c] à facie eius, quod veritatẽ gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed qa veniæ donatus eſt, reuelare faciem, aperire vultũ iubetur. Non enim habet quod erubeſcat [d], cui peccatũ [e] dimiſſum eſt. In tanta enim gratia domini, tantoque diuini muneris miraculo cũ oporteret vniuerſos lætari, cõmouebantur impij, & aduerſus Chriſtũ concilium congregabãt. Lazarum [f] quoque interficere volebãt [g]. Nõne meritò eorum [h] ſucceſſores [i] vos eſſe cognoſcitis, quorum duritiæ hæredes eſtis? nam & vos indignamini, & contra eccleſiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in eccleſia reuiuiſcere, & peccatorum indulgentiæ reſuſcitari. Itaq; [k] (quod in vobis eſt) per inuidiã rurſus vultis interficere reſuſcitatos. ſed Ieſus nõ reuocat [l] beneficia: imò liberalitatis cumulos amplificat [m], reuiuiſcit ſolicitè ſuſcitatus, & celebrata reſurrectiõis gratia, lætus ad cœnam [n] venit.

Idem.

CAN. LIIII.

HIs poteſtatis ſuæ gratiã negat, quæ in remiſsione peccatorũ eſt) qui cęleſtem eius poteſtatem [o] diabolico ſpiritu ſeparant ab eccleſia Dei: vt omnium temporum hæreticos [p] & ſchiſmaticos compræhenderet, quibus indulgẽtiam negat [q]: quia omne peccatum [r] circa ſingulos eſt ac vniuerſos. & infrà. Quid mirum, ſi ſalutem negatis alĩs, qui veſtram [s] recuſatis? licet & illi nihil à vobis differãt, qui à vobis pœnitentiam [t] petunt. Arbitror [v] enim quòd & Iudas [x] potuit et tanta miſeratione Domini nõ excludi à venia, ſi pœnitentiam non ſolùm apud Iudæos, ſed apud Chriſtum geſsiſſet [y], & paulò poſt. Qui agit pœnitentiam, non ſolùm diluere peccatũ lacrymis debet, ſed etiam emendationibus [z] operire & tegere [a] delicta ſuperiora, vt non imputetur ei peccatum.

Ioan. 12. b

Pœnitentia in tribus conſtituitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOnnulli. Hæc est sexta pars secundæ partis huius dist. in qua reprehendit eos, qui paruas pœnitentias postulant à sacerdote propter fastidium benefaciendi. Ioan. de Fant.

a Ligare. in se onus pœnitentiæ suscipiendo: quod potest & debet quã doque sacerdos. ſ. di stin. vj ca. j. Vel indiscrete soluẽdo. ar gu. 50. distin. si quis præpostera.

b Nolite. ſ. xj. q. iiij. nolite.

c Canibus prius. iam enim post pœnitentiam canes nõ sunt. & intellige ea nibus, id est, manifestis. nam de occultis secus. de confecr. distinc. ij. nõ phibeat.

d Ante porcos. id est, peccato sordidatos.

e Consortia. quia summa & ima sociatur, &c. vt de consecra. dist. ij. quid sit sanguis. & xiij. dist. in mandatis.

f SVnt qui. Sic medium. id est pœnitentiã, per quã consequuntur remedium, vel cõmunionem, de consec. dist. ij. si quis intrat ecclesiam. & ſ. ea. qui sanctus.

g Facilius. ſ. ead. distinc. iij. c. j. §. hæc de charitate. & capteriuntur.

h Congrue. & ita est argu. quod facilius de nouo aliqd acquiritur quàm re cuperetur amissum: vt ſ. distin. iij. reperitur. & dicit Boëthius: Facilius est ad virtutem erigere nouos, quam reuocare veteres vel præteritos.

i Acquirendæ. In hac vita supple, & tunc congrue sequitur, vbi, &c. vel dic vbi, id est, in pœnitentia debent cessare quæ sequuntur. Vel sic ordina litteram: renuntiandum est seculo, vbi acquirendũ est.

k Ambitio dignitatis. quæ reprobatur. viij. quæſt. j. in scripturis.

l Vini effusio. quæ reprobatur. ſ. xxxv. dist. c. j.

m Copulæ coniugalis vsus. qui quandoque minus licitus est. xxxij. q. iiij. origo.

n Seculo. quo ad ambitionem dignitatis. xl. distinctio. multi.

o Dormiendũ non est in scholis. Natura postulet. arg. contra illos qui dormiunt in scholis. & ita debemus propriam naturam expugnare, licet contraria sit medicina. ſ. de consecr. dist. v. contraria.

Idem in eodem.

CAN. LV.

NOnnulli enim ideo poscũt pœnitentiam, vt statim sibi communionem reddi velint: ñ non tam soluere se cupiunt, quam sacerdotem ligare[a]. Sua enim conscientia non tã se exuunt, quàm sacerdotem induere cupiũt, cui præceptum est: Nolite[b] dare sanctũ canibus[c], neque miseritis margaritas ante porcos[d]. hoc est, immũdis spiritibus, sacræ communionis nõ sunt facilè tribuenda cõsortia[e].

Idem in eodem.

CAN. LVI.

SVnt qui arbitrantur hanc esse pœnitentiã, si abstineant à sacramentis cęlestibus. Ii seueriores in se iudices sunt, qui pœnam præscribunt, si remedium[f] declinant, quos ob pœnam conueniebat dolere, quia cælesti fraudarentur gratia. & paulò pòst. Facilius[g] autem inuenitur, qui innocentiam seruauerit, quã qui congruè[h] egerit pœnitentiam; peccati, vbi acquirendæ[i] ambitio dignitatis[k], vbi vini effusio[l], vbi ipsius copulæ coniugalis vsus[m]: renuntiandum seculo[n] est: & ipsi somno minus indulgendũ est, quàm natura postulet[o]. interpellãdum est gemitibus: irrumpendum est suspiriꝭ: sequestrandum est orationibus: viuendum est ita, vt in tali[p] vita huic moriatur vsui. semetipsum homo abneget, & totus immutetur. & infrà. Nemo in peccatis[q] posit[r], arrogare sibi debet authoritatem aut vsurpationem sacramẽtorum: quia scriptum est, Peccatis quiesce[s]. & paulò pòst. Dicimus[t] ergo agendam pœnitentiam, & eo tempore, quo culpa deferuescat[u] luxuriæ: & in peccati captiuitate positos reuerẽtiores[v] nõ vsurpatores esse debere: & infrà. Nam si Moysi accedere propius gestienti, vt cognitionẽ cęlestis mysteriꝭ audiret, dicitur: Solue[x] calceamentũ pedũ tuorum: quanto magis animæ nostræ pedes[y] exuere vinculis corporalibꝰ & nexu mũdi istiꝰ gressus eius debemus, absoluere[z]. & ifrà. Nihil est, quod tam summi dolo-

p In tali. quia maioris est pœnæ inter homines viuere, &c. C. de apostat. ij qui sanctam.

q In peccatis. Mortalibus: quia cum veniali non prohibetur. de consec. dist. ij quotidie.

r Quiesce. id est, abstine à sacramentis. argu. contra promouẽdos q post baptismum peccauerũt. xxv. di. primũ.

s Dicimus. Hic agit de tempore agẽdæ pœnitentiæ. quasi dicat, si in iuuentute nõ pœnituim⁹, saltem in senectute pœniteamus. Pœnitẽdi tempus.

t Deferuescat. alias defuescat. ſ. dist. iij. in salicibus.

ADDITIO.

quod not. xxij. qõ. ij. ancillam. in fi.

u Reuerentiores. i. propter reuerẽtiam abstinere ab eucharistiæ perceptione.

x Mysteriꝭ. scilicet quare rubus ardens non comburebatur in monte Oreb. Rubus est virgo Maria. ignis ardẽs in rubo nec cõburens, est spiritus sanctꝰ in beata Maria: q descendens in eam nõ violauit eam. Et secundũ hoc q̃ sequitur, solue calceamẽta, &c. si intelligit calceamentum q̃ fit de mortuis animalibus, est prauus intellectus Pharisæorum dicentiũ: si peperit, ergo cum viro concubuit. dicitur ergo Moysi, id est, cuilibet Christiano, solue calceamẽta, &c. id est, exue talẽ intellectũ. fallit in beata Maria, quæ virgo ante partum & post partum Christum peperit. Rubus ardens q nõ comburebatur, q̃d repræsentabat.

y Solue. i. opera mortua de affectibꝰ tuis: quia nullus digne conspicere vel Deũ videre potest, nisi exuta terrena & mortalia vitia deponat. vnde talis veterũ cõsuetudo erat, vt si spõsus spõsam repudiaret, in signũ repudij discalceari iubebat. de hoc dicit. viij. q. j. olim. & ideo Moyses discalceari iubet, ne ad ecclesiã quæ in rubo significat, quasi sponsus accedat calceatus. hoc enim seruãdũ est Christo, qui verus est spõsus: de quo Ioãnes ait, Cuius nõ sum dignus soluere corrigiã calceamẽti eiꝰ, &c. de cõse. di. iiij. p aquã. Deus videri potest, quo videri potest. Conuertũ ad veterũ repudiũ. Pedes pro affectionibus.

z Pedes. id est, affectiones. vnde Aug. super illum Io cum, In laqueo illo quem abscõderunt, comprænsus est pes eorum, dicitur pes animæ amor: & si est ad bonum, dicitur charitas: si ad malũ, dicitur cupiditas. piuntur.

a Absoluere. antequam ad sacramenta accedat.

Lapsus.

Infelicissimũ genus infortunij fuisse felicem.

a Lapsus. Hoc idem dicit Boethius, Infelicissimum genus infortunij est, fuisse felicem.

b Vnde. Id est, à quo statu. 50. dist. quia sanctitas.

c MIror. Priora. 50. dist. domino sancto.

d Eleemosyna. ſ. interior: vt ſ. dist. iij. c. ineasum. §. sed verba.

Vel exterior liberat à morte, id est, à peccato occasionaliter: quia citius illustratur. ſ. e. medicina. qa sicut secta filum introducit: ita timor seruilis charitatem, &c. ſ. dist. iij. qui vult.

e Semel. Hinc colige peccata nõ redire. ſ. dist. iiij. c. in domo. §. item secundum. & xxiij. quæstione iiij. si illic.

f Ab ea. Id est, à morte actualiũ peccatorum. de consecratione dist. iiij. capi. j. & ij.

Bona inchoata sunt facienda. Apoca. 3.

IMportuna. LAVS. Probat in hoc capit. quod instanter bona facienda sunt, licet quis sit in mortali peccato, vt impetret veniam, sicut Chananea, et sicut amicus ab amico qui tres panes impetrauit.

Thobi. 4. b

latro etiam meruit veniam. & alijs exemplis vtitur.

g Cum seris. Id est, taciturnitate prædicatorum.

h Ostio. Id est, intelligentia scripturarum.

i Nocte. Id est, in profundo vitiorum positus.

k Panes. Id est, fidem sanctæ trinitatis.

l Precibus. Illis scilicet, „Deus propitiusesto mihi peccatori.

Mat. 20. b

m Vincitur. Quia regnum cælorum vim patitur. ſ. q. iij. saluator.

Lucæ 11. a

n Perijt. Id est, perire meruit. similis expositio. 24. quæ. iij. si quis nõ recto.

o Sterit. Id est, non perijt.

p Martyrium. Non in rei veritate fuit martyrium, sed propter similitudinem facti. Vel ideo dicitur pœna conuersa in martyrum, quia per fidem & patientiam quam tũc habuit, dignus fuit æterno præmio, ſ. vt intraret statim ad vitam, sicut & illi qui patiuntur martyrium: vt ſ. de consecra. dist. iiij. baptismi vicem. contra. ibi enim dicitur q̃ latro non pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum. & pœna non facit martyrem, sed causa: vt dicit Augu. quare martyriũ non fuit: q̃ & verũ est. Eius ergo pœna martyrium dicitur ratione externi præmij quod quasi martyr recepit cõfitendo, vel ratione confessionis, quam in patibulo habuit. sicut enim martyr, sic latro inter pœnas Christum confiteri non timuit. Alias superatur. Lucæ 3. b Lucæ 18. Lucæ 23. f

q Lenitatis. Argu. iudicem potius debere sequi miseri cordiam, quam rigorem. vigesima quarta quæstio. ij. legatur. ſ. distinct. quadragesimaquinta. licet plerunque. supra secunda quæstione v. quanto. supra distinctione lxxxvj. odio. Lucæ 15. g Mat. 18. d

Quod autem. Hæc est iiij. pars di. in qua probat q̃d omnia Deus dimittit pœnitenti. qui autem moritur impœnitens, ille peccat in spiritum sanctum, cui nunquam dimittetur. Ioannes de Fant.

r Authoritate Ambrosij. Supra ead. nemo potest. ſ. ea. importuna. r. Ioã. 5. d

s Denegatur. Id est, videtur denegari.

t Est peccatum. Aliter hic exponit magister istam authoritatem, quam exponatur ſ. ea. §. potest. & exaudi authoritatẽ istam de peccato in spiritum sanctum: vt exponit August. ſ. ead. §. potest. Ecci. 12. c r. Regũ 2.

u Alibi. In libro Iesu filij Syrach.

x SI sacerdos. In libro Regum.

y Non semper. ſ. xxxij. q. vij. quid in omnibus.

ff.commo.l.ad eos.ff.loca.l.sed & de damno.

a Difficultatem. Hoc referas ad delicti varietatem, & ad intercessorem spiritualem.

b Deus quis. Quia imago, & etiam qualibet fidelis anima. j.di. proxima. illa anima. sed & homo habet similitudinem Dei. j. xxxiij.q.v. hæc imago. Triplex est igitur imago siue similitudo. identitatis secundū quam tantum filius Dei est imago patris. imitationis, secundum quam dicitur quod magna nauis est imago alicuius domus, & discipulus magistri. similitudinis expressę, vt sigillum in cera depingitur.

Imago est triplex.

Mat.24.b

Psalm.82.

c Rogasse. Pro peccatis Hierusalē, vnde in libro Macha. legitur quod Iudas Machabæus cum deberet pugnare cum suis paucis, contra Nicanorē qui erat cū multis, ad cōfortationem suum retulit somnium quod in præcedēti nocte viderat, in hunc modū. Viderat Oniā sacerdotem manus ad cælū protendentem, & orantem pro populo Iudæorū, & postea apparuisse aliū virum ætate & gloria mirabilem circa illum Oniam, et dixisse, Hic est amator populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo, et pro ciuitate sancta.

1.Ioan.5.d

Iudæ machabæi somnium.

Exo.32.g

runt, sed potius difficultatem[a] vel raritatem notant: vt est illud Euangelij, Quis putas est fidelis seruus & prudens, &c. Hinc etiam Ambrosius, Deus quis[b] similis erit tibi? non vtique vllus: quia imago Dei patris, filius est.

Similiter accipiendum est, quis orabit pro eo? hoc est, singularis uitæ aliquis, debet orare pro eo, qui peccauit in domino. Nam quomodo Ioannes diceret, non orandum pro delicto grauiori, qui cùm legisset Moysen rogasse[c] & impetrasse, ubi erat præuaricatio uoluntaria: qui sciret etiam Hieremiam[d] rogasse? Potest etiam secundum Aug. aliter intelligi illud Ioānis: Est peccatū ad mortē, &c. ut nulla sit eius & superiorum contrarietas: ait enim, est peccatū ad mortē, &c. non pro illo[e] dico ut roget quis. de quo peccato, quoniam expressum nō est, possunt[f] multa & diuersa sentiri. Ego autem dico peccatum esse, fidem quæ per dilectionem operatur, desere re usq; ad mortē[g]. hoc est etiam blasphemia in spiritum sanctum, quam neque in hoc sęculo, neq; in futuro rēmittendam[h] dominus in Euangelio asseruit. siue autem delectatione peccati, siue desperatione ueniæ, usque ad mortem quis in peccato perseueret, iustum est, ut sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit.

Vnde Gregorius Papa.†

CAN. LX.

VOluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam[i] desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iu-

h Remittendam. Peccatum in spiritum sanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale: quia qui vnam personam offendit, & aliam. specialius vero peccatum est, quod ex odio vel ex malignitate procedit. nam spiritus sanctus est amor & benignitas, secundum alios peccatum in spiritum sanctum est obstinatio mentis. Est autem obstinatio mētis in peccato obdurata pertinacia, quam impœnitētia finalis comitatur. prouenit autem huiusmodi obstinatio interdum ex desperatione: puta cū quis credit suorum delictorum magnitudinem diuinā misericordiam excessisse, & ob hoc de vitijs ascēdit ad vitia, iuxta illud qd' ait Cain: maior est iniquitas mea quā vt veniam merear: vt j. §. denique. Interdum ex præsumptione: puta cum quis securus delinquit. tāquam Deus pro temporali flagitio non sit æternum suppliciū daturus. in quo peccati genere refert Hierony. se Originem deprehendisse, qui post mortem anathematizatus est: vt xxiiij. q.ij.c. vlti. ver. item si ad tempora. Vel putās in articulo mortis sufficienter pœnitere vt latro: de quibus Apostolus: Maledictus homo qui peccat in spe. Item in spiritum sanctum peccatum est secundum alios, fraternæ gratiæ inuidia: puta si de gratia à Deo fratri collata inuideas, ne tibi præferatur. arg. s. viij. dist. qui contempta. Item secundum alios, peccare in spiritum sanctum est blasphemia in personam spiritus sancti. de talibus habetur de conse. dist. iiij. hi vero hæretici. Item secundum alios peccatum in spiritum sanctum est finalis impœnitentia: peccatum scilicet quod durat vsq; ad mortem, vt vs;, inclusiuum sit. quod hic Augustinus potius velle videtur. j. di. iij. inte hæc hircum. Sed solet quæri vtrum finalis impœnitentia possit desinere esse? Resp. Iste terminus, finalis impœnitentia, duobus modis accipitur. Inest enim alicui impœnitentia finalis, quando non habet propositum pœnitendi: hoc potest desinere esse: quia hoc propositum potest habere in hoc instāti, & cras non. Item est etiam finalis impœnitentia quædā qualitas quæ inest alicui ex eo quod nunquā pœnitebit: ista non potest desinere esse subiecto existente: quæ si ponatur, oportet dici quod nunquam eam habuit.

Peccatum in spiritū sanctū qd' dicitur, & quot sunt eius species.

Marc.3.d

† lib.iiij. dialogorū c.xliij.

Impœnitentia finalis capitur duobus modis.

Supradicta breuiter cōprehendas & dic quod sex modis in spiritū sanctū peccatur: duobus modis erga Deū, præsumptione, vt Origenes, desperatione, vt Iudas. infra c.di.iij. scelerator. Duobus erga proximū, odio fraternæ cogitationis, & impugnatione agnitæ veritatis. xj.q.iij. noli te timere. Duobus erga ipsum, finali impœnitentia et pœnitere tuisse. 17. q. 4. sunt qui. & ad hoc de quo etiam no. j. dist. ij icie dum. Arc.

d Hieremiam. Dei prophetam. extendisse autē Hieremiam dexterā, et dedisse Iudæ gladiū aureum, dicentem, Accipe sanctū gladiū munus missum à Deo, quo deijcies aduersarios populi mei Israel. qua visione cōfortati qui erant cū Iuda, impetum fecerūt in hostes, & Nicanorem interfecerunt, & xxx. millia de suis.

e Pro illo. Quia non sequitur quod in carne non promeruit. s. e. multiplex. §. j. Dico vt pro eo non roget quis, post mortē. & ita exaudi pro peccato in spiritū sanctū: quod est finalis impœnitētia, vt hic innuit Augustinus: quo casu exaudi. s. xiij. q. ij. pro obeuntibus. licet H. illud intelligat de specialibus orationibus.

f Possunt. Arg. quod non est diffinitum, posse diffiniri. xxij. q. v. hoc videtur. arg. contra. xxxj. q. j. quod si dormierit. ij. q. v. consuluisti.

g Ad mortem. Vnde alibi Aug. Tanta labes est illius peccati, vt humilitatem pœnitentiæ subire non possit: quod quidem committit quisquis ex sola inuidia vnitatem ecclesiasticam impugnat, & diabolo scienter attribuit opera spiritus sancti. vnde nec Christus in passione pro talibus orauit: sed pro eis, qui ignoranter crucifigebant eum dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.

Ecclesiasticam vnitatē impugnare grauissimum est.

i VOluisset. Nunquam. Assidue enim peccantium non miseretur Deus: vt s. xciij. di. diaconi. & venia impœnitenti, &c. xxiiij. q. ij. legatur. &

ideo

Universidad de Deusto Biblioteca

ideo semper obnoxij pœnæ persistēt: vt j. di. vij. in fi.

Ex his. Hæc est iiij. pars distin. in qua probat per xxxvj. autho. quod si quis non confitetur, non saluatur: si perijt, sufficit confessio quæ fit primo Deo, deinde sacerdoti, qui loco Dei iudicat. Io. de Fant.

a Ex his itaque. Infert ex præmissis authoritatib. vsque ad §. denique.

b Si nemo. s. ea. dist. nemo potest.

c Paradisum. Supra ead. distin. ecce nunc tempus.

d Frustratur. Supra ead. dist. agite.

e Consequi. Supra ea. di. c. nullus.

f Si solis. Supra ea. dist. verbum.

g Ligandi. Id est, imponendi satisfactionem vel relaxandi.

h Potestas. Nota solis sacerdotibus potestatem ligandi traditam.

i Supplicationibus. Supra ea. dist. multiplex.

k Denique. Ab isto loco vsque ad capi. quamobrem. probat xxij. authoritatibus, scilicet peccata non dimitti sine oris confessione: authoritates veteris testamenti inducit vsque ad §. in Euāgelio. Ab illo §. in Euangelio. vsque ad §. ex his. inducit authoritates noui testamenti: & post ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ authoritates intelliguntur, cū quis confiteri contēnit.

l Serpens. Id est, diabolus. qui serpente vtebatur, tanquam organo. vel intellige ad literā.

Matt.16.c

m Confessionem. Et quia in seipso inuenit originem peccati.

n Non reuocabatur. Quia irreuocabile fuit peccatum eius, & impossibile est eum reuocare ad pœnitētiam: vt j. distinc. ij. §. quod autem reprobi. ver. impossibile. hominis autē peccatum fuit remediabile, et hoc duabus de causis: quia totum genus humanum periérat de peccato Adæ, sed non tota angelica natura peccato diaboli. Item homo incitatorem habuit ad malum: quod non habuit angelus: & ideo per alium iste non debuit iuuari, sicut nec ille per se potuit surgere. & ideo peccatum diaboli fuit irremediabile, et nō peccatum hominis.

Peccatum diabolo fuit irremediabile. sed hominis remediabile.

dicantes pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nūquam voluerūt carere peccato.

4 *Ex his itaque[a] apparet, quod sine confessione oris, & satisfactione operis, peccatum non remittitur. nam si necesse est, ut iniquitates nostras dicamus ut postea iustificemur: si nemo[b] potest iustificari à peccato nisi antea cōfessus fuerit peccatum: si confessio paradisum[c] aperit, ueniam acquirit: si illa solùm confessio utilis est, quæ fit cū pœnitentia: (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia: siue interior siue exterior accipiatur) si ille qui promittit ueniam, occultè apud Deum, non apud ecclesiam pœnitentiā agenti frustratur[d] Euangeliū, & claues datas ecclesiæ, promittit etiam quod Deus negat delinquenti: si nemo potest consequi[e] ueniam, nisi quantulamcunque, & si minorem, quàm debeat, peccati soluerit pœnam: si solis[f] sacerdotibus ligandi[g] soluendiq; potestas[h] à Deo tradita est: si nullus ueniam accipit, nisi ecclesiæ supplicationibus[i] ipsam impetrare contendat: concluditur ergo, quod nullus ante confessionem oris, & satisfactionem operis peccati abolet culpam.*

Denique[k] ut perspicua appareat, neminē sine confessione à peccato mundari, ab ipsius humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgreßionis, primi parentes corrupti, à domino sunt requisiti de culpa, ut peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Serpens[l] autem de culpa requisitus non est: quia per confeßionem[m] non reuocabatur[n] ad uitā. Cain quoque cùm primæ præuaricationi fratricidium addidisset, similiter à domino de culpa requisitus est, dum ei dicitur, Vbi est Abel frater tuus? Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit, potius mēdaciter negando Deum fallere conatus est, dicens: Nunquid custos fratris mei sum ego? indignus uenia iudicatus est. unde in desperationis profundum mersus est, dum ait: Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Vagus & profusus exijt à facie domini, significās eos, qui peccata sua confiteri dissimulāt, respectu diuinæ miserationis indignos haberi. Reges[o] quoq; qui ignorantia ducti, in Abraham deliquerant, non nisi eodē orante sanari meruerunt. In quo figuratur, quod paßiones[p] morum non sanantur nisi orationibus[q] ecclesiæ. Moysi quoque præcipit[r] dominus ut lepra[s] siue in cutè, siue

o Reges. Pharao[1] Rex Aegypti. de quo habetur s. xxij. q. ij. ca. vtilem. §. ecce quæ. & Abimelech[2] rex Geraræ, de quo habetur xxxij. quæ. iiij. nemo sibi. & s. xxxiij. quæstio. j. si per sortiarias.

1 Genes. xij.c

2 Genes. xx.c

Genes.4.b

p Passiones. Id est, delicta. xv. quæstione j. illa.

q Orationibus. Supra xxxiij. q. j. si per sortiarias.

r Præcepit. In leuitico.

Genes.4.b

s Vt lepra. Id est, aliqua macula. Sūt autem quatuor genera lepræ. in cute, in capillis, in domo, in veste. In capillis lepra dicitur alopecia, fluētibus sanie capillis, si in caluitio vel in alia parte capitis albus vel rufus color inuentus fuerit, plaga lepræ est. In cute lepra cognoscitur, si in ea fuerit alba, id est, pallida albedo, vel pustulæ, & huiusmodi. lepra vestis erat macula alba vel rufa. Similiter in domo dicebatur lepra talis macula, & macula in pariete pallore vel rubore deformis. & omnia ista iudicabantur arbitrio sacerdotis. si enim in homine lepra nō erat perspicua, recludebat eū sacerdos in domo sua septem diebus: quibus expletis, si nō creuerat lepra, iterum recludebat eum alijs septem diebus. quod si nec tunc creuerat, mundum eum iudicabat: quia si scabies erat, lauabat homo vestimenta sua, & mundus erat. Cū vero perspicua erat

Gene.12.b

Gene.26.a

Leuit.13.b

lepra,

lepra, separabatur, id est, iudicabatur immundus ad arbitrium sacerdotis. et habebat homo vestimenta sua dissuta. i. facilia ad induendum vel exuendum, vt sic cognosceretur: & caput rasum[1], vt posset cognosci, osq; veste cõtectum, ne fœtorem loquẽdo diffunderet. & habitabat solus extra castra, ita vt à morbo nihil differre videretur. Itẽ si lepra vestis erat perspicua, combureba tur vestis. si dubia, recludebatur septẽ diebus. si creuerat macula, adiudicabatur lepra, si non creuerat ablueba tur vestis, & recludebatur aliis vij. diebus post quos si sacerdos inueniebat creuisse leprã, rumpebat eam. Similiter ostium domus leprosæ claudebatur vij. diebus post quos si sacerdos inuenisset creuisse lepram, iubebat erui lapides leprosos, & proijci extra ciuitatem, & domum radi intus, per circuitũ, & puluerem rasuræ spargi extra ciuitatem in loco immundo, et alios lapides substitui in domo, & luto alio liniri domum. quod si iterũ redierit macula, & perseuerans lepra est, destruebatur domus, & ligna, & lapides, & puluis extra ciuitatem proijciebantur in locum immundum.

1. Re. 16. c
1 Alias, nudum.

2. Re. 12. d

[a] In domo. Non dicit hic de veste et domo, cp ei ad literã possit lepra inesse, sed si dom[o] vel vestis offerret ab aliquo in ministeriũ deputãda, antea sacerdoti offerebat. & si aliqua inerat macula, qua à ministerio impediretur, sacerdotis iudicio relinquebatur.

3. Reg. 20. g

in domo[a], *siue in veste, siue in crine appareret, sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separa*[b] *retur, eius iudicio contaminaretur*[c] *uel mundaretur. Saul quoque, cùm à spiritu maligno uexaretur, non poterat ad sanæ mentis officium redire, nisi prius Dauid psalterium arriperet, & coram eo psalleret, & ita ab eius uexatione cessaret Diabolus. In quo mysticè ostenditur, quod quicunque Diabolo propter peccata mancipatur, ab eius dominio eripi non ualet, nisi Dauid, id est, ecclesia psalterium accipiat, & coram eo psallat, id est, spiritualis gratiæ cum participem faciat, & salubriter admonendo, & piè pro eo orando, & exemplaboni operis sibi præbendo, Diabolum ab inuisibili eius uexatione compescat. Dauid quoque, cùm adulterium commisisset, & homicidium, non antè audiuit à propheta*[d]*, Translulit à te peccatum tuum dominus, antequam ipsum peccatum confiteretur: prius enim prophetæ peccatum redarguenti confessus est, & postea audiuit: Trãstulit Dominus peccatum tuum à te. Achab*[e] *quoq;, cùm de innocentis*[f] *sanguinis effusione sententiam comminantis Dei audiret, induit seipsum cilicio, satisfaciens Deo per pœnitentiam. Vnde Dominus ad Heliam ait, Quoniam Achab reueritus est faciem meam, non inducam malum in diebus eius. Niniuitæ cum audirent: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuerteretur: ex edicto regis, & principũ pœnitentiam egerunt dicentes: Quis scit si conuertatur & ueniat & ignoscat Deus: & relinquat*[g] *post se benedictionem? Hac humilitate & satisfactione imminentem subuersionem euadere meruerunt: quorum exemplis euidenter ostenditur, q̃ nullus à Deo consequitur ueniam, nisi primum satisfecerit sibi per pœnitentiam. Nabuchodonosor quoq; propter superbiam suam à rationabili mente in bestialem*[h] *animum commutatus est, atque à regno suo profugus recedens, non antè regnum recepit, quàm conuersus Deum prædicauit. Denique plebs Israëlitica, ob culpam suæ transgressionis captiuitati tradita, non antè liberari meruit, quàm sua peccata confitens, Danielis & aliorum sanctorum precibus ueniam accepit. In Euangelio*[i] *quoque, uenientes ad Ioannem ut baptizarentur ab eo baptismo pœnitentiæ*[k]*, primùm confitebantur peccata sua: ostendentes quòd quisque debet peccata sua damnando confiteri, & innouationem melioris uitæ promittere, si regenerationis desiderat gratiam accipere.*

[b] Separata. Quo ad officium vel ministerium.

[c] Contaminaretur. Domus vel vestis vel cutis. i. contaminata vel immũda iudicaretur. Ionæ j. b

[d] A propheta. Scilicet Nathan.

[e] Achab. Infrà ea. distinctio. iij. §. ecce Achab.

ADDITIO.

Et 50. distin. cap. si post. §. econtra.

[f] Innocentis. Scilicet Nabutæ.

[g] Et relinquat. Scilicet nobis qui eum sequimur, vel post comminationem à se datam.

[h] In bestialem. 3. xvij. q. iiij. mirorum.

[i] In Euangelio. hic transfert se ad authoritates noui testamenti.

[k] Pœnitentiæ. Non remissionis: nam ueniẽtibus ad illud requirebatur pœnitentia: non autem in nostro baptismate quod remissionis est: vt j. de consecra. distinctio. iij. sine pœnitentia.

[l] Vel amicorum. Hoc enim Deus amat, vt multi rogent. s. e. fleat. Raboni

Christus quoq; alios legitur suscitasse à mortuis: alios à lepra mundasse: alios illuminasse: aliorum mẽbra paralysi dissoluta consolidasse. omnium tamen sanitatem, petitio propriæ uocis uel amicorum[l] *legitur præcessisse.*

Ioan. 11. c
Lucæ 17. c
Matt. 9. c
Marc. 1. a

Luca enim referente didicimus, quòd pro socru Petri prius rogatus est, quàm eam sanitati redderet.

Lucæ 4. f
Matt. 8. a
Marc. 1. d

[a] Raboni. id est, magister.

Lucæ 5. c
Mar. 10. g

[b] Mortuos. scilicet filium Archisynagogi, filium viduæ, & Lazarum.

Mortuos
1 Hunc
Christ[us]

[c] Quartum. Vnde hoc Gratia. habuit ignoramus: nisi dicatur hoc de Matth. infra. c. 8. hæo intelligi: cui §. econtra. cum Dominus dicit

domo, id est, in cogitatione secundum

Lucæ 18. f
Matt. 9. c
Lucæ 7. b
Ioan. 11. c

ret, sequere me, respondit Domino, Pater meus mortuus est: volo eum sepelire: & tũc Dominus ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

[d] Pœnitens. David: vt j. distinct. iij. ille rex.

[e] Tacui. Peccata.

[f] Ossa. Virtutes, quibus anima sustentatur, vt ossibus corpus.

[g] Dum clamarẽ. tacitando me de meritis meis.

[k] Non claudet. id est, non constringet te finaliter.

[i] Nõ clauseris os. non confitendo.

[k] In profundo. vitiorum. vnde peccator cum[3] venerit in pfundum vitiorũ, contemnit.

a xvj. dist. nec licuit. extra de iudic. cum nõ ab homine. Arguidia.

[l] Pœnitentia. Non negetur. nam quod diffidentia ætatis, &c. xxxij. qõ. ij. ancillam. & j. ca. dist. vij. nemo.

Psalm. 31.

[m] Vulnerata. delictis.

[n] Non sufficit. Quo ad famam exteriorẽ. sufficit enim quo ad Deum, dũmodo nõ contemnat.

Psalm. 68.

[o] Per pœnitentiæ. j. ead. dist. si peccatum Dauid.

[p] Non sufficit. Sententiam. cõmitationis: vt xxij. q. iiij. incommutabilis. & in hoc similis est prætori, quo ad interlocutoriã. ff. de re iudi. quod iussit.

Psal. 129.

[q] Aliud. s. xj. q. j. aliud.

Matt. 3. a

[r] Reposcere. supra xiiij. quæsti. j. quod debetur.

Act. 17. c

[s] Propria. ff. de mino. ff. iudex.

Leprosus uerò ille, quem Dominus descendẽs de mõte mundauit, prius clamauit ad eum: Domine si uis, potes me mundare. quem postea tangendo mũdauit.

Cæcus quoque. dum clamaret ad eũ, Miserere mei fili Dauid: interrogauit eũ Iesus, Quid uis ut faciam tibi? ait, Raboni[a]*, ut uideã lumen. Tres quoque mortuos*[b] *audiuit, quos aliorũ orationibus reddidit uitæ.*

Quartum[c] *quoque discipulo nuntiante audiuit: sed quia defuerunt uiui, qui pro eo precarentur, resuscitari non meruit. Quibus nimirum exemplis euidentissimè datur intelligi q̃ ille quẽ grauioris culpæ macula inficit, nisi confessione proprij oris, uel ecclesiæ intercessione suffragante sanari nõ poterit. Hinc pœnitens*[d] *ille, qui prius tacẽdo peccata flagellari meruerat, postea correptus dicebat, Quoniam tacui*[e]*, inueterauerũt ossa*[f] *mea, dum clamarem*[g] *to tu die. Hinc Christus ex persona membrorum ait: Non absorbeat me profundũ, neque urgeat sup me puteus os suum. quod Augustinus exponit dicens: Puteus est humanæ iniquitatis profunditas: in quam si ecciderís, non claudet*[h] *super te puteus os suum, si tu non clauderis os*[i] *tuum. Cõfitere ergo, & dic, De profundis clamaui ad te Domine: & euades. Claudet super illũ Dominus, qui in profun-*

[k] contemnit. à quo mortuo uelut ab eo qui non est, perit confessio. Hinc idem propheta ait: Introite portas eius in cõfessione. ostendens ad portas misericordiæ non nisi per confessionem peccati, aliquem posse attingere. Hinc etiam beatus Ioãnes Baptista, & saluator noster exordium prædicationis suæ à pœnitentia sumpserunt dicentes, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorũ. Ostendentes ad regna cælorum neminem posse attingere, nisi primùm per pœnitentiã Deo curauerit satisfacere. Hinc etiam in Actibus Apostolorum legitur, quòd credentes ueniebant ad Apostolos, annuntiantes actus suos.

Psalm. 99.

Actu. 19.

Ex his omnibus facilè monstratur, sine confessione nullum ueniam posse promereri.

Hinc etiam Leo papa ait:

CAN. LXI.

SVfficit pœnitenti confessio, quæ primum Domino offertur, deinde sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedat.

Idem.

CAN. LXII.

POenitentia quæ dilata est, cũ studiosius petita fuerit, nõ negetur[l]: vt eo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata[m] perueniat.

Itẽ August. in sermone de pœnitentia.

CAN. LXIII.

NOn sufficit[n] mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere: nisi etiam de ijs quæ facta sunt satisfiat Domino per pœnitentiæ[o] dolorem: per humilitatis gemitum: per contriti cordis sacrificium: cooperantibus eleemosynis & ieiunijs.

Item Ambrosius.

CAN. LXIIII.

NOuit Dominus mutare sententiã[p], si tu nolueris emendare delictum.

Item Leo papa.

CAN. LXV.

ALiud[q] quidem est, debita iusta reposcere[r], aliud propria[s] perfectionis amore contemnere. Illicitorum veniã postulantem oportet etiam à multis licitis abstinere, dicẽte Apostolo, Omnia mihi licent[t], sed non omnia expediunt[v].

[t] Licent. hoc exposui ff. xj. q. j. aliud.

[v] Expediũt. vt debitũ repetere: vt ff. xiiij. q. j. quod debetur. sed non expedit cũ scandalo. Itẽ temporalia accipere. j. q. j. iudices. Item oĩbus

Universidad de Deusto Biblioteca

bus cibis indifferenter vti licet.xj.q.iiij.ad mensam. sed non expedit.xxviij.q.j.omnes.Item vxorẽ gentilem derelinquere licet.xxviij.q.j.iam nunc.sed nec expedit:vt ead.q.j.sic enim.

a Qui sanctus. In pascha.id est,in transitu de vitijs ad virtutes: quia pascha transitus interpretatur.de consecr.dist.iiij.per aquam.

Peccati conscius, an possit ppria authoritate à communione abstinere.

b Peccator. Ex hoc videtur quod constitutus in mortali possit authoritate sua à communione sacramentorum abstinere, iuxta illud, probet se homo,& sic de pane illo edat,&c.& ideo laudatur mulier, quæ menstrua patitur,si ex reuerentia abstinet.§.v.distinct. ad eius.& arg.j.de consecra.dist.ij.quotidie.Sed contra.§.eadem distin.sunt qui arbitrantur.& cap.facilius.& j.ead.in actione. In contrarijs istis dicitur, quod nemo authoritate sua sed sacerdotis, debet abstinere à cõmunione altaris.Solu.abstinet quis peccati cõscius,aliquãdo propter reuerentiam:quod commẽdatur: vt hic, & in similibus.Aliquando propter satisfactionem delicti, putans talem abstinentiam prodesse etiam non iniuncta ei aliqua pœnitentia à sacerdote:quod inhibetur in contrarijs.

† Ad c.j Ioel. in cõmenta.

Mala.3.

Luc.12.d

Vnde si pœnitẽs habeat causam, quam negligere fortè non debeat, melius expectet ecclesiasticum, quàm forense iudicium.

Item Hieronymus in Malachia. †

CAN. LXVI.

QVi sanctus sacerdos est, & comedit in pascha [a] Domini, accingatur baltheo castitatis, & audiat cũ Apostolis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Qui autem peccator [b] est, & quem remordet [c] propria conscientia, cilicio pœnitentiæ accingatur, & plangat, vel propria delicta, vel populi: & ingrediatur ecclesiam [d], de qua propter peccatum fuerat egressus, & cubet vel dormiat in sacco: vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ austeritate compenset.

Item in Amos propheta. †

† ca.ix. in cõmẽt.

CAN. LXVII.

SI agamus pœnitẽtiã, ipsum quoq; suæ pœnitebit sentẽtiæ. *Rursus* [e] *iuxta eundem* [f] *Hieronymum*, Promittit prospera, si pœnitentiã egerimus: quòd si negligentia dissoluamur, & illum pœnitebit sponsionis, promissaque mutabit †. Cuius rei exemplum Samariam & Hierusalem habere possumus: quorum alij de imminẽtibus supplicijs liberati sunt, alij quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt.

† Aliàs reuocabit.

Item super Danielem. †

† ca.iiij. Dani.4.c

CAN. LXVIII.

QVamobrem [g] consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis [h] redime [i], & iniquitates tuas misericordijs pauperum, si fortè [k] ignoscat Deus delictis tuis.

4.Reg. 20.a

Sed & in illo casu vbi ob reuerentiã abstinetur propter criminis conscientiam:distinguo,vt si scandalum ex eius abstinentia oritur,compelli potest à prælato suo ad sumẽdum eucharistiam,vel petendum:argu.j.de consec.dist.ij.si quis intrat.& ca.seculares.si vero non est scandalum,bene facit abstinẽdo.j.de consecr.distin.ij.quotidie.hodie tamen videtur tolli ista distinctio,vt extra de pœni.& remis.omnis.

c Remordet. secundum quod notat.§.xvj.quæstio.j.monachi.

Ecclesiæ ingressus quibus est interdicendus.

d Ecclesiam.id est,vnitatem ecclesiæ per fidem & charitatem.nec enim intelligi potest de ingressu corporalis ecclesiæ. Nemo nanque pro peccato aliquo abstinendus est,ab ingressu ecclesiæ,nisi sit excommunicatus vel interdictus ex iusta causa.j.ead.q.iiij.vir cum propria.xj.q.iij.excommunicatos.

SI egamus. CASVS. *Dicit Hieronymus in hoc capitulo quod sicut Deus propter pœnitentiam reuocat sententiam in contumaces latam:ita propter negligentiam pœnitendi dona reuocat quæ promisit. & hoc probat exemplis, scilicet Hierusalem & Samaria, Nabuchodonosor & Ezechia.*

e Rursus. verba Gratiani.

f Eundem. scilicet Amos, de quo locutus fuerat Hieronymus.

g Quamobrem. Illud tangit quod Nabuchodonosor vidit in somno arborem in medio terræ pertingentem vsque ad cælũ, & sub ea habitabant animalia & bestiæ, & in ramis volucres, & ex ea vescebatur omnis caro, & ecce vigil & sanctus de cælo descendit, & ait, Succidite arborem & ramos & fructus eius, & fugient ex ea bestiæ & volucres: sed germen eius in terram sinite: & cum feris sit pars eius, & ab humano commutetur cor eius, & septem tempora commutẽtur super eam. quod somnium Daniel interpretatus est, & ait: Tu es rex arbor ea, quæ inualuisti, & potestas tua in terminis terræ, & audiuisti principem altissimi sententiã super te: & ab hominibus eijcient te, & cum feris erit habitatio tua. fœnum vt bos comedes. septẽ tempora, id est, septem anni mutabuntur super te, & relinquetur tibi semẽ vel germẽ radicis, quia regnum tuum restituetur tibi. quãobrem audi consilium meum, peccata tua eleemosynis redime: forsan ignoscet tibi Deus. Post annum autẽ deambulabat rex in aula sua, & superbe loquebatur dicens, Nonne est hæc Babylon quam ego ædificaui in robore regni, & in gloria decoris mei? Adhuc erat sermo in ore eius & ecce vox de cælo dicens, Tibi dicitur Nabuchodonosor, regnum tuum trãsit à te, & cum feris habitabis septẽ temporibus, donec scias quod dominetur altissimus vniuersis regnis hominum. & statim ex hominibus abiectus est, & vt bos fœnum comedit, & rore cæli caput eius infectũ est, donec capilli eius in similitudinẽ aquilarum crescerent, & vngues eius quasi vngues auium.

Eleemosyna liberat à morte.

h Eleemosynis. Eleemosyne nanque à morte liberant peccatorem qui per delicta subruerat: vt j.ea.distinct.medicina.§.ead.dist.miror.

i Redime. Istud redime, ponitur priuatiue: quia proprie non est hæc redemptio. simile.ff commo.si vt.§.vlti.ff.de lege commiss.l.fundo.ff.quod vi aut clam.si vitem.§.ij.

k Si forte. Supra distinctione lxxxvj.non satis.dubitanter dixit: quia deesse potest contritio cordis. argu.§.ead.q.ij.admonere.& non valent eleemosynæ, nisi ex bono fonte, &c. vt lxxxvj.dist.nõ satis. Vel ideo sub dubietate posuit, ne securitas negligentiam

& ne

& negligentia offensam præstaret: vt infra ea. prædixerat. Vel ponitur forte, assertiue, vt in Euangelio: forsitan & patrẽ meum cognouissetis, &c. infra distinc.iiij.ne forte.ff.de rei vendi.item si.§.j.

a Non potest. Id est, non contingit hoc secundum eos, contra quos hic loquitur.

b Moriturum. Propter peccatum quod commisit quando superbiuit de victoria quam habuit de inimicis, eam sibi attribuens.

c Mutata est. Non per iudicij veritatem, sed eorum mutatione qui conuersi per pœnitentiam meruerunt liberari.

d Asserit. Dominus loquens Hieremiæ. & sunt verba Hierony. super Danielem.

Qui domum ſuam. CASVS. *Caſum hunc ſic breuiter pone. Primo ponit Gratianus verba Leuitici, & ſi non per omnia. Secundo exponit ea moraliter. Ad euidentiam tamen eorũ, quæ hic dicũtur, nota quod ad literam ita erat in veteri teſtamento, quòd ſi quis offerebat domum ſuã, vel agrum, vel vineam, vel aliquid aliud tabernaculo, & poſtea pœnitebat, ſi volebat rem recuperare, addita quinta parte eſtimationis, totius rei pretium perſoluebat tabernaculo, & rem recuperabat. & facienda erat hæc ſolutio ad ſiclũ ſanctuarij, qui maioris ponderis erat quam ſiclus vulgaris. Poſtquam autem conuenerat de pretio inter ſacerdotem, & eum qui debebat redimere rẽ, retinebat emptor agrum, uſque ad annum iubileum, quẽ tunc reſtituebat plene. Ille itaque qui non poterat rem redimere niſi ſiclo ſanctuarij, ſignificat peccatorem, qui ſe non poteſt redimere à peccato niſi operibus pœnitẽtiæ ſanctæ ſcripturæ ſtatutis. Alia etiam moraliter exponuntur, ſicut videbis in litera. Omnia autem ſunt verba Gratiani uſque ad cap. quem pœnitet. Iubileus quinquageſimus. & dicitur iubileus annus remiſſionis, quia eo anno debita remittebantur: ſerui efficiebãtur liberi, et omnia reuertebantur ad ſtatum priſtinũ.*

Leui. 27. b

b Bam. ſ. xvij. q. iiij. ſunt.

c Niſi ſiclo. Siclus cõtinet xx. obolos ar. ſ. q. ſ. ſu dices. verſus, Tres ſiclos obol⁹, obolos tres drachmas ſed octo Vncia fert drachmas, duodena dat vncia libram. Siclus habet ſeptẽ drachmas, obolo minus vno.

Verſus.

d Supputantẽ. Id eſt, cõputante à tẽpore. ſ. redemptionis, cum quis redimebat ſecundũ qđ annus iubileus vicinus vel remotus erat, iuxta computationem ſacerdotis magis vel minus ꝓſoluebat, iuxta modũ illum, vt ſi ager recipiebat ſementem triginta modiorum, ſacerdos petere deberet quinquaginta ſiclos. Vel addebat quinta pars pretij, vt dixi.

e Fructus. Id eſt, pœnitentia: quia nõ tanta imponenda eſt ei quanta magis peccanti.

f Licitis. ſ. xj. q. prima, aliud. ſ. c. §. ex his omnibus. & cap. aliud.

g Peccato. Hic Peccatum colligitur, quod to tempore pœnitentiæ remittit peccatum. arg. ſ. e. qũ pœnitet ſicut ex to tempore obſtrictũ eſt. &c. ff. de minori. l. iij. §. j. quod verum eſt. quo ad pœnã, quo ad culpam remittitur in primo momento contritionis.

g Peccato. i. à pœna peccati.

h Mundatur. Quo ad exteriorem pœnã, ſcilicet tẽporalẽ, vt ſ. e. diſt. ſi peccatum. & ſupra eadem diſtinctione. ſicut & primi.

i Confeſsione. Vnde Boethius in libro de conſolatione. Si operã medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas tuum.

k Item taciturnitas. Hæc argumentatio de taciturnitate, nõ iuuat Gratianum. nam cum peccator, cui iam

peccatum est dimissum, tacet & contemnit confiteri, hoc est iam aliud peccatum quàm primum.
a Vbi autem. I. xxij. q. ij. cum humilitatis.

Quem pœnitet. CASVS. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. Primo dicit, quod quilibet per seipsum debet confiteri sacerdoti, & non per nuntiū vel epistolam, vt ita maiori afficiatur verecundia, quæ partem pœnitentiæ releuat. Secundo dicit, quod qui vult confiteri, discretum debet eligere sacerdotem cui confiteatur qui sciat ligare & soluere. Tertiò quòd qui copiam sacerdotis non habet, confiteatur proximo, & ex desiderio sacerdotis veniam consequetur. Quarto dicit, quod si peccatum occultum est sufficit referri in notitiam sacerdotis. Si publicum est, eius confessio debet fieri publice in conspectu ecclesiæ, vt eius precibus adiuuetur. Secunda pars ibi, Quare qui confiteri. Tertia ibi, Tantaitaque. Quarta ibi, Si peccatum. Ora, id est, peccata ore ad os mundantis forte de leprosis loquitur, quibus præcipit dominus vt se sacerdotibus demonstrarent.

C. 10. de vera & falsa pœnitētia. [redacted]

Luc. 17. d
Leuitic. 8.

morū parentū, tergiuersatione uerborū peccata sua leuigare contendit: uel sicut Cain peccatum suum reticendo, penitus supprimere quærit. Vbi autem a superbia regnat uel hypocrisis, humilitas locum habere non potest. Sine humilitate uerò alicui ueniā sperare non licet, nec ergo ubi est taciturnitas confessionis, uenia est speranda criminis.

Probatur hoc idem auctoritate Augustini, qui in libro de pœnitentia ait: ✝

CAN. LXXXVIII.

Qvem pœnitet, omnino b pœniteat, & dolorem lacrymis ostendat c, repræsentet vitam suam Deo per sacerdotes, præueniat iudiciū Dei per confessionem. Præcepit enim dominus mundandis, vt ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda esse peccata: non per nuntium d, non per scriptum e manifestanda. Dixit enim ora monstrate: & omnes nō vnus pro omnibus, non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus f à Moyse statutum, sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. ex misericordia g enim hoc præcepit h dominus, vt neminē pœniteret in occulto. In hoc enī quod p seipsum dicit sacerdoti & erubescentiā vincit timore i offensi k, venia fit criminis: fit enim veniale l per cōfessionem. Quod criminale erat in operatione: & si non statim purgatur m, fit tamen vitale n quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans nihil eorū quæ commiserit nuntio Dei denegauit. Deus enim misericors & iustus, est, sicut conseruat misericordiam in iustitia, ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordiæ peccanti o peccata dimittere, sed oportet vt iustus misereatur p iuste. Oportet enī vt non solū quid, q sed in quo r doleat s consideret t, si dignus est: non dico iustitia v, sed misericordia x, Iustitia enim sola dānat, sed dignus est misericordia, qui spirituali labore y petit gratiam: orat enim mēs patiendo erubescentiā. & quoniam verecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. vnde apparet, quia quanto pluribus z cōfitetur in spe veniæ turpitudinē criminis, tanto facilius & consequitur gratiā remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt pficere, plus confitē tibus parcere. Quibus &

b Omnino. i. perfecte conteratur de omnibus. i. de omni peccato, & eius varietate. j. distin. v. consideret. & dist. vj. qui vult.
c Ostendat. Per exteriora enim præsumit de interioribus. & hic, & I. distin. 50. si quis diaconus.
d Per nuntiū. Et ita nō pōt hic p aliū, quod p se pōt. ff. de sol. inter artifices. & extra de cle. non residen.

quia nonnulli.
e Per scriptū. I. xxx. q. v. qualis contra. sed ibi non dicitur, quod ita accipiatur, sed quod accepta in scripturis redigatur, ne detur obliuioni.
f Munus. Scilicet hircū. i. pœnitentiam designatā per hircum. z Qui significat animā pœnitentem. j. ea. di. ij. inter hæc hircū. Ag.
g Ex misericordia. i. misericordiā repromittens.
h Hoc præcepit. Mystice, vbi dixit, Vade, & ostende te sacerdotibus.
i Timore. i. ppter timorem seruilem.
k Offensi. s. Dei, quem peccando offenderat.
l Fit enim veniale. I. e. di. §. alij. & c. sexpens. Veniale. i. dignum venia. Vel fit. i. ostēdit p cōfessionē esse veniale. vel fit veniale secundū aliā literam. i. ad vitā nō impendens.
m Purgatur. i. purgari nō vr̄ propter pœnā exteriorē ex terioris satisfactionis q̄ adhuc restat. I. e. dist. si peccatum Dauid. j. ead. distin. vlti. §. vltimo.
n Vitale. i. ei' pnīa cōfert ipetrat vitā.
o Peccāti. s. discrete et hoc ē qd' sequitur sed oportet, &c.
p Misereatur. s. puniendo peccatum.
q Quid. i. ppter qd. s. ppter qd peccatū.
r Sed i quo. s. dolorē patiat. s. i pœna.
s Doleat. Scilicet pœnitens.
t Consideret. Sacerdos.
v Iustitia. Si enim sola iustitia respiciatur, nullus saluatur vel consequitur veniam criminis.
x Sed misericordia. s. vt non puniatur æternaliter.
y Labore. Nihil enim carius emitur, quam qd' precibus impetratur, vt dicit Senec. arg. ad hoc viij. q. ij. illud. § Et hic labor fit, per cordis contritionem.
z Pluribus. arg. j. dist. vj. placuit. Argum. contra. I. dist. ea. §. ex his. sub illo §. non ita.
& Facilius. Quia tot sacerdotes obligat ad orandum pro se, quot sacerdotibus confitetur, vt infra eadem. quamuis. Confiteri pluribus vtile est.
& Quibus. Arg. pro remissionibus, quæ fiunt ad potestates,

a De quibus leg. & not. extra de pœnis. quod autem. Arc.

testates, & ad alia a.
a Super terram. i. in ecclesia, q a extra ecclesiam nulla vera solutio vel ligatio fieri pōt. s. j. qō. j. remisionem. xxiiij. quæstio. j. c. quicunque.
b Et confirmant. Eos iuste ligatos esse.
c Quos ligatis. iuste & misericorditer, pœnis, ppeccatis impositis, & eos iustos esse solutos.
d Soluitis. Iuste & misericorditer à pœnis.
e Iustitiæ. Iusta pœna ligandi.
f Aut misericordiæ. aliquid de pœna relexando vel aliquem cōmunioni sacramentorum reconciliando.
g Opera vestra. s. quod dimittatis p vos peccata.
h Scientem. si enim in eius parochia nō est discretus sacerdos, eius qui præest consensu talem adeat 1, vt j. dist. vj. placuit. & extra de pœ. & re. omnis.

1 Dic vt dixi ī e. iu dicet. Arc.

i Quem desiderāti. alias quem desiderat.
k Locus. ff. de exerci. l. j. in prin.
l Et si ille. j. de cō secr. dist. iiij. ca. sanctum est in princ.
m Ex desiderio. j. e. q. v. quod Deo.
n Etsi non tam cito. I. distin. 50. si qs diaconus.
o Soluerentur. Ab eo quo ad pœnam temporalem.
p Sacerdotis. Deus quē nō fallit: peccati qualitas. nec peccantis affectus, vt xxiiij. q. iij. Deus. qā verā de pœnitēte promit sententiā. sed presbyter q mēte alterius non pōt videre talia confitētis verba iudicat, qualia foris sonāt. vnde indignum absoluit frequēter. vt xxiiij. q. iij Deus. & xxij. q. v. humanæ. alioqui verum

Lucæ 17. c

enim remittunt, remittit dominus. Lazarū enim de monumēto iam suscitatū obtulit dñs discipulis soluēdum, p hoc ostēdēs ptātem soluēdi cōcessam sacerdotibus. Dixit enim quodcunq; solueritis super terrā a, soluetur & in cælis. hoc est, ego Deus & omnes cælestis militiæ ordines & omnes sancti in gloria mea laudāt vobiscum & confirmāt b quos ligatis c et soluitis d super terrā. nō dixit quos putatis ligare aut soluere, sed in quos exercueritis opus iustitiæ e aut misericordiæ f. Alia autē opera vestra g in peccatores non cognosco. Quare qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiā, quærat sacerdotē scientem h ligare et soluere, ne cū negligens circa se extiterit, negligat ab illo qui eū misericorditer monet & petit, ne ambo in foueam cadant, quàm stultus euitare noluit. Tanta itaq; vis cōfessionis est, vt si deest sacerdos, cōfiteatur proximo. Sæpe enī cōtingit q pœnitens non pōt verecūdari corā sacerdote, quē desiderāti i nec locus k nec tempus offert. Et si ille l cui cōfitebitur, potestatē soluendi non habeat, fit tñ dignus venia et desiderio m sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis: mundati enī sunt leprosi, dū ibant ostēdere se sacerdotibus, antequā ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidē eos quærunt sed sani & læti dum quærunt, antequā ad eos perueniant moriuntur: sed misericordia Dei est vbiq;, qui & iustis nouit parcere, etsi nō tā cito n sicut si soluerentur o à sacerdote. Qui ergo omnino cōfiteretur, et sacerdoti meliori, quā potest cōfiteatur. Si peccatū occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis p, vt grata sit oblatio muneris. nam in resurrectione filiæ principis pauci interfuerunt qui viderāt. Nondum enim sepulta erat, nondum extra portam ciuitatis delata, non dū extra domū in notitiā portata. Intus resuscitauit, quā intus inuenit: relictis solis Petro & Ioanne & Iacobo, patre et matre puellæ: in quibus figuraliter cōtinentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autē extra inuenit, animaduertendum est, quomodo suscitauit q. Flebat enim turba post filium viduæ. Fleuit Martha, & Maria, pro fratre supplicantes. Flebat & turba quæ Mariam fuerat secuta, lacrymis Mariæ admonita. In quo docemur publicè peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere r meritū s.

Item Leo Papa.

Sufficit illa cōfessio, quæ primū Deo, deinde sacerdoti offertur.

CAN. LXXXIX.

t Qvamuis plenitudo v fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud omnes homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium y huiusmodi sunt peccata, vt ea quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur improbabilis x consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubescunt, aut

non esset quod hic dicit: cū apud Deū nullas patiat veniæ moras peccatoris conuersio, vt xxvj. q. vj. his qui tempore. I. ea. dist. multiplex. Vel hoc ad temporalē œpnam referat. licet enim peccatū dimittatur ne homo ab accipienda vita æterna impediatur, vt I. ea. sicut primi. non tñ si peccato parcitur, pœna remittitur, qa nullatenus sine vindicta relaxat. sicut patet in Dauid, vt I. ea. dis. si peccatū.
q Suscitauit. Quid significent isti tres mortui, habes. j. distinc. ij super trib'.
r Sufficere. Ad clariorē & plenam pœnæ tpalis absolutionē, vt I. dist. e. multiplex. & cap. sufficiat. & c. fleat. & j. distin. v. consideret. in fi. xiij. qō. ij. tempus.
s Meritū. i. authoritatē: quam vocat meritū, quia de merito charitatis suæ habet authoritatē ligandi & soluendi. arg. xl. dist. c. j.
t Qvamuis plenitudo. Hæc est ix. pars di. secundum Io. de Fant.
v Plenitudo. i. perfectio in fide.
y Quia nō omniū. Hæc negatio & sequens æquipollent affirmationi. ff de verb. sig. duobus 3.
x Improbabilis. secundū quam occulta peccata in publico confitebātur, cōpulsi ad hoc multi, ppter quod pœnitētiā declinabāt. Pro

Peccatum quare dimittitur.

Lucæ. 8. g

Lucæ 7. b

Ioannis. [redacted]

3 quasi d. [redacted]

a Pro quibus. Accusantibus, scilicet inimicis. non enim per pœnitentiam tollitur pœna ciuilis, argumentum xxxiij. quæstione secunda. admonere.
b Percelli. Si aliæ probationes sunt, quæ sufficiant cum huiusmodi confessione. & est huic simile. xxij. q. v. hoc videtur.

Pœnitentia nõ tollit pœnam ciuilem.

c Sufficit. ĩ. dist. eadem. §. ex his omnibus. & capitu. sufficit.
d Confessionis. An scilicet sit necessaria vel non.
e Breuiter. Imo prolixe. Vel ideo dicit breuiter, respectu multarum authoritatum quæ de hac materia loquuntur.
f Vtraque. Hoc idem probabit Gratianus per sequens capitulum.
Q Vidã Deo. g Tota fere sancta ecclesia. & ideo ei adhærendum est, quia pluribus comprobatur. argumento. xix. distinctione. in canonicis.
h Quod vtrunq;. Scilicet confiteri Deo & sacerdoti.
i Perfectorum. Qui non habent nisi venialia, vnde nõ indigent oris confessione speciali.
i Perfectorum. ĩ. ea. dist. §. his authoritatibus.
k Docet. Id est, hoc est signũ sacerdoti quod peccata dimittantur cõfitenti per cõtritionem. arg. ĩ. ea. distinc. §. hoc idem. & c. ois qui nõ diligit. sicut cordis contritio est signum peccatori, quod gratia Dei dimisit ei peccata: qa nemo, &c. vt de cõsecr. dist. iiij. nemo.
l Administratione. id est, sola contritione.
m Medicorum. Id est, sacerdotum.
QVia verò de. Hæc distinc. diuiditur in sex partes. In prima quarum probat (tamen superficialiter) ꝙ pœnitentia semel habita, non inquinatur, & charitas semel habita, non amittitur, & de perfecta intelligitur. Secunda ibi, Ex præmissis. Tertia ibi, Hæc quæ. Quarta ibi, Bligat. Quinta ibi, Illud autem. Sexta ibi, Charitas ergo. Io. de Fantu.
n De pœnitentia. Hic intitulatur secunda distin. in qua illa quæstio tractatur, an charitas semel habita possit amitti. & est certum, ꝙ potest in via peregrinationis amitti, quantumcunque sit perfecta. vt ĩ. ead. §. non est mirum. qđ probat authoritatibus & exẽplis. in patria autẽ vbi perfectissime iã habetur, non amittitur. ĩ. e. charitas. Hanc quæstionem tractat hic Gra. occasione alterius, quam hic ipse in initio prælibauit. sed in iij. distin. eam prosequitur, an. s. pœnitentia reiterari possit. ꝑcedit ergo Grat. in hac dist. hoc modo: Primo probat, quod pœnitẽtia nõ possit reiterari, vsque ad § item sine charitate. vbi latẽter ingreditur materiam huius distin. & probat charitatem semel habitam amitti nõ posse, vsque ad §. hæc quæ de charitate. vbi incipit authoritatib. allegatis respondere, asserens illas de charitate perfecta esse intelligendas. & inde sumpta occasione gradus in charitate esse probat. vsque ad §. non est mirum vbi latẽter aduersam partẽ assumit, & quod charitas amitti possit, exemplis & authoritatibus ostendit, vsque ad. §. euidenter. vbi ostẽdit hoc verum esse, non solum de charitatis opere, sed etiam de ipsa charitate, & hoc vsque in fi. dist. prosequitur.
o Proponentes. Absolutus nominatiuus est.
p Pœnitentia. Quæ valeat ad vitam.
q Iudicis. Qui pœnitentiam imposuit.
r Eius. Dei vel sacerdotis.
s Merito. Id est, secundum iustitiam. ĩ. distinctione quarta. §. corum.

† [redacted]

timent inimicis suis, sua facta reserare, pro quibus [a] possunt legum percelli [b] constitutione. Sufficit [c] enim illa confessio, quæ primũ Deo offertur, tunc etiam sacerdoti qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Quibus authoritatibus, vel quibus rationũ firmamentis, vtraque sententia satisfactionis, & confessionis [d] innitatur, in medium breuiter [e] proposuimus. Cui autem harum potius adhærendum sit, Lectoris iudicio reseruatur. † Vtraque [f] enim fautores habet sapientes, & religiosos viros.

Vnde Theodorus Cantuariensis archiepiscopus ait in pœnitentiali suo.

CAN. XC.

QVidam Deo solũmodo confiteri debere peccata dicunt, vt Græci. Quidam verò sacerdotibus confitenda esse percensent vt tota fere sancta ecclesia [g]. Quod vtrunque [h] non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita duntaxat, vt Deo qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, & hoc perfectorum [i] est, vt cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meã non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Sed tamẽ Apostoli institutio nobis sequẽda est, vt cõfiteamur alterutrũ peccata nostra, & oremus pro inuicẽ vt saluemur. Cõfessio itaq; quę soli Deo fit, quod est iustorũ, purgat peccata. Ea verò quę sacerdoti fit, docet [k] qualiter ipsa purgentur peccata. Deus nãq; salutis et sanctitatis author & largitor, plerunque præbet hãc suę pœnitentiæ medicinam inuisibili administratione, [l] plerũque medicorum [m] operatione.

Charitas semel habita, vtrũ possit amitti. Psalm. 31. Ia. 5. d

DISTINCT. II.

QVia uerò de pœnitẽtia [n] semel cœpit haberi sermo, aliquantulum altius repetendum uidetur, diuersorum sententias certis rationibus & authoritatibus munitas in medium proponentes [o]. Alij dicunt pœnitentiam semel tantum esse utilem. Vnica est enim, nec iterari põt. Si uerò reiteratur, præcedens pœnitentia [p] non fuit. Et si de sententia iudicis [q] eius [r] merito [s] peccata uidẽtur esse remissa, apud tamen eum

Nunquam

a Nunquam, allegando dicit.
b Noli peccare. Id est, esse in proposito peccandi. tamen aliter nducit allegando.
c SI quis semel notatus. Id est, depræhensus.
d Vitio. Vel alio quocunque.
e Primã causam. Primam vitij causam in se penitus nõ extirpat, qui in idẽ postea recidit.
f Reconditã. Nõ ideo hoc dicit, qđ semper ita sit, sed quod ita fuerit, est præsumptio, inuidia vel contentio iterata.
g Curari. ĩ. xxvj. quæst. vij. effectum. extra de deposit. grauis. ĩ. de consec. dist. v. c. legimus.
h Adulto. ĩ. de cõsecra. dist. iiij. quomodo. & cap. solet. infra ead. dist. cap. fugerat. & cap. non est. §. Romanos. & cap. tolle.
i Aliquãdo. Hoc allegando dicit, vt authoritatẽ inducat.
k CHaritas. Quæ deseri potest. id est, quã cõtingit deseri vel de facili.
l Vera. i. perseuerans finalis, vel vera ad vitam ducẽs, id est, ad æternam beatitudinem.
m RAdicata. i. perfecta.
n Securus. Spei perseuerantia, non rei præsentia: quia quilibet etiam imperfect⁹, timere debet ne charitatem amittat. xxxij. qõ. v. c. si. Paulus.
o VAlida. Verba Salomonis in canticis.
p Dilectio. id est, charitas perfecta.
q Ceperit. i. contingit vel cõuenit, intellige de facili.
r Occidit. i. remouet à delectatione, sicut mors remouet ab omni actu terreno, dicit lex. Mors omnia soluit, in auth. de nup. §. deinceps. colla. iiij.

Ioann. 8. b
Ioann. 5. c
[redacted]

præsentiam, cui omnia futura præsentia sunt, nunquam [a] habentur remissa: quia non est seruata illa sententia ueri sacerdotis; Vade, & amplius noli peccare [b]. Item, Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.

Item ex octaua synodo.

Primam vitij causam non penitus extinguit, qui in illam post ea recidit.

CAN. I.

SI qs semel notatus [c] fuerit inuidiæ vel contentionis vitio [d], et rursus in hoc ipsum inciderit, sciat se primam [e] causam, ex qua inuidia vel contẽtio nascitur, in interioribus medullis habere reconditã [f]. Oportet ergo eum per contraria atque diuersa curari, id est, p humilitatis exercitium. Exercitia verò humilitatis sunt, si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat. Ita nanq; arrogantiæ & humanæ gloriæ vitiũ euitari vel curari [g] poterit: vt in consuetudinem humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ & vanæ gloriæ delictum, sed in singulis huiusmodi vitijs cura similis adhibeatur. Item, Sine charitate, nulli adulto [h] peccatum remittitur. Non autem habet charitatem, qui aliquando [i] peccaturus est criminaliter.

Vnde Augustinus ad Iuilanum comitem.

CAN. II.

CHaritas, quæ deseri potest [k], nunquam vera [l] fuit.

Idem super epistolam Ioannis.

CAN. III.

RAdicata [m] est charitas? securus [n] esto, nihil mali procedere potest.

Item Gregorius in moralibus. †

CAN. IIII.

VAlida [o] est vt mors, dilectio [p]. Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem quam semel ceperit [q], à delectatione mundi funditus occidit [r].

Item Prosper in libro † de contemplatiua vita.

CAN. V.

ij CHaritas [s] est (vt mihi videtur) recta [t] voluntas, & ab omnibus terrenis [v] ac presentibus prorsus aduersa, iuncta verò Deo inseparabiliter [x], & ignita igne quodam Spiritus sancti, à quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamẽti [y] omnis extranea, corruptionis nescia, nulli vitio mutabilitatis [z] obnoxia, super omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelsa, affectionum [a] omnium potẽtissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semp inuicta, summa [b] actionum bonarũ, salus morum [c], finis [d] cælestiũ pceptorũ,

Charitatẽ habẽs multa potest.

CHaritas CASVS. In hoc capt. j. commendat Prosper charitatẽ ex eius effectibus. et sunt verba Prosperi, vsq; ad illud cap. item Beda. [1] Secũdo ostẽdit, quod qui charitatem habet, facile peccatis resistit: bonis omnibus abundat, et mũdana contemnit, difficilia facile perficit. Subdit etiã quid sit Deum diligere, et quid peruertere ordinẽ dilectionis. Tertio ostendit, ad quid corpus nostrũ sit diligẽdũ. Quarto ostẽdit, qualiter sit intelligẽdũ, diliges proximum tuũ sicut teipsum. Et qui sunt, qui diligunt Deum plusquam se.

s Charitas est. i. ex charitate ꝑcedit recta voluntas [3]. et est dictũ p causam, vt illud. xxxvj. q. ij. tria. vt exponat charitas est. i. facit: alioqui nõ est verũ, cũ charitas sit habitus mẽtis, qui volũtas nõ est vel mot⁹ volũtatis. Similiter intelligit aliud Augus. Charitatẽ voco motũ animi. dicitur ergo charitas volũtas vel motus, quia vt ĩ. dicit, est causa meritorũ bonorũ, sicut & iniqtas cũ sit habitudo mẽtis iniustæ. dicit peccatũ, quia ex ea est: vt ĩ. distin. iij. ille rex.
t Recta. i. rectam vitã & dignam faciens voluntatem.
v Terrenis. Secus est de charitate imperfecta, quã habẽs potest curare tẽporalia. arg. xij. qõ. j. habebat.
x Inseparabiliter. id est, non de facili separatur.
y Inquinamenti. scilicet mortalis.
z Vitio mutabilitatis. id est, mutabilitati in vitium.
a Affectionũ. i. bonarum voluntatũ.
b Summa, id est, perfecta.
c Salus morum. id est, salutiferos faciens mores.
d Finis. id est cõsummatio, vel quia præcepta finaliter

1 Sub. licet nõ ita cõtinue cõtineantur in lib. suo. Itẽ quod sæpe interponitur est verbũ Gratiani secundum Hugo.
† c. xxij. libr. x. ad c. xj. Iob.
Canti. 9. d
3 Id est, bonus motus, q dicit voluntas, & charitas est causa, & facit vt voluntas sit bona, id est, vitæ æternæ meritoria. vnde ita dicitur causa meritorum bonorum secundũ H.
† iij. cap. xiij.

docet

mors criminū, vita virtutum[a], virtus pugnantium[b], palma victorū, arma sanctarum mētiū, causa meritorum bonorum, præmiū pfectorū, sine qua nullus Deo placuit, cum qua[c] aliquis peccare[d] non potuit,[e] nec poterit, fructuosa in pœnitētibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa[f] in oībus omnino fidelibus, ex qua qcquid est boni operis viuet. Itē, Hęc est charitas vera germana[g] pfecta, quam excellentiorem[h] viā[i] nominat[k] Apostolus sanctus. Sicut enim sine via nullus peruenit quò tendit, ita sine charitate, quę dicta est via, nō ambulare possunt homines, sed errare. † Itē, Ergo si charitatē Deo exhibeamus et proximo, de corde puro, & cōscientia bona, & fide nō ficta, facilè peccato resistimus, bonis oībus abūdamus, seculi blandimenta contemnimus, & oīa quæ difficilia[l] sunt humanæ fragilitati vel aspera, etiam cū dilectione perficimus, si tamē Deū charitate perfecta, q̄ nobis ab illo est, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus[m] diligit Deum: quoniam si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis vnde peccati desiderijs seruiamus. Et quid est Deū diligere, nisi illi copulari animo, concipere fruēdæ visionis eius affectum, peccati odiū, mundi fastidium[n], diligere etiam proximū, quē in se[o] censuit diligendum, in ipso amore reseruare legitimū modū, nec peruertere dilectionis ordinem constitutū. Ordinē dilectionis illi puertunt, nec modum diligēdi custodiūt, qui aut mundū, qui cōtemnendus est, diligūt[p], aut corpora sua minus diligenda[q] plus diligūt, aut pximos non sicut seipsos, aut Deum plusquā seipsos, fortè nō diligūt. Itē, Corpus nostrū, quia pars[r] nostri est, ad hoc à nobis diligēdum est vt saluti eius ac fragilitati naturaliter[s] consulamus, & agamus quatenus spiritui[t] ordinatè subiectū[v], ad æternā salutem accepta immortalitate & incorruptione perueniat. Item, Proximos autē tunc diligimus, sicut nos, si non propter aliquas vtilitates nostras[x], non pter speranda beneficia vel accepta, nō propter affinitates vel consanguinitates, sed pter hoc tantum, quod naturæ[y] nostræ sunt participes[z] diligamus. Item, Non illi tantùm proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iūgit: sed proximi nostri credendi sunt, omnes homines naturæ nostræ (sicut dixi) participes.

Itē, Proinde sicut nos proximos nostros diligimus, quādo ad mores bonos, & æternā vitā[a] consequendam sicut nobis eorum saluti consulimus, quando nos in eorū peccatis ac periculis[b] cogitamus, & sicut nobis subueniri optaremus, ita eis subuenimus,

docet vt habeatur.
a Vita virtutum. infra eadem distin. §. item proinde.
b Pugnantium. Cum vitijs.
c Cum qua. Id est, in ea perseuerādo.
d Peccare. Mortaliter.
e Potuit. Ecce verbū, in quo facit ad propositū Gratiani.
f Operosa. Id est, effectiua bonorum operum.
g Germana. i. germanos & cōcordes faciens. Vel germana, id est, coniuncta & inseparabiliter adhęrēs. Salomon, Dixi sapiētiæ, soror mea es, & prudentiam vocaui amicam meam.
h Excellentiorē. Alijs donis.
i Viam. eundi ad Deum.
k Nominat. in prima epistola ad Corinth. xiij. cap.
l Quæ difficilia. Ad salutem animæ pertinentia.
m Ex qua minus. Id est, ex qua Dei dilectionē postponit facilius: sicut plures proniores sunt offendere Deū fornicando, quàm furando. arg. 50. dist. quia sanctitas sua. in fine.
n Fastidium. Repete concipere.
o Quem in se. scilicet diligēdo. i. ad sui similitudinem, vbi dictū est, dilige proximum tuum sicut tei sum? Vel in se, id est, Deo: scilicet ad eius similitudinem, vbi dictum est, secūdum autem simile est huic.
p Diligunt. Plus iusto.
q Diligenda. quā animam. arg. xxij. q. v. si qs coactus.
s Quia pars. Alia est pars, qua homo est interior: vt de consec. dist. iiij. nō ex quo. non ergo corpus est homo, quod Eluidienses somniāt quia nihil

est, id, q̄ sui ipsius fiat pars. argu. ff. de euic. l. si dictū. §. ij. & peccant, qui ponunt corpus genus animalis.
s Naturaliter. j. de conse. dist. v. nō mediocriter. in fi.
t Spiritui. Vt ad vsus exercēdæ virtutis habeat: vt j. xliiij. distin. c. conuiuia.
v Subiectū. debemus enim adhibere iumēto nostro saccū, paleā, & flagellum. Saccū. i. opera pœnitentiæ, & alia bona opera. paleā, id est, necessaria ad vitæ sustentationē. Flagellum, vt castigemus si excesserit, ac si ea pateremur.
x Vtilitates nostras. tūc enim non ipsos, sed nosmetipsum diligimus. Vnde Tullius libro de vera amicitia, Suis quippe incōmodis grauiter angi non est amici, sed seipsū amantis.

ADDITIO.
Et Seneca, Nō est beneficium, quod conuertitur in quęstum. Petrus.
y Naturæ. j. dist. lxxxvj. c. nō satis.
z Participes. ergo Iudæi & Saraceni pximi nostri sunt, & diligendi à nobis vt nos. & verum est: veruntamē omnia opera dilectionis impendere debemus, secūdum vniuscuiusq; conditionem. lxxxvj. distin. cap. pasce.
a Et æternā vitā. Hic aduerte quid sit proximum sicut seipsum diligere. s. ad salutem animæ suæ, & ea quæ ad salutem animæ pertinent, ei optare, quæ tibi optas. Nō obstante ergo hoc precepto possumus delinquētibus pœnas corporales optare et procurare, dummodo hoc fiat secundum quod iura permittunt.
b Periculis. scilicet ani

Sapientia est soror mea.
1. Co. 12. c
† ca. xv. eod. lib.
Fornicantur aliqui citius quā furentur.
Corpus non est homo.
Iumento nostro ad [illegible]
Saraceni & Iudæi sunt à nobis diligendi.
Diligere proximū sicut seipsum, quid sit.

aut si facultas defuerit, voluntatem subueniendi tenemus. Quapropter charissime, tota dilectione satage, vt bonū quod tibi fieri, vis, velis & proximo. Illi verò plus quā se diligūt Deum, qui pro eius amore suæ ad tempus saluti non parcunt, seipsos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus pprijs, patriæ sue extorres fieri, parentibus & vxoribus ac filijs renuntiare parati sunt, & (vt totum dicā) ipsam mortem corporis non solùm non refugiūt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis sui vita magis, quàm à Deo[a], qui est vita vitę suæ discedere.

Item Beda super Ioan.

CAN. VI.

Quærendum[b] est interea quomodo speciale filij Dei agnoscendi signum fuerit, q̄ super eum descenderit & māserit spiritus sanctus. Quid magni est filio Dei, quòd in ipso manere spiritus sanctus adstruatur. Notandum itaque est, quòd semper in domino māserit spiritus sanctus: in sanctis autem hominibus, quādiu mortale corpus gestauerunt, partim manet in æternum, partim rediturus secedit. Manet[c] quippe apud eos, vt bonis insistant actibus, voluntariam paupertatem diligant, mansuetudinē consequantur, pro ęterno desiderio, lugeant, esuriant, & sitiant iustitiam: misericordiámque, munditiam cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur, sed & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati non vereantur, eleemosynis, orationibus, ieiunijs, ceterisq; fructibus spiritus sancti insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curādi, mortuos resuscitandi, dæmones ejiciendi, vel etiam prophetandi, habeant facultatem. Manet semper, vt possint habere virtutes, & vt mirabiliter ipsi viuāt. Venit ad tempus, vt etiam alijs per miraculorum signa, quales sint intus effulgeant.

Item Apostolus.

CAN. VII.

Charitas nunquam excidit[d].

Item Augustinus super epistolam Ioannis.

CAN. VIII.

Vnctio inuisibilis, spiritus sanctus est: vnctio inuisibilis, charitas est[e], quę in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit. Quæ quamuis ardente[f] sole arescere non potest, nutritur calore solis[g], non arescit.

Item Gregorius super Ezechielem. †

CAN. IX.

Pennata animalia minimè reuertuntur cùm incedunt, quia prædicatores sancti sic à terrenis actibus ad spiritualia transeunt, vt ad ea, quæ reliquerant, vlterius nullatenus reflectantur. Et paulò pòst, Nemo mittens manum suam ad aratrum, &c. Manum quippe in aratrum mittere, est quasi per quendā cōpunctionis vomerem ad proferendos fructus, terram sui corporis aperire. Sed retrò post aratrum aspicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur quæ dereliquit: quod quia electis Dei minimè contingit, rectè nunc per prophetam[h] dicitur, Non reuertebantur cùm incederent[i]. Et paulò pòst, Vnde

cet animæ & corporis, vt eos libere mus.
a A Deo qui est. Id est, qui est vita animæ suæ, qua ipse viuit, vt s. distin. j. §. hoc idem. versic. resuscitatus. xxiiij. q. j. vbi sana.
b Quærendū. super Ioannem legitur in Ioanne quod Ioannes Baptista vidit spiritū sanctū, quasi columbam descendentem & manentē super Iesum baptizatū. quod descendit super eum, signum fuit ne vox illa, hic est filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannem esse facta, sed ad eū. Signum fuit Ioāni ipsum cognoscendi, id est, quod dā de ipso quod ante nesciebat. s. an potestatem baptismi sibi soli retenturus esset. quod autem mansit super eum, speciale fuit signū filij Dei. s. quo ille discerneretur ab alijs. quærit ergo hic Beda quō fuit signum cognoscendi filij Dei, scilicet quod spiritus sanctus māsit super eū, & cū maneat et in alijs sanctis? Sed respondetur quod alio modo manet in Christo: quia super eum semper est quo ad omnia: in sanctis autem non quo ad omnia, quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel si quo ad iustitiam remanet in eis, non tamen semper quo ad operandū. puta ad prophetizandum vel faciendum miracula: vt in Helia & Helisæo.
c Manet. Nota hic expositionem illius decre. xxxij. q. ij. ca. connubia. Quia in opere cōiugali adest presentia spiritus sancti quo ad meritū, vt j. c. q. v. c. si dicat. nō quo

ad miraculum faciēdum, vt j. eadem. c. potest.
d Charitas nunquā excidit. scilicet in hac vita. in futuro enim fides conuertetur in sciētiam: spes in rem: charitas autē augebitur. vnde propheta: Viuit dñs, cuius ignis in Siō, id est, in ecclesia militante, & caminus in Ierusalem, id est, in ardentissima charitate. j. distin. iij. capit. sunt plures. §. authoritas. & capit. ignis.
e Vnctio. Charitas est. i. vocatur.
f Ardente. i. à tribulatione feruente.
g Solis. i. laboris & tribulationis, iuxta illud, In sole. i. in labore, posuit dominus tabernaculum suum. Tribulatio enim secundum Apostolum, patientiam operatur. sed quod tribulatio patientiam non tollit, hoc facit charitas.
h Pennata; animalia. Per pphetam. Ezechielem.
i Incederent. Et ita sancti isti dici possunt habere ferarū naturam. &c. sicut aues, quæ volant &

Columba descendit super Iesum dum baptizatur & māsit super ipsum.
Ioan. 1. c
Sol pro labore ponitur.
1. Co. 12. c
† Homi. iij.
Ezech. 1. b
Lucæ 9. g
Ezech. 1. d

Universidad de Deusto Biblioteca

lant & non reuolant. instituta de rerũ diuisio. §. paulo ãũ.

a Vnde Paulus. in epistola ad Philippenses.

b Vnum vero. q. d. non cõprehendi. vnũ aũt de me vobis affero, q⁹ ego oblitus ea quæ, &c.

c Quæ retro. i. terrena quæ reliqui.

d In ea. s. æterna cę lestia.

e Anteriora. Ante nos sunt, æterna post nos sunt temporalia.

Ezech.1.c f NOn reuertebantur. Redeãt finaliter salti.

g Iam minus. i. insufficiens. erit enim tunc Deus omnia in omnibus. i. sufficientia omnium.

Mat.10.c h POtest discursus. Illud Ezechielis, quod iuxta

Prou.4.c quatuor animalia qui vidit erant quatuor rotæ in quibus erat spiritus vitæ, & quocunque ibat spiritus sequebantur & rotæ, & cum stabat, stabãt rotæ. Hoc autem mystice exponit Gregorius.

i Castitas. Quæ sola cũ fiducia põt Deo animas præsentare. in authen. de lenonibus. §. sancimus. col. ij.

k Misericorditer. Ne inde superbiat homo. vj. q. j. imitare. & cap. sunt plurimi.

l FIcta. Id est, non finalis.

m Ex præmissis. Infert charitatẽ semel habitã, non amitti, & adiscit, quòd q charitatẽ semel habuit, de cætero non peccabit & ex hoc cõcludit falso, q⁹ pœnitentiã q postmodũ est peccaturus, nõ agit. & ad hoc inducit argumẽta vsq; ad §. hæc q̃ de charitate.

n Nõ poterit. Coniunctim intellige. non enim põt simul charitatem habere & peccare. ẽ. dist. j.

Paulus. [a] Vnum verò [b] quæ retro [c] sunt obliuiscens in ea, [d] quæ sunt anteriora [e] me extendens secundum ad palmam supernæ vocationis. In anteriora etenim extentus, eorũ, quæ retro sunt, oblitus fuerat: quia temporalia despiciens, quæ sola sunt æterna requirebat.

Item in eodem, homilia quinta.

CAN. X.

NOn reuertebantur cùm incederent: quia electi quique sic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant [f]. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. & sicut per Salomonem dicitur, Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem. In eorũ nanque animo bonũ desiderium, atque intellectus lucis incimæ iam pars diei est: sed quia vsque ad finẽ vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diẽ tunc perueniunt, quando ad cælestia regna perducti, in ea luce quã desiderant, iam minus [g] aliquid non habebunt.

Item in eodem, hom. v.

CAN. XI.

POtest discursus [h], atque eadem mobilitas spiritus, sic intelligi. In sanctorũ quippe cordibus, iuxta quasdam virtutes semper manet, iuxta quasdam verò recessurus venit, & venturus recedit. In fide enim spe atque charitate & aliis bonis, sine quibus ad cælestem patriam non potest peruueniri sicuti est humilitas, castitas, [i] iustitia, atque misericordia fœcunda, perfectorũ corda non deserit. In prophetiæ verò virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Et paulò pòst, In his itaq; virtutibus, sine quibus ad vitam minimè peruenitur, spiritus sanctus in electorum fuorũ cordibus permanet: vnde rectè stabilis dicitur. In his verò, per quos sanctitatis virtus ostẽditur, aliquãdo misericorditer præstò est, aliquando misericorditer [k] recedit.

Vnde Ambrosius super epistolam secundam ad Corinthios. †

CAN. XII.

FIcta [l] charitas est, quæ deserit in aduersitate.

Ex præmissis [m] *itaque apparet, quòd charitas semel habita, ulterius nõ amittitur. Qui enim charitatẽ semel habebit criminaliter ulterius peccare nõ poterit* [n], *ut ad gratiam* [o] *non ad naturam impossibilitas peccandi referatur. Quòd autem charitatem habens criminaliter peccare non possit, testatur Augustinus in homilia octaua, dicens:*

CAN. XIII.

QVia radix omnium malorum [p], est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas, & simul ambæ esse non possunt [q], nisi vna penitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis incidere ramos, si radicem non contendit euellere.

Cùm ergo [r] *qui criminaliter peccat, charitatem nunquam habuisse probatur, euidẽter colligitur, pœnitentiam non agere, qui quandoq; criminaliter peccauit.*

Vnde Augustinus.

CAN. XIIII.

CHaritas est aqua [s], de qua dominus ait in Euangelio: Qui biberit aquam quam ego dabo ei, non sitiet in æternum [t]. Reprobus autem cùm æter-

omnis q̃ nõ diligit.

o Vt ad gratiã. s. virtutẽ ipsam, quã dũ quis habet non peccat, nec peccare põt, vt coniunctim intelligatur.

p QVia radix omnium malorũ. Quo ad genera singulorum, nõ quod ad singula genera. nõ est malum alicuius generis, quod deinde precedere non possit. et est simile xxxv. dist. c. ante oĩa. xlvij. dist. c. bonorũ.

q Non possunt. ẽ. xxxij. q̃. j. c. cum renuntiantur.

r Cum ergo. Ex falso falsum concludit.

s CHaritas est aqua. Quia ad modũ aquæ lauat, & deles pĉã. † cap. vt.

t In æternum. i. in patria. in via autem sitiẽs, beatus est, qui sitit tus est. iustitiam, vt ẽ. cap. cap. quærendum.

Mancip

Virũ quæ libet inten dit, & re mittitur.

1 Sunt itaque gradus. Omnis virtus intenditur & remittitur, & ideo gradus merito in ea distinguũtur. Sed quia virtus est medium duorum vitiorum, vt dicit Aristoteles. Et Horatius, Virtus est medium vi-

Ioan.4.c

a Mancipatus. Id est, destinatus.

b Plumbeus. Pondere peccatorum.

1 Vt Hu. & B.bri. c Item sine. Omnia hæc sunt verba Aug. vt dicunt quidam, vsq; ad §. hæc quæ de charitate. Alij dicunt esse §. ab illo loco, reprobus autem.

d Non credit. Adestructione consequentis infert.

e Hæc est. infra de consec. distin. ij. cap. vt quid.

f Fides. Informata charitate.

g Huic. ẽ. xxiiij. qõ. j. cap. si Petrus. contra. sed nec hic vel ibi excluduntur aliæ virtutes.

Versus. h Credere. Crede Deo, credasque Deũ: plus credo valere, Si credas in eũ quam quod ei, vel eum.

ADDITIO.

Hoc ideo, quia credere Deo est credere verum esse, quod dicit Deus. Credere Deum, est credere Deum esse. Hoc etiam dæmones credunt. Sed credere in Deum est amando credere in ipm. Petrus.

Ioan.6.e i Qua sola. supra xxiiij. quæst. j. c. si Petrus.

k Hæc q̃ de charitate. Præmissas authoritates soluit, & dicit intelligendas esse de perfecta charitate: et inde sumpta occasione gradus in virtutibus esse ostendit, vsque ad §. ecõtrario. Et

Gala.5.b nota quod perfecta dicit charitas, quo ad sufficientiam, & hæc q̃libet & quantalibet sufficit ad vitam æternam habẽdam. argu. j. dist. Proxi. ca. talis. Et

Charitas perfecta mul ta facit. est perfecta quo ad effectum, vt scilicet faciat hominem patiũ morẽ p Christo. ẽ. ea. c. charitas. infra eod. c. si quis tantum. Et dicitur perfecta quo ad perseuerantiam finalem, de qua agitur ẽ. ea. cap. vnctio. & cap. charitas.

nis sit mancipatus [a] incendijs, in æternũ sitiet. Quomodo bibet aquã viuam, aut quomodo potabit aquam salientẽ in vitam æternam, qui quasi plumbeus [b] demersus in ima, pœnas luit damnationis æternæ?

Item, Sine [c] charitate, quomodo quisveram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem? quæ si non sunt dimissa, quomodo non omnia prorsus ad pœnã exigenda sunt? Item dominus, Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Qui ergo non habet vitam æternam, in Christum non credit [d]. In Christũ verò credit, qui charitatem habet. In Christũ quippe credere est, amãdo in ipsum tendere. Hoc est [e] fides [f] (vt dissinit Apostolus) quæ per dilectionẽ operarur. Huic [g] duntaxat remissio delictorũ promittitur. Quòd si charitas à fide Christianorũ seiungi nequit, cui scilicet soli venia promittitur, quomodo qui charitatem non habuerit, fidem Christianorum habuit, id est, in Christum credidit? quomodo ergo veniam delictorum accepit? quam si non accepit, quomodo nõ omnia prorsus opera æternis sunt ferienda supplicijs?

3 *Hæc quæ de charitate* [k] *dicuntur, de perfecta intelligi possunt, quæ semel habita nunquam amittitur. Exordia verò charitatis enutriuntur ut crescant, & conculcantur ut deficiant. Nemo enim repẽtè fit summus: sed in bona conuersatione, quæ sine charitate nulla est, à minimis q̃sque inchoat, ut ad magna perueniat. Sũt itaq; gradus* [l], *nõ solùm inter virtutem* [m] *& virtutem, sed & in eadem virtute.*

Vnde Gregorius super Ezechielẽ scribit dicẽs: † [1]

tiorum vtrinque redactum: vt in medio, qui est inter duo vitia contraria, videtur quod summa virtus ibi constituta sit. Qui ergo illud medium seruare vult, summe virtuosus haberi debet. Sed in omnibus medium seruare vitra hominem est, ideoq; summe virtuosus nemo dicendus est. Ex præmissis sequitur, quod virtus in ascendendo non in infinitum protẽditur: cum vltra medium intentio non progrediatur: sed quia etiam extremorum vitiorũ nõ sunt termini, videtur quod medium eorum nihil sit, puta prodigalitas in infinitum protendi potest, similiter & sibi contraria auaritia: quare videtur, quod inter ista duo nihil sit medium determinatum. Præterea ex quo gradus sunt in virtute, videtur quod latitudinem habeant, et quod possint decrescere. sed tamen quod in infinitum possint decrescere, non videtur. nam sic haberetur, quod virtus alicuius ita parua esset, quod minor ea inueniri non possit. Præterea illud sciendum est, quod licet ita sit de omnibus alijs virtutibus, quod quælibet inter duo vitia contraria sit constituta, hoc tamen in charitate (quæ forma est aliarum virtutum) non habet locum: quia ei vnum solum vitium, scilicet odiũ opponitur. supra distinctione prima. capitu. omnis qui non diligit. Vnde accidit, quod in infinitum possit intẽdi in via. In patria autem puto quod maior charitas esse nõn possit, quàm sit supremi ordinis Angelorum.

Medium seruare difficile est.

Ioan.6.d

† Sois. xv.

m Inter virtutem. Improprie dicitur gradus esse inter vnam virtutem & aliam: cum in eadem linea intensionis non disponantur: sed sic ideo dicitur, quia vna virtus alia intensior inuenitur.

Cum

Universidad de Deusto Biblioteca

CAN. XV.

Cum sanctam ecclesiam dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur: quia eius gloria p illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascẽdendo proficit a, tãtum Deus hominibus ex eius virtute innotescit. De his quoq; gradibus beatus Iob loqtur dicẽs: Per singulos gradus meos pronuntiabo illum omnipotentem. Quippe dominum per singulos gradus suos pronuntiat, qui per incrementa virtutum, quæ accipit, ei sem per laudem suæ pietatis b reddit. Si quidem gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret: Ambulabunt de virtute in virtutẽ. Nec mirum, si de virtute in virtutem gradus sunt, quando ipsa vnaquæque virtus c quasi quibusdam gradibus augetur, & sic per incremẽta meritorum ad summa perducitur. Alia nanque sunt exordia virtutis, aliud virtutis profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad pfectionem suam non quibusdã gradibus duceretur, sancti Apostoli minime dixissent: Auge nobis fidẽ. & quidam d venit ad dominum, qui curari filium suum voluit: sed requisitus an crederet, respondit: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Pensate rogo, quòd dicitur. Si credebat, cur incredulitatem e dicebat? si verò incredulitatem se habere nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultã inspirationẽ gratiæ, meritorum suorum gradibus fides crescit, vno eodemq́ue tempore is, q nondum pfectè crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. Hos nimirũ gradus Dominus sub messis nomine describit f dicens: Sic est regnũ Dei quẽadmodũ si iactet homo semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet, & crescat dũ nescit ille. Vltro enim terra fructificat primũ herbam, deinde spicam, deinde plenum frumẽtum in spica, & cùm ex se produxerint fructũ, statim mittit falcẽ, quoniam adest tempus messis g. Semẽ homo iactat in terram, cùm cordi suo bonam intentionem inserit: & postquã semen iactatum est in terram, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. nocte verò surgit ac die: quia inter aduersa h & prospera proficit. Et semen germinat & crescit, dum nescit ille: quia cũ adhuc metiri incrementa sua non valet, semel concepta virtus ad profectum ducitur, & vltro terra fructificat: quia præueniente se gratia mens hominis spontanea ad fructum boni operis surgit. Sed hæc eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad spicã verò herba i venit, cùm se virtus animo cõcepta ad profectũ boni operis protrahit. Plenum verò frumẽtum in spica fructificat, quando iam tantum virtus proficit, vt esse robusti & perfecti operis possit. sed cùm ex se produxerit fructũ, statim mittit falcem, quoniã adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu, falcem mittit, & messem suam desecat: quia cùm vnũquẽq; ad perfecta opera pduxerit, eius tpalem vitã per emissam sententiã incidit, vt granum suũ ad cælestia horrea perducat. Cùm igiẽ desi-

Cum sanctam. Casus. iste sic consueuit pon. Gregorius exponit illud verbum Ezechielis: & venit vir ad portam, quæ respiciebat ad orientem, & ascẽdit gradus eius. & dum exponeret introducit authoritatẽ Dauid, Deus in gradibus eius dignoscetur, cum suscipiet eam in principio ergo capituli ponit expositionem illius versus, Deus i gradibus, &c. Secundò probat, quod in virtutibus gradus inueniuntur per authoritatem Iob dicentis: Per singulos gradus &c. & Dauid dicẽtis: Et ambulabunt de virtute in virtutem, &c. Et per illud Apostolorum: Auge nobis fidẽ, &c. et per similitudinẽ Euangelij, de semẽte primo producente herbam, & deinde spicã, & postea granum. Semen est cogitatio, quæ herbã producit cum incipit operari. cum autem consummatur, spicam facit. cũ autem perseuerat, frumentum mittit in spicam. & eadem similitudo adaptatur in persona Petri. Tertio & vltimo exponit illud verbum Ezechilis, & venit vir, &c.

Iob 13.d — Psalm. 83. — Luc. 17.b — Marc. 9.d — Marc. 4.a

a Proficit. intensione virtutum.

b Pietatis. Et tanto largiora munera Deus tribuit, quãto per ea religionis suæ dignitatem viderit ampliari. arg. xxiii. q. iiij. c. sicut excellẽtiam. §. j. & dic laudem suæ pietatis. i. laudat Deũ de sua pietate 1.

1 Id est, quia per suam misericordiam facit eam crescere, secundum Hug.

c Virtus. Et vitium. j. ea. §. econtrario. & §. non est mirum.

d Et quidam. Vt habetur in Euangelio Matthæi.

e Incredulitatem. id est, modicam credulitatem: quia qui incipit credere, parum credit. arg. de consec. dist. ij. c. ga passus. & c. j. & ita hæc præpositio in, diminuit hic, non priuat.

Credit parum, q incipit credere.

f Describit. In Euangelio.

g Messis. hucusq fuerũt verba Euangelistæ.

h Inter aduersa. aliud in aduersis & prosperis: quia in aduersitate crescit. s. ea c. vnctio.

i Herba. si herba fuit, ergo charitatẽ habuit: sed quando negauit, mortaliter peccauit: ergo charitatem nõ habuit: ergo nec herba fuit: sed hoc debet referri ad tẽpus ante negationem. & ita distribuite tẽpora, &c. vt ij. q. j. cap. si peccauerit. Vnde versus: Petro peccãte, tunc non fuit herba, sed ante.

Petr9 quãdo peccauit, herba non fuit.

r Desperationis. q. d. nolo vos desperare de venia, sed ita locutus sum vt metu desperationis (qui plerunque retrahit à peccato) vos facerem cautiores.

Metus desperatiōis plerunque retrahit à peccato.

s Iustitiæ. Quia non est tam crudelis Deus, &c. s. ea. dist. non est.
t Exhibetis. Hic argum. q̄ loquitur de bonis exhibitis post peccatum.
v Necessitas. Arg. q̄ spado non meretur continendo, nec pauper parce viuendo cum ex necessitate hoc faciat. trigesimatertia, quæstione v. tunc saluabitur. s. vigesimatertia quæstio. iiij. Nabuchodonosor.

Pauper parce viuēdo nō meretur. Roma. 9. c

x Nec corona. Si Deus ad patrem nos tantum cogeret vnam, tunc nihil afferret gratia vel meritum. xxiij. q. vj. §. vlti. versus principium.

Versus 1. Corin. 3. Calx qualiter sumitur.

y Ad calcem. Id est, præmium bonorum operum, vel ad vitam æternam. Vel calcem, id est, finem: quia extrema pars hominis est calx.
z Incentiua. Id est, seminaria. Argumen. xv. q. j. non est quia de corde prodeunt malæ cogitationes, quas

damentum Christi ædificasse fœnum [a], ligna, stipulam, tunc supponit incendium [b]. Aedificemus ergo aurum & argentum, lapides pretiosos, & tentare non audebit quenquam. sed in hoc non sit secura [c] & certa possessio.

Psalm. 9.

Sedet q̄ pe leo in insidijs in occultis [d], vt interficiat innocentem:

Eccl. 27. a

& vasa figuli probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. & in alio loco scribitur:

Eccles. 2. a

Fili accedens [e] ad seruitutē Dei, præpara te ad tentationem.

Iacob. 1. d

Rursus idem [f] Iacobus ait: Estote factores verbi, & non auditores tantùm. Si quis est auditor verbi, & non factor, iste similis est viro, qui considerat [g] vultum natiuitatis suæ in speculo. considerauit illum, & recedens statim oblitus est qualis fuerit.

Ioann. 8. a

Frustra monuit vt iungerentur opera fidei, si post baptisma peccare non poterant.

Iacob. 2. b

Qui totam (inquit) legem seruauerit, & peccauerit in vno, factus est reus [h] omnium. Quis vestrum sine peccato [i] est? Conclusit Deus omnia [k] sub delicto vt omnibus misereatur.

2. Pet. 2. b

Petrus quoque inquit: Nouit De⁹ pios de tentatione [l] eripere.

Ibidem.

& de falsis doctoribus, Hi sunt [m] fontes [n] sine aqua: & nebulæ [o] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Superbia [p] enim vanitatis loquentes pelliciunt [q] in desiderijs carnis luxuriæ eos qui paululū effugerāt [r], & ad errores reuersi sūt. Nónne tibi videtur pinxisse [s] sermo Apostolicus nouam imperitiæ factionem [t]? Aperiunt enim quasi fontes scientiæ: quia cùm aquā non habeant doctrinarum, promittunt imbrem velut nubes propheticæ, ad quas [v] perueniat veritas Dei, et turbinib⁹ [x] exagitantur dæmonum, atque vitiorum loquuntur grandia, & totus sermo eorum superbia est (immundus [y] est autem apud dominum omnis, qui exaltat cor suum) vt qui paululum [z] refugerant à peccatis, ad suū reuertantur errorem: & suadent in luxuria ciborum, carnisque delicijs. Quis enim non libenter audiat, Manducemus & bibamus, & in æternum regnabimus? Et sapientes & prudentes prauos vocant [a]: eos verò qui dulces sunt in sermonibus, plus audiunt. Ioannes apostolus, imò in Ioanne saluator scribens [b] angelo ecclesiæ Ephesi: Scio (inquit) opera tua, & laborem & patiētiam tuam, & quæ sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti [c]: sed habeo [d] aduersum te pauca, quòd charitatem tuā primam reliquisti, memor [e] esto, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima [f] opera tua fac. Sin autem venio [g] tibi, & mouebo candelabrum [h] tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Similiter cæteras ecclesias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardos, Philadelphiam, Laodiciam ad pœnitentiam prouocat: & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur: & in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinauerunt [i]

Esai. 22. d

1. Cor. 15. d

Apoc. 2. a

Apoc. 3. a

quas diabol⁹ ad cōsensum & opus perducit: vt s. ead. inter hæc sciendum. & capitu. sicut.
a Fœnum, ligna, stipulam. venialia scilicet leuia, grauia, grauissima: vt xxv. dist. ca. vnum. §. criminis.
b Incendium. delectationis, consensus & operis.
c Secura. Nō enim est quis tam perfectus qn cadere possit, & hoc etiam ostendit dicens, Sedet, &c.
d In occultis. id est, in ambiguis. vnde non facile intelligitur, quid sit appetendum, vel quid non.
e Fili accedēs. Extra de renun. nisi.
f Idem. id est, eandem sententiam, nō idē nominatiue, scilicet quod post baptismū possit quis peccare, vel nō possit.
g Considerat vultum. Non rem sed vmbram solam videns.
h Reus. Hoc exponitur. j. distin. v. ca. consideret.
i Sine peccato. saltem originali.
k Omnia. id est, omnes homines.
l De tētatione. nō quod non tentetur, sed ne tētationi succumbant: vel si succumbant, eos liberat & releuat.
m Hi sunt. falsi doctores.
n Fontes. Non lauantes, sed coinquinantes. s. ij. q. vij. secuti sunt.
o Et nebulæ. dæmonum. & dicūtur nebulæ, quasi alios obscurantes. xxxvij. dist. §. vlti.
p Superbia. id est, superba vanitate loquentes.
q Pelliciūt. Id est alliciūt & decipiūt. Vnde Augustin⁹ super epistolam secundam Petri. Pellices dicūtur meretrices, à pollutione, vel à pellis formositate qua incautos alliciunt & decipiunt. Pelliciunt ergo hæretici animas instabiles, variorum dogmatum erroneis sectis, quasi constuprātes luxibus subdendo.

Pellices vnde dicūtur.

2. Petri a.

r Effugerant. Id est, recesserant à peccato per pœnitentiam.
s Pinxisse. id est, distinxisse, vel denotasse, vel descripsisse.
t Factionem. id est, nouam hæreticā inuentionem.
v Ad quas. id est, quasi ad eas.
x Et turbinibus. s. ij. quæstione vij. secuti.
y Immundus. Interpositio est, & debet subiungi, ideo grandia loquuntur, vt qui, &c.
z Paululum. causam reddidit, quare dixit, loquuntur grandia.
a Vocant. Illi qui istorum doctrinam recipiunt.
b Scribens angelo: id est, prælato.
c Defecisti. Finaliter. alias contra est, quod sequitur, quod charitatem, & cætera.
d Sed habeo. hoc corrigendo dicit.
e Memor. s. distinctio. 50. domino sancto.
f Et prima. id est, similia primis.
g Venio tibi. id est, ad detrimentum tuum.
h Candelabrum. id est, cathedram, vel sedem, vel dignitatem.

Candelabrum qualiter sumitur.

i Qui non coinquina

vestimenta sua, & ambulaturi [a] sunt cum eo in albis: quia digni sunt. Cui autem [b] scribit: Memento vnde cecideris: & ecce missurus est ex vobis diabolus in carcerem vt tentemini: & scio vbi [c] habitas, vbi sedes est Satanæ: & in mente habe qualiter acceperis & audieris, & serua, & pœnitentiam age, & reliqua? Vtique ei dicit: qui crediderit, & baptizatus fuerit: & stans quondam, corruit per delictum. Paulisper de veteri testamento exempla distuleram, quia solent [d] vbicunque contra eos [e] faciunt, dicere: Lex & prophetæ vsque [f] ad Ioannem prophetauerunt. Cæterum quis ignorat sub alia dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo ante Abraham [g] placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate. Seruiuit ille legi & tempori suo: seruiamus & nos Euangelio & tempori nostro, in quos fines seculorum deuenerunt. Dauid electus secundum cor Domini, qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam psalmo dixerat: Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Deo sperans, non infirmabor. Proba me domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum. Postea tentatus à Diabolo, & post peccata pœnitens loquitur, dicens: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnum peccatum, magna vult deleri misericordia. Salomon amabilis Domino, & cui Deus bis [h] fuerat reuelatus, quia amator [i] mulierum fuerat, à Dei amore discessit. Manassen [k] impijssimum regem post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber dierum [l] restitutum refert, & Iosias vir sanctus in campo Mageddo ab Aegyptio [m] rege [n] confoditur. Iesus quoque filius Iosedech [o] sacerdos magnus quanquam in typo præcesserit saluatoris, qui peccata nostra portauit, & alienigenam sibi ex gentibus copulauit ecclesiam, tamen secundum literam post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus [p] à dextris eius, & candida illi deinceps vestimenta redduntur. Superfluum est de Moyse & Aaron scribere, qui ad aquam contradictionis offenderunt Deum: & terram repromissionis non intrauerunt: cùm beatus Iob angelos [q] quoque & omnem creaturam peccare posse commemorat dicens: Quid enim? nunquid homo mundus est coram Deo [r], aut ab operibus suis sine macula viuit vir? Si contra seruos [s] suos non credit, & aduersus angelos suos prauum quid reperit: quantò [t] magis habitantes in domibus luteis: de quibus [v] enim & nos ex eodem luto sumus. Tentatio [x] † est vita hominis super terram. De cælo etiam cecidit Lucifer, qui mittebatur [y]

Apoc.2.a — Mat.10.b — Salomoni bis fuit Deus reuelatus. — Gene.15.b — 1 iij c.iiij. — 1.Cor.10.c — Psalm.25. — Pharao regem Medorum oppugnauit. — Psalm.50. — 2.Re.12. § — 2.Para.33. — Zacha.3. — Num.20. — Iob 4.d — Iob 7.a — Iob 15.b — Esaia 14.

quinauerunt. id est, qui non peccauerunt.
a Et ambulaturi. Resume, pauci sunt qui, &c.
b Cui autem. Suspenditur constructio vsque illuc, vtique.
c Et scio vbi. Scilicet in peccatis.
d Quia solent. Falsi doctores hæretici.
e Contra eos. Scilicet falsos doctores.
f Vsque ad Ioannem. quasi dicant, post Ioannem non habent locum: sed mentiuntur, quia illud verum est in ceremonialibus.
g Abraham. Ecce alia dispensatio olim alia nunc: quia licet altera dispensatio nunc, & altera olim, tamen quantum ad merita hominum bona vel mala, & quantum ad posse peccare post charitatem, idem fuit olim quod nunc. & ideo exempla veteris testamenti, recte inducere possum.
h Bis. Prima vice in Gabaon quando sacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donum scientiæ: vt habetur in libro Regum [l]. alia vice non legitur reuelatus, ei specialiter, nisi quando composuit cantica canticorum. xxxvj. distinct. ca. qui ecclesiasticis. §. ecce.
i Quia amator. Supra xxxij. quæstione quarta. Salomon.
k Manassen. supra prima quæstio. vij. si quis omnem. iste fuit filius Ezechiæ.
l Liber dierum. Scilicet Paralipomenon, in quo agitur de computatione dierum & annorum regum Israel.
m Ab Aegyptio. Scilicet Pharaone. cum enim Pharao vellet ire contra regem Medorum, primo aggressus est regem Adremon, qui regnabat tunc in Carchamis. Descendit ergo rex Iosias Iudææ in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudæam. & misit Pharao ad eum, dicens: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduersum te venio: ad Euphratem propero. misit me Deus ad Medos. sine me, ne Deus qui mecum est, interficiat te. non acquieuit Iosias, sed cum rege Adremon componebat acies suas vt dimicaret aduersus Pharaonem: & forsitan dum transiret à curru in currum qui sequebatur eum more regio, occisus est à sagittarijs in campis Mageddo.
n Rege. Pharaone.
o Filius Iosedech. Supra distinct. 50. Iesus.
p Diabolus. id est vxor sua.
q Angelos. quo ad naturam eorum, nisi essent confirmati per gratiam. vnde Plato in Timæo, Dij deorum quorum opifex paterque ego, natura quidem dissolubiles, me autem sic volente indissolubiles.
r Coram Deo. id est, comparatione domini. H.
s Si contra seruos. scilicet Moysen & Aaron, de quibus præmisit. Hug.
t Quanto. Supra viij. quæstione j. si ergo.
v De quibus. id est, de numero quorum [1].
x Tentatio est vita hominis. Id est, dum viuit homo tentatur.
y Qui mittebatur. Id est, missurus erat minores angelos.
1 Sub. prauum quid reperit aduersus habitantes, &c. secundum Hug.
† Alter tex. habet militia.

ad vniuersas nationes: et ille qui in paradiso deliciarum, inter duodecim [a] nutritus est lapides, vulneratus a morte domini [b], ad inferna [c] descendit. Vnde & Saluator in Euangelio: Videbam (inquit) Satanam quasi fulgur de cælo cadentem. Si altissima illa sublimitas [d] cecidit, quis cadere non possit? si in cælo ruina, quantò magis in terra est? Et tamen cum ceciderit Lucifer, imò post casum coluber antiquus: virtus eius in lumbis eius [e] est: & potestas eius super vmbilicum [f] ventris eius. obumbrantur [g] in eo arbores magnæ [h], & dormit iuxta iuncum [i], et calamum & caricem. Ipse est rex omnium, quæ in aquis sunt [k]: vbi scilicet volupras & luxuria, & propago, & irritatio nuptiarum [l]. & infra. Transiuimus ad secundam partitionem, in qua negat eos qui tota fide baptismum consecuti sunt, deinde posse peccare: & docuimus, quòd ex præcepto [m] Dei omnis creatura sub vitio sit, non quod vniuersi peccauerint, sed quod peccare possint: & similium ruina, stantium [n] metus sit [o].

Euidenter [p] itaq; ex præmissis apparet nonullos charitatem habere, quam postea criminaliter delinquendo amittunt. Quòd si quis contendat non de uirtute, sed de uirtutis opere, debere intelligi: deliberet quid respondeat de innocentia Adæ, de iustitia Moysi, Dauid, & cæterorum, qui plena fide ad baptisma accedentes, licet postea prolapsi sunt, tamen cælestia dona degustant, & spiritus sancti fiunt participes: ut non solum ante humanos, uerum etiam ante Dei oculos ex aqua & spiritu sancto inueniantur renati: qui si charitatem Dei non haberent, ante Dei oculos aqua tantum regenerarentur, non spiritu sancto. Opera enim seu sacramentorum participatio, nisi ex charitate procedant, apud Deum nec iustitiam nec innocentiam præstant. Si enim (inquit Apostolus) habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. [q] Sed quia de prædestinatis ad uitam à nonnullis conceditur, quòd charitatem amittant, & amissam recuperent: de reprobis etiam dicendum est, an ipsi charitatem habeant, qua amissa, postea damnentur.

De his ita scribit Augustinus in lib. de correctione & gratia. †

CAN. XLII.

Apostolus sciens nonnullos diligere Deum, & in eo modo vsque in finem non perseuerare, mox addidit [x], ijs

Gloss. similis in l. fructuo legato. §.1. & de le. — Ezechie. xviij.c — Diabolus morte Christi est in inferno religatus. — Lucæ 10.c — Iob 45.b — Luxuriæ sedes vbi sit. — Hypocritæ sunt iuncis similes. — 1.Cor.13.a Charitas semel habita potest amitti. — † cap.9.

los, si stetissent sicut modo faciunt Angeli boni. H.
a Inter duodecim. Iuxta illud: Omnis lapis pretiosus, operimentum tuum. §. ead. principium. ibi tamen non habetur nisi de nouem lapidibus.
b A morte domini. Id est, per mortem domini [l] qui diabolo, mundi potestatem ademit. vel Amore Dei, quem amisit.
c Ad inferna. Hic dicitur quod morte Christi diabolus est religatus in inferno, & erit ibi ligatus vsque ad tempus antichristi, & tunc soluetur non à pœnis, sed à vinculis, vt exerceat vires suas in malos.
d Sublimitas. Id est, Lucifer.
e In lumbis eius. Quo ad tentationem virorum in quibus (vt dicitur) sedes luxuriæ est in lumbis.
f Vmbilicum. Quo ad tentationem fœminarum in quarum vmbilico dicitur esse sedes luxuriæ. Vnde Augu. super per eundem locum, semen coitus viris inesse lumbis, fœminis in vmbilico perhibetur. quia ergo diabolus vtrique sexui per luxuriam dominatur, ad viros loquens conuenienter dixit: Virtus eius in lumbis, &c. Propheta etiam sub specie fœminæ petulantiam Iudæi increpans ait: In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.
g Obumbrantur. per ipsum.
h Arbores magnæ. Id est, qui magni videntur: vt sunt hypocritæ.
i Iuxta iuncum. Id est, hypocritas, qui merito designantur per ista, cum exterius aliquid videantur, & interius sint vani, vt illa, per iuncum enim qui est sine nodo exterius, interius autem substantia caret, hypocritæ designantur. Per calamum exterius splendentem et fragilem, sed interim vacuum, designantur seculares, mundanæ gloriæ dediti, & eius splendori, quæ cito transeunt. Per caricem crescentem in locis palustribus, & per manum tangentis vulnerantem, curiositas temporalium designatur, quæ in affluentia nutritur & crescit, & animum pungit.
k Quæ in aquis sunt. i. in fluxu rerum labentium.
l Nuptiarum. Saturandæ causa libidinis contractarum. secus si causa prolis. xxxiij. quæ. iiij. vir cum propria.
m Ex præcepto Dei, id est, secundum præceptum, id est, authoritatem diuinæ scripturæ. Alij corrigunt hoc & dicunt excepto Deo, & bene.
n Stantium. Id est, stantes timeant, ne scilicet simili cadant ruina.
o Metus sit. Id est, debeat esse.
p Euidenter. Ex prolixe allegatis, concludit Gratianus charitatem semel habitam, amitti posse. quod non solum de operibus charitatis, sed de ipsa charitate verum ostendit esse, adijciens hoc non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos posse contingere. Ad quod authoritatem inducit vsque ad illum locum, item illud Euangelij. vbi in contrarium authoritates inducit duas, videlicet quod reprobi non habent charitatem, sed eas de hypocritis intelligendas esse probat authoritate Grego.
q Prodest. Ad regnum cælorum obtinendum: vt dist. iij. §. penul. & ca. si quis autem.
r Apostolus. Mox addidit. In epistola ad Romanos vbi dicitur. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. §. ea. talibus.
x Mox addidit. i. post

Universidad de Deusto
Biblioteca

postquam dixerat, scimus quoniã diti gentibus Deũ, &c.

a Non accepi. Perseuerantiam in charitate, & in bonis operibus.

b Propter secreti. i. propter secretam hanc dispositionẽ Dei, quæ vtilis est. alias enim est hic vtilitatem.

a Quare Deus dat perseuerãtiã quibusdam in bono & quibusdã nõ. hoc enim ignoratur j dist. 4. §. verum. & c. si ex bono. secundum Hug.

c Similia. Dicit in eodem idem Augustinus.

d In Euangelio. Supple, sumit idem Augustinus ista ex empla.

e Irandum. Item illud Euangelij non qui incipit, quia hęc auctoritas Euangelij & sequens Gregorij videntur innuere, quod reprobi futuri, charitatẽ non habeant: eas ponit Gratianus, & postea soluit.

Versus f Viti. His dici potest Cœpisti melius quã desinis, vltima primis cedunt, dissimiles hic vir & ille puer.

Illud autem. Hæc est v. pars distinct. in qua magister loquitur de hypocritis qui aurum videntur coram populo, sed covã Deo stercus. & hoc probat Gra. per capit. seq. Io. de Fant.

Matt. 10. c

f Qui seduci. Hæc est rota præcurrens Gratia, vult enim determinare capitulum Gregorij & statim sequitur j. quæst. 1. ead. citius ad hoc.

g Vt Leuiathan. Quasi dicat vel per propriã suggestionem, siue per malum hominem & damnatũ quem diabolus repleuit malitia, siue per suggestionis ministrum.

h Replet. Tristitia.

† cap. 35. li. 8. super Iob.

i Aurum. pro sapientia ponitur aurum. j. eadem distinctio. principium. et ita aliter quàm hic sumitur.

Aurum pro sapientia ponitur.

qui secundum propositum vocati sunt sancti, &c. Idem in eodem. An adhuc iste nolens corrigi, poterit dicere: Quid ego feci, quod non accepi? k quem non constat accepisse, & sua culpa quod acceperat amisisse. Possum (inquit) possum omnino, quando me arguis, dicere q̃ ex bona vita in malam, mea voluntate relapsus sum. adhuc quid ego feci quod nõ accepi? accepi enim fidem quæ per dilectionem operatur, sed in illa vsque in finem perseuerantiã non accepi. In eodem. In bono illos volebam procul dubio manere. erant vtique in bono, sed in eo nõ permanserũt. In eodem. Propter huius vtilitatẽ secreti b credendum est quosdam de filijs perditionis non accepto dono perseuerandi vsq; in finẽ in fide, quæ per dilectionem operatur, incipere viuere, & postea cadere, &c. Multa similia c de reprobis in Euangelio d etiam, Qui perseuerauerit vsque in finem, &c. in eodem. Iterum homo iste incipit, &c.

Idem in eodem.

CAN. XLIII.

Irandum est quare Deus quibusdã filijs perditionis det fidẽ operantem per dilectionem, nec det in ea perseuerantiam. Item illud Euangelij: Non qui incipit e, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Item Gregorius. †

CAN. XLIIII.

Viti f bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt.

Non autem bene incipit, qui nunquam ex charitate aliquid operatur. quòd si ex charitate aliquando aliquid agit, & charitatem aliquando in ipso necesse est esse.

§ Illud autem Gregor. Qui seduci g quandoque, non reuersuri possunt, &c. non de omnibus generaliter reprobis, sed de hypocritis specialiter intelligẽdum est: quod ex verbis eiusdem euidenter datur intelligi. Cùm enim quæstionem proponeret, cur misericors Deus ista fieri permittat, vt Leuiathan h seu nunc per suggestiones callidas, siue tunc per damnatum illum quem replet i hominẽ: vel Solis sibi radios, id est, doctos quosque sapientésque subijciat: vel aurũ k: hoc est viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi vitijs coinquinando substernat: mox in eiusdem quæstionis solutione supponit dicens: †

CAN. XLV.

Citius l ad hoc respõdemus, quia aurum quod prauis eius suasionibus, quasi lutum sterni potuit, aurum ante Dei oculos, nunquam fuit. qui enim q̃andoq; non reuersuri possunt, quasi habitam sanctitatem, ante oculos hominũ videntur amittere. m, sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpe nanque homo multis occultè peccatis inuoluitur, & in vna aliqua virtute magnus videtur: quæ ipsa quoque virtus n inanescens deficit: quia dum innotescit o hominibus proculdubio laudatur, eiúsque fauor inhiantes

† Citius. ead. SVS. Exponit Greg. in cane ista illa verba Iob super illo, Sub ipso erunt radij Solis, & sternet sibi aurũ quasi lutum. Primò ergo dicit, quod per aurum designatur hypocrita: qui quasi deauratus sunt, cum in superficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundò dicit, quod huiusmodi hypocrisis detegitur in hac vita, quãdoque ante finem, quandoque in fine, quandoque nunquam: & cum detegitur, tunc aurum quasi lutum sternitur. Vltimò dicit quam vtilitatẽ consequantur prædestinati, siue huiusmodi hypocritæ faciãt bona, siue publicè cadãt in peccatum, nam per bonã operationem inuitant perseueraturos ad bonum operãdum, per casum reddunt bonos cautiores.

† Scilicet Gregori. libr. 34. ad 41. c. Iob. c. 9. C. M.

l Id est, quæ sunt de genere bonorum. Per.

Via paradisi est arcta.

a Inferni. ab à quod est sine, & ver Archi.

cap. x. immediate sequenti die. ix. continuando verba Gregorij, vsque ad verf. quod vero reprobo. C. Ap.

a Appetitur. ab aliis.

b Virtus. putatiua.

c Etiam ante homines. id est, in conspectu hominum.

d Curauit. ff. ead. distin. vers. ff. item. §. penul. secundum Augustinum.

e Per aliquid. Id est, quanteum ad aliquid scilicet ad bona opera l.

f Operæ pretium. id est, vtile credim⁹ st aperiam⁹ quomodo de istis disponit ad vtilitatem aliorum, & hoc est, sæpe enim, &c.

g Ordinis. id est, intellectus tropologici.

h Angustam. Arcta enim est via, quæ ducit ad vitam. Vnde Vergilius, Facilis descensus auerni, Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est: pauci, quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus, Dijs geniti potuere. xij. q. j. omnis ætas.

i Exẽplo. Hi sunt quibus sempiternam vitã proximos mẽdacio suo opitulante deducũt: vt xxij. quæstio. ij. primum. Ex hoc ergo colligere ex quo sensu illud accipiatur.

k Articulo. Id est, impedimento.

l Lapsum. Felix quem faciunt aliena pericula cautũ. v. xxvij. quæstione j. capitu. j. j. de consecratio. distinct. j. hi duo. & dicit Seneca: Ruina præcedẽtium solet esse documẽtum sequentium. facit ad hoc. ff. ead. si enim. in fi.

m Quod vero. Solui Gratian⁹ authoritatem inductam. ff. ead. distinct. cum ergo. cap. charitas. ad hoc quod charitas amitti non possit. & hac occasiõe diabolum in charitate creatum esse ostendit, & de Luciferi excellentia multa subiungit.

n Negantur. Supra ead. capit. quia radix. §. cum ergo. & §. ego sum. & ca. charitas.

o Vnde in Euangelio Matthæi vigesimoseptimo.

Donum

appetitur a; vnde fit, vt ipsa virtus b ante Dei oculos virtus nõ sit, dum abscondit quod displicet Deo, & prodit quod placet. quæ itaque merita apud Deũ esse possunt, quando & mala occulta sunt, & bona publica? c Plerunque enim (sicut diximus) latet superbia, & castitas innotescit. Atque ideo diu ostensa charitas circa finem vitæ perditur: quia cooperta superbia vsque in finem incorrecta retinetur. Alius eleemosynis vacat, propria distribuit, sed tamen multis iniustitijs deseruit, vel fortè linguam in detractionibus exercet: & sit plerunque, vt is, qui misericors fuerat, iuxta vitæ suæ terminum rapacitatis & crudelitatis stimulis inardescat: quod valde iusto Dei iudicio agitur: vt perdat etiam d ante homines, vnde hominibus placuit, qa hoc vnde Deo displicuit, corrigere nunquam curauit d. Alius patientiæ studet, sed inuidere alijs, & seruare malitiam in corde non cauet: sit quandoque impatiens, quia diu latuit dolens. Hi itaque & per aliquid e aurum sunt, & per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis peccatis exigẽtibus etiam virtus, quæ publicè claruerat, dissipatur. Sed operæ pretium f credimus, si in his virtutem superni ordinis g subtilius pendamus. † Sæpe enim omnipotens Deus occulta quorundam malа diu tolerat, vt aperta eorum bona electorum suorum vsibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes, non perseueraturi angustum iter arripiunt, sed ad quærendam angustam h viam exemplo i suo eos qui perseueraturi sunt accendunt. Vnde plerunque contingit, vt ipsum hoc quod bene videntur viuere, non sibi, sed potius solis electis viuant, dum exemplis suis ad bene viuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. sæpe enim quosdam videmus viam ingredi, ad locum propositum festinare: quos alij quia euntes conspiciunt sequuntur, eundemque locum pariter appetunt: sed fit plerunque vt irruente aliquo implicationis articulo k, post se redeant qui præibant, & ij ad locum perueniant, qui sequebantur. ita nimirum sunt illi, qui non perseuerant, & viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non perseueraturi inchoant, vt eis qui peruenturi sunt, qua gradiantur ostendãt: quorum etiam casus, vtilitate non modica electorum proiectibus seruit: quia ipsorum lapsum l dum conspiciunt, de suo statu contremiscunt: & ruina quæ illos damnat, istos humiliat. addiscunt enim in superni adiutorij protectione confidere, dum plerosque conspiciunt de suis virtutibus † præsumentes cecidisse: quando ergo videntur bene agere reprobi, quasi planum iter electis sequentibus demonstrant. quando verò in lapsum neq̃tiæ corruunt, electis post se pergentibus, quasi cauendam superbiæ foueam ostendunt.

† Attiar. virtus.

Quòd verò m reprobi negantur n comedere panem, qui de cælo descendit vel bibere aquam viuam, non sic accipiendum est, vt a charitate penitus credantur alieni, sed vt in charitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim bibere vel manducare, atque aliud degustare.

Vnde in Euangelio o de Christo legitur: Et cùm gustasset, noluit bibere. Bibit ergo aquam viuam, & manducat panem, qui de cælo de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Donum cæleste. Id est, doctrinā Euāgelicam.
b Ad pœnitentiā. Per baptismū. hoc est expositum. s. ea. sī enim.
c In veritate. supra Hebre. 6. a xvj. quæstione ij. vi sis. contra.
d In veritate. Id est, in charitate 1, quod hoc dicit allegando.
1 Scilicet informata, vel in veritate gratuitorū, in qua creat' est sicut omnes angeli, secundū H.
e Differentia. quod alij sunt boni, & alij sunt mali.
f Pœnam. æternā: quod nunquam faciet. argu. s. xj. q. iij. illud plane.
g Quod creando. Non enim debet punire quod ipse approbauit: vt xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. ff. ad leg. Iul. de adulter. si vxor. in fine.
h Ex traduce. Quia Angeli non fuerūt ex traduce angeli non fuerunt ex traduce, id est, ex præexcenti materia: sicut nec anima. s. xxxij. quæstio. ij. Moyses.
i Suo vitio. Sed Malū vnde prouenit. vnde fuit primo motus Angeli ad malum? Dic quod ex libero arbitrio. Sed in libero arbitrio non fuit malum. vnde ergo puenit malum? Dicas quod in libero arbitrio fuit quædam libertas, & ex illa libertate cecidit in malum. hæc est difficillima quæstio 2.
k Similis. Cum angel' statim fuit post creationē capax ratiōis, sed homo nō, donec sit adultus.
Moysen. In Genesi, circa principiū.
m Vacuum. s. xvj. q. j visis. cōtra vbi dicit; quod charitatem nequiuit habere in cælo. Sed forte dicit non habuisse, quia non persecuerauit: quia non dicitur factum nisi duret factum: vt s. eadē. distinc. j. cogitatio. & 50. distinc. diuorsium. Sed forte nunquam habuit charitatem: vt dicitur in

fœndit, qui in charitate radicem figit. Degustat, qui ea aliquatenus cōmunicat: à qua postea delinquendo recedit. de quibus Apostolus dicit: Impossibile est eos, q semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cæleste[a], & post hæc omnia, plapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam[b]. Hinc etiam diabolus in veritate[c] stetisse, non in ea creatus esse negatur: fuit enim in veritate conditus: sed dū de se superbiendo præsumpserat, alienus ab ea factus est. In veritate[d] autē quomodo esse creatus perhibetur, si sine dilectione sui conditoris creatus esse probat'? Aut quomodo bonus à Deo conditus asseritur, si nihil diuinæ dilectionis in sui creatione exceperit? Quomodo autē superbiæ motus sine vitio extitit, si cōditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par siue excellentior cęteris creatus dicitur, si nōnullis eorum in amore Dei conditis, hic ab eius dilectiōe vacuus factus est? Vnde autem hæc differentia[e] inter bonos & malos angelos, pcessit? Si ex creāte, iniustus videt' Deus, qui ante peccatū[f] infert pœnam: vel qui hoc punit, quod creando[g] infudit? Si autem non ex creante, cùm non ex traduce[h], resta. vt ex propriæ libertatis arbitrio vitium superbiæ in Angelicam naturā processerit. Bona ergo condita est, quæ suo vitio[i] à bono in malum commutata est. Sed quomodo bona esse potuit, si dilectione penitus caruit? neque enim Angelus nobis similis[k] factus est, quos vsque ad certum tempus ætatis ifirmitas grauat, vt neque virtus, neque vitium vllum locum in nobis obtineat. Accepit ergo dilectionē in sui creatione, sicut & cæteri, de quibus dicitur: Angelicæ virtutes quæ in Dei amore perstiterunt. non ait, quę diligere Deum cœperunt, sed quæ in eius amore perstiterūt, quæ ex creatione diligere cœperant: vt principiū diuinæ dilectionis omnibus creditur esse cōmune: perseuerantia verò eorum tantummodo intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerūt: vt cōfirmati vlterius cadere non possent, & hoc de se certissimè scirent. Vnde bene apud Moysen[l] prius cælum, deinde firmamētum factum esse dicitur: quia nimirū angelica natura prius qualiter subtilis in superioribus est condita, postea in persistentibus in amore sui conditoris mirabiliter est confirmata. Hinc etiam Gregorius in Moralibus, mulea de perfectione angelicæ creationis replicās, charitate negat repletū, non ea penitus vacuū[m] asserit: quasi penitus ea ruisset, nūquam ea quæ de eius excellentia dicūtur, conuenienter de eo intelligi possent.

CAN. XLVI.

PRincipium[n] enim (inquit beatus Gregorius[†]) viarum[o] Dei Beemoth[p] dicitur: quia nimirum cùm cuncta creans cōtraria. Vnde magister hoc dicit allegando: & secūdum hoc, omnia contraria intelliguntur nō de charitate quā nō habuit, sed quam habiturus esset si stetisset.

Principium. CASVS.

Hoc capi. est Gregorij vsque ad sequentem §. charitas. Sed interponit sæpe verba Iob, vel Ezechielis, vt ea exponat. Intendit ergo Gregorius in hoc capi. multum cōmendare Luciferum, ostendendo eius perfectionem, dignitatem & excellentiam, quam in charitate & in aliis gratuitis donis & naturalibus habuit ante lapsum, & hoc facit inducendo authoritatem ex verbis Iob & Ezechielis. Inquit, verbum est Gratiani, & primo exponit verba Iob, ipse enim est principium viarum Dei, &c. prophetæ scilicet Ezechiel. Quis nanque, verba sunt Gregorij. Aurum, verba Gregorij. In munere, id est, in adiumento Dei. insinuat, scilicet Iob.

n Principium. Id est, præcipuū opus, inter prima opera Dei, vel primus & dignior inter alios angelos, quorū ministerio paratur & patet via ad Deum.
o Viarum. id est, operum. sicut enim in via cōtinetur vestigium itineratis, sic in qualibet creatura est via qua quis ducit ad intelligendum potētiam Dei.
p Beemoth. id est, diabolus. Beemoth interpretatur animal immundū: quia diabolus ppter superbiam à cæleſti beatitudine tanq̄ immundum animal alienus factus est[1].

Genes. 1. a

Iob 40. c. 42. 140. Libr. j. 2. ca. 40. c. Iob. C. M. Beemoth qualiter interpretatur.

Isaiæ 2. c. & 14. d
1 Vel potest dici animal per effectū: quia homines, quos peccare facit nō homines, sed animalia dicūtur. Archi.

a Primum. Id est, præcipuum. Non enim prius creauit hunc quàm alios. alias in Salomone contratibi, qui vult in æternū creauit omnia simul.
b Quid. ȳ ba Gregorij exponēs ipsę dictam authoritatem Ezechielis.
c Habuit. Lucifer.
d Venia. cū enim plus potestatis & pulchritudinis ei cō missum fuerat, ideo magis diligi præsumebatur. argu. s. ij. quæst. v. c. quanto. et infra distin. iij. c. quāuis. §. quod autem et cap septies. ideo j; tanto magis obsequi tenebatur, & plus puniri debuit, cùm nō fuerit obsecutus. argu. C. de conduc. & procur. l. conductores. in fi. li b. xj. & graviora facit delicta, & cætera. vt xj. q. iij. c. præcipue. xl. dist. homo Christianus. j. ead. dist. v. c. considerēt. s. eadē dist. j. §. ex his itaque. s. xxiij. q. iiij. qui peccat.
e Tu signaculū. Dicitur signaculū propter virtutes expressas quas recepit à domino.
f Plenus. i. plenā sciētiam habens, & perfectionem decoris & charitatis.
g Primo verbo. Hoc scilicet signaculum.
h Quo. id est, in quantum subtilior est natura, id est, diuinæ naturæ capacior ratione & intellectu.
i Eo. id est, in tantum.
k Similitudo dei. Id est gratia & dilectio, quę erat deo similis in illum.

Deus præmisit plus diligere illos, quibus plus perfectionis contribuit.

Ezec. 28. c.

gnaculum Dei similitudinis fuit? de sigillo quippe annuli, talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodē essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinē Dei creatus sit, Angelo tamen quasi aliquid maius tribuens, nō cum ad similitudinē Dei conditū sed ipsum signaculum similitudinis Dei dicit: vt quo[h] subtilior est natura, eò[i] in illum plenius similitudo[k] Dei credatur expressa. Hinc est, quòd primatus eius potētiā adhuc insinuans, idem propheta[l] subiungit[†]: Omnis lapis[m] pretiosus[n] operimentū tuum[o], sardius[p], topasius, iaspis, chrysolitus, onyx, berillus, carbunculus, smaragdus, & sapphirus. Nouem dixit genera lapidum: quia nimirum ordines Angelorum sunt nouem. Nam cùm per sacra eloquia Angeli, Archangeli, throni, dominatiōes, virtutes, principatus, & potestates, cherubim & seraphim aperta narratione memorantur, supernorum ciuium, quantæ sint distinctiones[q] ostenditur, quibus tamen Beemoth iste, opertus fuisse describitur: quia eos quasi vestem ad ornamentum suum habuit. Quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum comparation clarior fuit, de cuius descriptione adhuc subiungit, Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt. Aurum opus extitit decoris eius: quia sapientiæ claritate canduit, quam bene creatus accepit: foramina verò idcirco in lapidibus fiunt, vt vinculati auro[r], in ornamenti compositione iungātur, & nequaquam à se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huiusmodi ergo lapides, in die conditionis suæ foramina præparata sunt: quia videlicet capax charitatis est conditus, quasi repleri voluisset: Angelis stantibus tanquam positis in regis orna

Ezec. 28. d

l Propheta. scilicet Ezechiel.
m Omnis lapis. id est, omnis alius angelus.
n Pretiosus, id est, pulcher decore virtutum fuit.
o Operimentum tuū. id est, inferior eo, sicut vestimentum est inferius & indignius se induēte, vel ornabat eū, sicut vestimentum ornat aliquem.
p Sardius. Hos etiam lapides enumerat lex. ff. de publi. & vect. 1 interdū. §. species. Quāliter autem ij lapides veniant in contributiōe, dicit lex ad legem Rho. l. ij. §. cum in eadem.
q Distinctiones. s. distinct. lxxxix. c. ad hoc.
r Auro. Vnde dicit lex, quod si auro gemma iūgatur, non cedit auro, sed econuerso aurū cedit gēmæ. ff. de auro & arg. leg. & si non sunt. §. perueniamus.

† Hic ad fin. dic. ca. xxiij continuat, & incipit. xxv. Gregorij i dī. moralia. C. M.

Ibidem,

Super

mẽto, lapidibus potuisset inhærere. Si enim charitas auro sese penetrabilem præbuisset, sanctis Angelis sociatus in ornamẽto (vt diximus) regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed superbiæ [a] vitio [b], charitatis [c] auro non sunt repleta. Nanque idcirco ligãtur auro, ne cadant. Idcirco iste cecidit, quia etiã perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari cõtempsit. nũc autẽ cæteri lapides [d] qui hic similiter fuerãt perforati, penetrantes se inuicẽ charitate ligati sunt, atque hoc in numero isto cadẽte meruerunt, vt nequaquam iam de ornamẽto regio cadẽdo soluantur. Huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta intuens adiungit: Tu Cherub extentus & protegens, in monte sancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti. Cherub, quippe plenitudo scientiæ interpretatur, & idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos sciẽtia non dubitatur, qui in medio ignitorũ lapidum perfectus ambulauit: quia inter Angelorum corda charitatis igne succensa, clarus gloria conditionis extitit, quem bene extentum ac protegentẽ dicit. Omne enim quod extẽtè protegimus, obumbramus: qa comparatione claritatis suæ obumbrasse cæterorum claritatem creditur, ipse fuisse extẽtus & protegens reperitur. reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore trãscendit. Quod ergo illic [e] speciosus in multis frondibus, quod illic signaculũ similitudinis, quod illic Cherub, illic protegens dicit, hoc hic voce dominica [f] Beemoth iste viarum Dei principium vocatur †. De quo idcirco tã mira in qbus fuit, et quæ amisit insinuat [g] vt homini ostẽdat quid ipse, si superbiat, de elationis suę culpa passurus sit, si feriẽdo illi parcere noluit, quẽ creando in gloria tantæ claritatis eleuauit. Consideret ergo homo elatus, quid in terra mereatur, si Angelis prælatus in cælo, de cælo in terram prosternitur.

6 *Charitas autem [h], quæ in aduersitate deseritur, ficta [i], id est, fictilis & fragilis esse perhibetur: sicut fides ex qua charitas procedit, ficta, id est fragilis apud Apostolum esse negatur. Similiter charitas, quæ in aduersitate deseri potest, dicitur uera nunquam fuisse. Sicut enim Hieronymus contra Iouinianum scribit: Omnis creatura sub uitio est: non quòd omnis peccauerit, sed quia nulla est, quæ peccare non poßit. Posse autem [k] peccare (ut Augustinus † ait) non est aliquid posse, imò aliquid non posse. Vnde ille solus uocatur omnipotens, qui hoc non potest: quia omnia potest, quæ posse est aliquid posse. Sicut ergo eius comparatione qui mutabilitatem nescit, omnis creatura uitiosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, iuxta illud, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. & astra [l] non sunt munda in conspectu eius: sic comparatione eius creaturæ, quæ mutationem non recepit, omnis creatura quæ permutatur, non uera sed uana esse probatur. Vnde omnis homo mendax esse dicitur, & uanitati similis factus. Hinc etiam [m] Ecclesiastes: Cuncta, quæ sub Sole sunt, id est, quæ temporũ uicißitudinem recipiunt, nõ tantummodo uanitas quæ omni creaturæ rõne mutabilitatis inest sed etiã uanitas uanitatũ uarietate permutationis, quã*

a Superbiæ. Nota per canonẽ istũ, ius icœpisse ex ruina angelorum. bonum enim & æquũ fuit, vt propter superbiã Lucifer puniretur.

b Vitio. Id est, p vitiũ superbiæ non sunt repleta.

c Charitatis. Ar. quod diabolus charitatẽ nõ habuit: vt xvj. quæst. ij. c. visis. Sed cum esset rationis capax, innocẽtiæ particeps, sine charitate esse non potuit. argu. s. ead. distin. c. si quis semel. §. item sine charitate. qd ergo charitate repletus negatur, comparatione stantium, & confirmatorum dicitur, vel ad perfectionem & perseuerantiam refertur.

d Lapides. Id est, ordines angelorũ.

e Illic. In propheta Ezechiele, & in Iob.

f Voce dominica. Id est, voce dñi loquentis sibi Iob.

g Insinuat. Iob, vel propheta.

Charitas autem. Hæc est sexta pars distinctiõis, in qua concludit magister & probat multis modis, qd illa charitas quæ deserit, dicitur fragilis: qa non durauit, tamen vera fuit, alias nullo modo posset dici, si nulla fuisset. Ioan. de Fant.

h Charitas autem. Soluit authoritatẽ Apostoli allegatã supra in princ. dist. duobus modis: qa dicitur primo charitas quæ deserit.

i Ficta. Id est, fragilis & non vera, respectu permanentis. Vel non vera, respectu charitatis diuinæ. ad quod similia quædam inducit. In fine concludit veram charitatem deseri posse.

k Posse autẽ. Ex quo enim resistere vitijs est verũ posse, ergo non resistere est non posse: sed nõ resistere est peccare, & ita posse peccare, est non posse resistere. & ita est argumentum à contrarijs: argu. xxxij. qõ. iiij. sicut satius est. & qõ. v. sicut enim.

l Et astra. Id est, Angeli.

m Hinc etiã Ecclesiastes. In Salomone.

Ius vnde incœpit.

Diabolus an habuerit charitatem.

De hoc in leg. & no. s. §. proxi. in fi. & xxvij. q. ij. ead. distin. §. ex his omnibus. ibi videas.

Eze. 28. a

Ezec. 31. a

Iob 40. b

Vitijs resistere, est verẽ posse.

† Hic ad fin. cap. 25. incipit ca. 26. & vlti. dicti libri 32. moralium. Grego. C. M.

Hæc

† Idem Bal. consil. 3.6. nu. 3. lib. j. in nouiter impßsis. Magister sen. li. 1. di. 42. [redacted]

Psal. 142. Iob 15. a

Psal. 113. Psal. 143. Eccles. 1

recipiunt, esse dicuntur. Sic ergo comparatione diuinæ charitatis nulla uirtus esse uera probatur, aut cõparatione eius, quæ non deseritur, illa quæ amittitur uera esse negatur. sicut autem omnis creatura suo modo bona & uera esse dicitur, sic & charitas, quæ deseritur, suo modo bona & uera esse monstratur, alioqui à nullo desereretur si nullo modo in eo esset. Quod enim nullo modo uerè est, nullo modo deseri potest: quòd si aliquo modo uerè deseritur, & aliquo modo id uerè esse oportet.

DISTINCT. III.

Haec de charitate [a] breuiter scripsimus, propter eos, q pœnitentiam negant reiterari posse, asserentes quòd sicut charitas semel habita nunquam amittitur, ita pœnitentia semel uerè celebrata, nulla sequenti culpa maculatur. Si uerò criminalis culpa illam aliquando sequitur, uera pœnitentia [b] non fuit, nec ueniam unquam à Domino impetrauit. Quod ex definitione ipsius pœnitentiæ, & multorum authoritatibus probare contendunt. Vt enim Ambrosius ait in quodam sermone quadragesimæ †

CAN. I.

Pœnitentia est [c] & mala præterita plangere, & plangenda iterũ non committere [d].

Idem in libro de vnica pœnitentia [e].

CAN. II.

Reperiuntur qui sæpius agendam pœnitentiam [f] putant, qui luxuriantur [f] in Christo. Nam si verè in Christo pœnitẽtiam agerent, iterandam postea nõ putarent [g]: quia sicut vnũ baptisma, ita [h] & vnica [i] pœnitentia. Verùm præteriti semper nos debet [k] pœnitere peccati: sed hoc delictorum [l] leuiorũ: At egõ [m] facilius [n] inueni qui rectè serua-

Haec de charitate. Hæc distinctio diuiditur in xij. partes, in quarum prima probat per xij. authoritates, quod qui semel pœnitentiam ageret, non peccaret, sed intelligitur de perfecta per locum à destructione. Secunda ibi, Sed verba. Tertia ibi, Ex persona. Quarta ibi, Hac authoritate. Quinta ibi, Quod autem. Sexta ibi, Ecce cuius. Septima ibi, Item quod. Octaua ibi, siue autem. Nona ibi, His authoritatibus. Decima ibi, Authoritas. Vndecima ibi, Quinquam. Duodecima ibi, Pœnitentia ergo. Ioan. de Fant.

a Hæc de charitate. Continuat seipsum Grat. In ij. enim dist. hanc quæstionem quam hic tractat prælibauit, sed huius gratia aliam præmisit, an. s. charitas semel habita amitti posit? quã in pcedenti distinc. tractauit: nũc autem ad propositum suum reuertit, & dicit hæc quæ & cætera. Hic incipit tertia distinctio, in qua tractat an pœnitẽtia sit iteranda, an non? & ꝙ sit iteranda, multis authoritatibus & exemplis probatur. Dicimus ergo, quod iteranda est. i. iterum puniendus est si denuo peccet. j. e. sepies. vbi autem dicitur quod pœnitẽtia non est iteranda, dicimus quod de solenni est intelligendum, quæ cum sit sacramẽtũ, non debet iterari. argum. j. quæstio. j. quod quidam. secundum consuetudinem maxime quarundam ecclesiarum. & hoc super eodem crimine. super diuersis autem credit Grat. solennem iterari posse argumento. j. eadem dist. quãuis. hanc quæstionem sic tractat Gratia. Primo ponit opinionem illorum qui dicunt, quod pœnitentia non est iteranda, quia eã non sequitur mortale peccatum: si enim eã sequitur mortale peccatum, illa pœnitẽtia vera non fuit, nec veniam obtinuit. & ad hoc multas authoritates inducit vsque ad §. sed verba. & incipit ibi soluere prædictas authoritates. postea ab illo. §. quod autẽ. probat authoritatibus & exemplis, quod pœnitentia sæpe iteratur. post inserit quæ sit vera, & quæ sit falsa pœnitentia. qua occasione subiungit, an pœnitentia sit dãda an negãda ei, qui vult agere pœnitentiã de vno pcõ, & remanere in alijs.

b Vera pœnitentia. Hoc falsum est, quia si ex charitate pœnituit, vera fuit: & saluaretur si tunc decederet dum sic pœnitebat. Authoritates autem quæ in cõtrarium inducuntur, non ad diuersa tempora, sed ad idem sunt referenda, vt j. e. c. incassum. §. sed verba. vt s. eo tempore quo pœnitet, habeat propositum non committendi de cætero.

c Pœnitentia. est. i. gratia quæ vere pœnitenti infusa est facit eũ præterita plangere: & eum munit vt caueat ne committat quæ fleuit. & quod hic traditur, potius est effectus pœnitentiæ quã diffinitio.

d Non committere. i. non committendi propositum habere.

e Reperiuntur. Pœnitentiã. habet solennem. Vel qd hic dicitur, intelligas de pœnitentia exteriori. i. de satisfactione. nam quidam putant sufficere ad deletionẽ peccati, si quoties peccant pœnitentiam sibi iniunctam siue satisfactioné agãt, licet in voluntate peccandi persistãt. j. ead. sane cauendum. & hoc innuit illud ibi, iterandã.

f Qui luxuriantur. i. fornicant spiritualiter separando se à Christo.

g Non putarent. Id est, non præsumerent illud agere, vnde oporteret deinceps pœniterere. & secundum hunc intellectum sic intelligendum est illud, quod sequitur, sicut vnum baptisma sufficit ad deletionem peccati, & sic vna pœnitentia: huic tamen intellectui repugnat. j. glo. Hu. s. semper. j. ea.

h Ita. s. dist. 50. c. si quis post. §. potest. & aliter. j. e. dist. c. in tantum. §. siue autem. & c. in falicibus.

i Vnica. i. irreiterabilis.

k Semper nos debet. i. semper vere pœnitere. sed de mortalibus rarò contingit. Vnde addit: at ego, &c. q. d. ita de facto contingit sæpe. s. ꝙ quis habet pœnitentiam de minoribus & compunctionem, sed de maioribus non. Vel melius (quod innuit hic) distinguo, vt scilicet pœnitentia pro leuioribus mortalibus tantum peccatis iniuncta posit iterari: quia non iniungitur pœnitentia solennis nisi pro grauissimis. xxvj. q. vj. c. vltimo.

l Delictorum. Tamen mortalium.

m At ego. s. distinct. j. §. alij econtra. & c. sunt qui arbitrantur.

n Facilius. Mirum est, quare hoc dicat, cũ multi inue-

Pœnitentia est iteranda.

Pœnitentiæ effectus quis est.

† Grego. homilia 34. euangeliorum.

† Ambro. si. capi. x. lib. ij.

uerit innocētiam, quàm qui congruē [a] egerit pœnitentiam.

Item Augustinus. †

CAN. III.

Satisfactio pœnitentiæ [b] est peccatorum causas [c] excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.

Idem in lib. de pœnitentia †.

CAN. IIII.

Pœnitentia est quædam dolentis vindicta [d], puniens in se [e], quod dolet cōmisisse. & infrà. Continuē est dolendū de peccato: quod declarat ipsa dictionis virtus [f]. Pœnitere enim est, pœnam tenere [g], vt semper puniat [h] in se vlciscēdo, quod commisit peccando. Pœna enim propriē dicitē læsio quæ punit, vindicās quod quisque cōmisit. Ille pœnam tenet, q semper vindicat qd' cōmisisse dolet. Pœnitētia itaq; est vindicta semper puniēs in se, quod dolet commisisse.

In eodem. †

CAN. V.

Si Apostolus [i] etiam peccata [k] per baptismum dimissa [l] continuē plorat [m], nobis etiā super fundamētū [n] Apostolorū positis, quid prēter plorare restat? quid nisi semper dolere in vita? vbi enim dolor finitur [o] deficit [p] & pœnitentia. Si autem pœnitentia [q] finitur, qd relinquitur de venia [r]? tādiu enim gaudeat, & speret de gratia [s], quandiu sustentatur à pœnitentia. Dicit enim Dominus, vade, & amplius noli peccare. nō dixit, nec pecces, sed nec voluntas peccandi in te oriatur [t]. qd' quomodo seruabitur, nisi dolor in pœnitētia cōtinuē custodiatur? Hinc semper doleat, et de dolore gaudeat et de doloris pœnitentia, si cōtigerit [v], semper doleat, et nō sit satis qd' doleat, sed ex fide doleat, & nō semp doluisse doleat.

Item Gregorius in Aestiuum tempus †.

CAN. VI.

Pœnitentiam quippe agere dignē non possumus, nisi modum quoq; eiusdem pœnitentiæ cognoscamus, Pœnitētiam quippe agere est, & perpetrata mala plangere [x] & plangēda non perpetrare [a]. nam qui sic alia deplorat, vt iterum alia committat [b], adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat [c]. Quid em prodest [d], si peccata luxuriæ quis defleat, & tamen adhuc auaritiæ æstibus anhelat? Idem, † Sunt qui dicunt pauci temporis pœnitentiam contra peccatum debere sufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire. Rectē hos pastoris primi sentētia percutit, qui ait: [e] Canis reuersus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti. Magna est enim contra peccatum virtus [f] pœnitentiæ: sed si quis in eadem pœnitentia perseueret. Pœnitentiā verò agere, est cōmissa plangere, & iterū plāgēda declinare.

Idem.

CAN. VII.

Productior [g] est enim pœna quā culpa: ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna. ac per hoc vel ad demonstrationem [h] debitæ miseriæ [i], vel ad emendationem [k] labilis vitæ, vel ad exercitationē [l] necessariæ [m] pœnitētiæ tēporaliter detinet [n] hominem pœna, quem iam ad damnationē æternā reum non detinet culpa. Ira Dei [o] non est vt hominis, id est, perturbatio [p] concitati animi, sed tranquilla iusti supplicij constitutio.

Item Ioan. os aureum.

CAN. VIII.

Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia [q] libenter sufferre. & infrà. In corde eius contritio, in ore eius confessio, in opere tota humilitas, hæc est fructifera pœnitentia.

Item Smaragdus.

CAN. IX.

Qui sitit a, veniat & bibat. qui potest capere, capiat. non dicit velitis nolitis b, bibendum vobis est atque currendum, sed qui voluerit, qui potuerit currere atque potare, ille vincet, ille satiabitur. & ideo plus amat virgines Christus, quia sponte Christo tribuunt, quod sibi non fuerat imperatũ c: maiorisque d gratiæ est, offerre quod non debeas quàm reddere quod exigeris. Apostoli enim, vxoris onere contemplato, Si talis est (inquiunt) vita hominis cum vxore, non expedit e nubere. quorum dominus sententiam probans, rectè (ait) quidem sentitis quod nõ expediat homini ad cælorum regna tendenti accipere vxorem, sed difficilis res est, et non omnes capiunt verbũ illud, verum quibus datum est. Alios hominum facit eunuchos natura: alios vis hominum: mihi illi eunuchi placent, quos castrauit voluntas, non necessitas. libenter eos in meo recipio sinu, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum, & ob meum cultũ noluerunt f esse, quod nati sunt: simúlq; hæc tractanda est sententia: Qui se inquit) castrauerunt propter regnum cælorum g. Si castrati h, mercedem habent regni cælorum, ergo qui se non castrauerunt, locum non possunt accipere castratorum.

Finis i huius authoritatis, & duæ k præcedentes, de uirginitatis affectu l intelliguntur, qui non in uoluntate solum, sed in necessitate est: principium m uerò de effectu intelligitur, qui non in necessitate & ante uotum, sed in uoluntate est, nec exigitur nisi repromittatur.

Item ex concilio Remẽsi.

Non licet illi ducere vxorem qui suam velare permiserit.

CAN. X.

3 Qui vxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur n.

Item August. in quæstionibus Numeri. †

Vota abstinentiæ, quæ mulier permittente viro promiserit, illo prohibente seruare non cogitur.

CAN. XI.

4 Manifestum est, ita legem voluisse fœminam sub viro esse, vt nulla eius o vota quæ abstinentiæ causa vouerit, reddantur ab ea, nisi author p vir fuerit permittẽdo. nam cùm ad peccatum eiusdem

n Conuertatur. Intrando monasterium, si iuuenis est. Vel si senex est, contineat in seculo. extra de conuer. coniug. cum sic. Et hic dicit Hu. quod eo ipso quod dat vxori licentiam, intelligitur vouere 1: & si non exprimat, compellendus est ire ad religionem: vt no. s. xxvij. q. ij. Agathosa. & sufficit ta. cita licentia, s. permittere: vt hic, & arg. extra de conuer. coniug. consuluit. Alij dicunt, quod permittẽs qui dat licentiã: nisi expresse voueat, non tenetur continere, nec monasterium ingredi, imo eam reuocare potest de monasterio. extra de cõuer. coniug. c. j. & quod dicit hic similiter cõuertatur, dicunt, si mallit eã reuocare. sicut enim secundum istos, expressus consensus exigitur in contrahendo, ita in separando matrimonio. ar gu. extra de regu. iuris. omnis res. Alij distinguũt, quod si mulier sciuit ius quæ dedit viro licentiam, tũc etiam intelligitur vouere secus si ignorauit.
1 Et vo- tum solen nizare ar. s. xxxij di stin. feria- tim vbi de hoc. Arc. Maritus vxorẽ te- neatur cõ- tinere.
Manifestum. Hæc est iiij. pars q. in qua probat, quod vir est superior muliere. Ioannes de Fant.
o Vota. Quæ scandalizent virum, vt iacere in camisia, vel ieiunare cum ipse pranderet. † qõ. lix. lib. iiij. q. super numeros.
p Nisi author. Mulier ergo non potest facere votũ abstinẽtiæ, sine voluntate viri. Sed nũquid vir potest abstinere sine vxoris consensu: sic 2. j. ea. cum caput. licet ergo cõiuges sint pares quantum ad votum continentiæ, non tamen quantũ ad votum abstinentiæ. & hoc intelligo de quolibet voto in quo non sit vxori præiudicium, quo ad carnale debitum, quamuis ex illo voto oriatur scandalum mulieri: vt in hoc sit differentia inter virum & mulierem. Similiter & de muliere dici potest, quod vouere possit, dummodo per illud votum mulieris non fiat viro præiudicium, vel si non oriatur scandalum viro ex illo voto: vt si vouet iacere in camisia cum eo, vel singulis noctibus ire ad matutinas. vnde de tali
2 Ad idẽ facit hoc ca. manifestum. & j. ea. ca. hæc imago. & ca. noluit. Archi. Coniuges quantũ ad votũ abstinentiæ, nõ sũt pares.

tali voto intelligo istud cap. alias tenetur mulier illud adimplere, etiã viro inuito, vt si vouet quod daret denariũ amore Dei, vel aliquid tale. hoc dicit H. canon tamen iste indistincte loquitur. Item videtur, quod mulier ista peccet: quia magis obediendum est Deo, quam homini. nam scriptũ est, vouete & reddite, &c. xvij. q. j. in princip. Sed dic, quod mulier ista non obedit viro contra dominum: quia dominus hoc vult. j. ead. noluit. eo autem ipso quod hic viro concedit reuocare votum abstinentiæ, prohibetur de voto cõtinẽtię: imo nec hoc viro conceditur reuocare votum abstinentiæ, imo peccat vir reuocando. sed pręcipitur vxori vt obediat. simile extra de iureiur. debitores. & xxiiij. q. j. quid culpatur. in fi.
a Permissa. Continentia.
b Mulieri. s. xxij. q. j. si quis vxorem.
c Est ordo naturalis. id est à natiuitate & ortu proueniens. nam fœmina de corpore viri est, & alia ratio est, quæ in velamine corporis eius perpẽditur: vt j. e. mulier.
d Vt seruiant. hoc adeo verũ est, quod patronus cõsentiendo libertæ vt cõtrahat, amittit in ea operas: cum in officio viri debeat esse: vt ff. de oper. lib. sicut patronus.
e Maior. dignitate scilicet filius: seruiat minori scilicet patri, qui non est in dignitate. interdum maior ætate seruiat minori de pręcepto domini, vt Esau Iacob. Et quod dicit hic, nulla iustitia est &c. verum est secundum vetus testamentum: sed secundũ nouum: qui maior est, sit sicut minister, &c. xciij. distin. dia coni. sed melior litera est: hæc iustitia est, vt minor seruiat maiori.
Filius quãdoque põt dici maior Patre.
f Hæc imago. id est, in hoc dicitur habere similitudinem Dei.
g In homine, quia sicut processerunt à Deo omnia, sic ab Adam processerunt omnia. hic accipit tantum hoc nomen homo in masculino genere: alias communis generis est: vt ff. de verbo. signi. hominis.
Omnia processerunt ab Adam.
h Vt vnus Id est, imago Dei dicitur ipse homo: quia sicut aqua profluit ex latere domini, sic etiam Eua ex latere Adæ. Item in hoc habet imaginem: quia habet rationem & intellectum 1, sicut Deus.
† q. cliij.
1 Ad hoc dicitur tã de fœmina quã de viro secundum Hug.
i Imaginem. id est, similitudinẽ. de pœniten. distinct. ij. illa anima.
k Quia imago. & ideo non debet velari.
† q. xlv. lib. qõ. ex veteri testamento.
l Mulier. non tamen qualibet: quia nõ virgines de consuetudine. sed fac vim in eo quod dicit gloria. id est, Deus non gloriatur per ipsam, sicut per virum. nam per eã, prima præuaricatio est inducta. j. eadem. mulier.
m Satis hinc. Et pene famulas. non tamẽ quod immoderate verberentur. C. de repud. consensu. & s. ead. q. ij. placuit.
Genes. 1. d Sapiẽ. 2. d 1. Cor. 11. b
n Testimonium. id est, accusationem.
o Lapidaretur. & ita videtur quod in veteri lege, nunquã vir obligabat pœna talionis. Sed tu dic cum Hug. quod hoc locum habebat tantũ in accusatione adulterij in primo coitu: puta cum nõ inueniebat eam virginem, vel dicebat se nõ inuenisse, & ipsa contrarium probabat per aspectum linteaminis. in hoc casu non puniebat vir talionis pœna: sed tantum centum siclos aureorũ dabat patri puellæ.
Vir vtrũ puniebatur talione in veteri lege.
† q. xxxiij. libr. v. qõ. super Deutero.
† Adde quã pœna puniatur mulier adultera, nota. in l. quoniam Alexand. & in l. castitati. & in authen. sed hodie. C. de adulte.
p Demõstraretur. per aspectum linteaminis sanguinolenti. Sed nec hodie cũ agit vir ad separationem, sustinet talionem. secus si agatur ad pœnã adulterij
Mulieris violatio, per qd cognoscitur.

viri pertinere voluerit lex, si prius permiserit, & postea prohibuerit: & hoc tamen non dixit, vt mulier quod vouerat faciat, quia permissa a iam prius à viro fuerat: viri dixit esse peccatum quia abnuit quod prius concesserat: nõ tamẽ mulieri b ex hoc iussum dedit, vt quod prius vir ei concesserat, postea si prohibuerit contemnatur.

Ex præmissis authoritatibus apparet, quòd continentiæ uota nec mulier sine consensu uiri, nec uir sine cõsensu mulieris Deo reddere potest: si autem cõsensu alterius eorum ab altero promissa fuerit: & si postmodum in irritum deducere uoluerit qui permisit; non tamen ualet, quia in debito coniugij æquè mulier habet potestatem uiri, sicut & uir mulieris: atque ideo si quilibet eorum alterum à suo iure absoluerit: ad præteritam seruitutem ipsum reuocare non poterit. quia uerò in cæteris uir est caput mulieris, & mulier corpus uiri: ita uota abstinentiæ uiro permittẽte, mulier potest promittere, ut tamen eodem prohibente, repromissa nõ ualeat adimplere: & hoc (ut diximus) propter conditionem seruitutis, qua uiro in omnibus debet subesse.

Vnde Augustinus in libro quæstionum Genesis. †

Mulieres viris suis debent subesse.

CAN. XII.

Est ordo c naturalis in hominib9, vt seruiant d fœminę viris, & filij parẽtibus: quia nulla iustitia est, vt maior e seruiat minori.

Idem in quæstionibus veteris & noui testamẽti. †

Vir est caput mulieris.

CAN. XIII.

Haec imago f Dei est in homine g vt vnus h factus sit dominus, ex quo cæteri oriantur, habẽs imperiũ Dei, quasi vicarius eius: quia vni9 Dei habet vir imaginem. Ideoq; mulier ad imaginem Dei nõ est facta. sic etenim dicit scriptura, Et fecit Deus hominem: ad imaginem i & similitudinem Dei fecit illum. Hinc etiã Apostolus, Vir quidem (ait) non debet velare caput suum: quia imago k & gloria Dei est. mulier l ideo velet, quia non est gloria & imago Dei.

Item in eodem. †

CAN. XIIII.

Satis hinc apparet, quemadmodum viris fœminas subditas, & penè famulas m lex esse voluit vxores, dum constituit, vt diceret aduersus vxorem vir testimonium n, vnde lapidaretur o † illa si hoc verum esse demonstraretur p: ipse tamen non vicissim lapidatur, si hoc falsum esse constiterit, sed tan-

Universidad de Deusto Biblioteca

tummodo castigatur[a], & damnificatur: eique perpetuò iubetur adhærere, qua carere voluerat. in aliis autem causis, eũ qui testimonio[b] falso cuiquam nocuerit, quod si probaretur, ius sit occidi: eadem plecti iubetur pœna qua fuerat (si verum esset) ipse plectendus.

Item Hieronymus super epistolam ad Titum. †

De eodem.

CAN. XV.

CVm caput mulieris sit vir: caput autem viri, Christus: quæcunque vxor non subijcitur viro suo, hoc est capiti suo: eiusdem criminis[c] rea est, cuius & vir si nõ subijciat capiti suo, hoc est Christo. Verbum autem domini blasphematur[d] cùm vel contemnitur Dei prima sententia & pro nihilo ducitur, vel cùm Christi infamatur euangelium, dum scilicet contra legẽ fidemq; naturæ ea quæ Christiana est, & ex lege Dei[e] subiecta est, viro imperare desiderat: cùm etiã gẽtiles fœminę viris suis seruiant communi lege naturæ.

Item Augustinus in quęstionibus Numer. †

Arbitrium viri, mulierem sequi oportet in omnibus.

CAN. XVI.

NOluit itaq; lex, mulierem aliquid vouere Deo aduersus animam suam: vt non in aliqua rerum licitarum atque concessarum abstinentia in eisdem votis fœminæ valeat authoritas, sed virilis: ita vt si adhuc innuptæ concesserat[f] pater vota persoluere, si antequam persoluerit, nupserit, & viro eius hoc cognitũ non placuerit: nõ persoluat: & hoc omnino sine peccato: quia Deus mundauit eam, sicut dicit lex, id est, mundam iudicauit. neque hoc contra Deum[g] putandum est fieri: cum ipse Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

Item Ambrosius in libro quæstionum veteris & noui testamenti.

Nulla est mulieris potestas: sed in omnibus viri dominio subiecta est.

CAN. XVII.

MVlierẽ cõstat subiectã dominio viri esse, & nullam authoritatem[h] habere. nec docere[i] potest, nec testis[k] esse: nec fidem[l] dare, nec iudicare[m].

Item in Hexaëmeron in tractatu diei quartæ.

CAN. XVIII.

ADam per Euam deceptus est: non Eua per Adam. quem vocauit ad culpam mulier, iustum est, vt eam in gubernationem[n] assumat: ne iterum fœminea facilitate labatur.

Item super primam epistolam ad Corinthios. †

CAN. XIX.

MVlier debet velare caput, quia nõ est imago Dei, sed vt viro ostendatur[o] subiecta: & quia præuaricatio per illam inchoata est, hoc signum debet habere in ecclesia, propter reuerentiam[p] episcopa-

terij criminaliter. extra de procura.c. tuæ. ideo autem nõ punit vir pœna talionis: quia iam alia via consequeret, id quod optauit: quod esse nõ debet. ff. pro soc. idemq;. ff. de cõdi. instit. quæ sub cõditione. §. si quis.

a Castigatur. id est, verberatur.

b Testimonio falso. id est, accusatione calumniosa. hoc ideo ita expone: nã testis nõ obligatur ad talionẽ, sed alio modo punitur à iudice si varie respondet: vt C. de testib. nullum. Hug. tamen dicit quod sic. iij. q. ix. nihilominus maxime secundum veterem legem arg. extra de cri. fal. c. falsus. De hoc dictum est. ij. q. iij. i summa.

c C Vm caput. Criminis. s. ix. q. iij. ca. j. s. xxij. q. v. de forma. s. distin. xcv. esto. argu. eandem conditionẽ inferiorũ ad media, quæ est mediorũ ad extrema. xxviij. distinct. cap. quia sunt culpæ.

d Blasphematur. tractabat enim Hie. illud verbum Apostoli ad Titum, Admone adulescẽtulas esse subditas viris suis: vt non blasphemetur verbum Dei, id est, euangelium. Vel verbum Dei in paradiso quatenus viris subditæ essent.

e Ex lege Dei. qua dixit mulieres esse subditas viris: Conuersio tua erit ad virum: & ipse dominabitur tui, &c.

f N Oluit itaq; lex. Cõcesserat. Argu. quod abbas possit reuocare votum monachi, q etiã emisit ante monachatum. arg. xx. qõ. iiij. monacho. plus enim est monachus sub abbate, quam vxor sub viro: vt xij. quæstio. j. non dicatis.

g Contra Deum. Simile s. xiiij. q. v. dixit. s. xxij. qõ. j. si peccatum. s. xxiij. q. iiij. qui peccat. s. dist. xxvj. deinde.

h M Vlierem. Authoritatem. virilia enim officia mulierib' sunt adempta. iij. qõ. vij. c. infamis. §. tria. ff. ad Velleia. l. ij.

i Nec docere. in ecclesia masculos. s. distin. xxiij. mulier. de consec. distinct. iiij. mulier.

k Nec testis. in causa criminali, nisi in illis casibus in quibus infames admittuntur: nec in testamento. instit. de testi. § testes. nec contra clericos in causa criminali: qa nõ potest esse quod ipsi sunt. s. ij. qõ. vij. ipsi Apostoli. nec etiam contra laicos: vt nota. xv. quæsti. iij. de crimine.

l Nec fidem. obligatur tamẽ si dolose fideiubeat vt creditorẽ decipiat: vt ff. ad Velleia. si decipiendi. Itẽ et si priuilegio Velleiani renuntiauerit, obligatur & tenetur. ff. ad Velleia. l. vlti.

m Nec iudicare. nisi in casibus: vt dixi xv. q. iij. de crimine.

n A Dam. Gubernationẽ. Per hoc videtur q vir potius debet esse curator vxoris quam extraneus. quod negat lex. C. qui dari tut. pos. l. ij.

o M Vlier debet. Sed vt viro ostendatur. nõ solum propter hoc, sed etiam, &c.

p Propter reuerentiam. id est, propter reuerẽtiam sacerdotum. arg. iiij. dist. si seruus sciente. & sicut ante iudicem dominum: ita ante vicarium eius sacerdotem sit subiecta viro. Vel propter reuerentiam sacerdotum. id est, ne sacerdotes in eius faciem intuentes inuitentur ad libidinem.

Testis nõ est talione pvniẽdus.

† ca. ij. in cõmenta.

Vxores quare debet esse viris subditæ.

† qõ. lix. lib. iiij. q. Nume.

Monachus plus subest abbati, quàm vxor viro.

Officia virilia sunt mulierib' interdicta.

Vir non pot'st esse curator vxoris. Genes. 3. c

† cap. xj. Mulier quare debet caput velare. 1. Cor. 11. a

Episco

lem non habeat caput liberum, sed velamine tectum. non habeat potestatem loquendi: quia episcopus[a] habet personam Christi. quasi ergo ante iudicem Christum, ita ante piscopum sit: quia vicarius domini est: propter peccatum originale[b] subiecta debet videri.

Item in libro de paradiso. †

CAN. XX.

NEc illud otiosum est[c], quòd non de eadem terra in qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adæ costa[d] facta sit mulier: vt sciremus vnam in viro & in muliere corporis esse naturam: vnum fontem generis humani. ideo non sunt duo à principio facti, vir et mulier: nec duo viri, neque duæ mulieres: sed primùm vir, & deinde ex eo mulier. vnã enim naturam volens hominum cõstituere Deus, ab vno principio creaturæ hoc incipiens, multarum[e] & disparium[f] naturarum, eripuit facultatem.

Euidentißimè itaque apparet, ita uirum esse caput mulieris, ut nulla uota abstinentię uel religiosæ conuersationis, liceat sibi sine eius licentia Deo offerre, etiam si uiro permittente repromissa fuerit: non licet ei uotum opere complere, cùm uir uoluerit reuocare promissum. uota uerò continentiæ ita alterius permissu ab altero ualent offerri, quòd post permissionem non ualent in irritum deduci.

CAVSA XXXIIII.

QVidam uir in captiuitatem ductus est[g]: postea uxor eius audiens illũ mortuum, nupsit alij. Demùm ille de captiuitate rediens, repetit uxorem suam. illa posterioris amore capta, aspernatur torum prioris uiri.

1 Q *Nunc primùm quæritur, an sit ista rea adulterij, quæ uiuente uiro suo, alteri nupsit?*

2 *Secundò: an redeunte primo, sit cogenda recedere à secundo, & redire ad primum?*

QVÆST. I. & II.

1 ps *VTraq; quæstio[h] terminatur authoritate Leonis papæ: qui scribens Nicetæ Aquilegiensi episcopo ait:* †

Quæ alij nupserit, putans virum suum mortuum esse: illo redeunte, ad priorem redire cogitur.

CAN. I.

CVm per bellicam cladem, & per grauissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis esse diuisa coniugia, vt abductis in captiuitatem viris, fœminæ eorũ remanserint destitutæ, quę viros proprios interemptos putarent, aut ab iniqua dominatiõe nunquam crederent[i] liberandos, & in aliorũ coniugia solicitudine[k] co-

a Episcopus. Id est, quilibet sacerdos. de pœ. di. iij. inter hæc hircum. ij.

b Originale. i. q originẽ habuit ab ipsa, quo ad hoĩes.

N Ec illud. Hęc est v. pars q. in qua ostendit magister causam, quare fuit vnum principium, vnus homo. Ioannes de Fant.

c Otiosum est. Id est, sine causa & mysterio factum.

d Costa. Non de pede, ne omnino videretur famula, nec de capite, ne videretur domina: sed de costa, vt collateralis videretur.

e Multorũ. Quo ad numerũ, vel multarum quod ad genus humanum.

f Et disparium. Quo ad sexũ. Vel disparium, quo ad speciem. & respicit ad primam creationem hominis.

g Q Vidam vir in captiuitatẽ ductus est. quia in præcedenti cã dixerat matrimoniũ separari ppter frigiditatẽ, & q viro viuẽte separata posset alij copulari: & dubitari posset, an idẽ videret faciendũ propter hostilẽ calamitatẽ vel captiuitatẽ: ideo subdit causam istã, in qua ostendit quid iuris sit, si qs tenet in captiuitate, et vxor ei' interim nubat alij. vt aũt hæc &c. Et nota, q hic tractatur de illo impedimento, q dicitur ligatio. Ligatio est, cũ quis ligatur alteri vinculo matrimonij: et qdlibet impedimentũ matrimonij, dici potest ligatio, sumẽdo large sic cõmuniter, non propric. ar. 26. q. j. §. j.

V Traque. hæc quęstio. diuiditur in vj. partes. in j. quarũ probat per duos canones, q mulier non debet contrahere, donec sit certa de morte coniugis. Io. de Fant. Secunda ibi, non satis. Tertia ibi, Si autem. Quarta ibi, quod autem. Quinta ibi, Hinc etiam. Sexta ibi, De simpliciter. Io. de Fã.

h Vtraque quæstio. Si mulier' credit suum maritum mortuum, & habet iustam causam credendi, licite potest contrahere. si autẽ dubitat de morte viri & contraxit: licet non debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti, sed ipsa non potest exigere: vt extra de secun. nup. dominus noster. & ita in tali casu vir potest eam remouere propter adulteriũ, cum non habuerit probabilẽ causam mortis suę. sed si audieris eũ mortuum licet per falsum rumorem, & tunc nupserit: vir non potest eam de tali adulterio accusare; nisi ipsa procurauerit illum rumorem: vt ff. de adult. miles. §. mulier Sed pone, quod mulier credit eum viuere & est mortuus, & contrahit: nunquid est matrimonium ibi? sic: ipsa tamen adulterij reatu tenetur, licet adulterium non committat. nam dicit lex, quod tenetur quis actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat. C. de fur. si quis seruo. minor tamẽ pœnitentia ac pœna ei imponetur.

i C Vm per bellicam. Crederent. Hæc ratio friuola est: et ideo nõ curat ei respõdere.

k Solicitudine. Incontinentiæ vel paupertatis.

† cap. x. Eua quare de costa Adæ facta est?

Impedimẽtum ligationis quale est.

Mulier si credit maritum mortuũ, an possit alij nubere?

r Hic videas quod leg. & no. extra vt lite. nõ cõte. quoniã. §. si vero. ver. si autem. in gl. per famã, &c. & de sponsa. in prę sentia. Archi.

† Epist. lxxvij.

Furtum non cõmittens, quandoque furti tenetur.

gente, transierunt: Cúmque statu rerum auxiliante domino in meliora cōuerso, nōnulli eorum qui putabantur perijsse, remearunt: meritò charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus quæ alijs sunt coniunctæ viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quòd à domino iungitur viro suo mulier, & iterum agnouimus præceptum, quos Deus cōiunxit, homo non separet: necesse est, vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis ijs quę hostilitas [a] intulit, vnicuiq; id quod legitimè intulit, reformetur: omnísque studio procurandum est, vt recipiat vnusquisque quod proprium est: nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruasor habeatur, qui personam [b] eius mariti qui iam non esse existimabatur, assumpsit. sic enim multa quæ ad eos qui in captiuitatem ducti sunt pertinebant, in ius alienum transire potuerunt: & tamen plenæ iustitiæ est, vt eisdem reuersis propria reformentur. quod si in mancipijs, vel mansis, vel agris, aut etiam domibus ac possessionibus rectè seruatur, quantò magis in cōiugiorum [c] redintegratione faciendum est? vt sic quod clade bellica turbatum est, pacis remedio reformet. & ideo si viri post lōgam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant [d], vt eas cupiāt redire in suum consortium: omittēdum est, & inculpabile iudicandum est, quod necessitas intulit, & restituendum quod fides poscit. & infra. Sin autē aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt maluerint his cohærere, quàm ad legitimum redire consortium: meritò sunt notandæ, ita vt ecclesiastica communione priuentur: quod de re excusabili contaminationem criminis elegerint: ostendentes [e] sibimet per suam incontinentiam placuisse, quod iusta remissio [f] poterat expiare. Redeant ergo in suum statum, voluntaria redintegratione coniugia: neque vllo modo ad opprobrium malę voluntatis trahatur, quod cōditio [g] necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ ad viros suos reuerti noluerint, impiæ sunt habendæ: ita illæ quæ in affectum ex Deo initum redeunt, maritò laudandæ sunt.

Item Innocentius Papa Probo episcopo. †

Viro vel vxore de captiuitate redeuntibus, propria redintegrantur coniugia.

CAN. II.

Cum in captiuitate Vrsa mulier teneretur: aliud cōiugium cum Restituta Fontanu commisisse [h] cognouimus. sed fauore domini, reuersa Vrsa nos adijt: & nullo diffidente, vxorem se esse memorati perdocuit [i]. qua de re fili charissime, merito illustris statuimus, fide catholica suffragante, coniugium illud esse, quod erat primitus fundatum diuina gratia, conuentúmque secundæ mulieris superstite priore nec diuortio eiecta [a], nullo pacto esse legitimum.

Item Hieronymus ad Amandum presbyterum. †

Quæ primo viro relicto secundo adhæserit: nisi secundum relinquens primo reconciliari non potest.

CAN. III.

Non satis animaduertere [b] potui, quid sit quod dicere voluit [c] epistola vestra, alio viro per vim accepto, congregata videlicet multitudine nolētem rapuit. Et [d] virum postea non raptorem rapta dimisit [e]? Legat [f] libros Moysi, & inueniet desponsatam viro si in ciuitate [g] fuerit oppressa, & non clamauerit [h], puniri [i] quasi adulteram: vi autem oppressam in agro [k], innoxiam [l] esse, & violentū legibus subiacere. ergo & ista soror, quæ (vt dicit) vim passa est vt adultero iungeretur, si vult corpus Christi accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiam: ita duntaxat vt secundo viro, qui non appellatur vir, sed adulter, à tempore pœnitentiæ nō copuletur. Quod si durum ei videtur, & semel dilectum non potest derelinquere, neque præferre dominum voluptati: audiat Apostolum clamantem: Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini communicare, & mensæ dæmoniorum. & in alio loco: Quæ conuentio lucis ad tenebras? Quis consensus Christi ad Belial [m]? Rem nouā loquor: imò non nouam [n], sed veterem: quæ veteris testamenti authoritate confirmatur. Si reliquerit secūdum virum, & reconciliari priori voluerit, non potest scriptum est enim in Deutero. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam in conspectu eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudij, & dabit ei, & dimittet eam de domo sua. Cúmque egressa adultera [o] maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederítque libellum repudij, & dimiserit de domo sua, aut certè mortuus fuerit: non poterit [p] eam prior maritus recipere [q] vxorem: quoniam polluta est, & abominabilis facta est coram domino, ne peccare [r] facias terram, quam dominus Deus tuus tibi tradidit possidendam.

Deut. 22. d — 1.Cor.10.c — 2.Cor.6.c — Deut. 24.

3 *Si autem ineuitabili necessitate cogente, vir in aliam prouinciam fugerit, & uxor eius eum sequi noluerit: illo uiuente, illa innupta permaneat.*

Vnde in concilio apud Vermeriam.

Quæ virum in captiuitatem ductum sequi noluerit, maneat innupta quandiu vir eius vixerit.

---

a Hostilitas. Sic s.xvj.q.iij. prima.

b Qui personam. Supra ij.q.j.in primis. nam similitudo attenditur inter illum qui succedit inuasori, vt ibi: & istum de quo hic.

c In coniugiorū. Arg. quod ecclesia clerico debet restitui de captiuitate redeunti, per quantūcunque tempus detentus fuerit: si probat iustum impedimentum [1]: cum ecclesia sit vxor clerici. vij.q.j.sicut.& dixi vij.q.j.pastoralis.xiij.q.ij.vnaquæque.

Ecclesia est vxor clerici.

1 Istā glo. dicit sing. Brixi. in suo dictiona. i verb. carcer. ad hoc quod clericus detentus in carceribus, per quantumcūque longū tempus nō perdit beneficiū suum.

d Perseuerant. Et ita videtur, quod ipsi non compellantur ad eas redire si noluerint, sed supplēt hic quidam maxime. Alij intelligūt hoc de illis mulieribus quæ viros nō credebāt mortuos, & tamen cōtraxerunt. quod not. in prin.capi.

d Perseuerant. s. xxxij.q.v.puto.in princip.contra.sed illud quando maritus vel vxor scitur adhuc viuere: istud quando certis indicijs putatur mortuus esse. de pœ.di. vij.c.iij. xxx.q.v. c.si quis.§.incerta.

e Ostendentes. Argu. quod ex consequentia operis, ex facto præsenti præsumitur circa præteritum [2]: vt hic.& xxxiij.q.j.requisisti.et s.xxij.q.ij.quod ait. & C.de adul.si qui.quādoq; præsumitur ex præcedenti facto circa præsens: vt ij.q.j.in primis.in fin.& q.vij. non potest.quādoque ex præsenti circa præsens: vt dixi l.dist. si quis diaconus.quandoque ex eo quod solet fieri, prę sumitur & timetur in futurum: vt iij. quę.v.accusatores. quandoque præsumitur ex præterito circa futurum. C.de condict.fur.l.vlt. quandoq; præsumitur ex futuro circa præteritum. de con di.inde.si non fortem.§.si x.aut Stichum.

Præsumitur ex pręsenti circa præteritū, &c.

2 Arg.de pœn. dist. iij.cap. Iudas. vbi de hoc. & xliiij.di.multis.

f Remissio. Id est, dimissio secundorum virorum.

g Quod conditio. Quod necessitas cogit, non est imputātum. xxij.q.iiij. inter cætera. vij.q. j.pontifices.j.de cō se.di. v.discipulos.

h Cum in captiuitate. Commisisse. Peccatum notat interuenisse in contrahendo si scienter contraxit. sed si ignorāter cō traxisset: quamuis non est matrimonium secundū: nati tamen filij inde habentur pro legitimis, quo ad successionē. similiter vbi per consanguinitatem fit diuortiū: quod verū est, vbi ignorāter cōiuncti sunt: argu. extra qui fi. sint legi. cum inter. si autē sciēter quo ad scientem legitimi non sunt. argu. xxxij.q.ij.solet.ar gu.C.solu.matri.si ignorans. & C. de ince. & inuti. nu. qui contra. Sed licet H. & L. ita distinguunt: falsa tamē est distinctio [3]. sufficit enim alterius ignorantia, vt sint legitimi, vt extra qui fi. sint leg. ex tenore. Absurdum enim est, vt aliquis sit partim legitimus & partim illegitimus. arg. ff. de li.cau.l.duobus. Sed si ambo parentes sciunt impedimentū, vel affectāt ignorare, quia non contrahunt pręmissa denūtiatione trina coram ecclesia, licet pro legitimo habitum fuerit, tamen filij non sunt legitimi. vt extra de cland. despon. cum inhibitio.

Matrimonio ppter consanguinitatem separato, an filij prius nati sint legitimi?

† Epistola ix.

3 De hoc etiam not. s.35.q.7.in sum.

i Perdocuit. Sed qualiter probabit hoc? hoc dicit Hu. per testes [1]. nam in præiudicium matrimonij secundi, non crederetur etiam ei & viro iurantibus: nisi fama esset de hoc: vt xxxv.q.vj.si duo. Sed nunquid crederetur viro & secundæ vxori iurantibus? Dicunt quidam quod sic: licet videatur esse causa ipsius viri quod non concedo: imo nec confessio ipsorum nec fama sufficit. extra de eo qui cognouit cōsanguineā vxor. suę, super eo.

1 Dicit hic Hu. quod hic non erat opus testibus, cum nullus diffiteretur illā esse vxorem [illegible] quibusdā credebat mortua esse. Arch.

† Tomo iij.

a Eiecta. Maximè, vt xxxij.q.j.c. dixit. in fi. & q.vij. licite. & c.vlti. nisi propter impedimētum aliquod factum est diuortium.

Non satis. Hęc est ij. pars q. in qua ponit qualiter punitur mulier, quæ ad primum virum non vult redire. Io.de Fant.

b Animaduertere. Hoc dicit deridendo ipsum, quia malam epistolam composuerat: vel quia verba non erant accōmoda sensui, ad quē assumebantur. insti. de dona.§.est & aliud.

c Voluit. Epistola tua vel hæc oratio. s. alio, &c.

d Et virū. Quem habebat prius. alias, & quare.

e Dimisit. Nolendo ad eam redire.

f Legat. Scilicet quicunque de tali facto dubitabit.

Locus, facit præsumi contra aliquem.

g Si in ciuitate. Arg. quod ratione loci, præsumitur contra aliquem [2]: & quod imputatur alicui si non fecerit id, quod ei prodesse possit. sic C. de incest. nu. cum ancillis. quia præsumitur cōsentire, cum potest reclamare. ff. de noxa. si seruus sciēte.

2 De hoc not. xviij. q. ij. diffinimus.

h Et non clamauerit. Arg. aliquem tacite consentire: vt xxviij. distinct. diaconi.

i Puniri. Argumētū vbi testimoniū de auditu valet.

k In agro. Nisi & coloni ibi essent nec clamauit.

l Innoxiam. Supra xxxiij.quæ.v. finge. alias est pars.c.de pudicitia. contra supra xv. quæstio.j. si quis non iratus. contra. sed ibi lex. s. canonica vel promotionis.

m Ad Belial. Belial interpretatur apostata.

n Rem non nouam. Non de nouo traditam, ijs qui audierunt. et est argu. quod si episcopus iurauit quod non daret nouum feudum, & aliquod feudum de antiquis ad eum peruenerit, bene potest ipsum dare: vt extra de dona. per tuas. & extra de feu. capi. ij.

o Adultera. Non conuicta de adulterio.

p Non poterit. Argumentum, ex quo mulier separata est à viro authoritate ecclesiæ, non potest authoritate sua vir eam sibi reconciliare. quod non est verum: vt C.de adulter. authē. sed hodie. sed quid erit, si adultera velit reconciliari, & vir nolit? videtur quod vir non compellitur.

q Recipere. Vt cogatur à lege eam recipere [3] imo ipsa lege prohibetur eā recipere, sed modo tempore gratiæ non prohibetur. argumentum s.xxxij.quęstione j.quod autem.

3 Vt C.de adulte. castigati.

r Ne peccare facias. Inducēdo malum exemplum. xj. quæstione iij. præcipue.

Si autem. Hæc est iij. pars quæstio. in qua quæritur, qualiter & quid fiat de fœmina quæ nō vult sequi virum transeuntē de prouincia in prouinciam. & dicitur quod manebit innupta. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic dicit Grat. allegando quod vnaquæque mulier virum suum sequi tenetur: vt dicit Hu. vt xiij. q. ij. vnaquæque. sed facit hoc vt inducat capi. sequen.

Si

Universidad de Deusto Biblioteca

Mulier, an teneat sequi virum vagabundum.

a SIquis necessitate. Eum sequi. Si. extra de conciu. 1. pro. c. peruenit ad no. sed secundum Hu. & hoc c. et illa decre. est abrogata: et dicit adhærendum decreto q̃ est. 5. xiij. q. ij. vnaquæque. Alij dicunt, q̃ illud decretum est consilium. xiij. q. ij. vnaquæq; vnde si vir vult vagari', nõ tenetur eum sequi: sicut nec libertus patronũ cui operas debet. ff. de ope. lib. q̃ nisi. aliter mulier non posset eligere aliam sepultură, quã viri: q̃ falsum est. extra de sepul. de vxore. Tamen dicunt quidam, q̃ tenetur eũ sequi quo ad forũ. ff. ad muni. tilij. §. Ised etiam si aliqua scienter contrahit cum histrione, tenetur eũ sequi vagabũdum. Vel dic q̃ recedentem tenetur sequi, ex honesta causa. ff. de ijs qui no. infa. l. quod ait prætor. §. ignominiæ. xv. q. j. si quis insaniens.

Etiam tenent Alexan. Vincen. Tan. et Gof. pro ut nota. in prædic. ca. peruenit. vbi idẽ nota. Inno.

† ca. vij.

a De hoc not. 5. xxxij. q. v. si vxorem.

CAN. IIII.

SIquis necessitate inuitabili cogente, in alium ducatum seu prouinciam fugerit, & eius vxor cum valet & potest, amore parentum & rerum suarum, eum sequi a noluerit: ipsa omni tempore quandiu vir eius quem insecuta non fuerit, viuit, semper innupta permaneat.

4 Quod autem de coniugatis authoritate Leonis b papæ dicitur, hoc etiam de uirginibus intelligendũ est: ut si præter conscientiam uiri nupserint alieno, non teneantur.

Vnde Augustinus, in libro de fide & operibus. †

Non est adultera virgo, quæ nesciens viro nupsit alieno.

CAN. V.

SIquis virgo nupserit nesciens viro alieno: hoc si semper nesciat nũquam ex hoc adultera erit. si autẽ sciat, iam ex hoc adultera esse incipit, ex quo cùm alieno sciẽs cubauerit: sicut in iure prædiorum, tãdiu quisq; bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quãdiu se possidere c ignorat alienũ. cùm verò scierit d, nec ab aliena possessione recesserit e: tũc malæ fidei possessor perhibetur: tunc iustè iniustus possessor vocabitur.

5 Hinc etiam ignorantia excusat eum, qui nesciens dormiuit cum sorore vxoris suæ.

Vnde in concilio Triburiensi.

Non cogatur legitimam dimittere vxorem, qui nesciens dormiuit cum eius sorore.

CAN. VI.

IN lectum f mariti, absente vxore soror iuit vxoris, quam vxorem putans suam esse, dormiuit cum ea. super hoc visum est, si ipse per securitatem g veram hoc probauerit h quòd inscius fecerit hoc scelus: pœnitentiam i quidem quæ sibi indicta fuerit, agat, & legitimũ suum coniugium habere permittatur. illa verò vindicta digna affligatur, & in æternum coniugio priuetur.

Item Hermes in libro pastorum. †

PALEA.

EGo dixi pastori, domine, si qs mulierẽ fidelẽ in dño habuerit, et inuenerit hãc in adulterio: nũquid peccat uir eius, si concubit cũ ea? quãdiu peccatũ eius nescit, sine crimine uiuit cũ ea. Si autẽ scit uir uxorẽ de

† Quare virum & feminam dominus & deum nominauerit. Romana. scripsit. Et non potest hoc propositum. Gloss. fecundo. adhærere. Ego scilicet hoc pacto si sed est. tibola. si de detestabilem vel quem impudicum. fingebat. ne etiam de sua scortis, & adulterio. dolus cõmodum. Gabrielle. hic tamen fuerit. nec de copiosus, vel de sua. Ignorãtia. iuramento. probatur.

Emptor inter præscribendũ si percipiat venditorẽ non fuisse dominum, quid faciet.

---

stes enim habere non possunt de huiusmodi. & sic patet, quod per iuramentum probatur ignorantia: vt extra de sent. excom. si vero ij.

b Probauerit. Argu. q̃ allegans ignorantiam, eam probabit. j. q. j. si quis à simoniacis. ix. q. j. ordinationes. iij. q. ix. indicas. extra de elect. innotuit.

i Pœnitentiam. i. aliquam satisfactionem ad maiorem cautelam, ne disciplina ecclesiæ deseratur. xxiij. q. v. excommunicatorum: vt 5. di. l. presbyteros. xv. q. j. si quis insaniens. ij. q. v. coniuiuisti. 5. distin. l. quia te contra. & ideo dicit scelus. vel dicit hoc propter speciem

speciẽ facti. nã adulterio sine dolo non fit cõmittit. ff. de adulterio. te. l. penul.

Adulterio non sine dolo.

De simpliciter vero. Hæc est vj. pars quæstio. in qua dicitur, quod incestuosi voluntarij non contrahant: inscientes autem post pœnitẽtiã vij. ann. cõtrahant. Ioan. de Fant.

a SIquis cũ duabus. xxxij. q. vij. si quis viduã. & ca. si qs cũ nouerca.

b Non ignorauerint. Sed quare prima punit: quia forte post cognitã fornicationẽ sororis, iterũ fornicata est cã illo, vel quia celauit crimen suũ sorori, cum sciret eam sic facturã: vt j. proxi. causa. q. ij. si qs. Similiter intelligas in sequẽtibus capitulis. Sed hæc solutio reprobatur. j. pxi. quæstio. ij. si homo.

c SI qs. Hoc scierint. vt 5. xxxiij. q. ij. si qs cũ duabus. cõtra. sed solue vt ibi. Vel aliud est, vbi cũ duabus sororibus, vt ibi: aliud vbi cum matre & filia, propter identitatẽ personæ. j. pxi. causa. q. iij. c. contradicimus. §. hac authoritate. et infra postea se cognosci ab illo permiserunt.

d QVidam. De se filio. j. ff. filio quidẽ confitente & præsente in iudicio: alias non præiudicaretur filio. extra de adult. significasti. xv. quæstione v. presbyter.

e Lapsis. q. a pater cognouit eã postea.



Vidam vir. CAVI. Expeditis fere omnibus impedimẽtis matrimonij: quasi liquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & coierit uir cũ illa, reus erit peccati eius, & particeps fornicationis illius. & dixi illi: quid autem si permanet in uitio suo mulier? & dixit, dimittat illã uir, & per se maneat. Quid si mulier dimissa, pœnitentiam egerit, & ad uirum suum uoluerit reuerti? nũquid recipietur à uiro suo? & dixit, imò si nõ recipit eam uir suus, peccat. ergo non debet dimissa uxore sua, aliã ducere. Hic actus similis est ĩ muliere et uiro.

6 De simpliciter uerò fornicant. bus. uel cum duabus sororibus uel cũ matre & filia, uel cũ patre & filio, idem accipiendum est, ut ignorantibus coniugia nõ negentur: scientibus uerò perpetuò prohibeantur.

Vnde in eodem concilio legitur:

Matrimonia non prohibeantur contrahere, quorum incestum ignorantia excusat.

CAN. VII.

SIquis cum duabus a sororibus fornicatus fuerit: & sororem soror ab eodẽ antea stupratã nescierit, vel se sororem eius, quã cum antea stupratam uerat, non intellexerit: si dignè pœnituerint, & se continere nõ valuerint: post annos septem coniugia illis non negentur. si autem non ignorauerint, vsque ad mortem à coniugio abstineant.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. VIII.

SIquis cum matre & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre: ille vir nunquam accipiat vxorẽ: illæ verò si voluerint accipiant maritos. Si autem hoc scierint c ipsæ fœminę absque maritis perpetuò maneant.

Item in eodem.

De eodem.

CAN. IX.

QVidam fornicatus est cum quadã muliere: & postea filius nesciens factum patris, stuprauit eãdem. quod cum pater resciret: de se filioq; d confessus est. statuerũt melius esse, vt taliter lapsis e cũ digna pœnitẽtia legitima permittant cõiugia: quam fortè deterius delinquãt. fornicaria autem sine spe coniugij maneat.

CAVSA XXXV.



Vidã uir mortua uxore sua, aliam sibi in matrimonio copulauit, quæ uxori defunctæ quarto gradu consanguinitatis, uiro autem sexta linea cognationis adhærebat. post triennium uerò liberis ex ea susceptis, accusantur apud ecclesiam. iste prætendit ignorantiam.

1 Hic primùm quæritur: si liceat aliquam ex propria cognatione duci in uxorem?

2 Secundò: si ex consanguinitate uxoris aliqua possit in coniugem duci?

3 Tertiò: usque ad quem gradum debeat quisque abstinere, siue à proprijs, siue ab uxoris suæ consanguineis?

4 Quartò: quare usque ad septimum gradum cõsanguinitatis computatur: ita quòd nec ultra progreditur, nec infra subsistit?

5 Quintò: quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt?

6 Sextò: qui iureiurando propinquitatem firmare debeant?

7 Septimò: an illi qui de incestuosis nati sunt, filij reputentur?

8 Octauò: si ignoranter de consanguinitate uel affinitate aliqua in uxorem ducta est: an ex dispensatione possit uiro suo adhærere?

9 Nonò: si contigerit ecclesiam recipi, & causa consanguinitatis aliquam à uiro suo separari: quæ post quadriennium nuptijs hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris: an secunda coniugia sint rescindenda, & priora sint redintegranda?

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi in extremis agit de consanguinitate & affinitate: quia de hoc impedimẽto plura erant dicẽda. Ostẽdit ergo Gratia. vsq; ad quorum gradũ prohibeatur copula consanguineorũ vel affinium, & qualiter gradus computentur in consanguinitate & affinitate, & quibus accusantib⁹ matrimonia talia sũt dirimenda. Vt autẽ hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo xx. elicit quæstiones. verũ quia pauca cap. de hac causa leguntur, & maxime vsq; ad vij. quæstionem: ideo ego Bart. Brixi. parũ vel fere nihil i hac causa mutaui. sed ne de hoc opere aliq̃d prætermittatur: q̃ scriptũ inueni, solummodo diligenter correxi. Leges autẽ c. in quibus inuenies positũ apparatũ, cũ omnia alia fere sint abrogata per Innocentium nisi in vj. ix. & x. quæstionibus.

Gene. 11. d

[a] Vod autẽ consanguineas. Hic depingit quæstio prima, an scilicet liceat alicui ducere cõsanguineã suã? Super hoc dicit H. q̃ in linea transuersali extendit. phibitio vsque ad vij. gradũ, hodie vsque ad quartũ. extra. co. non debet. in linea vero descendẽte vsque in infinitum. Institu. de nup. §. j. vbi dicit in infinitũ. vnde secũdũ eũ Adam si hodie viueret, nõ posset cõtrahere cũ aliqua [1]. Alij vero non faciunt differentiã inter lineã trãsuersalem, & ascẽdẽtem. arg. j. e. q. v. ad fedẽ. versi. illa quoque. ibi, vltra quos nec consanguinitas reperit. Procedit autẽ G. hoc modo in quæstione ista. Primo. pbat, q̃ consanguineæ duci possunt & hoc vsq; ad §. his ita. Secũdo. pbat cõtrariũ vsque ad §. hac itaq;. Ab illo loco vsque ad finẽ quæstionis ponit diuersas solutiões quare in veteri testa. nõ fuit phibitũ, & modo sit prohibitũ cõsanguineã ducere.

Gene. 24. f
Cõsanguinitas, vsq; ad quotũ gradũ impedit matrimoniũ.
Gene. 29. d
Nu. 36. d
Deu. 25. b
Adã si viueret, vxorem habere nõ posset.
1 Concor. text. in l. nuptię. ij. & ibi bona glos. ff. de nupt.

[b] Vxoris. hoc pertinet ad secundam quæstionem non ad hanc.

[c] Consobrini. melius diceret, frater patruelis: quia Batuel & Sara de duobus fratribus fuerunt, scilicet Nachor & Aram.

[d] Præcepit. Hæc fuit vna causa, quare copula consanguineorum fuit permissa, scilicet ne ducerent alienigenas [2].

10 Decimò: si relicta alicuius de propria cognatione ad secũdas nuptias trãsierit: an proles ex eis suscepta, possit pertingere ad cõsortium alicuius de cognatione prioris viri?

QVÆSTIO I.

Vòd autẽ consanguineas [a] nostras siue uxoris [b] notitiæ in coniugium nobis ducere liceat: exẽplis & authoritatibus ꝓbatur. Abraham nanq; Sarai filiã fratris sui, sororem uidelicet Loth: in uxorẽ duxit. Isaac Rebeccam in uxorem accepit: quæ erat filia consobrini [c] matris suæ. Iacob duas sorores Lyam uidelicet & Rachel filias Labã auunculi sui sibi matrimonio sociauit. In lege quoq; præcepit dominus Moysi, ut nullus duceret uxorem nisi de propria tribu & familia. Item si aliquis absq; liberis moreretur: præcepit [d] dominus, ut frater eius uxorem defuncti sibi copularet, & ex ea semen fratri suo suscitaret. Porrò ad quoscunq; lex ipsa peruenerit [e] eius præceptis [f] probatur obnoxij. nisi quæ uel euangelicis mandatis, uel apostolicis [g] institutis euacuata monstrantur. nullo autem Euangelij præcepto uel apostolico instituto consanguineorũ coniunctiones prohibitæ inueniũtur. unde sicut ab initio, ita & nunc licitæ probantur. Hus ita [h] respondetur: Consanguineorũ cõiunctiones, alias causa necessitatis [i] ꝑmissæ, alias causa iustæ rationis inueniũtur impetratæ. cũ enim unus uir ab initio, atq; una ex latere eius mulier à Deo formaretur, necessariò sorores fratribus copulabãtur. quod aũt cogente necessitate fit: cessante [k] necessitate, pariter cessare oportet quod urget. ergo tantò nũc damnabilius usurpatur cõsanguineorum coniunctio, quantò min⁹ necessaria probatur. unde huiusc̃modi copula postea lege prohibita inuenitur: domino dicente per Moysen [l], Turpitudinẽ sororis [m] tuæ non reuelabis.

Hinc Aug. [n] ait in lib. de ciuitate Dei. xv. cap. xvj. †

Quare constituũt, ne consanguineas ducamus uxores.

CAN. I.

Vm igitur gen⁹ humanum post primã copulã viri facti ex pulueре, & coniugis eius

[a] Religione. Argu. q̃ consanguinitas nõ impedit matrimonium, sed cõstitutio ecclesiæ. j. ea. q. iij. cõiunctiones. & extra de diuor. gaudemus. fruditas enim sola & coactio et error personæ (cum non sit ibi cõsensus) matrimoniũ impediũt sine constitutione ecclesię. item pupillaris ætas, & membri abscisio.

Matrimonium multipliciter impedit, sine constitutione ecclesiæ.

[b] Honestissima. Hic est arg. q̃ affinitas nõ surgat ex coitu fornicario. nam illa cõcordia non est honestissima. nã infideles sũt ipsę fornicariæ. 33. q. iij. quotiescũq;.

Frater ex sorore, si in lem est ex hoc casu posset prolem. si solus homo esset cũ sorore sua, posset eã cognoscere licite, et soboleꝫ suscitare. nam tunc. o. ad. a. reuolaret. 35. di. ab exordio. & esset etiã religionis hoc facere. xxxij. q. iij. dixit Sara. Ité est arg. ex hoc c. q̃ diuersitas tpis diuersi tatẽ factorũ iducit. 23. q. 4. si ecclesia.

[c] Necessitudinũ. Id est dilectionum.

[d] Nefas esset. Id est, execrabile habeatur post prohibitionem. Lau.

[e] Legibus. Secundũ leges enim hoc permittit. C. de nu. celebrandis. & j. e. q. iij. quædã lex.

[f] Fraterna. i. inter duorũ fratrũ filios.

[g] Ciuitas. Quia nõ est opus ea, quãtum ad ciuitatẽ cælestem. i. triumphãtem: vbi neque nubent neq; nubentur. xxxj. q. j. Deus.

[h] Beatus. i. liberetur ab originali peccato, cuius causa contrahitur ab ipsa generatione.

[i] Familia Heber. à quo descendit Abrahã. vnde & Hebræi dicti sunt secũdum Iosephũ. secũdum Aug. dicuntur Hebręi quasi Abrahæi ab Abrahã.

[k] A Chaldæis. Hi ignem pro Deo colebãt: quia sicut dicitur Deus esse vbique: ita ignis in omni loco etiã in lapidibus inuenit. ideo deũ dicebant ignẽ. vñ dixit ego sum qui eduxi vos de Hur Chaldæorum. vnde Abrahã compulsus est, cũ fratre suo adorare ignem & quia noluit, in ignem proiectus est vt numen suæ diuinitatis sentiret. sed qa nõ dubitauit q̃ Deus nõ erat ignis, ideo de igne exiuit illæsus. Aram qui dubitauit, dicitur q̃ sit combustus.

Chaldæi pro igne Deũ colebant.

† In parte hic decisa per Gratia. laudat Augu. pro hibitionẽ matrimonij extẽdi ad filios fratrũ vel sororum.

[l] Filij Dei. Filij Dei dicti sunt qui descenduũt de familia Seth: quia non colebãt idola a modo re vxorũ suarum: & ideo concessum fuit eis, vt acciperẽt vxores de tribu sua. filij Cain q̃ colebant idola dicti sunt filij hominis.

Filij Dei & filij hominũ q̃ dicuntur.

[m] Qui fuerunt ad deos adhuc lienos. vt xxviij. q. j. in pcine. Archi.

[n] Matrimonium inter paucas personas olim fuit prohibitum.

[o] Toro v.

Gene. 1. b

cap. colligitur: Dic quod Abraham legem præuenit, & ideo non cõmisit in legem: vt xxxij. q. iiij. dixit.

[p] Hinc Augustinus. id est, ad ostendendum quod causa necessitatis, permissæ sunt consanguineorum copulæ, &c.

CVm igitur genus humanum post primam copulam viri facti ex pulueре.

Reti

ex viri latere: marium fœminarúmque commistione opus haberet gignendo multiplicaretur, nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent: viri cõiuges suas sorores acceperũt. quod profectò quantò est antiquius, cõpellente necessitate, tantò postea factũ est damnabilius religione [a] prohibẽte: habita est enim illis ratio certissima charitatis, vt homines, quibus esset vtilis atque honestissima [b] cõcordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur: nec vnus in vno, multas haberet necessitudines, sed singulæ sparge rentur in singulos, ac sic ad socialem vitam colligandam diligentius plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe, & socer duarũ sunt necessitudinum [c] nomina. Dum ergo habet quis alium patrem, alium socerum: numerosius se charitas porrigit. vtrũq; autem vnus Adam esse cogebatur, & filijs & filiabus suis, quãdo fratres sororésq; iungebantur coniugio: sicut Eua vxor eius vtrique sexui filiorum fuit & socrus & mater. quę si duę fœminæ fuissent, altera mater, altera socrus copiosius se dilectio socialis colligeret. sed hoc vnde fieret, tunc non erat, quando nisi fratres & sorores, ex illis duobus primis nulli homines erant. fieri ergo debuit, quod potuit, vt existente copia vnde ducerẽtur vxores, quæ iam non erant sorores: non solùm illud nõ fieret, vbi nulla necessitas esset: verum etiam si fieret, nefas esset [d]. quod humano genere crescẽte, etiam inter impios Deorum mutorũ falsorúmq; cultores sic obseruari cernimus, vt & si peruersis legibus [e] permittantur fraternæ [f] coniugia: melior tamen cõsuetudo ipsam malit exhorrere licentiam: sicq; aduersetur quasi licere nũquam potuerit †. Copulatio ergo maris & fœminæ quantum attinet ad genus humanum, quoddam seminarium est charitatis. cælestis verò ciuitas [g] opus habet vt noxam generationis euadat. [h]

Hac itaque consuetudine, quæ ab ipso exordio humanæ propagationis originem habuit, quam nulla lex cõtra iubẽdo euacuauerat, excusantur Abrahã, Isaac, & Iacob, & cæteri qui de propria tribu & cognatione ducebant uxores:

Quamuis etiam alia causa cerrissimæ rationis quaid factum sit possit intelligi. Cæteris omnibus idololatria fœdatis, sola familia Heber [i] in cultu vnius Dei remansit. Vnde Abraham à Chaldæis [k] cum fratre suo Aram in ignem quem adorare noluit, proiectus est: vt numẽ suæ diuinitatis exurẽdo sentiret, quem venerando colere contempsit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad idololatriam prolaberentur & ita Deum offenderent, sicut quondam ante diluuium filij Dei [l] commisti filiabus hominũ ipsum ad iracundiam prouocauerãt: rectissimè cautũ est, vt patriarchæ viri sanctissimi nõ nisi de propria cognatione, id est, de familia fidelium, sibi vxores acciperẽt. Hinc etiã cum filij Israël intraturi terrã promissionis, à domino audirẽt ne filias Chananæorum sibi in vxores acciperẽt, nec suas eis nuptui traderent, statim subiunxit dominus, Ne faciant vos recedere à Deo vestro, & fornicari cum Dijs alienis. Hinc etiam Esdras Idumæas, atque aliarum

Gene. 11. b
Gene. 6. a
Deut. 7. a
1. Esdræ 10. b

Universidad de Deusto Biblioteca

a A Chriſto. Non tamē ex toto: quia omnes ex eodē parente deſcendimus.
b In peccatis veſtris. O Iudæi.
c Matrē veſtram. Id eſt, ſynagogam.
d Et repudiatam. Eſt arg. hic, ꝙ ſicut per authoritatē domini ſeparatū fuit ſacramentū ꝙ fuit inter Chriſtum & ſynagogam: ita hodie authoritate domini poſſet matrimonium ſeparari.

Sacramentum fuit inter Chriſtum & ſynagogam.

e Prophetam. ſ. Oſeæ iiij. ca. vnde expone, id eſt, per aliam prophetiam eiuſdem Oſeæ.
f Illud autem. Hic reſpondet[a] tacitæ obiectioni factæ in primo. §. nā videtur eſſe præceptum quod accederet ad perſonas nō prohibitas: ſicut ad fratris vxorē. viij. quæſtione j. olim.

a Et duplicem ſubijcit reſponſionē. Hu.

g Cōſulendo. Sicut de conſilio nubendi, & de non dimittenda infideli. xxxviij. quæſtione j. ſic enim.
h Quia ergo. Quę dicuntur in hac q. fere per totū ſunt correcta p cōſtitutionē nouā, quæ incipit, nō debet. extra de conſang. & affi. nec eſt opus ea legi. B.

Eſai. 50. a. Oſeæ 4. Oſeæ 2. d.

Numerus minor nō excludit maiorem.

i De affinitate. Ad ſeptimū. Imo vſque ad decimum gradum defertur hæreditas: vt j. ead. q. v. ad ſedem. ſed potes dicere, ꝙ minor numerus nō excludit maiorem. nō enim qui minora conceſsit, prohibuit maiora. 27. q. ij. ſunt qui dicunt. ſic xcv. diſtinct. illud. l. diſtin. ſi quis diaconus. ff. de arbit. diem. §. ſi plures. argum. contra. xxxj. quæſt. j. quomodo. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. ex facto. §. item quæro[a]. Vel dic quod

a Ibi dicitur quod qui decedit intra annum x. non dicitur decedere intra 14. Arc.

mulieres nationum per quas filij Iſraël ibant ad Deos alienos, ab eis ſeparari iuſsit. Eſt autem alia cauſa, quare conſanguineorum cōiunctiones in populo Dei primū permiſſæ vel potius imperatę fuerunt. Deus enim ſic ab initio ſalutem humani generis diſpenſauit, vt primitiuam eccleſiam in illo populo inſtitueret qui ſibi carnis cōſanguinitate erat propinquus. vnde de plebe Iudaica primū apoſtolos elegit: quos quaſi fundamētum eccleſiæ inſtituit quorū prædicatione de eadem plebe multi ad Deū conuerſi, in ſeipſis originem eccleſiæ præſtiterūt. Deinde in cæcitate ſuæ perfidiæ Iudaica plebe relicta, ad gētes quæ tam fide quàm cognatione carnis a Chriſto[a] erant alienæ, prædicatio Euangelica tranſlata eſt: & quaſi cōſanguineæ copulam Chriſtus aſpernatus, de aliena cognatione ſibi vxorem elegit: adimplens illud, quod per prophetā Oſeæ prædixerat, In peccatis veſtris[b] dimiſi matrem veſtrā[c] quaſi adulteram & repudiatam[d]. Et item per aliū prophetam[e]: Vocabo non plebem meam, plebē meam. In huius ergo rei ſacramento cōſanguineorum cōiunctiones primùm in populo permiſſæ ſunt, nunc autem prohibitæ. & quia non in vna familia tantùm, ſed in omni multitudine gentium populus fideliū inuenitur: non de propria cognatione, ſed de qualibet aliena cuicunque vxorem ducere conceditur. Illud autem[f], quod præcepta legis ſeruanda dicunt, quæ nec Euangelicis nec apoſtolicis inſtitutis euacuata probantur: verū quidem eſt: ſed cum omnia figuralia ſigna Apoſtolus probet ad tempus eſſe data, itaque ideo, veniente veritate affirmet illa figuralia non vltra eſſe ſeruanda: hoc autem (vt ſupra mōſtratum eſt) cauſa ſacramenti a Deo inſtitutum eſſe probetur: & hoc cum cæteris figuralibus euacuatum certiſsimè conſtat: quanquam ſicut Apoſtolus quædam conſulendo[g] addidit, quæ Euangelicis præceptis non inueniebantur diffinita, nec tamen ideo tanquam temeraria vel ſuperflua ab alijs apoſtolis ſunt repudiata: ſic & eccleſia poſt apoſtolica inſtituta, quædam concilia perfectionis addidit: vtpote de continentia miniſtrorum, de confeſsione myſteriorum, de celebratione officiorum: quæ nullatenus reſpuenda ſunt, sed diligenti veneratione ſuſcipienda. Conſanguineorum ergo coniunctiones quamuis euangelicis præceptis non inueniantur prohibitæ, ſunt tamen fugiendæ: quia eccleſiaſticis inſtitutionibus inueniuntur terminatæ.

loquitur hic de cognatis, qui de iure prętorio ſuccedunt vſque ad vij. gradum: vt inſtitu. de ſucceſ. cogna. §. vltimo. Nullum

† Adde affinitatē p propinquitate hic accipi. ſimi. eſt in l. ſancimus. C. de pœni. † Nō poteſt eſſe pri[illegible] [illegible]

QVÆSTIO II. & III.

Q Via ergo[h] à conſanguineorum coniunctionibus (ſicut probatū eſt) abſtinere oportet, uidendum eſt uſque ad quem gradum à conſanguineis proprijs abſtinere oporteat, uel ſi ex cognatione propriæ uxoris aliquam duci in uxorem liceat.

De his ita ſcribit Gregorius Papa in concilio Meldenſi.

Vſque ad ſeptimam generationem nullus de ſua cognatione ducat vxorem.

CAN. I.

D E affinitate † conſanguinitatis per gradus cognationis placuit vſque ad vij. generationem obſeruare: nam & hæreditas rerum per legales inſtrumentorum diffinitiones ſancita, vſque ad ſeptimum[i] gradum protendit hæredum ſucceſsionem. non enim ſuccederent, niſi eis de propagine cognationis deberetur.

Item Calixtus Papa. †

Infamia notātur, qui conſanguineas ducūt vxores.

a Nullū in vtroque. Loquitur cap. iſtud in primo genere affinitatis.
b Vnitatem. ergo tantū per carnis cōmiſtionem contrahitur affinitas. j. ea. ſane. quod Hug. dicit[1]. ſed tamē prohibet contrahere cū aliqua cōſanguinea illius propter publicæ honeſtatis iuſtitiam: vt xxvij. q. ij. ſi quis vxorem. Sed contra. iiij. q. iij. ca. placuit. §. itē in criminali. & cap. ſi teſtes. §. item lege. ſed ibi gener appellatur ſpōſus: nō quod re vera ſit, ſed quo ad quoddam beneficium.

Affinitas tantū per carnis cōmiſtionem contrahitur.

1 Arg. cō. Hug. ſic. j. ca. j. de hoc. in glo. hic eſt ar. ibi ple ne dixi, & ibi videas pro dicto Hug. dictū apoſtoli dicentis Qui adhæret meretrici vnum corpus cum ea efficitur. Archi.

c De inceſtis. ſ. iij. q. iij. conſanguineorum. j. q. viij. c. vlti.
d Reſeruamus. ſcilicet vt remaneant inſimul.
e Cum adulteriū. id eſt, fornicationem[a]. xxxij. quæſtio. iiij. nemo.
f Funeſtum. id eſt, turpe & indecens. ſ. xxxiiij. diſtin. preſbyteri.
g Conſobrinæ. Cōſobrini dicunt quaſi cōſororini. ij ſunt proprie duarum ſororum filij[3]. ſobrini vocantur conſobrinorum filij.
h Aut priuignę ſuę. patrui. & ſecundum hoc exaudi de priuigna ex ſecundis nuptijs. Vel dic ſuæ. id eſt, propriæ.
i Concubitu. Arg. quod affinitas contrahitur per coitum fornicariū, ſicut per legitimū, vt j. e. nec.
k Quos omnes. multi alij ſunt q numerantur hic.
l Et inter cathecuminos. De hac materia

a Glo. eſt ſimi. in l. inter liberos. §. Iulian[9]. alias eſt l. Iulianus. ff. ad l. Iul.

Conſobrini q ſunt.

3 Sic etiā dicit Iſid. in li. ix. ethymo. ca. agnati.

† Non dicit in quinto gradu, & in quinta generatiōe & in quarta tol lerantur.

C Oniunctiones conſanguineorum fieri prohibētur. quare? quia & has diuinæ ſeculíque prohibent leges. leges ergo diuinæ hoc agētes, & eos qui ex eis prodeunt, non ſolùm eijciunt, ſed etiam maledictos appellant. leges ergo ſeculi, infames tales vocant, & ab hęreditate repellunt. Nos verò ſequentes patres noſtros, infamia eos notamus & infames eſſe cenſemus: quia infamiæ maculis ſunt aſperſi. nec eos viros, nec accuſationes eorum (quas leges ſeculi reijciunt) ſuſcipere debemus. Eos autem conſanguineos dicimus, quos diuinæ & imperatorū ac Romanorū atque Græcorum leges cōſanguineos appellāt, & in hæreditate ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt.

CAN. II.

Item Fabianus papa.

Affines in quinta generatione copulari poſſunt: in quarta ſi fuerint inuenti, non ſeparentur.

CAN. III.

D E propinquis, qui ad affinitatem per virum & vxorem veniunt: defuncta vxore vel viro, in quinta generatione coniungātur: in quarta † ſi inuenti fuerint, nō ſeparētur. In tertia tamen propinquitate, non licet vxorem alterius accipere poſt obitum eius. Aequaliter vir cōiungatur in matrimonio eis quæ ſibi conſanguineæ ſunt, & vxoris ſuæ cōſanguineis poſt mortē ſuę vxoris.

Idem.

CAN. IIII.

Q Vi propinquā ſanguinis vxorē ducunt & ſeparantur: nō licebit eis quādiu vtrique viuunt, alias vxores ſibi in coniugio ſociare: niſi ignorātia excuſent.

Vnde in concilio apud Vermeriam.

Non prohibetur ducere vxorem, qui ignorāter inceſtum committit.

CAN. V.

S I quis cū matre & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre: ille nunquā accipiat vxorem: illæ verò ſi voluerint accipiāt maritos. Si autem hoc ſcierint ipſæ fœminę: abſque maritis perpetuò maneant.

Item ex eodem.

CAN. VI.

S I homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius neſciens eādem duxerit vxorē: frater eò quòd fratri crimen celauerit vij. annos pœniteat, & poſt pœnitentiam nubat. Mulier autē vſq; ad mortem pœniteat, & ſine ſpe cōiugij maneat. De his verò qui ignoranter cōiungūtur, cæteræ authoritates intelligendæ ſunt.

Vnde Iulius papa.

Ex propinquitate ſui ſanguinis vel vxoris, vſque in ſeptimum gradum nullus ducat vxorem.

CAN. VII.

N Vllum in vtroq;[a] ſexu, permittimus ex propinquitate ſui ſanguinis vel vxoris vſq; in ſeptimum generis gradum, vxorem ducere: vel inceſti macula copulari. Præterea illud quoque adiecimus, quoniā ſicut nō licet cuiquam Chriſtiano de ſua conſanguinitate: ſic etiā nec licet de conſanguinitate vxoris ſuæ coniugem ducere, propter carnis vnitatē[b].

Item ex concilio Agathenſi.

Inceſtuoſi nullo ſunt digni nomine coniugij.

CAN. VIII.

D E inceſtis[c] coniunctionibus, nihil prorſus veniæ relinquimus vel reſeruamus[d] niſi cùm adulterium[e] ſeparatione ſanauerint. Inceſtuoſos verò nullo coniugij nomine deputādos: quos etiam deſignare funeſtū[f] eſt. Hos enim eſſe cenſemus, ſi quis relictam fratris (quæ penè prius ſoror extiterat) carnali coniunctione polluerit: ſi quis frater germanā vxorem acceperit: ſi quis nouercam duxerit: ſi quis conſobrinæ[g] ſobrinæq; ſe ſociauerit: ſi quis relictæ vel filiæ auunculi miſceatur, aut patrui filiæ, aut priuignæ[h] ſuæ: aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam cōſanguineus habuerit, vel concubitu[i] polluerit, aut vxorē duxerit: quos omnes[k] & olim & nunc, ſub hac conſtitutione inceſtos eſſe nō dubitamus, & inter cathecuminos[l] vſque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incestuosi quantū ad aliqua sūt ipso iure suspensi.

teria dicūt quidam, specialē esse in incestuosis qui nō debent admitti vsque ad missam cathecumenorū tantum. nam dicunt eos suspensos ipso iure, quantum ad hoc: sicut simoniacus quilibet suspensus est, quo ad diuina officia. j. q. j. qui studet. & ca. quibusdam. de consec. dist. j. episcopus nullum. abrogatum est. nam dicūt quod Iudæus, Saracenus, hæreticus non præcisus bene possunt stare vsque ad missam cathecuminorum. arg. de consec. distin. iiij. Iudei. nec contradicit. xj. qō. iij. cum excommunicato. & j. q. j. non liceat. nā omnia illa intelliguntur de præcisis, id est, nominatim excommunicatis, vel de illis qui sequuntur hæresim iam damnatā.

a Et orare. 3. dist. xxv. ca. j. contra. j. de consecr. dist. iiij. eos quos. contra sed ibi grauius fuit delinquere.

1 Sub. est grauis iudicatum. & ideo non afferamus.

b Cōstituta. dist. 24. q. 1. nō sum, & ideo 1 &c. Constituta. dispensando, & est argu. p opin. H. quod scilicet dispensatio est ius: vt not. xxxiij. quæsti. iij in adolescentia. & cap. interfectores.

1. ad Corinthi. 5.

c Cōstituta. id est, antiquos canones.

Habebunt. ante incestum de iure cōmuni, vel post si adolescētes sunt, vel etiam senes inconuenientes ex dispensatione. xxxiij. qō. iij. in adolescentia.

2 Huic ca. vide cōtra. de cō. dist. 2. de cōsecratione corporis Christi nulli. nam tunc cathecumini. Sed cumini de ecclesia dic vt ibi expellebantur 1 vel nota. & §. vsq; ad euāgelium.

Ex isto text. infero, q̄ affinitas per ecclesiā, non tamen illicitā cōiunctionem cōpulam cōtrahit. no. in l. nō facile. §. sciēdum. & §. affines. ff. de gra. cognatio.

D Eijs qui.

3 Vsq; ad missam. id est, vsque ad sursum corda, vel tra. j. de cō. dist. 2. epi. vsque ad confecratione corporis Christi nam tunc cathecumini de ecclesia expellebantur 1 vel nota. & §. vsq; ad euāgelium.

Nec cibum. hoc fit in detestationem criminis, sicut alias aliquis tolleratur ab ecclesia, non tamen ei communicatur in cibo: vt de vxore clerici: vt xxxiij. q. iij placuit.

e Ecclesiæ. Nam illud verbū, maculauerunt.

f Naturæ. Respicit

E Xtraordinaria. id est, citra vel circa naturalia 1 & non intra ita quod non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat.

h Vel. id est, etiam.

i Sæpius. quia qua ratione non impedit prima, eadem nec secunda nec aliqua. secus autem esset forte si in non naturali mēbro, tunc impediret propter enormitatem criminis. xxiij. quæstio. vij. adulterij. & xxxiij. quæstio. ij. c. hoc ipsum. §. hoc autem.

3 Idem circa mēbrū ad hoc a natura cōcessum. H.

k Maritalem affectum. nā si maritalis affectus intercessisset, impediret. arg. extra de spon. iuuenis. non propter factum, sed ꝓpter consensum. xxvij. q. ij. si quis vxorem.

l Sacramētis. polluētis & pollutæ. nō enim testificatur ꝓ se: sed pro eo qui eā ducere vult. Et mirum est, quod contra tam violentam præsumptionem ꝓbatio admittitur. et ideo est cōtra. xxxij. q. j. dixit. sed hoc fit in defectum probationum. C. de hære. l. pen. & obtinet forte hoc cum virgo erat, & volebat probare per aspectū corporis. xxvij. q. j. nec aliqua. & q̄ iurat est ex superabūdanti. & ad cautelā. arg. xxxiiij. q. ij. in lectum. Itē auditur hic criminosus testis, & turpitudine suam allegans, imo non est testis, sed interrogatur de facto suo. iiij. quæstio. iij. cap. si testes. §. item serui.

Probatio admittitur cōtra violentā præsumptionem.

m Impedire. talis pollutio non debet impedire eum quin possit ducere cōsanguineam illius: quia nec fecit sanguinis commistionem: nec carnis vnitatē. Sed quāmuis si aliquis reseraret illas feras, & nondū processit ad cōsummationē operis: nunquid talis cōmistio carnis impedit matrimoniū cū cōsanguineis illius? Dic quod non: quia nec est ibi sanguinis commistio nec carnis vnitas. 5. eadem. nullum, &c.

videlicet ordine. si verò extraordinariè, non sic.

Ait enim Vrbanus papa ij. Gratiano; Neapolitano episcopo.

Extraordinaria pollutio, in naturalibus non impedit matrimopiam.

CAN. XI.

Extraordinaria g pollutio non nisi in naturalibus admissa, vel h sæpius i reiterata, citra maritalē affectū k si præbitis sacramētis l ita esse cōstiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est literis: nō videt matrimoniū impedire, quamuis ipsa sit criminosa & dānabilis.

Item Iulius papa.

Nullus ducat in coniugem relictam cōsanguineorū suorum, vsq; in tertium generationem.

CAN. XII.

Et hoc quoque statutum est, vt relictam patris vxoris suæ, relictam fratris vxoris suę, relictā filij vxoris suæ, nemo sibi in matrimonium sumat, relictā consanguineorū vxoris suę, vsque in tertiam progeniem, nemo sibi in vxorem sumat. in iij. autem & in v. si inuēti fuerint, non separentur.

Idem.

A consanguineis proprijs vel vxoris, pariter cuique est abstinendum.

CAN. XIII.

Aequaliter vir coniungatur cōsanguineis proprijs, & consanguineis vxoris suæ.

Item Isidorus ex concilio Macien.

3 Idem circa mēbrū ad hoc a natura cōcessum. H.

m Impedire. talis pollutio non debet impedire eum quin possit ducere cōsanguineam illius: quia nec fecit sanguinis commistionem: nec carnis vnitatē. Sed quāmuis si aliquis reseraret illas feras, & nondū processit ad cōsummationē operis: nunquid talis cōmistio carnis impedit matrimoniū cū cōsanguineis illius? Dic quod non: quia nec est ibi sanguinis commistio nec carnis vnitas. 5. eadem. nullum, &c.

Affinitas nō nascit sine carnis cōmistione.

In parentela propria & coniugis, eadem consanguinitas est obseruanda.

CAN. XIIII.

SAnè consanguinitas, quæ in proprio viro seruanda est, hæc nimirū in vxoris parentela, de lege nuptiarū custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne vna. Ideoq̄ communis illis vtraque parentela censenda est: sicut scriptum est, Gene. 2. d erunt duo in carne vna.

Item Augustinus.

Nurus non est aliter deputanda, quàm filia.

CAN. XV.

SI vir & vxor non iàm duo, sed vna caro sunt: non aliter est nurus deputanda, quàm filia.

† Epist. 3. libr. 12. addit. epist. Item Greg. papa episcopis Galliæ. †

Vsque ad septimam generationē, progeniem suam vnumquenque seruare oportet.

CAN. XVI.

PRogeniem suam, vnumquenque vsque ad septimam decernimus obseruare generationem, & quandiu se agnoscant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus: quod si fecerint, separentur.

Item Nicolaus papa Amalfitanæ ecclesiæ suffraganeis.

De eodem.

CAN. XVII.

DE consanguinitate sua vxorem nullus ducat, vsque post generationem septimam, vel quousque parētela cognosci poterit, laicus verò vxorem simul & concubinam habens, nō communicet ecclesiæ.

Item ex concilio Guarmacienſi.

Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur, sibi inuicem non copulentur.

CAN. XVIII.

IN copulatione fidelium, generationis numerum nō diffinimus, sed statuimus vt nulli liceat Christiano de propria consanguinitate seu cognatione accipere vxorem, vsq; dum generatio recordatur aut cognoscitur, aut in memoria retinetur.

Item ex concilio Lugdunensi.

Ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum, nullus ducat vxorem.

CAN. XIX.

NVlli ex propinquitate sui sanguinis, vsque ad septimum gradū vxores ducant, neque sine benedictione sacerdotis. qui autem nupturi erunt, à sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant. Præmissis authoritatibus quisque prohibetur à coniunctione consanguineorum, vsque ad septimam generationem.

Sed obijcitur illud Grego. ad Augustinum Anglorum episcopum. †

† c. 6. ad interrogadiui Aug.

Anglicis permittitur, vt in quarta vel in quinta generatione copulentur.

CAN. XX.

QVædam lex Romana permittit, vt si ue fratris, siue sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur: sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem nō posse succrescere: vnde necesse est, vt in quarta vel quinta generatione fidelium, licenter sibi cōiungantur. Sed idem humillimus pater Gregorius, post multum temporis à Felice Messanæ Siciliæ ciuitatis præsule requisitus, vtrum Augustino scripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minimè soluerentur, inter cætera talem responsionem reddidit. Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet (vt recordaris) tuo, ipsi etiā Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono quod cœperat, metuendo austeriora recederet, specialiter & non generaliter me certissimè scripsisse cognoscas. vnde & mihi omnis Romana ciuitas extitit testis. Nec ea intentione hæc ei scripsi mandata, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur: aut infra affinitatis lineā, id est, vsque ad septimam generationem iungantur: sed quòd adhuc illis neophytis existentibus, eis primùm illicita consentire †, & eos verbis ac exemplis instruere oportet. Nam iuxta Apostolum qui ait: Lac dedi vobis potum, nō escam: illis modò non posteris (vt præfixum est) temporibus, tenenda indulsimus: ne bonum quod infirma radice plātatum erat, erueretur, sed aliquantulum firmaretur, & vsque ad perfectionem custodiretur.

1. Corin. 3. †

Item obijcitur illud Gabilonensis concilij.

In quinta vel sexta generatione, nullus amplius copuletur coniugio.

CAN. XXI.

CONtradicimus, vt in quarta vel in quinta sextaq̄ue generatione, nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuētum, separetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hac authoritate, dum sexta generatione interdicitur coniugium, in septima permitti uidetur: sed gradus cognationis secundùm quosdam uariè computantur. Alij nanque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cùm una caro probentur pater & filius. Authoritates ergo, quæ consanguinitatis copulam usque ad septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu. Illæ uerò quæ usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant, atque ita fit ut eædem personæ secundum hanc diuersitatem inueniantur in sexto uel septimo gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, uidetur esse contrarium illi decreto Iulij papæ, Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suæ coniugem ducere, propter carnis unitatem. Similiter etiam inuenitur contrarium illi ca. Grego. nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, &c. Sed illud Fabiani intelligendum est, de duabus sororibus uel personis inter se affinitate coniunctis, ut sunt uxores duorum fratrum: si contigerit unam earum alicui in matrimonio copulari, post mortem eius, uir non poterit affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniantur. unde qui nouercam alicuius in uxorem duxerit, post mortem eius, uxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulianus papa alibi ait: Relictam consanguineorum uxoris suæ (non ait consanguineas uxoris suæ, sed relictam consanguineorum uxoris suæ) usque in quartum generationem, nullus ducat in uxorem. Paschalis uerò papa secundus scribens Rhegino episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cuius copula non ultra secundum gradum inuenitur prohibita.

Ait enim.

Duorum consobrinorum coniuges, uni eidémque nubere non possunt.

CAN. XXII.

POrrò duorum consobrinorum coniuges, quamuis diuersis temporibus uiro uni alteram post alterius obitū, nubere ipsa præter authoritatē canonicam publicæ honestatis iustitia contradicit: & nouit prudentia tua, quia ita ab uxoris sicut à uiri consanguineis abstinendum est.

Illud autem Greg. & Iulij papæ intelligitur de consanguinitate uiri uel uxoris: ut post mortem alicuius eorum, nulli de cognatione defuncti uiri superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est usque ad quem gradum quisque à propria consanguinitate uel cognatione suæ uxoris abstinere debeat.

QVAESTIO IIII.†

† Magn. & saepenumero nouissimi primi. primi nouissimi. Ouid.

MOdò quæritur quare usque ad sextum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur? De his ita scribit Isidorus etymologiarum libro undecimo, cap. sexto.

Quare usque ad sextum gradum consanguinitas obseruetur.

CAN. I.

COnsanguinitas dum sæpe paulatim propaginem ordinibus dirimēs, usque ad ultimum gradum se subtraxerit, & propinquitas esse desierit, tunc primū lex in matrimonij uinculū eam recipiet, & quodammodo reuocabit fugientem. ideo autem usque ad sextum generationis gradum, consanguinitas statuta est, ut sicut sex ætatibus mundi, generatio & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur.

QVAESTIO V.

DE *gradibus uerò consanguinitatis, quomodo computandi sunt, beatus Isidorus sic loquitur.*

Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis.

CAN. I.

SEries consanguinitatis, sex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus, illis seorsum seiunctis ex radice illius trūci, egrediuntur isti ramusculi, nepos neptis, primus. Pronepos proneptis, secundus. Abnepos abneptis, tertius. Adnepos adneptis, quartus. Trinepos trineptis, quintus. Trinepotis filius & trinepotis filia, sextus.

Item

Item Alexander papa secundus, Neapolitanis clericis, & omnibus episcopis atque iudicibus per Italiam constitutis, scribit de huiusmodi ita dicens.

Quomodo sunt computandi gradus consanguinitatis.

CAN. II.

AD sedem Apostolicam perlata est quæstio nouiter exorta, de gradibus consanguinitatis, quam quidā legum & canonum imperiti excitantes, eosdē propinquitatis gradus cōtra sacros canones & ecclesiasticum morem, numerare nituntur, nouo & inaudito errore affirmantes, quòd germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione: filij eorum & filiæ in quarta: nepotes eorum vel neptes in sexta. talsque modo progeniem computantes, in huiusmodi sexto gradu eam terminantes. dicunt deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere, & ad huiusmodi profanum errorem confirmandum, in argumētum assumunt seculares leges quas Iustinianus Imperator promulgauit de successionibus consanguineorum: quibus confisi ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numerandos, filios eorum in quarto, nepotes & neptes in sexto. sic seriem genealogiæ terminātes, numerationem sanctorum patrum, & antiquam ecclesiæ computationem ad nos usq; perductam peruersa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos verò Deo annuente hanc quæstionem discutere curauimus in synodo habita in Laterañ. consistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis & clericis atque iudicibus diuersarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus & sacris canonibus, distinctè inuenimus ob aliam atque aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem, ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hereditas vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. in canonibus verò ob hoc progenies computatur, vt apertè monstretur, vsque ad quotām generationem à consanguineorum nuptijs sit abstinendum. ibi præscribitur vt hæreditas propinquis modo legitimo conferātur: hic verò vt ritè & canonicè inter fideles nuptię celebrentur. In legibus distinctè nō numerantur gradus, nisi vsq; ad sextam, in canonibus autem vsque ad septimam distinguitur generationem. Hac ergo de cāusa, quia hæreditates nequeunt vltra deferri nisi de vna ad alteram personam, idcirco curauit secularis Imperator, in singulis personis singulos perficere gradus. Quia verò nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones, duas in vno gradu constituere personas. vtranq; tamen computationem, si attentè ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, & eandem in eis sententiam esse, atque ad eundem terminum conuenire, manifestissimum erit. Iustinianus nanque vsq; ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definiuit, canones verò vltra vij. nullam numerāt generationē. sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator. Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. nanque ex his palàm est intelligere, quemadmodum vlteriores gradus numerare debeamus: generata quippe persona gradum adijcit. Ecce in his verbis apertè ostēditur, tales gradus quales isti computant, non tantùm vsque ad sextum, verùm etiam vltra numerari debere, quippe cùm vltra sextum, vlteriores gradus numerandos esse decernant, vbi enim vlteriores nominat gradus, apertè indicat non sex tantummodo esse gradus, sed sex finitis adhuc alios numerandos. nec mirum, cùm in præcedentibus ipse firmauerit Imperator decimū etiam gradum: quod dicēdo, non esse tantummodo sex, luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis si possunt intendant: quos hactenus istiusmodi perculit error. enimuero vbi secundùm leges inter agnatos vel cognatos defertur successio, consanguineos esse, nō dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se (teste Iustiniano) in x. gradu sibi attinerent. Consanguinei igitur sibi sunt, qui sic sibi succedunt. Quòd si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas (vt isti fatentur) in sexto tantūmodo gradu. Quid igitur dicerent? Computatis nanque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu, aut non? Si autem finitur, fallaces erūt leges, quibus isti vtuntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quòd si non finitur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, falsificati erunt isti, qui vltra illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sextum gradum, nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ, aut isti qui sic finiunt generationem. Sed vt veridicæ leges, & veraces sint canones, dicamus id quod veritas habet: scilicet ꝙ non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur in septimo gradu, secundū canones. vtraque enim computatio (sicut superius diximus) vno fine concluditur. Nanq; duo gradus legales, vnum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundùm seculares leges dicuntur in secūdo gradu †, iuxta canones numerantur in primo gradu. filij fratrum qui illic numerātur in quarto: hic computantur in secundo. nepotes verò qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio. sic deinceps, qui legibus inscribuntur in octauo & decimo in canonibus definiuntur in quarto & quinto. atque hoc modo, de reliquis sentiendum est, vt qui secundùm canones dicuntur in sexto vel septimo, secundùm leges accipiuntur in duodecimo vel in decimoquarto. Hanc computationem intelligens prudentissimus papa Greg. dum quęreretur in quota generatione fideles coniungi debeant, ipsas seculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: Quædam terrena lex in Romana republica permittit, vt siue fratris & sororis, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceantur: sed experimēto didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia vel in quarta generatiōe copulatio fidelium, licenter sibi coniungi debeat. Nam à secunda (quam prædiximus) omnimodo debent abstinere. Ecce hic apertè monstratur filios & filias fratrum, in secunda generatione numerari. & si fratrum filij & filiæ numerantur in secunda, fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in prima. quòd si fratres numerantur in prima, filij eorum in secunda, dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis vsq; ad septimam. Sed sunt quidam qui ex his Gregorij verbis, quibus ait vt in tertia vel quarta generatione copulētur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iustè facere posse, quod tam prudētissimus doctor sua sententia definiuit. Isti itaque, qui se hoc velamine defendere nituntur, aduertant in eiusdem patris sententijs non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. nam postmodum à Felice Messanæ ciuitatis Siciliæ præsule requisitus, an hoc quod Augustino mandauerat, generaliter cunctæ ecclesię tenendum esset, apertissimè monstrauit non alijs quàm illi genti mādasse, ne bonum quod cœperant, metuendo austeriora desererent: sed illi postquam in fide essent firma radice solidati, & vniuersali ecclesiæ censuit semper esse tenendum, vt nullam de propria consanguinitate vel affinitate, infra septimam generationem aliquis sibi audeat in coniugio copulare. Ecce apertè monstratum est ex verbis ipsius legis, & authoritate prudentissimi papæ Greg. quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus: quamuis alia quoque ratio, modo pari ipsos deuincat aduersarios. Nam si (vt ipsi fatentur) in illo sexto gradu consanguinitatis finiretur, omnes personarum ramusculos, qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. sed quia omnes qui in pictura prædictæ arboris continentur, ex vna parentela consistunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis, à se poterunt separari, veluti non sine damno cuiusque personę valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrorum præceptio canonum, quæ iubet à propria abstinere consanguinitate quandiu generatio recordatur, aut memoria retinetur: nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. Nam si in his septem gradibus canonicè & vsualiter omnia propinquitatum nomina numerentur, vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne verò in hac consanguinitatis computatione aliqua dehinc ambiguitas valeat remanere, aliam quam quidam faciunt numerationem, in hac etiam alia disputatione duximus discutiendam. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, sed à filijs eorum, id est, patruelibus vel cōsobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum, in prima generatione cōputari debere, quia fratres quasi quidam truncus ex quo cæteri ramusculi oriuntur, existūt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit: ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa. Isti enim qui initium numerandi sumunt à filijs fratrum, non progrediuntur vltra sextam generationem, sed sicut totius mundi sex ætates existunt, & humanæ vitæ itidem sex: ita & in consanguinitate sex tantummodo autumant computandas esse generationes: quibus finitis, nouæ cōiunctionis dicunt posse fieri initium, vt quasi fugientem possint reuocare consanguinitatem. Hæc itaq; computatio quæ incipit à fratrum filijs, & numeratur vsq; ad sextum tantundem valet quātum ea quæ incipit à fratribus, & cōputatur vsque ad septimum: nec vlla in sensu cōsistit piuersitas, quamuis in numero graduum, varietas videatur. vltima enim generatio, si à fratribus sumat initium numerādi, septima inuenitur, si à filijs fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, apostolica authoritate admonemus vos fratres & filij, vt omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodū sancti patres numerādam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctæ & vniuersalis ecclesiæ per longa tempora olim cōputasse monstratur. nam si quis peruersa & obstinata mente à recto tramite apostolicæ sedis deuiare voluerit, et aliter quàm nos in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit, primùm pro sua temeritate cælesti pœna plectetur: postmodum verò gladio perpetui anathematis nouerit se iugulandum.

† Cōcor. Alexā. de Imol. in l. si auię frater. in fin. C. de succ. edic.

Item Gregorius papa.

Quare consanguinitas vxoris ad virum pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computanda.

CAN. III.

POrrò de affinitate quam dicis parentelam esse, quæ ad virū ex parte vxoris, seu quę ex parte viri ad vxorem pertinet: manifestissima ratio est, quia si secundum diuinam sentētiam ego & vxor mea sumus vna caro, profectò mihi, & illi mea suaque parentela propinquitas vna efficitur, quocirca ego & soror vxoris meæ in vno, & primo gradu erimus: filius verò eius, in secundo gradu erit à me, neptis verò tertio, idque vtrinque in cæteris agēdum est successionibus. Vxorem verò propinqui, cuiuscunq; gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit, quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruari. qui verò aliorsum sentiūt, antichristi sunt, à quibus tantò solicitius vos oportet cauere, quantò apertius deprehenditis illos diuinis legibus oppugnare.

Item Zacharias papa.

Qualiter parentelæ gradus computantur.

CAN. IIII.

PArentelæ gradus taliter computamus, si quidem ego & frater meus, vna generatio sumus primumq; gradum efficimus, nullo gradu distamus. rursus filius meus, fratrisque mei filius, secunda generatio sunt: ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur, atque ad hunc modum cæteræ successiones sunt habendæ. porrò de affinitate quā dicitis parentelam: vt suprà ca. Gregorij.

Item Alexander papa secundus.

Aequiuocatio est, cùm soror vxoris cognata vocatur.

CAN. V.

QVòd autem frater sorórve vxoris tuæ, cognati tui dicuntur, æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quàm vlla causa cognationis. vxor enim fratris fratrissa potius, quàm cognata vocatur, mariti frater leuir dicitur. duorum autem fratrum vxores, vocantur ianitrices †, quasi eandem ianuam tenentes, vel per eandem ianuam intrantes. Viri soror, glos appellatur. Sororis autem vir, non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

† Vide in hunc locū Alcia. lib. disp. 2. ca. 23. Ianitores enim Græcè dicūtur duorum fratrū vxores nō ianitrices.

Item Isidorus. †

Nomina graduum superiorum, siue inferiorum, siue ex latere venientium.

CAN. VI.

PRimo gradu, superiori linea, continetur pater & mater, inferiori filius & filia, quibus nullæ aliæ personæ iunguntur. Secundo gradu continetur superiori linea, auus auia, inferiori nepos neptis, in trāsuersa frater & soror, quæ personæ duplicātur. Auus enim & auia tam ex patre, quàm ex matre accipiūtur, quæ personæ sequētibus quoque gradibus similiter pro substantia eorum, in quo gradu consistūt ipso ordine duplicantur. Istę personæ in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo aui sunt, & pater-

† cap. 5. lib. 9. etymologiarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus,& maternus.Item duo genera nepotum sunt,siue ex filio,siue ex filia procreati.Frater & soror ex transuerso veniunt, id est,aut frater patris,aut frater matris: qui aut patruus,aut auunculus nominatur,qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

Tertio gradu veniunt suprà, proauus proauia,& infrà pronepos proneptis.Ex obliquo quoque,fratris sororisque filius vel filia,patruus,amita,id est, patris frater & soror,auunculus, matertera,id est, frater matris,& soror.

Quarto gradu proueniunt suprà,abauus abauia.infrà abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris sororisque nepos, & neptis, patruelis frater, soror patruelis, id est,patrui filius & filia.Consobrinus cõsobrina,id est,auunculi & materteræ filius & filia. Amitinus, amitina,id est, amitæ filius & filia. Item consobrini,qui ex duabus sororibus nascuntur quibus accrescit patruus magnus,amita magna, id est,aui paterni frater & soror, auunculus magnus, matertera magna, id est, auiæ tam paternæ quàm maternæ frater & soror.

Quinto gradu veniunt suprà quidem adauus, adauia : & infrà adnepos adneptis. Ex obliquo fratris & sororis pronepos,proneptis: fratris patruelis, sororis patruelis,amitini,amitinæ,consobrini consobrinæ filius vel filia,propior cõsobrinus,propior consobrina,id est, patrui magni, auunculi magni, materteræ magnæ:amitę magnę filius vel filia:quibus accrescunt propatruus & proamita. Hi sunt proaui paterni frater & soror, proauunculus scilicet & promatertera. Hi sunt proauiæ paternæ maternæq; frater & soror, proauique magni materni. Hæc species nec alijs gradibus q; scripta est, nec alijs vocabulis declarari potest.

Sexto gradu, veniunt suprà tritauus tritauia,infrà trinepos trineptis. Ex obliquo fratris & sororis abnepos abneptis,fratris patruelis,& sororis patruelis amitini amitinæ,consobrini consobrinæ,patrui magni amitæ magnę,auunculi magni materteræ magnæ nepos neptis, propioris consobrini filius vel filia,abpatruus abamita.Hi sunt abaui paterni frater & soror, abauunculus, abmatertera. Hi sunt abauiæ paternæ maternæque frater & soror,abauique materni. Hi quoque explanari amplius nõ possunt,quàm ipse author disseruit.

Septimo gradu, qui sibi sunt cognati recta linea suprà infraque proprijs nominibus non appellantur,sed ex transuersali linea continentur,fratris sororis adnepos adneptis , consobrini filij filiæque. Successionis idcirco gradus, sex constituti sunt, quia vlterius per rerum naturam nec nomen inueniri †,nec vltra successio potest propagari. In his enim sex gradibus,omnium propinquitatum omnia nomina continentur,vltra quos nec affinitas inueniri,nec successio consanguinitatis potest amplius prorogari. De gradibus consanguinitatis vel affinitatis,quot sint,quomodo computãdi,quibus etiam appellentur nominibus,authoritate Isidori atque Gregorij,& Alexandri sufficienter monstratum est.

† Idem Alex.in l. in ius vocari. co.j. ff.de in ius vo.& plenè p.1mo. in l.fi verò.§.de viro.ff.soluma.& gl. in §.pe.inst.de gra.

Arbor

Arbor consanguinitatis.

Non gignunt dextros,qui sunt in parte sinistra.
Tangit dextra mares : sed læua tenet mulieres.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Figura precedens arborea, licet ad ſeptimum deberet gradum protendi, cùm vſque ad eum ſecundum decreta ſit prohibitio coniugalis, ſupra q.iĩ. c. de affinitate. & extra de clande. deſpon. c. cum inhibitio. tamen quia per iura noua ipſa coniugalis prohibitio eſt in tribus poſtremis gradibus reuocata, vt dicto ca. cum inhibitio. & de conſangui. & af. c. non debet. ideo vſque ad quartũm duntaxat gradum figuram hanc duximus ex tendendam. Nec idipſum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam vſque in gradum centeſimum, & eo amplius, ſi opus ſit, deducere poterit.

Quàm aptiſsimè hîc imprimatur, tum conſanguinitatis, tum affinitatis arbor iudicet, qui huiuſce cauſæ trigeſimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum, ex eo prouenies, quòd vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, vel vnitum, & ſanguine: quaſi ſanguinis vnitas.

Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens: & eſt triplex, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium, & collateralium.

Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum.

Conſanguinitas per tres regulas declaratur.

Prima regula magiſtralis pro linea recta.

Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedĳs, vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio (Petrucium eſſe fingimus in cellula vbi eſt facies) vtroque computato & intermedĳs, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quatuor ſunt gradus: & ſic de alĳs.

Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exemplum pone cum facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. Nam illi ſunt in linea æquali. quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

Collateralium in linea inæquali, quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

Pro arbore conſanguinitatis, ſecundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA. In linea recta aſcendentium & deſcendentium, quot ſunt perſonæ de quibus quær tur, computatis intermedĳs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.

Pro linea collaterali.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges, quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud fit, quàm computatio Decretiſtarum.

Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

Universidad de Deusto Biblioteca

CIRCA lecturam arboris, diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus, post illos lecturæ ipsius arboris nouũ modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum & versuum obscuritatem, aliquibus notum, ignotũ: alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io. And. inter decretorũ doctores minimus & indignus, inuentionẽ arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam cõsanguinitatis et affinitatis ignotã, nota, & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui. Primo quærens ad vtranque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundo an sit authentica. Tertio ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

Oculis multa subijciuntur.

Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. probatio enim ad oculum, alias vincit. insti. de gra. §. agnationis. xxvij. quæ. j. nec aliqua. Ex ostensione enim facti, quædã melius percipiũtur, quam elocutione. extra de dona. Apostolicæ. ver. fi. Hinc est, quod agrorum mensio subijcitur oculis. xvj. q. iij. inter. de præscrip. quia indicante. C. fi. reg. l. iij. Ventris inspectio, an mulier sit prægnans. ff. de vent. inspic. l. j. in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de proba. proposuisti. an arcta. de fri. & ma. fraternitatis. vel aliter impedita. e. tit. ex literis. Iniuriæ an sit atrox æstimatio. ff. de fer. l. ij. Et literæ papales: an sint veræ vel falsæ. de crimi. fal. licet.

Ad secundum dic, quod arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isid. & Alex. xxxv. q. v. c. j. ij. & vlti. Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur: vtile fuit ibi arborem ponere. & quia in decretalibus est idem tractatus: & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum, satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. de emend. Iu. C. l. vna. Item ex eo, quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti, vnde expediens fuit secundum statum nouorum iurium, antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem cõsanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit cõsanguinitas, & vnde dicatur? quid linea? quid gradus? Secundo quærit quomodo arbor formetur? & quare sic formetur? et quare sic punctetur? et interseremus regulas per quas cognoscũtur gradus. Demũ ponemus quædam notãda, et quasdã quęstiones.

Consanguinitatis diffinitio.

Ad primũ dico, quod consanguinitas est attinẽtia personarũ ex eo prouenìens, qa vna descẽdit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculũ personarũ ab eodẽ stipite descendentium, carnali propagatione contractum: quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis vnitas, a con, et sanguine: quia de communi sanguine descendunt. Et quo ad probationem coniugij, non distinguo an tales cõsanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de proba. per tuas.

Lineæ diffinitio, & eius multiplicitas.

Linea vero est collectio personarũ, ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex linea. s. graduum descendentium, ascendẽtium, & collateralium: vt j. patebit, & ff. de gradib. l. j. & l. iurisconsultus.

Gradus descriptio.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnatiõis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicũtur gradus ad similitudinem graduum scalarũ, vel locorum procliuium: quia ita gradimur de pximo in proximum. ff. de grad. l. iuriscõsultus. §. gradus.

Arboris cõsanguinitatis formatio.

Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendentium, secũdo descendentium, demum collateralium. Ascende super cellulã vacuam, quę remãsit ideo vacua, qa nõ potuit nomẽ pprium habere: cũ aliæ cellulæ (exceptis his quæ per genitiuum nominantur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filiũ patris: fratrẽ fratris: patrẽ filij, & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachin: alij Protheum, alij truncum. Nos autẽ a nomine bidelli nostri, vocemus eã Petruciũ. & scire debes quod competenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendẽtium diuiderẽtur directe per mediũ, vt à latere dextro illarũ cellularũ ponerẽtur nomina mariũ, vt abauus proauus, &c. à latere sinistro nomina mulierũ: vt abauia proauia, &c. quia positi à latere dextro descendunt à maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens pater mater, & vnum punctum supra: & vnum infra. Supra illã est cellula auus auia, continens duo pũcta supra, & duo infra. Supra illam est cellula proauus proauia: habẽs tria puncta supra, & tria infra. Supra illã est cellula abauus abauia: habens iiij. supra, & iiij. infra. Descendendo sub cellula vacua, est cellula habens filium filiam, et habet vnum punctum supra: & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptẽ: & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & iij. puncta supra, & iij. infra. Sub illa abnepotem & abneptem: & iiij. puncta supra, & iiij. infra. Antequam ad collaterales transeamus, scire debes, quod punctorum numeratio est numeratio graduum, habito respectu ad cellulam vacuam. & puncti superiores denotant computationem secundum ius cano. puncti inferiores secundum ius ciuile, &c.

Ius canonicum, est excellentius ciuili.

Ponitur autem cõputatio canonica in superiori parte cellularũ: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellẽtia iuris cano. ad ciuile: & maxime quo ad hũc casum quo instruimur in matrimonijs quæ licite contrahi possint necne: & cum matrimonium sit sacramẽtum ecclesiæ: in eo præcipue lex minor est canone. extra de secũ. nup. c. vlti. & pe. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrunq; ius: qa in eis semper persona addita personæ per carnis propagationẽ gradum adijcit. Ad inueniendũ autem gradus inter eos secũdum vtrunq; ius tolle hanc magistralem regulã.

Regula lineæ rectæ.

Ascendentium & descendẽtium quot sunt personæ de quibus quæritur cõputatis intermedijs, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire, quantum distat abauus à Petrucio: vtroq; computato et intermedijs v. sunt personæ: deme vnam. iiij. sunt gradus. Idẽ dico de ipso P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire v. personas, & sic iiij. sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas, computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autem quod iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim, quod quilibet habet duos parentes, iiij. auos: octo proauos, xvj. abauos, & sic semper ascendentes duplicantur. vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea, est perpetua.

Quæro an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ cõiugalis excedat quartum gradũ? Et dicit Gof. in sum. de cõsan. & affi. §. item quantum, quod non, per decre. non debet. e. ti. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt, & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locũ habet. ad hoc xxxv. q. iij. progeniem. & duobus c. seq. in quibus dicitur, quod olim nõ solum vsq; ad secundũ gradum, sed etiam inquantum notitia erat parentelæ, extẽdebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem, & alterum ascendẽtem, perdurat prohibitio. ad idem insti. de nupt. §. j. ff. de ritu nup. l. nuptiæ. & hoc verum puto. Ad collaterales transeamus, & ad fratrem & sororem: & causa breuitatis prosequendo solum

Regula collateralium.

solum partem mediam arboris, ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur, quod per se patet, dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. est cum P. in primo gradu secundum cano. in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum cano. in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundũ can. in quarto secundum leges. Fratri pronepos est ipsi P. in quarto secundum cano. in quinto secundum leges, & sic debet esse vtraq; punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nũc de cellula patris, fecimus stipitem. Fac consequẽter stipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amitina: ex illa horũ filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiã secũdo gradu: filius in tertio: nepos in quarto secundum cano. Per leges autẽ patruus in tertio: frater patruelis in quarto: filius in quinto: nepos in sexto: & sic debet esse vtraq; pũctatio. Postea fac proauum stipitẽ, & habet filios patruũ magnum, amitam magnam: auũ & auiam: auunculũ magnum, & materteram magnam. illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat à proauo quem nunc feci stipitem iij. gradu: ergo à patruo iij. & à priori sobrino iij. et à filio iij. et à nepote qui exit lineã æqualitatis iiij. secũdum can. Secundũ leges vero distat P. à patruo magno quarto: à propiori sobrino v. & à filio vj. à nepote vij. & sic debet esse vtraq; pũctatio. Modo fac Abauum stipitem cum tribus filijs. s. propatruo, proauo & proauunculo. de proauũculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia: ex illa, horũ nepos neptis: ex illa, eorundem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu: quia P. distat à stipite in iiij. gradu: & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis: ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse vtraq; punctatio.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.

Nunc videndum est quibus regulis gradus illorum collateraliũ cognoscãtur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum can. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite: toto distãt inter se, vel sibi attinent: hoc secundum can. Exemplũ pone quando facis abauum stipitẽ inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi sunt in linea ęquali, quilibet distat à stipite iiij. gradu: ergo inter se quarto.

Regula ciuilis, pro collateralibus, in linea ęquali.

Secundum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite: toto duplicato distant inter se: vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis & ex punctatione quod prædicti P. & pronepos propatrui distant viij. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quęlibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus. secundum cano. vero duæ personæ faciunt vnum gradum. vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canon. in secundo secundum leges. sed computatio eorum ob aliud fit quam nostra. xxxv. quæstione v. c. ij. Bene ergo dicitur secundum leges, quod in æquali linea collateralium siue linea sit paris numeri, siue disparis non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secunda, vel quarta: disparis numeri prima vel tertia. In prima secundi gradus. in secunda quarti gradus. in tertia sexti gradus. in quarta octaui, quod non est secũdum can. quia in æquali linea disparis numeri habemus disparem gradum: quia in prima primum, in tertia iij. in quinta v. & sic de singulis.

Nunc restat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundum can.

Regula canonica in linea inæquali.

Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite: toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori. s. à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in descendentibus vsque ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus quod persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus, quia propatruus, filius, eius nepos & pronepos, omnes distant iiij. gradu à P.

Regula ciuilis in linea inæquali.

Sed aliter secundum leges secundum quas talem regulam tradimus. Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ, (stipite dempto) tot sunt gradus. vnde P. à stipite distat quarto, à patruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supra dictis quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. distat enim à summo. s. abauo, ab imo. s. à nepote. ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto, à medijs citeriori, per quod satis patet, quod cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus, vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris procrearet filiam: posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in v. gradu: remanet tamen consanguinitas. prohibitio enim quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli: sed naturalia sunt immutabilia. v. distinct. in princ. Scire debes, quod communiter dicunt doctores quod abauus & proauus & auus sunt bigami: dicentes quod si non essent bigami, non possent filij eorum coniungi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, quod personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde, ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas: ac si diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus. vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu: non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando: Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali: & ego possum accipere filiam tuam, ergo tu meam. Et negatiue: Ego non possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali iiij. gradu. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia si vnus est in iiij. alter in iij. vel citeriori, qui est in iij. vel citeriori potest contrahere cum filia eius qui est in iiij. gradu: & non econuerso. vnde propatruus, huius filius, & nepos contrahere possunt cum filia P. non econuerso.

Quæstio notabilis.

Demum quæritur an collaterales quorum vnus est in quinto, & alter in primo puta filia P. & propatruus possint adinuicem contrahere? Dicit Ho. quod non. & hoc no. extra eo. quod dilectio. & capi. tua. & in summa huius titu. de consang. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare, sic scilicet pater & filius vna persona censentur. C. de impub. & alijs substi. l. vlt. sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filijs stipitis. bene facit prædicta decre. tua. vbi fratres videntur poni pro stipite. cõtrarium tenet Bern. quod colligitur ex gloss. quam ponit supra eodem titu. c. vlti. & Ra. & Ioan. de Deo. & hoc est verissimum: quod probant verba regulæ positæ supra eodem. c. vlti. dum dicit ibi, descendentium ab eodem: sed certum est quod propatruus descendit à stipite. Præterea aut dicis quod est inter eos prohibitio ascendentium & descendentium, aut collateralium. de primo patet negando quod certum est filium P. non descendisse à propatruo. Est ergo prohibitio collateralium, sed certum est quod isti distant quinto, quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video. Ioannes Andræas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Affinitatis declaratio.

AFFINITAS secundum canones, est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad vnum finem vnitas: eò quòd duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum Canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit: vt ff. de grad. cog. l. non facile. §. affines.

Scias autem, quòd affinitas est perpetuum impedimentum quod durat etiam mortua persona qua mediante contrahitur. xxxv. q. x. fraternitatis.

Per carnalem copulam viri & mulieris, inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri et mulierem contrahitur affinitas primi generis, eiusdem gradus cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia secundum canones, etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. c. discretionem. & c. pen. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur, quia inter virum et mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & consanguineos mulieris, nulla est affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia: sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de consang. & affinit. quod super his.

REGVLA. Quotiescunque inter vnam personarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius non est, vel non fuit consanguinitas, intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio, vt inter me & coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit: quo defuncto potero contrahere cum eius relicta, quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

Arbor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arbor affinitatis.

Sanguis affines arbor præsens reserabit,
Huicq; vias faciles, prima figura dabit.



AD ARBOREM Affinitatis & eius materiā transeamus. Et primo videndum est, quid sit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur, deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones. Est autem affinitas personarū proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Hoc secundum cano. sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptijs. & requiritur secūdum leges, quod legitimæ sint nuptiæ non interdictæ vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. sciendum. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum' cano. copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit: vt in eadem lege. §. affines. Sed quod per fornicarium coitum & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consang. vxo. suæ. c. discretionem. & eod. tit. c. penul. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere. ff. de grad. l. iurisconsultus. in prin. & ff. de testib. l. iij. & iiij. q. iij. §. in criminali. vers. sic. item lege Iulia. Sed canon, quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis quæ insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis, vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque, sunt vtrique affines. Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum quod durat etiam mortua persona qua mediante contrahitur. xxxv. quæstio. x. fraternitatis. nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria quæ fit extra claustra pudoris. xxxv. quæst. iij. extraordinaria. & adde quod ibi not. Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate, vt si cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentum est publicæ honestatis & affinitatis. si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est. si sponsam nōdum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat quod possis contrahere cū illa non obstante quod sit tibi affinis tali gradu, per dispensationem adhuc cōtrahere nō poteris, quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis: non tamen sublatum est impedimentum publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere non obstante impedimēto publicæ honestatis pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & non obstante, quod est tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam desponsam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitas per coitū nefarium contrahit.

Affinitatis definitio.

Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere. si alius eam cognoscit: ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu. si ille aliam mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secūdo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de consang. & affini. c. non debet. hic circa hoc non insisto: ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commiscat, illa attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus cōsanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundum regulas quas tradidi in proxima arbore: & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quatuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. & de his primo quæritur quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo quare non exprimant attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primum dic hoc fuisse, vt detur intelligi quod affinitas oritur ex consanguinitate, & quod ab vtroque sexu virili & fœmineo affinitas contrahatur. Ad secundum dic attinentiam non fuisse expressam: vt illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis. & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quatuor cellulas continens. In prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea, cōtinens alias quatuor cellulas. In quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta, in secunda vxor filij fratris, in tertia vxor neporis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quatuor cellulæ, quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliæ quatuor, prima vir sororis olim relictus, secunda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ. Vna à latere dextro continens relictus relictæ fratris, à sinistris, relicta relicti sororis, quę secundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem scribitur.

Affinitatis genus, per quā regulam cognoscit.

Affinitatis gradus cōputant, sicut gradus cōsanguinitatis.

Arboris affinitatis formatio.

Circa hoc quæro, quare in cellula vxor fratris scribitur olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse, propter cellulam quæ ponitur ad dorsum illius, quasi dicat, frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua iste relictus à relicta fratris vult contrahere cum sorore, nunquid potest? Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu, hodie vero potest. Idem sit repetitum quo ad cellulā viri vxoris. Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formā arboris, quam ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris, inter consanguineos mulieris & virum, & inter cōsanguineos viri & mulierem cōtrahitur affinitas primi generis, & eiusdem gradus cuius est consanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri, & vxoris, collige ex his quæ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis

Quæstio.

Regula magistralis gradus affinitatis & genus manifestans.

Universidad de Deusto Biblioteca

affinitatis causa. Item inter cõsanguineos viri & consanguineos mulieris, nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. extra de consanguinitate & affinitate, quod super his. Primi generis quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, & eiusdem gradus cuius est consanguinitas, vide hoc in arbore. Nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis. & sic vxor fratris sorori. & sic filia sororis est filio fratris & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis. Maritus eius in secundo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis. Vnde vir proneptis sororis, attinet fratri & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore. ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineã æqualitatis, & sic attinet quinto gradu secundum regulas traditas in proxima arbore. Post hoc notandum est, illud præcise non sequitur, ego & tu sumus affines: ergo filius quem procreo est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinẽtiæ: quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus. Interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum. si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filiũ procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis, sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu cõsanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis. Sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo, tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea aratis consanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secundo tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item not. quod istud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea quam habui ex alia muliere, quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri: vt dixi, & probatur extra de consanguinitate & affinitate. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum

Affinitas, per notabilia declaratur.

gradum, vt quia esset in quinto. & est simile secundum quod dixi supra in proxi. arbore circa finem.

Nunc quæritur, an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem: an tantum extendatur tantum vsque ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Goffre. de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quod vsque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dixit enim text. quod ita abstinere debemus a consanguineis vxoris, vt à proprijs. extra de consang. & affini. c. j. xxxv. quæstio. ij. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem instit. de nup. §. affinitatis. & dicit lex, quod tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum & liberorum. ff. de grad. l. non facile. §. & retro. in fi. Eodem modo posset formari quæstio de affinibus, quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima, in fin. An autem liceat diuersis temporibus habere in vxores duas cognatas, scilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint. de hoc vide not. extra de consanguinitate & affinita. cap. non debet. Vltimo quæritur ad vtranque arborem, an prohibitio cõsanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias, quod olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis. Vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adę. hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim personæ, quas vide not. extra de restit. spol. literas. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori, quæ prohibitio postea vsque ad quartum gradum est restricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa quæ ibi ponitur, & extra de testib. cap. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur. xxxv. quæstio. j. §. j. capit. j. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet, in qua vniuersi fideles & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Affinitatis ꝓhibitio inter ascẽdẽtes & descendentes, est perpetua.

Cõsanguinei & affines quo iure ꝓhibentur coniũgi.

Ratio ꝓhibitionis matrimoniorum inter aliquas personas, de iure positiuo.

Nunc quæritur. Hæc quæstio diuiditur in septem partes, in prima quarum probatur per iij. ca. ꝙ consanguinei debent computare parentelam ad coniungendum vel separandum matrimoniũ. & si defuerit parentela, vicini antiquiores. Secunda ibi, Ecce. Tertia ibi, Hoc iuramẽtum. Quarta ibi, Ab hoc. Quinta ibi, Qui vero. Sexta ibi, Occasione. Septima ibi, Recepturus. Ioan. de Fant.

QVAESTIO VI.

Nunc quæritur [a] quibus accusantibus uel testificantibus consanguineorũ coniunctio dirimenda sit.

De his ita scribit Fabianus Papa.

Consanguinei tantùm, vel si progenies defecerit, antiqui, & veraces propinquitatem in synodo computent. CAN. I.

Consanguineos extraneorum [b], nullus [c] accuset [d], vel consanguinitatem in synodo cõputet [e], sed propinqui [f] ad quorum notitiam [g] pertinet, id est, pater & mater, soror & frater, patruus, auunculus, amita, matertera: & eorum procreatio. si autem progenies tota defecerit [h], ab antiquioribus & veracioribus quibus eadem propinquitas nota sit [i], episcopus canonicè perquirat, & si inuenta fuerit propinquitas, separentur.

Cælestini Papæ decretum ecclesiæ Florentinæ missum.

PALEA.

Videtur nobis quòd secunda, quam contra prohibitionem ecclesiæ duxit, non sit uxor: etiã si primam non haberet desponsatam: nam quod cõtra interdictum & ordinem ecclesiæ factum est, ratũ non haberi tam humanæ quàm diuinæ legis proclamat authoritas. Quia igitur ea quam inordinatè superduxit prohibitione retinẽte, uxor non est, eam cogendus est recipere, quam iurauit & desponsauit, & ex ea prolem genuit: ut iuramenti religio, non uilipendatur, & fides adinuicem promissa seruetur, & proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alij exinde occasionem peccandi, & alios decipiendi assumere non ualeant. Quòd autem parentes fratres & cognati utriusque sexus in testificationem filij & filiæ ad matrimoniũ coniũgendum uel dirimendum admittantur, tam antiqua cõsuetudine legibus approbata, quàm diuinis & humanis legibus approbatur. In dirimẽdo autẽ matrimonio, ideo maximè parentes recipiuntur, siue si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis cum excitatione & recitatione maiorũ scire laborat. Quia igitur alijs melius sciunt, ideo maximè admittuntur: similiter etiam recipiuntur & in testificationem matrimonij coniungendi. Qui enim melius recipi debent, quàm illi qui melius sciũt, & quorum est interesse?

[a] Nunc quæritur. Hæc q. vj. expedieur s. eo. c. j. & ij. & extra qui matri. acc. pos. videt. & extra de senten. & re iudi. tenor. nã consanguinei præferuntur extraneis ea ratiõe, quia melius possunt scire suam consanguinitatem cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorum, & alijs argumentis. hoc tamen qđ dicitur de consanguineis in testimonijs admittẽdis, exaudi tãtum cum de cõsanguinitate agitur. nã si super alio ageretur, non sunt admittẽdi nisi cum eo tẽperamento quod dixi iij. q. v. in princi. & hoc probatur extra de test. super eo. Item licet soli cõsanguinei accusare possint matrimoniũ, tamen quilibet potest denunciare, vt extra de cog. spir. tua. et licet per denuntiationem non agatur nisi ad pœnitẽtiã, vt extra de accu. super his. tñ qa in hoc casu nõ possunt pœnitere, nisi separentur, iudex ab officio suo eos separabit [1]. ar. xxiiij. qõ. iij. ecce.

[b] Consanguineos extraneorum. Argu. quod peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiantur in causa consanguinitatis, & quod propinqui cęteris personis prefẽrantur si contradixerint: quod est verum, vt extra qui matr. accu. pos. videtur.

Consanguinei prę ferunt extraneis, qñ sup matrimonio est quæstio.

[1] Ad hoc facit quod no. s. 2. q. 1. si peccauerit frater. in j. gl. in fi. Arc.

[c] Nullus. Nisi deficiente parentela, vt hic in fine.

[d] Accuset. Improprie secundum H. arg. C. de inoffic. testa. parentibus. vbi ponitur accusare pro agere. Et no. ꝙ accusatio matrimonialis nõ est criminalis nec ciuilis, etiam vbi de crimine agitur in foro ecclesiastico: sed mista. extra de proc. tuæ.

[e] Vel consanguinitatem in synodo cõputet, &c. Hoc referas ad testem. Et est argu. ꝙ non potest idẽ accusator esse & testis in causa criminali: ꝙ verum est, licet quidam consentiãt dicentes hoc speciale esse in matrimonio, vt idem sit accusator & testis: sicut est speciale qđ non iuretur in eo de calumnia, cũ sit quęstio spiritualis. extra de iuramen. cal. literas. et quod cõsanguinei admittuntur, & quod nõ omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius. extra vt lite non conte. ad hoc Deus. & ꝙ valet testimonium de auditu s. ea. de parentela. & quod post publicationem attestationum, testes possunt induci. extra de testi. series. & cap. licet.

[f] Propinqui. Hic præferũtur propinqui, et in accusatione adulterij. C. de adulte. l. quãuis. & in interdicto de libero homine exhibẽdo. ff. de lib. ho. exhi. l. iij. §. penult. et in accusatiõe de effusis & eiectis. ff. de effu. & eiec. §. si vero. §. cũ autem.

[g] Notitiam. Argumen. quod non sit idoneus testis in hac causa, qui non habuit notitiã consanguineorũ quos computat, si suo tẽpore fuerint.

[h] Defecerit. Quia non sunt, vel nesciunt, vel sunt infantes.

[i] Nota sit. Ante motã qõ. extra de consang. & affini. ex literis [2].

Matrimonialis causa est mista.

Accusator & testis idẽ esse non põt i causa criminali.

Propinqui præferunt alijs, i certis casibus.

[2] Sed qñ dicit mota qstio? dicit Vincẽ. ex quo matrimonij intẽtio est. extra de offi. de leg. cõsultationib9. Argu. 22. q. 5. hoc videtur. Ar.

Videtur. Hoc c. fuit olim extra de matr. contra. contra interdic. eccl. c. j. sed hic est palea.

Notific

Universidad de Deusto Biblioteca

a NOtificamus. Defunctæ. Mortua enim erat vxor eius cuius consanguineam postea accepisse dicebatur, vel affinem.

b Bonæ famæ. Argu. quod debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, vt extra de testibus, in literis. & extra eod. ti. licet. sed quid si criminosus seruus vel infamis cõtraxit, nũquid possunt admitti ibi homines similis cõditionis? videtur quod sic. ij.q.vij. si hæreticus. C. de inofficio testam. in arenam. Dico quod non, sicut nec dico alias criminosos testes cõtra criminosum admittendos. nec em habet ibi locũ replicatio. extra de except. à nobis.

Matrimonium serui an possit ad testimonia seruorum dissolui.

ita ut si non intersint, & consensum non adhibuerint, secundùm leges nullum fiat matrimonium. Quod uerò legitur, pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris: in criminalibus causis & contractibus uerum est: in matrimonio contrahendo & disiungendo, ipsius coniugij prærogatiua, quia & fauorabilis res est, congruè recipiuntur.

Item Vrbanus Papa Richardo Ianuen. episcopo.

Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant.

CAN. II.

NOtificamus tibi, vt postquam tres aut duo ex propinquioribus iam defunctæ a vxoris vel viuæ eius qui accusatur, hãc propinquitatem iureiurãdo firmauerint, vel si tres aut duo ex antiquioribus Ianuẽsibus, quibus hæc propinquitas sit nota qui bonæ famæ b & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, et omni malo studio, supradicto modo consanguinitatem iurauerint, sine omni mora, coniugia dissoluãtur. quòd si ꝓpinqui aut extranei verbis tantù propinquitatem testãtur & iuramento probare noluerint vel nequiuerint, coniugiũ nullatenus dissoluatur, sed competens eis c pœnitentia propter infamiã vel peccati maculam (si fortè in hoc contraxerint d aliquam) iniungatur.

Item ex cõcilio Vrbani Papę habito in Apulia.

Suæ confeßioni relinquuntur, quorum incestum nullus iureiurando affirmat.

CAN. III.

SI duo viri vel tres, cõsanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsi fortè confessi fuerint, coniugia dissoluantur: si verò neutrum cõtigerit, episcopi eos per baptismum, per fidem Christi, per Christi iudicium in vera obediẽtia obtestentur, quatenus palàm faciant, vtrum se (sicut est fama e) recognoscant esse consanguineos. si negauerint, sibijpsis relinquẽdi sunt, ita tamen vt si aliud in conscientia habeant, se à liminibus f ecclesiæ, à corpore & sanguine domini, à fidelium cõmunione nouerint segregatos atq; infames g effectos, donec h ab ĩcesti facinore desinãt, si se iudicio episcoporum segregauerint qui iuuenes sunt, alia matrimonia cõtrahere nõ prohibeantur i. Ecce quib9 accusantibus k vel testificantibus cõsanguineorum coniunctiones, sunt dirimendæ.

c Eis. i. accusatoribus. Testes enim non puniuntur ante, quã dixerint testimonium. arg. C. de testi. nullum. est tñ ar. hic pro H. ꝙ idem possit esse accusator & testis in huiusmodi causa[1].

d Contraxerint. Sed forte nõ bono zelo diffamauerũt matrimonium, vt C. de adulterijs, quamuis. in fine.

e SI duo. Sicut est fama. Nã sine fama, nõ sufficeret eorũ confessio, vt extra de eo qui cog. consang. vxo. suæ. super eo. licet H. dicat sufficere si vterq; iuret septia manu. xxxiij. q. ij. requisisti. sed cõtra eũ est extra de eo qui cog. consang. vxo. suæ, sup eo. vbi dicit, ꝙ rumor, &c. Sed dici põt, ꝙ aliud est vbi se consanguineos dicũt, vt hic, aliud vbi turpitudinem allegant, vt ibi: quia nec tunc familiares testes ad mittũtur, vt extra de test. in literis. Vel facias vim in eo quod dicit rumor, &c. quia fama est, aliud est quam fama[2]. Item si adest præsumptio violenta cum fama, sufficit: vt extra de testi. præterea.

f A liminibus. Segregatos, &c. sed dic segregatos quo ad sacramenta, sicut quilibet in mortali peccato existens. j.q.j. sacerdotes.

g Atque infames. Infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam. vj.q.j. infames.

h Donec. Arg. ꝙ infamia per pœnitentiã abolétur.

i Non prohibeantur. Ratione iuuenilis ætatis, vel ipso iure si ignoranter coniuncti sunt. arg. xxxiij.q.ij. interfectores. & c. in adolescentia. xxxiij.q.j.§.j.

Ecce. Hæc est ij. pars huius quæstionis.

k Ecce quibus accusantibus. Grat. prout colligi põt ex titulis istis, quatuor ponit genera sacramentorũ. Primo ponit sacramẽtum accusatoris in primo c. de parentela. Secundo ponit sacramentũ synodalium testiũ in cap. eps. Tertio testium in c. de parẽtela illa. Quarto sacramentũ eorum qui separantur, in ca. ab isto. Dicunt tamen quidam G. deceptũ fuisse per cõsuetudinem Italiæ, quę est vt accusator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. Nam quidã dicunt, ꝙ accusator iurare non debet, quia nec etiã de calũnia in huiusmodi causa iurat. extra de iur. cal. lĩas. vnde vtrunq; c. de parẽtela, intelligit de sacramento testiũ, sed de parẽtela primũ loquit de sacramento testiũ, ꝙ dicit esse separationis, qa per illud separant, quorum mrimoniũ accusat. In illo autẽ c. eps fit mentio de iuramento testiũ synodalium, ꝙ nõ dicit separationis, prout dicit præcedẽs ca. quia per tale iuramentũ nulli separantur, quia per illud se nõ obligant ad aliud testes illi synodales, nisi vt nũtient epo quod illicite perperatur in parochia. Vnde ex quo nuntiauerint episcopo, si voluerint ꝙ separẽtur, oportet ꝙ iterum præstent aliud sacramentum, de quo habes in cap. de parentela. in quo plus est: quia debent addere de credulitate: sed testes synodales non iurant nisi de auditu. Nec cõtradicit extra de testibus. quoties. vbi dicitur ꝙ de sciẽtia debent iurare. nam illud per hoc intelligo. In illo autem c. ab isto, ponitur sacramẽtum eorum

1 Non est falsum secũdum id quod not. 4.q.4.c.j. in gl. ibi, sed nota. s. ea. i sum. idem qd dicit hic Archi.

Cõsanguinitas non pbatur p coniuges, nisi fama cõcurrat.

2 Rumor est, qñ aliqua pars viciniæ vnum dicit. fama est, qñ tota ciuitas dicit siue clamat, secundum Hostien.

Sacramentũ quadruplex est, circa causas matrimoniales.

Testes synodales, qd iurant.

Cuiusmodi verò iuramẽtum ab accusatore a sit exigendum, ex Romano ordine habetur.

Est autem huiusmodi.

Iuramentum accusatoris.

CAN. IIII.

DE parẽtela illa, quã dicũt esse inter istũ & istam eius coniugem, quicquid inde scis, aut audisti b à tuis vicinis, aut à tuis propinquis antiquioribus, tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorẽ, nec propter præmium, aut propter consanguinitatem, celabis episcopo tuo, aut eius misso, cui hoc requirere c iusserit, quandocunque d te ex hoc interrogauerit. sic Deus te adiuuet, & istorum sanctorũ reliquiæ.

Iuramentum testium.

CAN. V.

ILlud † sacramẽtum e quod iste iurauit de illa parentela, quæ inter illium N. & eius cõiugem N. computatur, quòd tu illud obseruabis inquantum sapis. sic te Deus adiuuet.

3 *Hoc iuramentum non est separationis f: sed synodale, institutum ab Eutiano papa secundo.*

Ait enim.

Syn[odale] iuramentum.

CAN. VI.

EPiscopus in synodo residens, post cõgruã allocutionem g septẽ ex plebe eius parochiæ, vel eo amplius prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros, in medium debet aduocare, & allatis sanctorum pignoribus h, vnumquenque illorũ tali sacramento constringere, vt amodo i in antea quicquid nosti, aut audisti, aut postmodũ k inquisiturus es, quod cõtra voluntatem Dei, & rectam † Christianitatẽ in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenit, tãtùm ad tuam cognitionẽ quocunque modo perueniat, si scis, aut iudicatum fuerit tibi synodalem l causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quòd tu nec ꝓpter amorem, nec propter timorẽ, nec propter pretium, nec propter parẽtelam vllatenus celes episcopo tuo, aut eius misso cui hoc inquirere iusserit quandocunque ex hoc te interrogauerit. sic te Deus adiuuet, & illæ sanctorum reliquiæ. Illud sacramentum quod iste iurauerit, de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis inquantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. sic te Deus adiuuet.

4 *Ab hoc iuramento, illud m sumptum est, principio paululũ deriuato.* Por*rò de iuramento separationis n Innocentius papa secundus scribit Ottoni Lucensi episcopo, dicens.*

Iuramentum illorum, qui consanguinitatem probant.

CAN. VII.

DE parentela illa, vnde nos cõsulere voluisti, pro qua etiã est ad nostram audientiam appellatum, aliorũ fratrum scripta suscepimus, qui vtique causam ipsam diuerso o modo narrabãt. Et primò quidem, tam in gradibus,

eorum qui separãtur propter consanguinitatem.

a Ab accusatore. Hoc falsum est secundum quosdã, imo à testibus.

b DE parẽtela. Audisti. ante motam q. extra de consan. & affi. ex literis. ideo autem hic admittitur testimoniũ de auditu[a], qa difficile est, ꝙ aliquis sciat quousq; cõsanguinitas protendit ff. de gra. cog. non facile. circa prin. licet hoc sit correctũ per illud extra de testi. licet. & nota. ꝙ secũdũ quod Grat. inducit hoc cap. habes ꝙ accusator debet iurare de veritate dicẽda, licet nõ de calumnia. & est argu. ad idẽ extra de despõsa. impu. attestationes. admittit aũt testimonium de auditu tãtũ, vbi agit de cõsanguinitate, alias per auditũ nõ probaretur matrimoniũ, imo putaretur clandestinũ.

b Aut audisti. ar. testimoniũ de auditu esse recipiendum: vt iij.q.ix.§. de his. xiiij.q.ij. super. & ca. quãquã. xxxiiij.q.j. non satis. hodie nõ: vt extra de testib. licet.

c Requirere. simile extra de testi. si testium. & hic est intellectus.

d Quandocũq;. Iuramẽ ante testiũ publicationẽ. extra de testi. fraternitatis. & c. series. Vel dico, ꝙ iudex ex officio suo etiã post aptas attestationes, põt reqrere à testibus. extra de cõsang. & affi. c. j.

e ILlud sacramẽtum. secundum intellectum G. hoc iuramẽtũ est testis, præmissum accusatoris, sed meli9 est, vt primo exprimatur forma sub qua iurãt sequentes. H.

Hoc iuramentũ. Hęc est tertia pars quæstionis.

f Non est separationis. i. nõ fit separatio ad istud inter eos: quorũ matrimoniũ accusat, nisi iterũ prestetur sacramentũ seq. c. quod aperte colligitur extra de test. cog. præterea.

g EPiscopus. Allocutionem. i. prædicationẽ. x.q.j. placuit.

h Pignoribus. id est, reliquijs, qbus obligatur sicut ꝑ pignora.

i Amodo. Argu. ꝙ sine accusatore, cõtra aliquem inducere testes potest episcopus, & pronuntiare, & qd idem possit esse iudex & accusator. simile vj.q.ij. si tãtum. xj.q.iij. præcipue. & s. ead. q. c. j. & ij.q. v. presbyter. simile s. iiij.q. iiij. c. j. et ij. cõtra.[2]

k Postmodum. arg. ꝙ in causa cõsanguinitatis testimoniũ potest ferre quis, de his quæ decẽter didicit. argu. contra. s. ea. in c. tribus. & ar. extra de consang. & affin. ex literis. sed hic postmodũ nõ intelligit post motam quæstionẽ, ꝙ ibi prohibetur: sed postmodũ. i. decætero. & sic p æquocationem solue. ad hoc ꝓxi. q. qd aũt.

l Synodalẽ. Imo quælibet causa est synodalis indirecte, vt extra de iudi. nouit.

m Illud. scilicet de parentela.

Ab hoc. Hæc est quarta pars quæst. Ioan. de Fant.

n Separationis. i. ad quod fit separatio testium.

o DE parentela illa. Diuerso. ergo nulli erat credendum: vt iiij.q.iij. itẽ q falso. Vel logt hic de diuersitate testiũ, q discor

a Adde alios casus, in quibus admittit, no. docto. in l. si arbiter. ff. de proba.

† aliàs, istud.

† aliàs, totam.

Accusator & Iudex, põt idem esse.

2 Huic cõtrario stãdum est, et quod præmittit falsum est. nã eps nõ est accusator & iudex i hoc casu, sed vnus iuratorũ accusat, et alius itroducit testes alios. Archi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

discordant: tenentē em testes ex vtroque latere probare cōsanguinitatē: vt extra de cōsan. & affin. ex literis. & singulos gradus clare distinguere, & pprijs nominibus nominare psonas oēs, vel sufficiēti circūlocutione, & debēt vidisse q̄ personæ cōstitutæ in vno prædictorū graduū, se pro consanguineis habuerūt: vt extra de testi. licet. ij. Sed certe testes, qui debēt ꝓbare consanguinitatē, debent inciꝑe à principio, & sic descēdere vsque ad personas illas de qbus quærif. si incipiūt à duob⁹ fratribus, & bene probāt illos fuisse fratres, sed de patre eorū nihil probant, nec inde aliquid sciūt, & alios descendentes probāt gradus, nunqd hoc sufficit? Dico q̄ sic: quia de stipite non inuenimus cautū, sed tantū de lateribus: vt extra de testib. series. & ipsos fratres canō quandoque ponit pro stipite. ff. ead. quæstio. v. c. j.

a Postmodū. Ponamus ergo, q̄ Petrus & Berta, qui sunt frater & soror, cōtrahunt matrimoniū, & duo testes bene probāt Petrum esse filium Ioan. sed de Berta nihil sciūt. Ité alij duo probāt Bertā esse filiam Ioānis,

b Ista fuit sed de Petro nihil sententia sciūt, separabit ne Laurentij, tale matrimoniū? q̄ quo facit exp̄ssē dicūt oēs q̄ nō, ga nec isti duo ꝓextra de bāt consanguinitatē, nec illi duo. nā test. ca. litcer. & qd̄ aliud ꝓbāt isti, & not. in gl. aliud illi. Sed qui prædic. & hoc dicunt, cæci hanc sentē sunt: quia si ꝓbaui tiam tenēt aliqē esse filiū albernar. & terius, illū patrem Goꝺ. in p̄ esse istius probaui. dic. ca. li- Sed in casu isto ꝓcer. Arch. batū est iudici, qd̄ quàm in nominibus personarū discordasse, postmodum a verò in altero eorum cōputatores eiusdem parentelæ dicuntur conuenisse. Cæterùm in huiusmodi casibus, summopere consideranda est qualitas personarū, quæ aliquid contra quoslibet astruere velint, quæ etiā iusiurandū præstare debent quòd neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicuius, hoc dicunt: contra eos de quibus agitur, sed potius quia credāt b ita verum esse, & ita se à suis antecessoribus audiuisse. in quibus omnibus, nō debet aliqua varietas vel contrarietas c inueniri.

5 Qui verò separantur abinuicem, huiusmodi iuramentum præstabunt.

Iuramentum separationis.

CAN. VIII.

A B isto die in antea, tu per nullum ingenium te sociabis huic tuę consanguineę nec in coniugio, nec in adulterio, nec cum illa ad vnam mēsam manducabis aut bibes, aut sub vno d tecto manebis: nisi in vna ecclesia, aut in alio loco publico, vbi nulla mala suspicio posit esse, vt ibi corā testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini: nec aliam coniugem accipias, nisi fortè post actam pœnitentiam, tibi licēt a, e data fuerit ab episcopo tuo aut eius misso. sic te Deus adiuuet f.

6 Occasione verò consanguinitatis uxorem suam dimittere & aliam ducere non licet alicui, nisi causa primùm probata fuerit.

Vnde Alexander papa secundus, Guillelmo de Monstrolico.

Nisi coram ecclesia consanguinitate probata. uxorem dimittere non licet.

CAN. IX.

MVltorum relatione cognouimus, te propriam velle abjcere g uxorem, & adhærere alteri prætendentē consanguinitatis occasionē. vnde apostolica authoritate interdicendo mandamus tibi, vt hāc quam nunc habes uxorem nullatenus præsumas dimittere, vel aliam ducere, do nec apud episcoporū religiosorum concilium h causam iustam examinaueris.

7 Recepturus verò eam, quam iniustè dimisit, hoc modo iurabit.

Reconciliationis iuramētum.

CAN. X.

A B isto die in antea istam coniugem N. quā iniustè dimiseras i, ita tenebis, sicut maritus suam coniugem debet habere, in dilectione & debita disciplina, nec eam per vllum malum ingenium à te separabis, nec ea viuente, aliam accipies: sic te Deus adiuuet.

Quòd autem vnius k testimonio coniugia apud quosdam dirimuntur, nulla ratione ratum habetur. Cùm enim dominus dixerit: Omne verbum l stabit m in ore duorum vel trium testiū. Item cùm in Hilerdensi concilio dicatur: Omnis controuersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundùm diuinam legem sub duobus vel tribus testibus terminetur, domino dicente: Non vnus Ioan. est pater Petri. Similiter est ei ꝓbatū, quod Ioā. est pater Bertæ, ergo constat iudici, quod idē est pater vtriusque, ergo cō sanguinitas est ꝓbata. & forte primi melius dicunt.

b Quia credant. Sufficit q̄ iurēt de credulitate, nec est contra extra de testib. quoties. illud enim intelligo per hoc, & ita præstāt isti duo sacramenta. Ioan. de Fant.

c Vel contrarietas. Hic respondet qōni factæ. Ioan.

Qui vero. Hæc est quinta pars huius quæstionis.

d A B isto die. Sub vno. i. loco suspecto. nam qui male agit, &c. xviij. quæst. ij. pernicioſam.

e Licentia. cū sit senex. Si enim esset iuuenis, de iure cōmuni posset cōtrahere, secūdū quosdā: vt not. xxxiij. q. ij. i adolescēria.

f Deus adiuuet. sed clericus cū separetur à concubina sua, nō debet iurare: vt extra de cohab. cleri. & mulie. clericos.

Occasione. Hæc est sexta pars quæstionis.

g MVltorum. Abjcere. Propria authoritate, quod non licet. xxxiij. quæsti. ij. cap. j. & ij.

h Cōcilium. hoc olim. Vel exaudi distributiue. De hoc no. xxxiij. q. ij. cap. j.

Recepturus. Hęc est vij pars qōnis. Deu. 17.d

i A B isto. Miseras. authoritate propria: vel per ecclesiā si fuit decepta.

k Quod aūt vni⁹. Hæc quæstio inciꝺēter proponitur.

Omne verbum. 5. ij. quæsti. iiij. §. j. & cap. placuit.

l Stabit. Nisi in casu Mat. 18.b

casu. de consecra. distinct. iiij. placuit. & lxxxvj. distinct. & viij. quæstio. iij. talia.

Filij ex matrimonio illicito nati, possūt esse legitimi.

a QVod autem. Si parentes nesciunt impedimentum, nō est dubium quin filij sint legitimi, vt extra qui filij sint legi. cum inter.

Si autem vnus sciuit, & alter nesciuit, dicunt quidā, quod quantum ad scientem, non sunt legitimi, sed quantum ad ignorātem sunt: arg. xxxij. q. iij. solet quæri. & C. fol. mat. si ignorās. Sed licet H. & L. ita dixerint, tamen reprobāt eorum distinctio extra eo. ex tenore. quia inconueniens esset, q̄ aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus: sicut nemo potest partim esse liber, & partim seruus. ff. de liber. cau. duobus. sed si ambo parentes sciunt impedimentum, tales filij non sunt legitimi, licet ecclesia habuit illud ꝓ matrimonio, vt extra de clā. de. despō sa. cum inhibitio.

b QVidest. Dubitando dicit, & tamē soluit: & interrogādo respondet. sic xxij. q. ij. quod ait.

Filius non est, qui bonus nō est.

c Sine filijs. s. legitimis. Dicuntur enim non esse filij, qui nō sunt boni. xij. q. ij. nō liceat. xxxij. q. iiij. dicat. & xl. dist. multi. ergo verbo generali rātum, legitimi continentur. extra de iureiurā. Quintauallis. ff. de ope. liber. si libertus.

d DE his vero qui. Hic depingitur octaua quæstio, qua quæritur quo gradu possit dispensari cum consanguineis vel affinibus. Et quidē in tertio papa solus: sed in primo & secundo non potest, vt dicunt: quia in Leuitico prohibitus fuit vterque, in consanguinitate & affinitate. sed hoc falsum est: vt extra de diuor. gaudemus. vt nota. xxx. q. iij. pyſtatium. & sunt tria quæ inducunt hanc dispositionem, proles, & tempus. s. ea. c. j. ff. de ritu nup. qui in prouincia. & reformatio pacis, vt extra de despon. impu. accesit. in parte decisa. & hæc est indirecta dispensatio. In hoc enim casu tantum videtur dispensare quod post spatium longum non admittunt accusatorē, nisi accusatus ipsum sponte admittat: vt extra qui matri. accu. pos. per tuas.

Dispensatio circa matrimonia inducitur ꝓpter tria.

c DE gradibus. Multa. Argumentum ratione diuturnitatis, posse fieri quod alias fieri non debet. v. dist. iiij. denique. & xcv. dist. ecce. j. quæstio. j. cito. 5. xxiij. q. j. schisma. contra.

f Filios. Not. filiorum susceptionem & annorum lōga curricula, dispēsationem inducere ne matrimonium separetur: hodie autem longitudo tēporis nō excusat: vt extra de consan. & affi. uō deber. Ioan.

g Aut fortasse. ideo dubitando dicit, quia in quinto gradu, non est dispēsandum, nisi ex magna causa. Dicunt autem quidā, quod dominus Papa in hoc cap. dat generalem formā omnibus prælatis, quod vbi inueniūt aliquos in tali gradu, & illa tria præcedunt, non separēt eos, nec de causa cognoscāt: alias sic.

† Scribēs ad Augustinum, quem Angloꝝ fecerat episcopū. C. M.

h Ore ad os. & ita permittit in suspenso.

h Ore ad os. Sed si quis recenter cō traxerat, vel contraheret cū aliqua, quod tunc separentur. Et hoc est qđ dixit: infra anni coronam.

a Conuertuntur. Bene dicit conuertuntur vel transsubstantiantur: vt alij, transeunt vel transeant. sed non fiunt nec incipiunt. nihil enim fit vel incipit esse corpus Christi. potest tamen concedi, quod de pane conficiatur vel fiat corpus Christi: sicut de aqua fit crystallus, non tamen est crystallus. sed securius nō conceditur hoc: et vbicunque inuenitur, panis vel de pane fit vel conficitur corpus Christi, sic intelligatur, id est, transit in corpus Christi: vt j. ea. panis. Vel expone sic, id est sub specie panis vel latet vel incipit esse vel latere corpus Christi, vbi ante consecrationem non erat. si enim panis corpus Christi fieret, singulis diebus ei adderetur aliquid ꝙ prius non erat, & sic semper augmentaretur. Item qualiter vniretur diuinitati iste panis & ille? Itē si panis est corpus Christi, ergo aliquid ꝙ non est natum de virgine, & sic aliqd inanimatū est corpus Christi. ergo est animatū et inanimatum. ergo non solum de virgine habuit originē. Non intelligas ergo ꝙ aliquod augmentum sumat ex tali cōuersione: nec eo modo quo cibus conuertitur in carnem: sed est ibi corruptio, id est, desinit ibi esse substantia panis & vini, nulla tamen generatio. vnde nō potest dici, ꝙ sit ibi vera transsubstantiatio quantum ad hoc vt noua essentia ibi generetur.

Panis conuertitur in corp⁹, sed nō fit corpus.

b Adoptiuus. Quia filij iræ fueramus[1], facti sumus filij Dei. de pœ. di. iiij. §. hanc societatem. versic. & filij. Christus autem nullo modo filius Dei adoptiuus dicitur: quia nō potest dici de filio Dei ꝙ ex nō filio factus sit filius eius.

[1] Vt j. di. iiij. firmissime.

Christus non est filius adoptiu⁹ Dei.

c Meruisti. Id est, obtinuisti, quasi tanquam emeritus per merita misericordiam à Deo gratis consecutus fuisti, vt enim ait Aug. misericordiæ meritum nullum est. si enim merito confertur, iustitia est, non misericordia. Vel meruisti. i. dignus fuisti: vt illud, quia meruisti portare regem. i. digna fuisti inuenta.

d Læsa. Id est, corrupta labe peccatorum, vel læsa, id est, lædenda, scilicet peccato: quia peccata nos miseros faciunt. s. e. quotidie.

Peccata nos faciūt miseros.

e Immaculata. In pro valde, id est, valde maculata putredine peccatorum.

petita, accipite, et bibite, ait: hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutum pręcipientis domini, repēte & ex nihilo substiterunt excelsa cælorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: ita pari potestate in spiritualibus sacramentis, vbi præcipit virtus, seruit effectus. Quanta itaq; & quàm celebrāda beneficia, vis diuinæ benedictionis operet, quomodo tibi nouum & impossibile esse nō debeat, quòd in Christi substantiam terrena & mortalia conuertuntur[a]: teipsum qui in Christo es regeneratus, interroga. dudum alienus à vita, peregrinus à misericordia, & à salutis via intrinsecus mortuus exulabas: subitò initiatus Christi legibus, et salutaribus mysterijs innouatus, in corpus ecclesiæ non videndo, sed credendo transilisti, & de filio perditionis, adoptiuus[b] Dei filius fieri occulta puritate meruisti[c] in mensura visibili permanens, maior factus es teipso, inuisibiliter sine quantitatis augmento. cùm idem atq; idem ipse esses, multò alter fidei processibus extitisti: in exteriori nihil additum est, & totum in interiori mutatum est: ac hic homo Christi filius effectus, Christúsque hominis in mēte formatus est. Sicut ergo sine sensu corporali, præterita vilitate deposita, subitò nouā indutus es dignitatem, et sicut hoc quòd Deus læsa[d] in te curauit, infecta diluit, immaculata[e] detersit: non oculis, sed sensibus tuis sunt credita,[f] & cùm ad reuerēdum altare, cibis spiritualibus satiandus ascendis, sacrū Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honora, mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & maximè totū haustu interioris hominis assume.

Item Augustinus.†

Quare in specie panis & vini, sacramentum suum Christus nobis ministrauit.

CAN. XXXV.

QVia passus[g] est dominus pro nobis, commendauit nobis in isto sacramento sanguinem suū & corpus: quod etiam fecit[h] nosmetipsos[i]. Nam & corpus ipsius facti sumus[k], & per misericordiā[l] eiusquod accipimus, nos sumus. Recordamini & vos, ꝙ non fuistis, et creati estis, & ad aream dominicam comportati estis, laboribus boum, id est, annuntiantium euangelium: triturati estis, quando ca-

[redacted]

f Credita. Scilicet triacommissa. Th.

g QVia passus. In prima parte dicit, nobis ideo dominum corpus suum in sacramento cōmendasse: qa illud pro nobis obtulit passioni: et nos fecit illud corpus, et dicit qualiter. In secūda parte dicitur ꝙ si hæretici accipiunt corpus Christi, cōtra se accipiunt: cū iste panis significet vnitatem: & ipsi quęrunt diuisionē. In tertia dicitur, ꝙ quicunq; baptizatus particeps efficitur corporis domini, & si ante decedat quam de pane illo edat, vel de calice bibat.

h Quod etiam fecit. Hæc simplex est relatio. nam refertur ad ecclesiā, non ad corpus suū sumptum de virgine, de quo sermo præcessit. non ergo fecit nos corp⁹ suum, ꝙ natum est de virgine, & sumitur i altari sub spē panis & vini, sed fecit nos corpus suum spirituale: scilicet ecclesiam fidelium, vt infra ead. commendauit. sed ideo dicit spirituale, licet constet de corporalibus partibus. s. fidelibus, quia partes eius nō corporali, sed spirituali vinculo charitatis in eius compositione vniūtur, licet corpora sequestrentur. j. ead. hoc sacramentum. imo & per illud digne sumptum efficimur vnum cum Christo, etiam in natura. j. ea. in Christo pater.

† Bed. ad capit. x. j. Corin. Christ⁹ fecit nos corpus suum. j. Pet. 2. d

i Nosmetipsos. Partipatione corporis sui fecit nos dignos beatitudine æterna, qua fruitur eius humanitas.

k Facti sumus. Per fidem & charitatem. extra de summa trinit. & fide catho. damnamus.

l Per misericordiam. Id est, remissionem peccatorum.

In

thecumini deferebamini, in horreo[a] seruabamini: nomina vestra dedistis[b]: cœpistis[c] moli ieiunijs, exorcismis: postea ad aquam venistis, & cōspersi estis: & panis[d] dominicus facti estis. Ecce qd' accepistis. quomodo ergo vnum[e] videtis esse, quod factū est: sic vnum estote vos diligentes, tenendo vnā fidem, vnam spem, et indiuiduam charitatem. Hæretici quando hoc accipiunt sacramentum, testimonium contra se accipiunt: quia illi quærunt diuisionem, cùm panis iste indicet vnitatem. sic & vinum[f] in multis racemis fuit, et modò vnum est. vinum in sua natiuitate: calix post pressuram torcularis. & vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem & contritionem in nomine Christi, iam tanquam ad Christi calicem venistis: & ibi vos estis in mensa: & in calice nobiscum vos estis. simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul viuimus. Itē in sermone de infantib⁹. Ita dominus noster Iesus Christus, nos significauit: nos ad se pertinere voluit: mysterium pacis et vnitatis nostrę in mensa consecrauit. Qui accipit mysterium[g] vnitatis, & nō tenet vinculum pacis: non mysterium accipit pro se, sed testimonium[h] contra se. Nulli est aliquatenus dubitandum, vnumquenq; fidelium corporis[i] & sanguinis dominici, tunc esse participem, quando in baptismate mēbrum efficitur Christi; nec alienari ab illius panis calicísque cōsortio, etiam si antè, quàm panem illum comedat, calicémq; bibat, de hoc seculo migrauerit in vnitate corporis Christi constitutus. sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuabitur, quando in se hoc quod illud sacramentum significat[k], inuenitur.

Item in libro sententiarum Prosperi.

Dum hostia frangitur, passio Christi, ad memoriam redit.

CAN. XXXVI.

CVm† frangitur hostia[l], dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quā dominici corporis in cruce immolatio, eiúsq; sanguinis de latere effusio designatur?

† Alias, Dum.

Item Leo episcopus & sancta synodus, quæ in vrbe Romana conuenit, clero Honorati & plebi consistenti Constātinopoli ita scribit.†

† Epistola xxij.

De veritate corporis & sanguinis Christi nulli ambigere licet.

CAN. XXXVII.

15 IN quibus[m] isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus desidię torpore iacuerunt, vt nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent quod in ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, vt nec ab infantium[n] linguis, veritas corporis & sanguinis Christi inter communionis sacramenta doceatur, quia in illa mystica distributiōe spiritualis alimonię hoc impertitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cęlestis cibi, in carnem[o] ipsius qui caro[p] nostra factus est, transeamus. Idem est cibus[q] refectionis, & cibus sanguinis. Sicut enim

Ecclesia ex pluribus adunat. Corpus Christinū quid erat totū ante fractionē, sub quali bet parte hostiæ? Sed nū quid sumimus in ea dē forma qua fuit passus? nō. sed tātum sumimus corpus qd' habet eadē formā: quia vbicunq; sumitur habet eandē formā: sed apparēter in vno loco est in illa forma secundum Hug. B. & L. Et not. quod ecclesia tantum pro suis orat vel laudat Deū, quādo dicit sanct⁹: sanctus. quasi dicat sanctus, p his qui regnāt in cælo: sanctus, p his qui patiuntur in purgatorio: sanct⁹ pro his q peregrinātur in mundo. & propter hanc eādem rationē, hostia sacrata diuiditur in tres partes in altari secundū Hostien. qui hoc sentit in summa de pœ. & remissi. §. quib⁹ mortuis. ver. iij. Arc.

a In horreo. Id est, in ecclesia.

b Dedistis. In scriptis, vt olim fiebat. vel voce, vt fit hodie. j. distinct. iiij. baptizandi.

c Cœpistis. Arg. contra. j. dist. iiij. sine pœnit. sed hoc in reuerentiam sacramenti.

d Et panis. i. de corpore ecclesię, ꝙ per dominicū corpus figuratur.

e Vnū. Siue vnum panem ex pluribus granis, siue vnum corpus Christi ex pluribus membris purissimis: cuius figuratum est ecclesia sacrosācta, quæ ex pluribus personis adunatur.

f Vinum. Id est, potabile.

g Mysterium vnitatis. Scilicet corporis domini, ꝙ est signum vnitatis: vt j. ea. hoc sacramentum.

h Sed testimonium. j. dist. iiij. nulli est aliquatenus.

i Corporis. Id est, vnitatis ecclesiæ p corpus Christi significatæ. infra eadem. hoc est.

k Significat. Nam ipsi sunt etiam ipsa ecclesia. s. xxiiij. questi. j. schisma. et cap. omnibus.

l CVm frangitur hostia. Hoc totum referas ad species exteriores, et secundū hoc dices ipsa accidentia frangi, & dare sonitum'. Sed nunquid ante fractionem totum corpus erat sub qualibet parte illius hostię, vel pars corporis commensurabat se parti hostiæ? Si nō fuit sub qualibet parte hostiæ, ergo sequitur ꝙ aliquid modo est sacramētum eucharistiæ, ꝙ prius nō fuit: quia cum forma integra fuit, nulla pars eius poterat dici sacramentum: quia sub nulla tunc erat corpus. Si dicis quod corpus Christi est in qualibet parte hostiæ: ex hoc sequitur ꝙ idem corpus sit quantumlibet magnū, & quātumlibet paruum, & ꝙ corpus ipsum communē formam habeat, et sit totum rotundum & quadratum secundū ꝙ est sacramentum. Sed his obiectionibus respōde per similitudinē speculi ꝙ frangitur: vbi eadem forma resplēdet in paruo et in magno speculo.

IN quibus. Hæc est xv. pars. d. in qua probat, ꝙ in sacramēto altaris est corpus Christi cui angeli assistūt. & hoc probat per iiij. canones. Ioan. de Fant.

m In quibus. Reprehenduntur quidā clerici, qui non credebant verum corpus et sanguinē Christi sub illis speciebus latere, cum nullus laicus sit q ignoret hoc, domino dicente: Caro mea vere est cibus. vt j. ea. cibus.

n Infantium. Id est, populariū, qui infantibus collatione clericorum cōparātur. di. iiij. deniq;. Vnde quęrendo dicit: Quomodo clerici ignorāt ꝙ laici sciunt? j. q. j. vilissimus.

o In carnem. Spiritualem, id est, in corpus spirituale à carne figuratum, id est, ecclesiæ vnitatem. iij. q. iiij. Engeltrudam. s. ead. quia passus.

p Caro. Id est, homo habens carnem nostram.

q Idem est cibus. Id est, similis.

Aquilæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Aquilæ. Angeli vel fideles, quorum iuuentus vt aquilæ renouatur: vt xxiij. q.iiij. cũ in lege xxiij. q.j. quoniam vetus.

b Clare. Id est, sicut ille carnem nostrã sumpsit, ita & nos sumamus carnem illius, vel, id est, cuius verba sumimus in argumẽtum, hæc, scilicet caro mea vere est cibus, &c. de illo sumamus exẽplum incarnationis suæ. infra eadẽ, re vera.

c Sed certa. Id est, diuina.

d Fit nobis. Id est, ad nostram vtilitatem.

e Non nascitur. Id est, non ex natura, sed miraculose conficitur, extra eadem cum Marthæ. ver. credit[1].

f Quod ita fit nobis. Id est, quod ita consecretur nobis corpus Christi.

g Resurrectionis. Id est, spiritualis refectio animæ à peccato resurgentis. de pœ. distinct. j. §. hoc idem resuscitat[2].

h Non quod benedicimus. Gratiasque agimus, id est, non est sicut corporalis esca, quam benedicimus, & gratias Deo agimus, quod quidem facimus in omni munere, &c[3].

i Munere. Quod agere debemus.

k Spirituali. i. aliquid significante.

ANte benedictionem.

l Significatur. Et licet verba succedsiue proferãtur, nõ tamẽ succedsiue cõsecratio fit: sed in vno instãti corrũpitur panis, scilicet in vltimo instanti prolationis verborum. & licet panis sit corpus compositum, momentanea est tamen eius corruptio. ẋ. ead. quia corpus. ver. ergo.

1 Scilicet, sit mistic⁹. & consecratiõe euangelica consecratur. Hug.

2 Vt ẋ.e. didicim⁹. vel aliter, id est, non ideo fit panis & calix mysticus qđ id est, quia ipsum benedicimus quacunq; benedictione: sed qa tali benedictiõe benedicimus quę à Deo est instituta. Archi.

caro domini verè est cibus: ita sanguis eius verè est potus. Idem, Est corpus, de quo dictum est: Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. Circa hoc corpus aquilæ [a] sunt, quæ alis circumuolant spiritualibus. vnde & idem corpus Christi edimus, vt vitæ æternæ possimus esse participes. Idem, Cuius clarè [b] argumẽtis vtimur, suis vtamur exemplis: incarnationis quoque exemplo astruamus mysterij veritatẽ. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse Christus partus ex virgine?

Item Ambrosius in libro de catechizandis rudibus.

Non natura nascitur, sed consecratione nobis conficitur corpus & sanguis Christi.

CAN. XXXVIII.

PAnis & calix: non qualibet sed certa [c] consecratione mysticus fit nobis [d], non nascit [e], proinde quòd ita fit nobis [f], quamuis sit panis & calix: alimentum est resurrectionis [g], non sacramentũ religionis: non quod benedicimus [h], gratiásque agimus domino in omni eius munere [i] non tantùm spirituali [k], verùm etiam corporali.

Idem in lib. de officijs.

Quòd ante benedictionem, est species panis & vini: post benedictionem est corpus & sanguis Christi.

CAN. XXXIX.

ANte benedictionem alia species nominatur, post benedictionem corpus Christi significatur [l]. Item: In illo sacramento Christus est. Item:

Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum [m].

Item Augusti. in libro sententiarum Prosperi.

Sub specie visibili panis & vini inuisibilem Christi carnem & sanguinem honoramus.

CAN. XL.

NOs autem in specie panis et vini quam videmus, res inuisibiles, id est, carnem & sanguinẽ honoramus: nec similiter comprehendimus [n] has duas species, quem admodum ante consecrationem comprehendebamus: cùm fideliter fateamur ante cõsecrationem panem esse & vinum, quod natura formauit: post consecrationem verò carnem Christi & sanguinem esse quod benedictio consecrauit.

Item.

Confessio Berengarij.

CAN. XLI.

16 EGo Berengarius indignus ecclesiæ sancti Mauricij Andegauensis ecclesiæ diaconus, cognoscens veram catholicam & apostolicam fidem, anathematizo omnem [o] hæresim, præcipuè eam, de qua hactenus infamatus sum: quæ astruere conatur panem [p] & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum & non verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse [q]: & non posse sensualiter nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari vel frangi [r], aut fidelium dentibus [s] atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedi, & ore & corde

m Peccatorum. Venialiũ, vel etiã mortaliũ ẋ.f. per fidem, vt ẋ.e. cũ omne. & ẋ.ea. species.

n NOs autem. Compre- hendimus. i. intelligimus vel accipimus. nã vbi erat verus panis ante, & verum vinum, modo sunt tantum accidentia, vt ẋ.ead. dist. species. & j.e. di. panis in altari.

o EGo Berẽgarius. Omnẽ. hoc fecit ex abundanti[4] quia nõ tenetur se purgare nisi de hæresi, de qua erat infamatus. argu. ij. quęstione qn ta, presbyter si à plebe. licet sit arg. contra. quia qui de liquit in vno, facẽ est omnium reus. ẋ. de pœ. dist. v. c. vltimo, et errat in tota trinitate, qui errat in vna persona. j. distinct. iiij. in synodo. Ioan.

p Panem. Id est, species panis & vini esse sacramẽtum tantum.

q Christi esse. Id est, non contiuere sub se verum corpus Christi & verum sanguinem post consecrationem.

r Vel frangi. Id est, fractis, aut tritis speciebus sumi.

r Vel frangi. Id est, non tantũ pondus & reliquas sacramẽti qualitates sensibus corporeis percipi fateor, sed etiã sub illis speciebus fractis & attritis partibus, totum & integrum Christi corpus esse profiteor, totum mandicari, totum sumi. j.e. qui manducat.

s Dentibus. nisi sane intelligas verba Berẽgarij, in maio rẽ incides hæresim quã ipse fuerit: & ideo omnia referas ad species ipsas. nã de Christi corpe partes non facimus: vt j.e. qui manducat.

3 Dum tamen pœnitentiam. agat. arguratur potius quam iuuaret. ẋ. eo. quotidie. & caquis scelerate. Archi.

4 Arg. ad hoc C. de testa. testamentum. sed ar. contra. ff. vt le. nom. l. hęc stipulatio. §. diuus. Archi.

Partes nõ fiũt de corpore Christi.

Homo

2 Homousion. id est, eiusdem substantiæ.

ADDITIO. Homon in Græco, idem est quod idem vel vnum. Vsia, id est substãtia: ideo dicitur trinitas homousion, id est vnius substantiæ. Archi.

b Lecto. hucusq; verba Berengarij fuerunt: ea quæ sequuntur, sunt verba notarij.

c Misit. ergo sicut excommunicationis epistola mitti debet, &c. xj. q. iij. curæ. ita & absolutionis: vt viij. q. vlt. c. vnico.

1 Sic xv. q. v. de crimine. arg. de pœ. dist. j. agite. 7. j. q. vij. dici. Arc.

d De reuerso. ad fidem.

e Conuerso. Ad Deum. arg. de pœni. dist. j. agite. j. q. iij. didici.

f ORte. Sunt qdam qui non credũt corpꝰ Christi esse in altari, qa impossibile eis videtur, quod dicit. præterea quia non videt nisi species panis & vini. In prima ergo parte ponit eorum dubitationẽ. In secũda ostendit nõ esse impossibile, & quare sub specie panis & vini, corpus & sanguis sint in altari.

g Sanguis. est in altari, vel credit.

h Dixi. in alia parte capituli quæ non est hic, sed est c. re vera.

i Mutare. ẋ. ea. re vera. & ẋ. ead. quia corpus.

k Verba vitæ. Tu ipse es vita, & ita qui digne te sumit, sumit vitã ęternã & ꝓpter hãc cõfessione meruit Petrus consortiũ cælestis habitaculi. 50. dist. fidelior.

l Hoc dicerent. scilicet durꝰ est hic sermo, & quis potest eum capere? & ita scãdalizati de fide recesserũt, quia fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. argu. de pœn. dist. iiij. in domo. Tribus ergo de causis sumit corpus Christi sub alia specie, & non sub sua visibiliter, scilicet vt fides haberet meritum: vt hic. Et ne esset horror carnis & sanguinis. Et ne ridiculũ fieret paganis. j. ea. panis, &c.

Corpus christi sub alia specie sumit triplici ratione.

2 Quarta etiã causa poterit notari ibi, ne igitur plures, &c. Itẽ quia non habemus in vsu carnem crudam comedere. ẋ. ea. quid sit. in fin. Sed quare potius sumitur sub istis speciebus panis & vini quã sub alijs? quia istæ duæ species sunt magis amicę humanæ naturæ. præterea sicut corpꝰ principaliter his duobus cibis nutritur, ita principaliter anima illo cibo, scilicet corpore Christi & sanguine pascitur. Ioan.

m Gratia. id est, gratis corpus datum.

n In similitudine. id est, in specie panis & vini.

o Naturæ. scilicet corporis Christi.

p PRima. j. qõ. j. fertur. 3 contra. ibi dicitur qꝺ simonia fuit prima hæresis in ecclesia, sed dic prima, id est præcipua. j. q. vlt. patet.

q *Inquit.* CASVS. *Dum dominus faceret sermonẽ præsentibꝰ Apostolis & discipulis alijs, inter alia dixit, Nisi quis manducauerit carnem meã & biberit sanguinẽ meũ, non habebit vitã æternã. quidã discipuli propter duritiã sermonis recesserunt. tũc instruxit dominus qualiter hoc esset intelligẽdũ, & maxime per id quod dixit: cùm videritis filiũ hominis ascendentẽ, &c. ipsi enim intellexerunt quòd per partes et in eadẽ forma debẽt accipere corpus Christi, & præterea quòd consumerent illud comedendo. hoc non esse faciendum, declarat.*

r Eius. Scilicet Christi.

Spiri

Item in libro de Officijs. †

Quare elementorum species reseruentur, cùm verè sit corpus Christi & sanguis.

CAN. XLII.

FOrtè [f] dicas, quomodo vera caro, quomodo verus sanguis [g], quia similitudinem non video carnis, non video sanguinis veritatem? Primò omnium dixi [h] tibi de sermone Christi, qui operatur vt possit mutare [i] & conuertere genera & instituta naturæ. deinde vbi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes quòd carnem suam daret ad manducãdum, & sanguinem suum ad bibendum, recedebant: solus tamen Petrus dixit: Verba vitæ [k] æternæ habes: & ego à tè quomodo recedam? Ne igitur plures hoc dicerent [l], & ne veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia [m] redemptoris: ideo in similitudine [n] quidem accipis sacramẽtum: sed veræ naturæ [o] gloriam virtutemque consequeris. Ego sum (inquit) panis viuus, qui de cælo descendi.

Itẽ Augustinus in expositione psalmi liij.

Non carnaliter sed spiritualiter, Christi corpus & sanguinem debemus accipere.

CAN. XLIII.

PRima [p] quidem (inquit [q]) hæresis in discipulis Christi velut à duritia [r] eius sermo-

2 Istæ duę causæ assignantẽ hic & j.e. qđ sit. & hoc ea. panis.

† In c. j. li. vj. de sacramen.

Ioan. 6. g

Ioann. 6. d

Universidad de Deusto Biblioteca

a Spiritus.id est, spiritualis intellectus.
b Qui viuificat. scilicet prodest ad salutem.
c Caro.id est, carnalis intellectus.
d Et vita sunt.id est, spiritualem vitam conferunt, Vel spiritualiter intelligenti vita confertur.

subijci non valet. licet enim vbique sit etiam in altari quolibet, in vera forma quam de virgine sumpsit: non tamen subijcitur corporeis sensibus.
q Veritas.id est, verũ corpus in forma panis in altari quolibet, vbi consecratur: & hoc est vbique, scilicet i quolibet altari vbi consecratur. Vel veritas, id est, diuinitas.

e Et vita. nõ enim carnaliter intelligendi sunt spiritus & vita.
Ioann.6.f
f Hoc corpus.id est, non in eadem specie vel grossitie vel repræsentatione in qua me videtis, & pati videbitis, mãducabitis carnem meam, & sanguinẽ meum bibetis, sed in sacramento. j.ca.proxi. & cap.omnia.
† Audire.
g Caro autem.id est, carnalis intellectus. carnalẽ intellectum vocat eorũ intelligẽtiam, qui dicunt vel credunt corpus Christi per partes diuidi. Vnde subdit, sed quomodo, &c.
h Intellexerunt. scilicet discipuli recedentes.
i Hoc vos. verba Christi vsque ibi, si ergo. Vel suspenditur vsque illuc vbi erat.
k Si ergo, &c. Supple tũc intelligetis quid est hoc quod corpus meũ in sacramento do. & tũc legitur sine interrogatiõe. Vel sic supple tunc intelligetis quod dictũ est. postea verba sunt Aug. interrogatiue dicentis, quid est hoc l. quasi dicat, quid sibi vult hoc verbũ domini, & statim subiungit solutionem dicens, hic, &c.
† [redacted]
l Cum videritis. interrogando hoc inferit. Aug.
m Corpus. in tali forma & p partes.
r Et subest hic aposiopesis .i. defect⁹ locutionis secũdũ Lau.
n Quia gratia. scilicet corpus suum gratis nobis datũ.
o In quo. Scilicet sub illa specie in qua resurrexit.
Ioann.6.a
p Oportet. in illa scilicet forma & repræsentatiõe, in qua humanis & corporeis sensibus

nis facta est. Cùm enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meã, & biberit sanguinem meũ, non habebit vitam ęternam: illi verò non intelligentes dixerũt adinuicẽ: Durus est hic sermo, qs eum potest mãducare †? Dicẽtes, durus est hic sermo: separauerũt se ab illo: & remansit cum duodecim discipulis. discedẽtibus illis instruxit eos, qui remãserũt. spiritus a est (inquit) q viuificat b: caro c nihil prodest. verba quæ locutus sum ad vos, spirit⁹ & vita sũt d. ĩtellexistis spiritualiter? spiritus & vita sunt. intellexistis carnaliter? etiã sic illa spiritus & vita sunt e: sed tibi non sunt spiritus & vita, qui spiritualiter non intelligis. spiritualiter intelligite q̃ locutus sum: non hoc corpus f quod videtis, manducaturi estis: & bibituri illum sanguinem quẽ effusuri sunt, qui me crucifigent. sacramẽtum aliquod † vobis cõmendaui. spiritualiter ĩtellectũ, viuificabit vos, caro autem g non prodest quicquam. sed quomodo illi intellexerunt, sic responderunt. Carnem quippe sic intellexerunt h, sicut in cadauere venditur, aut in macello dilaniatũ. Sciẽs autẽ Iesus ait: Hoc vos i scãdalizat quia dixi: do vobis carnem meã manducare, & sanguinẽ meũ bibere. Si ergo k videritis filium hominis ascendentem vbi prius erat, quid est hoc? Hic soluit quod illos mouerat: hic aperuit, vnde fuerũt scandalizati. hic planè, si intelligerent. Illi autem putabant erogaturum corpus suum. Ille dixit se ascensurum in cęlum, vtique integrum. Cùm videritis l filium hominis ascendentẽ vbi erat prius: certè vel tunc videbitis, quia nõ eo modo quo putatis, erogat corpus m suum, vel tunc intelligetis, quia gratia n eius nõ cõsumitur morsibus. Itẽ donec seculum finiatur, sursum dominus est: sed tamen etiã hic nobiscum est veritas domini. corpus enim in quo o resurrexit, in vno loco esse oportet p †: veritas q autẽ eius, vbique diffusa est.

Itẽ Augustinus in epistola ad Hireneum.

Quomodo Christi corpus, quod in cruce pependit accipitur, & quomodo non.

CAN. XLIIII.

Non hoc corpus r quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinẽ, quem effusuri sunt illi, qui me crucifigent: ipsum quidẽ, & nõ ipsum: ipsum s inuisibiliter t, & non ipsum v visibiliter. Vnde & subdit. si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est illud inuisibiliter intelligi.

Item Augustinus in sermone de verbis Euãgelij.

Quid sit corpus Christi manducare, & sanguinem eius bibere.

CAN. XLV.

Quid est x Christũ manducare? non

ADDITIO. Vnde dicit ipse: cælũ & terrã ego impleo. & alibi dicitur, Si ascendero in cælũ, &c. Laur. Et ex istis verbis Augu. videt q Christus siue eius corpus sit locale: vel sit in loco: vel facit loci distantiam: vel sit in loco loci diffinitione. De hoc satis not. hic Hug.
r Non hoc corpus. in hac grossa substãtia, & non in tali forma.
s Ipsum. xxxviij. dist. indignum.
t Inuisibiliter. id est, sub specie sub qua nõ videtur, id est, sub specie panis & vini.
v Non ipsum. in sua scilicet specie, vt i ea sensib⁹ corporeis subijciatur.
† [redacted]
x Quid est. CASVS. Duobus modis mãducatur Christus. vno modo sacramẽtaliter: quod competit bonis & malis. Alio modo spiritualiter, cum per fidẽ & dilectionem cooperantem accipitur. hoc est tantum bonorũ. Quæri autem solet hic vtrũ Christi corpus sumatur cum diuinitate & anima? H. dicit quòd non sumitur ibi diuinitas vel anima. Alij vt B. dicunt quòd sumẽdo corpus, sumo deitatẽ & animã: quia tu qui accipis carnẽ diuinæ substantiæ eius, in illo participas alimẽto. j.ea. sicut verus.
Christus manducatur duob⁹ modis.
Corpus Christi vtrumsumatur cũ diuinitate et anima.

Solum.

a Solum. Id est, corpus Christi. quamuis enim sit ibi deitas & humanitas.i. anima & caro: solã tamen eius carnem semel in cruce immolatam quotidie in altari manducamus siue bibimus, non deitatem, non animam. in solam enim carnem panis conuertitur, & vinũ in sanguinẽ.
b Calicem. Totus integer manducatur & sumitur. j.e. inuitat. non tamen anima vel deitas: quia illa non pertinent ad esum & potum. H.
Deitas Christi nõ sumitur. 1.Cor.11.g
c Ipse dixit. Vnde conceditur ista, totus Christus fuit in sepulchro. i. persona illa humana, s. secundũ naturam humanitatis nostrę secundum corpus, non tamẽ hic conceditur ista: totum id q Christus erat, in sepulchro erat: quia non eius anima: & ita secũdum B. licet quis sumat totum Christum: non tamen eius animã vel animalitatem.
Ioann.6.f
† Tracta.25. ad c.6.Io. vide de doctri. Christi. lib.iij. cap.xvj. C.M.
d Sanguinem. Per fidem & charitatẽ, quasi qui est de vnitate ecclesiæ, quam caro & sanguis meus significat.
e Manet. Id est, mihi per dilectionẽ adhæret: et ego per gratiam inhabitantem in eo maneo. de pœ. dist. j. §. hoc idem. ver. resuscitatus.
f Vt quid. Vẽtrem. vnde subaudi tantũ. Vel vbi non potest haberi copia corporis domini: sed nõ prohibet sacramentaliter accipi corpus domini: sed quia necessitate instante, ei non obest si non accipit, ex quo per eum non stat, cum enim credit: manducat spiritualiter: sed non sacramentaliter. s.c.proxi.

hoc est solùm a in sacramẽto corpus eius accipere. multi em indignè accipiunt, de quibus ait Apostolus, Qui manducat et bibit calicem b dñi indignè, iudiciũ sibi manducat & bibit: Sed qũo mãducandus est Christus? Quomodo ipse dixit c: Qui enim manducat carnem meã, & bibit sanguinẽ d meũ, in me manet e, & ego in eo. Et si indignè accipit sacramẽtum, acquirit tormentũ magnũ.

Item August. in lib. de remedio pœnitentiæ. †

Credere in Christum, est manducare & bibere Christum.

CAN. XLVI.

Vt quid paras dentẽ et ventrẽ f? Crede, et mãducasti. credere em in eũ, hoc est panẽ & vinum manducare. qui credit in eũ, manducat eum.

Item Augu. in lib. sententiarum Prosperi.

Sacramentum & res sacramenti, sacrificium ecclesiæ conficiunt.

CAN. XLVII.

Hoc est g quod dicimus: quod modis omnibus approbare contendimus: sacrificium ecclesiæ duobus h modis confici: duobus cõstare: visibili elemẽtorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: & sacramento, & re sacramenti i, id est, corpore k Christi: sicut Christi persona constat l & conficiť ex Deo & homine: cũ ipse Christus, verus sit Deus, & verus sit homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesiæ duobus, sacramento, & re sacramenti, id est, corpore Christi. est igitur sacramentum & res sacramenti corpus Christi. Item: Caro eius est, quã forma m panis opertam, in sacramento accipimus: & sanguis eius quem sub vini specie & sapore potamus: caro n videlicet carnis, & sanguis o est sacramentũ sanguinis: carne & sanguine vtroque inuisibili p,

g Hoc est. *CASVS. In prima parte dicitur: quod sacramentum ecclesiæ constat ex duobus: ex visibili elementorum specie: & inuisibili corpore & sanguine Christi: quod probat per similitudinem inductam ex persona Christi, quæ ex Deo & homine constat. In secunda parte dicitur, quod veram carnem & verum sanguinem accipimus sub specie panis & vini. In tertia parte dicitur, quod cæleste sacramentum quod est in altari, improprie dicitur corpus Christi: sicut baptismus improprie dicitur fides. In quarta¹ dicitur duobus modis accipi corpus Christi.*
¹ Hanc quartã partem nõ video. Arc.
h Duobus. i. duo cõtinere. i. duo simul esse in consecratione facta. s. species visibilis, & corpus inuisibile.
i Et re sacrameti. i. post consecrationẽ sacerdotis, quæ sacrificiũ dicitur, duo sunt ibi. s. sacramentum, & res sacramẽti: quæ ante consecrationẽ ibi non erant.
i Et re sacramẽti. Siue sacrificiũ hic dicatur ipsum sacramentum. s. species visibilis ipsa, siue corpus Christi, siue ipsa imolatio corporis Christi: non est verum qd' hic dicit, scilicet qd' constat ex sacramẽto & re sacramenti: quia ex his nihil cõficitur: sed tenet collectiue pro ipso sacramento, & re sacramẽti. Et est impropria locutio. i. illa duo: sicut et probatio est valde impropria quę sequitur, Christi persona conficitur ex Deo & homine. i. Christus est verus Deus & homo. nõ enim ex Deo et homine aliquid cõstituitur. vnde Aug. Christ⁹ est vna persona geminæ substantiæ: quia Deus & homo: nec Deus huius personę pars dici potest.
[redacted]
k Corpore. Quasi in se habet diuinitatẽ et humanitatẽ: alterũ naturaliter: alterum per vnionem. non enim ex homine & Deo aliquid constituitur: sed sicut ad cõstitutionem alicuius totius, exiguntur ad minus duo: ita & ad hoc vt Christus sit Deus & homo, exigiť vt illa duo sint in eo. i. humana natura & diuina. Nam & hac similitudine, dicitur constare ex illis. similiter ex sacramento & re sacramenti nihil constituitur: sed dicitur cõstare ex illis sacrificium totaliter acceptum, scilicet vt quasi collectiue accipiatur: quia ad hoc vt plenum sit sacrificium, illa duo oportet adesse.
l Constat. Id est, est Deus & homo, extra de hære. cum Christus.
m Quam forma. Et ita non est panis. arg. j. ea. panis. arg. contra. j. ea. qui manducat.
n Caro. Id est, species panis sub qua latet corpus Christi, & sacramentum carnis Christi.
o Et sanguis. Id est, species vini sub qua latet sanguis Christi, est sacramentum sanguinis Christi.
p Inuisibili. Dupliciter quidem manducatur Christus: scilicet in sacramento: q boni & mali faciunt, per fidem cooperantem, & per dilectionem: q bonorum est duntaxat. Hu. Et nota q in sacramentis duæ sunt res, corpus Christi, & vnitas ecclesiæ, secundum q notantur hic duo modi mãducandi, sacramentalis Manducatur Christus dupliciter.

& spir

Universidad de Deusto
Biblioteca

& spiritualis, extra ea.cū Marthæ.
2 Visibile. Scilicet quondam.
b Cælestis. Id est, cæleste sacramentum quod vere repræsentat Christi carnē, dicitur corpus Christi, sed improprie. Vnde dicitur suo modo, sed non rei veritate, sed significati mysterio, vt sit sensus, Vocatur Christi corpus, id est, significat.
c Passio. Sub hac appellatione accipe carnem Christi & sanguinem.
d Fides. Id est, fides vocatur, cum enim dicitur, in fide parentum paruuli saluantur, intelligitur, id est, in baptismo suscepto in fide parentum. similiter pueri dicuntur fideles, non à fidei virtute, sed à sacramēto fidei, vt infra, distin. iiij. nihil.

Pueri dicuntur fideles.

*ADDITIO.
Adde quod baptismus dicatur fides, quia est sacramentum fidei vt habetur .xxv. dist. in Iudæis. xlvij. dist. cap. j. Archid.

Ioann. 6. f

c Vpliciter intelligitur. Id est, potest intelligi secundū illam formam & quantitatem quā habuit in cruce: vel secundum quantitatem corporis glorificati, quod spiritualiter videtur, quod nulli sensui subiacet. j. ea. in illo sacramento.

1. Cor. 5. c

f Q Via morte. Huius. Id est, mortis & passionis Christi in cuius memoriam hoc sacramentum institutum est. s. e. quia corpus. Archid.
g Oblata. Non est in eadē forma. S Emel Christus. Hæc est xvij. pars di. in qua probatur quod Christus semel mortuus, amplius mori non potest, veritas carnis eius & sanguinis semper

spirituali, intelligibili, signatur visibile [2] domini nostri Iesu Christi corpus, & palpabile, plenū gratia omnium virtutum, & diuina maiestate. Item, Sicut ergo cælestis [b] panis qui Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cām re vera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, quod palpabile, mortale, in cruce positum est: vocatúrq; ipsa immolatio carnis, quæ sacerdotis manibus fit, Christi passio [c], mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio: sic sacramentum fidei, quod baptismus intelligitur, fides [d] est.

Hieronymus in epistola ad Ephesi.

Quot modis caro Christi intelligatur.

CAN. XLVIII.

D Vpliciter [e] caro Christi & sanguis, vel spiritualis illa, atque diuina, de qua ipse ait, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. &, Nisi carnem meam manducaueritis, & biberitis sanguinem meū, non habebitis vitam æternam. Vel caro mea quæ crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lancea.

Item Auguſt. in lib. de Trini. ad Corint.

De eodem.

Sacramentum Christi suscipiendo, carnem eius & sanguinem mat erialiter significamus.

CAN. XLIX.

Q Via morte domini liberati sumus, huius [f] rei memores in edendo & potando carnem & sanguinem eius, quæ pro nobis oblata [g] sunt significamus.

Item in P salmo vigesimo. †

Quomodo Christus sit immolatus semel, & quomodo quotidie immolatur.

CAN. L.

17 ps S Emel Christus mortuus est, iustus pro iniustis: & scimus [h] & certum habemus, & spe immobili retinemus qa Christus resurgēs à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. verba ista Apostoli sunt: tamen ne obliuiscamur [i] quod semel factum est: in memoria nostra sit. omni anno quoties pascha celebratur, nunquid toties Christus occiditur? Non, sed anniuersaria recordatio repræsentat [k], quod olim factum est, & sic nos facit moneri, tanquam videamus præsentem dominum in cruce.

Item in libro sentent. Prosperi.

CAN. LI.

S Emel immolatus est in semetipso [l] Christus, & tamen quotidie immolatur [m] in sacramēto. quod [n] ita intelligendum est, quia in manifestatione sui corporis, in distinctione suorū membrorum omnium verus Deus & verus homo semel tantùm in cruce pependit, offerens patri ipsum pro nobis hostiā viuam, & passibilem, mortalem, viuorum & mortuorū redemptionis efficacem: eorum scilicet quos altitudo [o] diuini cōsiliī redimēdos iudicauit, præsciuit [z], prædestinauit, vocauit, modis atq; temporibus quibus id fieri congruebat.

Item Ambrosius in epistola ad Hebræos. †

Hostia, quæ semel oblata est, in recordationē suæ mortis, quotidie offertur.

CAN. LII.

IN Christo semel oblata [b] est hostia, ad salutem sempiternam potēs. quid ergo nos? nónne per singulos dies offerimus [p] [c]? sed ad recordationē mortis eius. & vna est [d] hostia, non multæ. Quomodo est vna, non multæ? Quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius, idipsum, & semper idipsum [e]: proinde hoc idem est sacrificium. Alioqui dicetur: quoniā in multis locis offertur: multi sunt Christi? nequaquam: sed vnus vbique Christus. & hic plenus existens, & illic plenus [f]. sicut enim quod vbiq; offertur, vnum [g] est corpus, & non multa corpora: ita & vnum sacrificium. Pontifex autem ille [h] est, qui hostiā [i] obtulit nos mundantem. Item ipsam offerimus, etiam nūc quæ tunc oblata est. consumi [k] nō potest. Quod nos facimus, in commemorationē fit eius, quod factū est. hoc enim facite [l] (ait) in meā commemorationem.

Item Augustinus in libro respōsionum, ad Ianuarium. †

Sacramentum corporis Christi, non nisi ieiuni debemus accipere.

CAN. LIII.

ps Liquidò apparet,

est in sacramento altaris, & probatur hoc per tria c. Ioan. de Fant.
h Et scimus. Xxij. quæstione v. hoc videtur.
i Ne obliuiscamur. argu. propter memoriā multa fieri. s. e. di. & dixit. Claudiatur hoc vase nostri pia victima phase. Viua, salutaris, semel i cruce, semper in aris. Quos recreas Iesu tam sacri corporis esu: A vitijs munda sacrati sanguinis vnda. Hic edit Iesus, remanet tamen integer esus. Resocculatur: quare quia si videat, Eo fortasse horreres: & mādūcare timeres. Vt sine subiecto dependet in aere nubes: Et cētrum terræ pelagi sustentat abyssos: Sic vini color et sapor est, pōdº quoq; panis.
k Repræsentat. Quia tunc legitur passio dñi, & plenius omnia quæ in eius passione acta sunt ad memoriam reducuntur. Forte dicit de ijs quæ fiūt in parasceue, & de salutatione crucis, vel secundum aliquarū ecclesiarum consuetudinē, quæ solent passionem repræsentare & resurrectionem.
l S Emel. In semetipso. Id est, passus in propria persona, in forma humana.
m Immolatur. Id est, eius immolatio repræsentatur, & fit memoria passionis.
n Quod. Scilicet quod semel, &c.
o Altitudo. Christus mortuus est p omnibº quo ad sufficientiam, nō quo ad effectum, efficax enim fuit, quātum in redimente, sed per eos stetit, qui se indignos fecerunt. mortuus est ergo, vt hic dicitur, pro omnibus prædestinatis quo ad effectum; sed quo ad sufficientiam pro omnibus [r].
a Præsciuit. in bona significatiōe. L.
b IN Christo. Oblata. i. corpus Christi oblatū est in ara crucis.
c Offerimus. quotidie offerendo.
d Et vna est. id est vnius passionis repræsentatio, non multarum. sicut dicitur vna fides [s].
e Idipsum. immutabile et perpetuū. s. e. dist. c. quia corpus. vt ppetua esset redēptionis oblatio: quia huic aliud sacrificiū non succedit, vt sacrificijs legalibus, q̄bus sacrificiū noui testa. succesit, quasi dicat, istud nō mutatur, quia idē est qđ fuit, & ideo ipsum semp idipsum. B.
f Plenus. quia in qualibet parte est totus. j. eadem. vbi pars est.
g Vnum. id est, vna forma confectum, & tamē plura sunt sacrificia.
h Ille. vt sea. qa.
i Hostiā. scilicet seipsum. vnde versus. Rex sedet in cœna, turba cinctº duodena. Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.
k Cōsumi. & ideo ipsum semper idipsum. B.
l Hoc enim facite. dicūt quidam [t], quod per hæc verba dominus apostolos ordinauit, Hoc facite, &c.

LIquido apparet. Hæc est xvij. pars dist. in qua dicitur, quod ideo dominus vltimo suū corpus nobis commendauit, vt meli⁹ memoriæ cōmendaretur. Io. de Fant.
m Propterea. non ergo omnis Christi actio, nostra est lectio 4. j. dist. iiij. proprie. xiij. quæstio. v. dixit.
n Calumniandū. id est, calumnia est imponenda,

† Inexpositio. ij. præfatio. Psal. xx j. Carmina singularia circa eucharistiæ sacramentum. 1. Petr. j. e

Rom. 6. b

Christus, pro omnibus mortuus est.

Christus seipsū cōsecrauit.

† Epistola. 118.

4 Alias in structio.

3 Vt Pet.

2 Id est, de vno. nā tot sunt fides, quot sunt homines fideles, secundum Lau.

† Nō extat in libris impressis.

o Seruatur. Nunquid quis cōficeret pransus? Hu. dicit, q̄ non, licet secus dicat in aliis sacramentis. B. vero dicit contra, & ego: licet fieri non debeat [s], quia vt hic colligitur, non est ieiuniū de substantia, alias non conficisset [6] dominus.
p Nanque saluator. Non redditur hic ratio, quare post cœnā Christº corpus suū dedit, sed tantum quare post omnia, id est, vltimo loco. Si ergo quæris quare post cœnā corpus suū & sanguinem Christus dederit? Respō. ideo cœnatus dominus cœnatis discipulis corpus suum tradidit, vt in hoc sacramento cōsummationē omnium sacramētorū veteris testamenti, & agni paschalis quem ante manducauerāt, & cæterorum monstraret.
q Infigere. nā & pascha nouissima, &c. C. de pact. pacta. arg. cōtra. & de pœni. dist. ij. Prudentium. vers. primo. & docet Tullius in retho. validiora arg. in prin. & in fi. esse proponēda: illud enim procedit q̄ nouissime fit. ff. de acq. poss. ff quis ante conduxit.
r Digressurus. quoniam ipse dixit, Vos omnes fugietis, & ego vadam immolari p̄ vobis.
s Seruaret. arg. quod canon non determinat, nos determinare possumus: vt xxij. q. v. hoc videt. xxxiij. q ij. quos Deus. ff. de test. quæsitum. arg. contra. ij. q. v. consuluisti.
t Mutasset. q̄ eīm dominus iubet, bonus seruus non mutat. xxviij. q. j. sic enim circa prin.

5 Vt 7. q. 1. nihil.

6 Alias cō secrasset.

Conficere potest prā sus.

Christus quare post cœnā suū corpus de dit

v Ad manducandum. corpus Domini.

Multum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Multum. hoc multum respicit illud, cætera autem.
b Instituaret. de ijs quæ debeant ordinari.
c Ordinatum. simile xij.dist.illa.
d Orarum.id est, regionum.

PAnis est. Hæc est xix.pars distinct. in qua probat ex quibus verbis cõficiatur corpus Christi, & qua liter manducetur. Ioan.de Fant.

† Li.4. cap. 4.tomo 4. Sed multis etiam superioribus locis.

e Panis est in altari. In prima parte dicit, q̃ ad prolationem illius formæ, Hoc est corpꝰ meũ, &c. panis & vinum trãseunt in corpus & sanguinẽ Christi: & hoc propter illorũ verborum Christi efficaciã. ille enim q̃ ex nihilo creauit omnia, satis potest hoc sic cõmutare. In secũda parte respondet cuidã obiectioni, quare nõ sumif in eadem forma in qua Christꝰ passus est. In tertia ponit verba illa, ad quæ fit trãssubstãtiatio, reliqua de solennitate esse occulte ostendens. In quarta probat nos in altari accipere verũ corpus Christi, authoritate eiusdem.

Sacramentũ altaris potest dici sacramenta.

f Sacramentorũ. Pluraliter dicit, p̃ pter specierum pluralitatẽ: vnũ tamẽ est sacramentum [1], qa vnꝰ sub vtraq; specie est Christus.

1 De hoc dixi ſ. ea. cõperimus. ibi videas. Gene. 1. a

g De pane. id est, panis trãsit in carnẽ & corpus Christi, & hoc est p cõsecrationẽ. ſ. eo. panis. & habetur ſ. e. qui manducant.
h Quibus. Quasi dicat, atrẽde cuius verba sunt, & videbis.
i Conficitur. id est, transire facit substantiam panis & vini in verum corpus, & in verũ sanguinem.

Cætera autem cùm venero ordinabo. Vbi datur intelligi, quia multum [2] erat vt epistola totum illis agendi ordinem insinuaret [b]: quod vniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum [c] esse, quod nulla orarum [d] diuersitate variatur.

Item Ambrosius in libro de sacramentis. †

Ante consecrationem est panis: sed verbis Christi in eius corpus mutatur.

CAN. LIIII.

19 ps

PAnis est in altari [e] vsitatus ante verba sacramẽtorum [f]. vbi accesit consecratio, de pane [g] fit caro Christi. hoc igitur astruamus. Quomodo autẽ potest, quod panis est, esse corpus Christi? consecratio autem, quibus [h] verbis, et cuius sermonibus? Domini est Iesu. Nam per reliqua omnia, quæ in superioribus à sacerdote dicuntur, laus Deo refertur: oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. Vbi autem sacrificium conficitur: iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. ergo sermone Christi hoc conficitur [i] sacramentum [k]. Quis sermo [l] Christi? Hic nempe quo [m] facta sunt omnia. Iussit Dominus: & facta sunt, cælum & terra & mare. Vides ergo quomodo operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperet esse quod non erat: quantò magis operatorius est, vt sint quæ erant [n], & in aliud cõmutentur? & sic quod erat panis ante consecrationẽ, iam corpus [o] Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi: & vinum cum aqua in calicem mistũ, fit sanguis consecratione verbi cælestis. Sed fortè dicis: Speciẽ sanguinis non video: sed habet similitudinẽ [p]. Sicut enim mortis [q] similitudinẽ [r] sumpsisti: ita etiam sanguinis [s] similitudinẽ bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamen redemptionis operetur. Di dicisti, quia accipis corpus Christi, vis scire qa verbis cælestibus consecratur? Accipe quæ sunt verba. dicit sacerdos: Fac nobis (inquit) hanc oblationem ascriptam: rationabilem, &c. Inde omnia illa Euãgelistę sunt vsque ad id: Accipite siue corpus siue sanguinẽ. inde verba sunt Christi: Accipite et bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus. Vide singula. Qui pridie quàm paterentur, accepit (inquit) in sanctis manibus panem. Antequam consecraretur, panis est: vbi autem verba Christi accesserunt, corpus Christi est. deinde audi dicentem: Accipite & edite ex hoc omnes: hoc est enim corpus meũ. & ante verba Christi, calix est vini & aquæ plenus. vbi verba Christi operata fuerunt, ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. Ergo vide, quàm potẽs est sermo Christi vniuersa [t] conuertere. deinde ipse Christus testificatur, quòd corpus suũ & sanguinem suũ accipiatis, de cuius fide & testificatione dubitare nõ debemus.

k Sacramentum. Dum panis est, nul lũ est ibi sacramen te cõsecratũ, quia nihil significationẽ significat: sed cũ incipit esse transire in corpus mentum. Panis antẽ Christi, statim species panis incipit significare corpus Christi, & esse sacramẽtũ. cum autẽ nihil significaret, tunc nõ erat sacramentũ. non tamen panis vel sacramẽtũ vel corpus Christi consecrãt precibus: sed in sacramẽtum qđ est corpus Christi, panis fit trãsubstãtiatio.
l Quis sermo. i. qua vi & qua potẽtia, hoc facit corpꝰ Christi? ea scilicet qua creauit cũcta.
m Quo. i. qua potestate facit? & ita quærẽdo soluit H. hoc tamen est impossibile, q̃ panis fit corpus Christi, sed talia verba ad sanum intellectum sunt intelligenda.
n Quæ erãt. ante quam cõsecrarent, sed esse desierunt [1] sicut enim sapor aquæ permistæ calici, desinit esse, ita substãtia panis desinit esse, consecrationẽ supeniente.
o Iam corpus. id est, corpus Christi transit accedente Christi forma, ita vt post consecrationem nõ sit iam ibi panis, sed verũ corpus Christi.
p Similitudinem. i. tãtum significat.

ADDITIO. Vel dic vt supra, dum frangitur.

q Mortis. i. repræsentationis mortis suæ passionis.
r Similitudinem. i. speciem sub qua latet corpus Christi mortuũ pro nobis: ad similitudinẽ cuius, & nos p̃ ipso mori debemꝰ saltem in peccatis.
s Sanguinis. non colore, sed repræsentatione.
t Vniuersa. i. vinum & aquam.

Non

1 Quantũ ad substãtiam.

Corpus Christi nõ digerit vt cæteri cibi.

† c. 4. li. 5. de sacra.

NOn iste panis est, q̃ vadit [a] in corpus, sed panis vitæ æternæ, q̃ animæ nostræ substantiam fulsit. iste panis quotidianus est, accipe quotidie [b] quòd quotidie tibi p̃sit. sic viue, vt quotidie mererais accipere [c].

Itẽ Augustinus in epistola ad Hireneum.

Etiam secundum carnẽ, Christus est panis vitæ.

CAN. LVI.

[g] Vnitatem. Id est, illos qui baptizati sunt ab hæreticis in vnitate ecclesiæ. i. in forma ecclesiæ: quæ est: Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti. ℣. c. ca. proprie.

[h] Item sacramentum. Id est, potestas & ordo. ℣. j. q. j. quod quidam. & cap. sicut Christus.

[i] Iniuria. Iniuria videtur fieri sacramento si fedo baptizaretur vel ordinaretur: qa videtur fieri quasi iam non fuisset baptizatus vel ordinatus: vt j. q. j. sacramenta. tñ pœnitentia bene iteratur, licet sit sacramentũ. de pœ. di. iij. quam bene iteratis. §. quod autem per pœnitentiam. Similiter vnctio in quibusdam ecclesijs. ℣. de pœ. distin. iij. quamuis.

Pœnitẽtia licet sacra mẽtum sit, bene iterãtur.

ADDITIO.

quod no. lxviij. distin. §. quod ergo. & xcv. dist. §. sed istud. & extra de secun. nupt. vir autem. ibi videas.

[k] Discedit. Quasi dicat. si alteruter istorum sacramentorum malos carere dicis, dicas carere & reliquis.

[l] Spiritus disciplinæ. Id est, spiritus disciplinans & instruens.

[m] Cor eius. j. ea. quomodo contra.

[n] Sacrilegio. j. e. di. nullus autem. & cap. tunc valere.

[o] In communicationibus. Id est, in conuentibus.

[p] Sacrilegio. Id est, sacrilegij dissensione.

[†] Nefandissimũ.

Non illud. hęc est vj. pars distinctio. secundum Ioan. de Fant.

[q] Sanitatem. Extra. de apo. capi. ij. Inten

Valet ad salutem baptisma, etsi non ea fide paruuli offerantur. CAN. XXXI.

Non illud te moueat, qđ quidã non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos offerunt, vt gratia spirituali ad vitam regenerentur æternam: sed hoc eos putant remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem [q]: non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione [a] offeruntur.

[†] Epistola xxiij.

[a] Intentione. error enim talis non nocet paruulis. ℣. satis ostẽdimus. intelligunt enim offerri ab ipsa ecclesia: vt j. ead. quæris à me.

Item de vnico baptismo, lib. iiij. †

Effusio sanguinis implet vicem baptismi.

CAN. XXXII.

Baptismi [b] vicẽ aliquãdo implere passionẽ, de latrone illo, cui nõ baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso: beatus Cyprianus [c] non leue documentum assumpsit: quod etiã atque etiam considerans, inuenio non tantùm passionem pro nomine Christi id quod baptismo [d] deerat posse supplere: sed etiam fidem [e] confessionemq; cordis, si fortè ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs tẽporum succurri non potest. Neque enim latro ille, pro nomine Christi crucifixus est [f], sed pro meritis facinorum suorum. Neque quia credidit [g], passus est: sed dum pateretur credidit. Quãtum itaque valeat etiam sine visibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus [h], Corde [i] creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone, declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cùm mysterium baptismi nõ cõtemptus religionis, sed articulus necessitatis [k] excludit. Et sicut in illo latrone, quod de sacramento baptismi defuerat, compleuit omnipotentis benignitas: qa non superbia, non cõtemptu, sed necessitate defuerat: sic in infantibus, qui baptizati moriũtur, eadem gratia omnipotentis explere credenda est, quòd non ex impia voluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere [l] ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem: ideo cùm pro eis oratur vt impleatur erga eos celebratio sacramẽti, valet vtique ad celebrationẽ eorum: quia ipsi respondere [m] non possunt. Alienũ quippe opus est, cùm credit [n] vel scit per alterum: sicut alienũ [o] opus fuit [p], cùm peccauit in alterum. Item. Sicut autem in latrone quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit, per secta salus est, quia per pietatem [q] spiritualiter affuit: sic & cum ipsa pręsto est: si per necessitatem desit (quod latroni non defuit) perficitur salus: quod traditũ tenet, vniuersitas ecclesiæ cũ paruuli infantes baptizantur: qui corde nondum possunt credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem: quod latro potuit. quando etiam flendo & vagiendo, cùm eis mysteriũ celebratur, mysticis [r] ipsi vocibus obstrepunt: & nullus Christianorũ dixerit, eos inaniter baptizari. Item. Quibus omnibus rebus ostenditur, aliud esse sacramentum baptismi, aliud conuersionem cordis: sed salutem hominis, ex vtroque compleri [s]: nec si vnum eorum defuerit, ideo putare debem[9], consequens esse vt & alterũ desit: quia & illud [t] sine isto potuit esse, vt in infante: & istud [v] sine illo potuit esse, vt in

Patsio supplet de fectum baptismi.

[b] c. 22. contra Donatistas & partim tñ scribitur i 4. senten. distinct. 4.

Lucæ 23. f

[c] *Baptismum. Ambros. Quidam per illam authoritatẽ: Nisi quis fuerit renatus, &c. dicebãt quod semper baptismus aquæ esset necessarius. quorũ opinionẽ reprobat Augustin. exemplo latronis cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso.*

[d] Cyprianus. etiã in testimonium inducens, dicit ergo baptismi defectum supplere passionẽ, vt in illo latrone: vel fidem conuersi vbi necessitas baptismũ excludit. sicut in puero sufficit aquæ baptismus solus: quia ætatis necessitas, fidẽ excludit, ita similiter adulto sola fides sufficit, cum necessitas excludit aquę baptismum.

Rom. 11. b

[e] Baptismo. Baptismus cõsistit in tribus, in aqua, in passione: & in cordis contritione.

[f] Sed etiam fidẽ. ℣. eo. catechuminũ. contra. Sed hic de fide informata charitate, ibi de informi. j. q. j. vide.

[g] Crucifixus est. ℣. de pœ. dist. j. importuna. contra.

Martyr dicitur cõfitens.

Sed dicit ibi martyr, id est, cõfitens. Martyr enim interpretatur confitens. ad hoc 50. distin. & purgabit. si tamẽ passus est pro Christo.

[h] Credidit. ℣. de pœn. dist. viij. nullꝰ.

[i] Apostolꝰ. in epistola ad Rom.

[k] Corde. id est, fide, quæ est in corde, id est, mente credit quisquis: quod est ei ad remissionem peccatorũ, id est, per fidem cordis iustificatur aliquis, id est, de impio fit pius.

[l] Necessitatis. potuerit ne qs seipsum in necessitate baptizare? non ℣. extra de bapt. & eius effec. debitum. arg. j. ea. sanctũ. ibi, nec aliquis, &c. Nihil enim ꝓderit ei: vt de pœnitẽte qui sibi peccata non potest cõfiteri, nec seipsum recõciliare. Item nunquid alio liquore ab aqua? Non. Nunquid si permista sit aqua alij liquori, sit baptismus? Si aqua ꝓualet, baptizaf: alias nõ. iiij. q. iiij. ca. hermaphrodit[9].

Baptizare seipsum nemo potest.

[m] Not. hic Hu. quod talis potest se baptizare: nõ erit baptizãdus, exemplo sanctorũ quorũdã, q seipsos [illegible]gutur. sed hic opin. cõmunis. hãc decret. dẽ bitũ. Ratio: qa nemo à se natus. scit. Arc.

[n] Credere. ℣. xv. q. j. §. vt itaque.

[o] Respondere. j. ead. nihil est aliud.

[p] Credit. id est, saluatur sic per alterum, scilicet infans.

[q] Alienum. quasi dicat, ex alieno opere causã sui peccati contraxit. ℣. cap. ij. & iij.

[r] Fuit. ℣. Adæ. nã omnis res per quas cũq; causas cõtrahitur, &c. extra de reg. iur. omnis res. de pœ. dist. j. quem pœnitet. circa princi. ver. sed qꝑ vos.

[s] Quia per pietatem. i. fidem & confessionẽ illius. B.

[t] Mysticis. i. significantibus missas pręsentis vitæ quã ingrediuntur. sunt enim in signũ futuræ miseriæ & laboris.

[v] Cõpleri. Cum facultas adest.

[v] Et illud. ℣. e. distin. sicut in sacramentis. illud. i. baptisma sine fide.

Et istud. id est, fidei

Universidad de Deusto Biblioteca

fides sine baptismo.

a Ex voluntate. Secus si ex ignorantia. extra de pres. non ba.c.ij.

b Contemnitur. j.ea.non dubito.

c SI quicquid. simile ff.de euictio. si prægnās. & l.vaccę. nam ibi dicitur, quod si vendidi tibi ancillam prægnantē, & partus euincatur: non teneor de euictione[1]: quia non intelligor eum vendidisse: argu. ff.de vsucap. si aliena. in fi. pro Iuliano tamen facit ff.de vētre inspiciē.l.j.§.j. vbi dicitur, ꝙ partus est pars viscerum. arg. cōtra. ff. de ver.sig. partus.

d Qui nascitur. tamen si mater est libera in tēpore conceptionis, & partus est liber. ff. de statu homi.l.vlti.

e Non debere. s. xxiiij. quæstio.iij. si habes.

f SAnctum est. Per seipsum. non merito conferentis.

g Authoritas. id est, procedens ex authoritate domini, qui tradidit formam baptizandi apostolis, & p eos alijs etiā laicis. Sed contra. s.e.dist. cōstat. s.j.q.j. ꝙ quidā. Sed hæc authoritas dicit permissio vel licentia, de permissione ecclesiæ in articulo necessitatis possūt baptizare laici Christiani: vt dicitur s. ead. constat. in baptismo infidelitatis tolerantia. s.e. Roman⁹ in baptismo sacerdotis authoritas, vel meli⁹ mysteriū. j.e. quomodo. Sed F. et B. non probāt istam notulam, imo laicum hæreticum in necessitate à Deo habere potestatem baptizandi: vt dicūt: nec ecclesia fa-

Venditor non tenet de partu euicto.

1 Euictione, scilicet ex stipulatione duplę quę est stricti iuris: sed bene actio n: ex empto: [redacted] † li.6,c.6

Baptism⁹, an possit dari p laicos.

latrone: complente Deo siue in illo siue in isto: quod non voluntate defuisset. cùm enim ex volūtate[a] alterum horum defuerit, reatus hominē inuoluit. Et baptismus quidē potest inesse, vbi confessio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse, non percepto baptismo: sed cōtempto non potest. nec vllo modo dicenda est conuersio cordis ad dominum, cùm Dei sacramentum contemnitur[b].

Idē cōtra Iulianum. †

Non baptizatur in homine, quicquid in eo est.

CAN. XXXIII.

SI quicquid[c] est in homine quādo baptizatur & sanctificatur, baptizari & sanctificari cū homine credendum est: dicturus es, & ipsa in illo baptizari & sanctificari quæ in intestinis & vesica per digestionem corporis digeruntur: dicturus es baptizari & sanctificari hominem, in matris vtero constitutum, si ad hoc sacramentum accipiendum, necessitas cogat grauidam: & ideo baptizari iam qui nascit[d] nō debere[e]. postremò dicturus es baptizari febres, & sanctificari quādo baptizantur ægroti.

Idem ad Fortunatum.

Valet baptisma, etsi per laicos ministretur.

CAN. XXXIIII.

SAnctum est baptisma p seipsum[f] quod datum est in nomine patris & filij & spiritussancti: ita vt in eodem sacramēto, sit etiam authoritas[g] traditionis, per dominū nostrum ad Apostolos: per illos autem ad episcopos & alios[1] sacerdotes, etiam laicos Christianos ab eadem origine & stirpe veniētes. nam cùm illa historia narratur, omnes qui audiunt, ad lacrymas mouentur: cùm in naui quadam, nullus fidelis esset præter vnum pœnitētem, naufragium cœpit imminere: erat ibi quidam non immemor suæ salutis, & sacramenti[h] vehementissimus flagitator: nec erat ibi aliquis[i] qui dare posset nisi pœnitens ille: acceperat[k] enim, sed pro peccato de quo agebat pœnitentiam, amiserat sanctitatem: sed non amiserat sacramentum. nam si hoc amittunt peccantes: cùm reconciliantur post pœnitentiā[l], quare non iterum baptizantur? dedit ergo quod acceperat: & ne periculosè finiret vitam nō reconciliatus, petijt ab ipso quem baptizauerat vt eum reconciliaret[m]: & factum est, & sic naufragium euaserunt. Cognitum habes quod fecerunt, nemo extitit eorū, qui nō pium[n] animum ita crederet, vt consilijs eorum in illo periculo dominū crederet affuisse. motus enim animus religiosus & supplex ab homine exegit sacramentum: à Deo ipse impetrauit sanctitatem. Quòd si fortè hoc quod narraui de ijs, qui naufragio imminente periclitabantur, non vult aliquis credere (non enim hoc diuinarum scripturarū authoritas, sed incerto authore, fama commendat) non repugnabo: sed interrogabo, si tale aliquid contingat, quid futurum est? Non potest enim quisquā[o] dicere, re-

cere posset, quin ipsi etiam sine necessitate baptizarēt: & tamen peccarent. xxxij. distinct. §. verum.

h Et sacramenti. id est, baptismi.

i Aliquis. Vt quā nec baptismū nec formam nouerat. Nam primo erat ibi recurrēdum ad Christianū: & ita nō erat qui ita cōpetenter posset dare sicut ille qui acceperat: & hoc est quod sequitur, acceperat.

k Acceperat. scilicet sacramentum baptismi.

l Pœnitentiam. j. ead. dist. sine pœnitētia. cōtra. Sed forsan pœnitēs iste pro aliquo graui peccato compunctus baptisma petierat: quo suscepto iterum in idē peccatum relapsus est. vnde postea publice meruit supponi pœnitentiæ. xxvj.q.vj.cap.fin.

ADDITIO. Et secundum hunc intellectum debet fieri punctus in hoc verbo, pœnitētiā.

m Reconciliaret. s.de pœni.distinc. j.quem pœnitet. s. distinct. xxj. inferior. contra. Sed quo ad hoc superior erat iste post baptismū, quia iste non indigebat reconciliatione, ille sic. Assignatur & aliud contra. xxiiij.q.j.§.sed istud. Nam ibi dicitur, quod à laico non debet reconciliationem accipere, sed dic quod iste succumbit[2].

n Qui non pium. id est, qui non credunt animum eorum fuisse ita piū.

o Quisquam. nō potest quisquā dicere relinquendum illū esse, & non ba-

2 Dic melius, quod hæc necessitas excusat quę legem nō habet: vt s. eo. disti. j. sicut cum. ptizau Io. de Fāt.

ptizandum, qui morte imminente petit baptizari.

a A pœnitente. quisquis non credit contingere quē, id est, aliquē baptizandū esse, oportet vt credat, &c.

b Non credat. arg. quod fama non inducit probationem: nec partem[1] probationis, nec exemplū: sed lex, &c. C. de sent. & interlo. omn. iudi. l. nemo. argu. ꝙ quis asserit, per ius scriptum probare debet[2]. xxiiij. q. ij. legatur.

c CAtechuminum. In bonis. Patet hoc esse intelligēdum de adulto. nā paruulus bona opera habere non potest.

d Vitam. j. ea. nō dubito. cōtra. Sed hoc de eo qui baptizari nō quærit: vel est in peccato aliquo ille si adultus est[3].

HI de quibus. Hæc est octaua pars distinct. secundū Io. de Fant.

e Sed cuius. j.q.j. si quis per ignorātiam. contra.

f Quolibet modo. Etiā cū barbarismis & solœcismis. j.e. retulerunt.

g Impositionem. Reconciliatio sic fiet. imponet ei manus ab episcopo, & dicetur, accipe spiritum sanctū. sicut in actibus Apostolorum factū esse legitur, baptizatis à Ioanne, cum ipsi dicerēt Apostolis: Neq; si spirit⁹ sanctus sit, audiuimus: manus eis Apostoli imponebant dicentes, accipite spiritum sanctū. si nō fuerant chrismati, chrismabantur.

ALiud est. Hæc est nona pars distin. in qua probat per tria capit. quod malitia baptizantis non nocet baptizato. Io. de Fant.

Fama nō probat.

1 Arg. cōtra. 4.q.3. sæpe fit vbi de hoc.

2 De hoc 11.q.3. nolite timere. iuxta finem. Arc.

† ca.74. de dogma tib. eccles.

† [redacted]

3 Item cōtra s.e. baptismi. sed ibi soluit.

† als. baptizatur⁹.

Recōciliatio siue manus impositio qualiter fit.

linquendum esse illū, qui morte imminēte petit baptizari à pœnitente[a]. Quisquis nō credat[b] cōtigisse, oportet vt credat posse contingere.

Item ad eundem. †

Quamuis rectè viuat catechuminus, sine baptismo non potest saluari.

CAN. XXXV.

CAtechuminū, quāuis in bonis[c] operibus defunctum, vitam[d] habere non credimus: † excepto duntaxat, nisi martyrij compleat sacramentū. Baptizatus † confitetur fidem suam, corā sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc idem martyr coram persecutore facit, qui & confitetur fidē, & interrogatus respondet. & ille post cō fessionem aspergit aqua, hic verò aspergitur sanguine, vel contingit igne. Ille manus impositione pontificis accipit Spiritum sanctum: hic habitaculum Spiritus sancti efficitur, dum non est ipse qui loquitur, sed Spirit⁹ sanctus, qui in illo loquitur. Ipse communicat eucharistiæ in commemoratione mortis domini: hic ipse cōmoritur Christo. Ille confitetur se mundi actibus renuntiare: hic ipsis illecebris renuntiat & vitæ. Illi peccata remittuntur, isti extinguūtur.

Item Leo papa. †

Non reiteretur baptisma, cuius formam constat integrè collatam.

CAN. XXXVI.

8 HI de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius[e] fidei fuerint, qui eos baptizauerunt, se nescire profitētur, quolibet modo[f] formam baptismatis acceperunt, rebaptizādi nō sunt: sed per impositionem[g] man⁹, virtute Spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

Item Augustinus super Ioannem. †

Et per bonos, & per malos ministros, æquè baptizat Christus.

CAN. XXXVII.

9 ALiud est[h] baptizare per ministerium[i], aliud baptizare per potestatem[k]. Item, Ergo baptizabant[l] discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos autē baptizauit Iudas, non sunt iterū baptizati, & quos baptizauit Ioannes, sunt iterum baptizati. planè iterum: sed nō iterato baptismo. quos enim baptizauit Ioannes, baptizauit[m] & Ioannes[n]. quos baptizauit Iudas,

† Epis.9. ad Rusti.

† Tra.5. in ca.1.

h *Aliud est.* CASVS *Intendit probare August. quod qui baptizat in forma ecclesiæ siue bonus siue malus, quod baptismus confertur. quod ex eo probat, quia baptizati à Iuda, non sunt rebaptizati. præterea quia potestatem baptismi apud se retinuit Christus: non infudit in alium, per quam potestatem vnitas constat ecclesiæ. nam vna est columba, &c.*

i Per ministerium. quod facit sacerdos.

k Per potestatem. quod facit Christus.

l Item, Ergo baptizabant. Hic colligitur baptismum ante passionem fuisse institutum, quia nō est ratio, quare baptizati à Iuda non sunt iterum baptizati, sicut à Ioanne baptizati, nisi quia Ioannes nō baptizabat in forma quā dederat Iesus discipulis, quod faciebat Iudas. Vnde colligit necessario, qđ baptismus ante passionē fuit institutus, cum Iudas post passionē neminem baptizauit: sed plenā efficaciā non habuit vsque ad passionem, & quod Iesus ante passionem formā baptizādi dederat discipulis. Sed superius c. scilicet proprie in morte. aperte dicit, quod post resurrectionem dedit formam illam. ad hoc dicēdū est, quod ante passionem, & post dedit formam baptizandi, licet ante nō ita generalē forte vt baptizarent tantū Iudæos: vnde dictū est eis, In viam gentium ne abieritis. vij.q.j. deniq;. post generalē, forte vt baptizarēt omnes gentes. Si quæras, in qua forma verborū baptizabat Ioānes, dicendum, in hac, scilicet in nomine vēturi, scilicet ad prędicationem, ad passionē, ad mortē, & ad iudicium, & in tali forma baptizauit Christum.

m Baptizauit. i. simpliciter lauit.

n Ioānes. Baptismus ille Ioannis, fuit quasi præcursorius & præparatorius veri baptismi, vt eo quasi quodam prælusio baptizari assuescerēt, ideoque non erat remissionis operatiuus: vt j. ead. dist. non regenerabantur. Sed nunquid rebaptizauit Christus, quos baptizauit Ioannes? an non erat ille baptismus à Deo, cum omne quod est bonum, à Deo est, & Deum habet authorem. j.q.j. quam pio? Quod autem baptismus Ioānis bonus fuerit, nullus dubitat: sed non dicitur Christi, quia non est sacramentum redemptionis nostræ, nec Deus per illum baptismum remissionem peccatorum operatus est. Vel quia non fuit collatus in forma Christi, sed

Baptism⁹ Ioānis nō fuit remissionis operatiuus.

Ioannis, vnde & Ioannis dicitur.
a Christus baptizauit. non solum Iudas.
b Per hanc enim potestatem. id est, dignitatem, quam tūc nulli dedit, scilicet vt fieret remissio i baptismo collato in nomine mysterij, sicut fit in baptismo collato,
Cantic. 6. In nomine patris & filij & spiritus sancti: & diceretur baptismus illius, et ab eo denominarentur baptizati.
c Antequam. s. ea. per aquam. cōtra. Sed credendum est columbæ speciem sine spiritu, in aquā antequā Christus venisset descendisse, quod hic dicitur. postquam autem Christus descēdit, Spiritus sanct⁹ super eum putādus est in eum veniens in illa columba apparuisse: quod ibi dicitur. hoc sic scire habere poteris scire, si quod hic subditur, diligenter attendis, scilicet cognouit, &c. Colūba autem illa prim⁹ (vt dicitur) redijt in primordialem siue præiacentem materiam.

Columba in aquam descenderat, ante quā Christus baptizaretur.

Ioann. 1. c

ADDITIO. De hoc not. s. dist. iij. cap. vltimo.
d In aquam. id est, super aquam.
Ioan. 15. a
e Cui. scilicet Ioanni.
f Et manentem. Nam aliter manstt super eum, & aliter super nos. de pœn. distinct. ij. quærendum. & cap. potest discursus.
g Qui baptizat. Id est, peccata dimittit.
h Mundi. Argu. q omnes Apostoli baptizati sunt, vt de pœni. distinctio. ij. si enim. circa princi. & s. ea. quando ab Hierosolymis. Ioan. de Fantu.
i Propter verbū.

Christus baptizauit a. Item, per hanc enim potestatem b quam Christus solus tenuit sibi, & in neminem ministrorū transfudit, quamuis per ministros baptizare dignatus sit, per hanc inquam stat vnitas ecclesiæ, quæ significatur in columba, de qua dictum est: Vna est colūba mea, vna est matri suæ electa. Si enim (vt iam dixi fratres mei) transferretur à domino potestas ad ministros: tot baptismata essent, quot ministri essent: & iam vnitas baptismi non staret. Attendite fratres, antequam c veniret dominus noster Iesus Christus ad baptismum, descendit columba in aquam d, cognouit Ioannes quoddam proprium ei, cui e hoc dictū est: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem f super eū: ipse est qui baptizat g in Spiritu sancto. Nouerat autem quia ipse in Spiritu sancto baptizabat: sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non trāsiret in alterū, quamuis eo donante ibi didicit. Item, Iam vos mundi estis, propter verbum Dei, quod locutus sum vobis, quare non ait: Mundi h estis propter baptismum quo abluti estis: sed ait propter verbū i, quod locutus sum vobis, nisi quia etiam in aqua verbum mundat? Item, Si fuerit iustus k minister, computo eum cum Paulo: cum Petro, cum istis cōputo iustos ministros: quia verò iusti ministri gloriam suā non quærunt (ministri enim sunt) pro ducibus haberi nolunt l, spem in se poni exhorrescunt. ergo computo cùm Paulo iustum ministrū. Quid enim dicit Paulus? Ego plātaui, Apollo rigauit: sed Deus incremētum m dedit. 1. Cor. 3. b

Item in libro de baptismo. † c. j. lib. j

Nec baptisma, nec baptizandi potestatem schismatici amittunt.

CAN. XXXVIII.

NVllus n autem negat habere baptismum, etiam apostatas: quibus vtique redeuntibus, & per pœnitentiam conuersis non redditur: quia amitti non posse iudicatur: sicut & illi, qui in sacrilegium schismatis ab ecclesiæ communione discedunt, habent vtique baptismum, quē priusquā discederent acceperāt. nam & si ipsi redeant, non eis iterum datur. vnde ostēditur illud, quod acceperunt in vnitate positi, non potuisse amittere separatos, quòd si haberi o potest foris, etiam dari cur non potest p? Si dicis, non rectè foris datur, respondemus: sicut non rectè foris habetur, sed tamen habetur: sic non rectè foris datur, & tamen datur. Sicut autem per vnitatis reconciliationem incipit q vtiliter haberi, quod extra vnitatem inutiliter habebatur: sic p eandem recōciliationem incipit vtile esse, quod extra eam inutiliter datum est. Item hæretici sacramēta & scripturas habent ad spem: non ad salutem. Item perfidus si

id est, propter me ipsum, qui sum verbum patris 1. — r Et loquor vobis: & manifesto me ipsum.
k Fuerit iustus. Secus de malo: vt supra j. quæstio. j. si fuerit.
l Nolunt. Vt dicitur baptism⁹ Petri, baptismus Pauli. infra eadē. cum tantum.
m Incrementum. id est, virtutes apponendo post peccatorum remissionem.
n NVllus. supra j. quæstio. j. extra catholicam.

CASVS Primo loquitur de apostatis, id est, de hæreticis. Secundo de schismaticis. Est ergo casus. Apostatæ etiam extra ecclesiam habēt baptismum, & extra ecclesiam illum conferre possunt: sed nō sanctitatem habēt extra ecclesiā, nec eam conferre possunt, nisi forte ad punctum per vim sacramenti remissionē operatur baptismus.

o Quod si haberi. Argumen. quod excommunicatus possit contrahere matrimonium 2, cum liceat ei habere, & vti contracto. extra de eo qui duxit in matrimo. cap. significasti.
2 Hoc probatur extra de eo qui duxit in matrimo. quam pol. significasti.
p Non potest. Argum. quod non rectè fit, fieri dicitur, vt prima quæstio. prima. quod quidam: contra id quod dicitur non posse fieri, quod de iure non fit, vt vigesimasecūda quæstione ij. faciat. Ioannes.
q Incipit. infra eadem distinctiōe. tunc valere. supra eadē distinctione. ostenditur.

a Si in perfidia. Hic tangit falsam opinionem quorundam j. cap. proximo.
b Excipit. Remissionem peccatorum.
c Et foris. Per ministros malos, & per quosdā excommunicatos filios Iudæorum. j. q. j. prophetauit.

d Quomodo exaudit. Hanc quæstionem mouet Augustinus vt post soluat.

CASVS. Nota quod Cyprianus fuit in ea opinione, quod verū baptisma non confertur apud hæreticos: illud etiam lauacrū diaboli appellauit xxxij. distin. §. verum. Cuius opinionem & errorē extirpat hic Augustinus causam sui erroris aßignās. In prima ergo parte dicit Augustinus malos sacramenta in ecclesia cōferre, et extra ecclesiam: sed non remißionē peccatorū. In secunda facit differentiā, inter sacramentum & effectū sacramēti: quod non facit Cyprianus: & ideo errauit. In tertia dicit, quod sicut boni conferunt in ecclesia sacramenti effectum, sic mali extra ecclesia dū tamē i necessitate, alias nō, sed tamen sacramentum cōferunt. In quarta ponit quandā opinionem falsam, scilicet quod peccata dimittuntur ei, qui ficte accedit ad baptismum. ad punctum horæ, postea redeunt.

† lib. 5. c. 20. de baptismo.

e Aut per eos. Supra de pœni. distinct. prima. homicidiorum.
f Nemo. Supra distinct. lxij. nulla ratio. supra xxviij. distinct. presbyterum. s. secunda quæstione vj. quoties post auditam. s. j. q. j. ventum est.

in perfidia a permanserit: per baptismum nec extra ecclesiam remissionem accipit peccatorum: aut si per vim sacramenti ad punctum temporis excipit b, & intus & foris c, eam vim operatur: sicut vis nominis Christi expulsionem dæmonum, etiam foris operatur.

Item. †

Mali non sua potestate, sed Christi virtute baptisma ministrant.

CAN. XXXIX.

QVomodo exaudit d Deus homicidam deprecantem, vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super eucharistiam, vel super capita eorū quibus manus imponitur? Quæ tamen omnia & fiunt & valent etiam per homicidas, aut per eos e qui fratres oderunt, etiam in ipsā intus ecclesia. Cùm nemo f dare possit, quod non habet, quomodo homicida dat spiritum sanctum, et tā intus etiā ipse baptizat? Deus ergo dat etiam ipso baptizāte spiritum sanctū. Quapropter sacramentum g gratiæ dat Deus, etiam per malos: ipsam verò gratiam nō nisi per seipsum, vel per sanctos h suos i: & ideo remissionem peccatorum, vel per seipsum facit, vel per ipsius colūbæ membra: quibus ait: Si cui dimiseritis pecca- Ioan. 20. f ta, dimittentur ei: & si cui retinueritis: retenta erunt. Manus autem impositio si non adhiberetur ab hæresi venienti, quāquam extra omnem culpam k esse iudicaretur: propter charitatis tamen copulationem (quæ est maximum donū spiritus sancti: sine quo l non valent ad salutem quæcunque alia sancta fuerint in homine) manus m hæreticis correctis imponitur. Induunt autem homines Christum, aliquando etiam vsque ad sacramenti perceptionem, aliquando vsq; ad vitę sanctificationem n: atque illud o primum & malis & bonis potest esse cōmune: hoc autem p proprium est bonorum & piorum. Nō ob aliud visum est quibusdam, etiam egregijs viris & antistitibus Christi (inter quos præcipuè beatus Cyprianus eminebat) non esse posse apud hæreticos vel schismaticos baptismum Christi: nisi quia non distinguebant sacramētum ab effectu q vel vsu sacramenti: & quia eius sacramenti effectum, atque vsum in liberatione à peccatis, & cordis rectitudine apud hæreticos non inueniebant: ipsum quoque sacramentum illic esse non putabant. Sed conuertentibus oculos ad interioris paleæ multitudinem r, cùm etiam hi qui

ADDITIO. Dic vt not. s. ea. Romanus.
g Sacramentum. Hic exaudi vt no. s. j. q. j. remissionem. alias contradiceret j. eod. cap. ver. cum in alijs.
h Per sanctos. Imo per seipsum semper, nunquam per ministrum hominem: sed neque per sacramentum quod bonus ministrat magis quam malus. Nā semper suum effectū habet omne sacramētum nisi suscipiētis malitia impediatur: vt supra prima q. j. omnia. & xv. q. vlti. capi. vlti. Sed forte dicitur per sanctos dimittere peccata: quia quæ prædestinata sunt, sanctorū precibus obtinentur: vt xxiij q. iiij. obtineri. Vel quia ipsis prędicantibus aliqui compunguntur, & sic eis etiam peccata dimittuntur: & dicitur hoc de bonis antonomatice: vel per sanctos bonos. i. per id qd boni vel sancti sunt, scilicet per charitatem & cæteras virtutes. Vel solus Christus dat remissionem peccatorū per authoritatem: bonis dat per ministrantis meritum, malis per ministerium.

Sacramentum quodlibet semp habet suū effectum. Vide. 74

Peccata p quos remittūtur.

i Sanctos suos. i. mediantibus precibus sanctorum.
k Culpam. Et ille qui est reuersus ad fidem.
l Sine quo. De pœnit. dist. ij. fugerat sanctus. & s. distin. vij. nullus expectet. s. ea. dist. solet quæri.
m Manus. Prima quæst. j. quod quidam contra 1.
1 Ibidē de manu cōsecratoria.
n Sanctificationem. Id est, remissionem peccatorū: sicut duobus modis dicitur manducari. s. dist. ij. quid est Christum.
o Atque illud. Id est, perceptio sacramenti.
p Hoc autem. i. vitæ sanctificatio.
q Ab effectu. Ipsius sacramenti.

r Paleæ multitudinem. Id est, ad multitudinem malorum qui dicuntur paleæ, quia vacui, vel quia leui- — Mali dicūtur paleę.

Universidad de Deusto Biblioteca

ter cadunt tempore tentationis, vel quia arsuri sunt igne inextinguibili, granis repositis in area cælesti.
a Nec dare. De merito vitæ. nam per ministeriũ bene dat. s. j. quę. j. remissionem. (Ioan. 20. f)
b Ouem. Id est, ecclesiam.
c Tradentis. Baptismum.
d Non separat, Non separat malus à se remouẽdo, s. malitiam sui.
e Et cum illi. Scilicet bono fideli.
f Dimittantur. Supra j. q. j. vt euidenter. contra[1], ecclesia sanctorũ hic dicitur remittere, peccata conuersis: quia eius orationibus eis illa relaxãtur: vel quoniã per charitatis vnitatẽ: quę solum in ecclesia habetur, fit remissio peccatorũ: vt j. ea. di. ecclesiæ charitas. Io.
g Ab eis. i. ecclesia, quæ dicitur dimittere peccata.
h Siue. Consimile dicit lex C. de præscri. x. vel xx. an. l. vlt. ver. quid enim prodest in ipsa ꝓuincia esse possessionem, cum ius vendicationis incorporale est.
i Separatus. s. j. q. j. vt euidenter.
k Vrgente. xj. q. iij. quod prædecessor. argu. s. xxiij. quæ. iiij. ecce. & c. recedite.
l Baptismi. Supra ea. dist. si inter bonos. s. j. quęstio. j. si fuerit.
m Nam redire. s. xxiij. q. iiij. si illic. contra. s. de pœni. di. iiij. capi. j. ij. iij. iiij. v. & vj.
n Non impeditur. Sed non dicit hoc ita sentiendo, sed eorum opiniones referendo.
o Hesternus dies. Id est, peccatum, hesterna die commissum.

1 Adde ꝙ non est cõtra. Arch. Remissio peccatorũ per qd habetur.

in ipsa vnitate peruersi sunt, & perditè viuunt, appareant, et remissionẽ peccatorum nec dare [a] posse, nec habere: quia nõ malignis, sed bonis filijs dictum est. Si cui dimiseritis peccata dimituntur eis, & reliqua: habere tñ et dare et accipere baptismi sacramentũ: satis ecclesiæ catholicæ pastoribus eluxit: & ouẽ quæ foris errabat, & dominicũ characterẽ foris accipiebat venientem ad Christianæ vnitatis salutem, ab errore corrigi: characterem tamen dominicũ in ea cognosci potiùs quã improbari: quãdoquidẽ ipsum characterem multi lupi & lupis infigunt, qui videntẽ esse intus: veTũtamen ad illã ouem [b], quę ex multis vna est, nõ pertinẽt. Cũ malus tradit baptismum bono, id est, in vnitatis vinculo veraci conuersione mutato: inter bonum sacramentum quod traditur, & bonũ fidelem cui traditur, tradentis [c] malitia non separat [d]: & cùm illi [e] veraciter ad dominũ conuerso peccata dimittantur [f] ab eis [g] quibus ipse veraci confessione coniungitur, spiritus sanctus ea dimittit: qui omnibus sanctis datus est, sibi charitate cohærentibus, siue [h] se nouerint corporaliter, siue non nouerint. Similiter, cùm alicuius tenentur peccata: ab eis tenentur à quibus ille cordis prauitate disiungitur siue notis corporaliter, siue ignotis. Omnes mali spiritualiter à bonis seiuncti sunt. Si autem etiã corporaliter aperta dissensione separentur, peiores fiunt. Sed nihil interest ad baptismi sanctitatem: quantò quisq; peior id habeat & quantò peiori tradat: potest tamen peiori tradere separatus [i], sicut potest habere separatus: sed quã perniciosum est habere, tã perniciosum est tradere. Ille autẽ cui traditur potest salubriter accipere: si ipse non separatus acceperit vrgente [k] mortis necessitate. Cur hæretici foris baptizare non possunt? an quia peiores sunt eo ipso ꝙ foris sunt? Sed nihil interest ad integritatem baptismi [l], quãtò peior id tradat. neq; enim interest tãtum inter malum & peiorem, quãtum inter bonum & malum: & tamen cùm baptizat malus, non aliud dat, quàm ille qui malus minus est. An fortè non ad hominis meritum, sed ad ipsius baptismi sacramẽtum pertinet, vt foris dari non possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset: & toties baptizari necesse esset, quoties quisque recedens ab ecclesia, rursus ad ecclesiam remeasset. His qui ficto corde baptizantur: aut peccata nullatenus dimittuntur, quia spiritus disciplinæ effugiet fictum: aut in ipso temporis puncto, per vim sacramenti dimissa, iterum per fictionem replicantur: vt & illud verum sit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. (Gala. 3. d) Et illud, Spiritus disciplinæ effugiet fictum, (Sapien. 1. a) id est, vt induat eum Christum sanctitas baptismi: & exuat eum Christum pernicies fictionis. Nam redire [m] dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissimè dominus in euangelio docet, (Mat. 18. c) in illo seruo à quo dominus dimissum debitum petiuit, eò quòd ille conseruo suo debitum nollet dimittere. Sic nõ impeditur [n] baptismi gratia, quò minus omnia peccata dimittantur, etiam si fraternum odium in eius cui peccata dimittuntur animo perseuerat. soluit enim hesternus dies [o]; & quicquid superest, soluitur etiam ipsa hora [p] momentóque ante baptismum, & in ipso baptismo. deinceps autem continuò reus esse incipit non solùm consequentium, sed etiam præteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus [q] omnibus quæ dimissa sunt.

p Ipsa hora. Sicut secũdum leges eodem tẽpore quis absoluitur, & statim obligatur. si enim animo nouandi mulier intercedit, liberabitur debitor: & in eodem momento obligatur: quia ipso iure competit rescissoria. ff. ad Velle. de bitrix. §. vlti.[2]
q Redeuntibus. Nota de pœ. dist. iiij. §. verum. quia quidam

Obligat et soluitur quis, eodẽ momento.
2 De hoc not. ff. eo. l. aliquando. §. j.

quidã dicunt, quod redeũt sicut flores in vere. B. &c.
TVnc valere. Hæc est decima pars distinct. in qua probatur per xj. cap. quod non valet baptismus aquæ cum datur ficte, nisi fictio vel incredulitas recedat à corde percipientis. Ioan. de Fant.
a Tunc valere. Hæc est vera sententia.
b Incipit. q̃a tũc incipit esse in eo, & efficaciã in eo habere[1], & ibi ratihabitio retrotrahitur. Et est argu. cõtra. ff. de his qui notã. infa. furti. §. qui iussu.
c Ad salutẽ. i. res per baptismum significata, tunc incipit habere remissionem peccatorũ, & nõ ꝓpter baptismum, sed propter cordis cõtritionẽ, id est, per charitatem vel humilitatẽ mentis, quã habet, dum habet cordis contritionem.
ADDITIO. Ad hoc no. s. j. q. j. si fuerint. in glo. j.
d Baptismus. scilicet interior, scilicet peccatorũ ablutio.
e Fictio. s. ea. distinct. ostẽditur. & cap. nullus.
f NOn in vobis. In multis. i. in omnibus sacramentis. sed non in charitate, sine qua, nihil sunt omnia. s. ead. quomodo. & cap. solet.
g In symbolo. cõtradicit qd infra sequit: quia in ipsa catholica ecclesia non sunt nobiscũ. sed dic quod ideo dicunt esse in symbolo, quia sunt in maiori parte[2]. Nã si in toto symbolo essent, ergo essent nobiscũ in ecclesia: cum hoc sit de symbolo, credere in catholicã ecclesiam, sicut & alibi dicitur quis nõ tenere fidem, cum non teneat ecclesię vnitatẽ. xxiiij. q. j. aduocauit.
h In cæteris. Arg. contra. xxiiij. q. j. schisma. sed illud quo ad effectum.
i In corpore. Sunt viuentes. & ideo non est desperandum de eis. de pœni. dist. vij. cap. j.

✝ cap. 12. libri j. de baptis.
1 Quia tũc incipit, &c. vt in gl. seq. & ita totã cõtinuam ponit H. cuius fuit gl.
✝ Epistola 48. ad Vincẽtiũ.
Psal. 54.
Hæretici qualiter sunt i symbolo nobiscum.
2 Et not. hic qd' ponitur pars ꝓ toto: vt xxiiij. q. v. pœnale. sicut ecõuerso. 76. dis. §. nõ autẽ.

Idem. ✝

Quando prosit baptismus ei, qui fictè illum accepit.

CAN. XL.

10 TVnc valere [a] incipit [b] ad salutẽ [c] baptismus [d], cùm illa fictio [e] veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia vel sacrilegio pseuerãte, peccatorũ ablutionem non sinebat fieri.

Idẽ ad Donatistas. ✝

Non reiterantur sacramenta, quæ extra ecclesiam conficiuntur.

CAN. XLI.

NOn in vobis mutamus, in quibus nobiscum estis (in multis enim nobiscum estis: nã & de talibus dictum est, quòd in multis [f] erãt mecum) sed ea corrigimus, in quibus non estis, & ea vos hic accipere volumus, quæ non habetis illic vbi estis. nobiscum enim estis in baptismo, in symbolo [g], in cæteris [h] dominicis sacramẽtis, in spiritu autem vnitatis, & in vinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia, nobiscũ non estis. Isti autẽ cũ quibus vel de qbus agimus, non sunt desperandi, adhuc enim in corpore sunt: sed non quærant spiritũ sanctum, nisi in corpore [i] Christi: cuius habent foris [k] sacramentũ, sed rẽ [l] ipsam non tenent intus, cuius est illud sacramentum: & ideo iudicium sibi mãducant & bibunt.

k Foris. Videtur quod extra ecclesiã hæretici conficiant, & sic reprobatur quorundam opinio, qui dicunt extra vnitatem ecclesiæ corpus Christi confici non posse: vt j. quæstio. j. dominus declarauit. & cap. non nocet[3].

Item Gregorius Quirico episcopo, & cæteris in Hybernia epis. ✝

Quomodo recipiantur ab ecclesia, qui in nomine trinitatis apud hæreticos baptizantur.

CAN. XLII.

AB antiqua patrum institutione didicimus [m], vt qui apud hæresim in trinitatis nomine baptizantur: cùm ad sanctam ecclesiã redeũt, aut vnctione [n] chrismatis, aut impositione manus, aut sola pfessione [o] fidei ad sinũ matris ecclesiæ reuocentur. vnde Arrianos per impositionem manus Occidens, per vnctionem verò chrismatis sancti ad ingressum catholicæ ecclesiæ Oriens reformat. Monoschelitas [p] verò & alios ex sola confessione recipit: q̃a sanctum baptisma, quod apud hæreticos sunt consecuti, tunc in eis vires emundationis recipit, cũ illi vel per impositionem manus spiritum sanctũ acceperint, vel isti ꝓpter confessionẽ veræ fidei [q], sanctæ & vniuersalis ecclesiæ visceribus sunt vniti.

Item Augustinus de baptismo, lib. iiij. ✝

Extra ecclesiã baptismus accipi potest, sed non prodest.

CAN. XLIII.

ECclesia paradiso cõparata, indicat nobis [r] posse quidẽ baptismũ eius homines etiã foris accipere: sed salutẽ [s]

l Sed rem. scilicet vnitatem ecclesiæ. Ioan.
m AB antiqua. Didicimus. Hæc reconciliationum disparitas fiebat, aut ꝓpter hæreticorum disparitatem, aut ecclesiarum variam consuetudinem.
n Aut vnctione. j. quæsti. j. §j, qui baptismum.
o Sola professione. quia tantum interrogantur si recte credãt: quia manus eis erat imposita: sed si deficeret, suppleretur. j. q. j. §. ecce. de errore istorum habes xvj. distin. habeo.
p Monoschelitas. qui dicunt vnã tantum voluntatẽ esse in Christo, scilicet humanitatis, nõ diuinitatis: vt xvj. distinct. habeo.
q Fidei. diuersitas suscipiendi hæreticos, nõ ideo est quod inter se ecclesia occidentalis & ecclesia orientalis sentiant cõtraria: sed q̃a diuerso modo errabant, diuerso modo recipiebãtur. Arriani qui erant in oriẽte, nõ chrismabant, ideo oriẽs redeũtes chrismabat. qui erãt in occidente, chrismabantur: & ideo vt ostenderet eos de vnitate ecclesiæ, ꝑ manus impositionẽ eos recipiebat ecclesia oriẽtalis. vnde est arg. quod diuersæ erant Arrianorum sectæ. vnde s. ead. distinct. j. c. ecclesias. vbi dicitur quod ecclesia ab eis consecrata recõsecretur, ab Arrianis datus baptismus non iteretur: vt s. j. quæstio. j. Arrianos. & argu. j. ead. de Arrianis. Ioan.
r ECclesia. Nobis. s. j. q. j. sicut.
s Sed salutem. s. j. q. j. extra ecclesiam.

3 Ad idẽ xxiij. q. 4. qd' faciet. & s. eadẽ. ostẽdit. in pri. scilicet cõtra in eo quod leg. & nota. s. ea. dist. ij. qd sit. ibi dixi. Arc.
✝ Epi. 61. lib. 9. ad Quirinũ.
Hi qui
Error Monoschelitarũ
Hæretici diuersimode ab ecclesia recipiuntur.
✝ capi. j.

Universidad de Deusto Biblioteca

beatitudinis extrà eã ecclesiam neminẽ vel percipere vel tenere. nõ enim in Mesopotamia vel Aegypto, quò illa flumina peruenerunt, est felicitas vitæ, quæ in paradiso [a] commemoratur. sic ergo baptismus ecclesiæ potest esse extra ecclesiã [b], munus autem beatæ vitæ nõ nisi intra ecclesiam inuenitur.

Idem de vnico baptismo, libro tertio. †

Hæresis & sacrilegium hæreticorum non sunt sacramenta.

CAN. XLIIII.

Nunc autem, non sicut hæresis hæreticorũ est, sicut error ipsorum est, sicut etiã sacrilegium dissensionis eorũ est: sic etiam baptisma, quod Christi est, non debet dici ipsorum.

Idem libro quinto. †

De eodem.

CAN. XLV.

Cum tãtum [c] valeat baptismus per hominem contemptibilẽ, quãtum per Apostolum datus: ita nec istius nec illius, sed Christi esse cognoscitur [d]. Item inuenimus dictũ ab Apostolis, & gloriam meã quãuis vtique à domino: & ministerium meum, & prudentiam meã, & Euãgelium meum, quamuis vtique à domino impertitum sit atque donatũ: baptismum [e] autem nemo eorum meum dixit omnino, neque enim omniũ æqualis est gratia [f], neque ministrant omnes æqualiter, neque æquali prudẽtia vel sciẽtia sunt omnes præditi: & in Euãgelizando alius alio melius operatur. Et ideo dici potest, alius alio doctior est [g] in ipsa salutari doctrina, alius autẽ alio magis minúsve baptizatus dici nõ potest, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur.

Idem in libro iiij. †

De eodem.

CAN. XLVI.

Satis ostẽdimus ad baptismũ, quod verbis Euangelicis consecratur, nõ pertinere cuiusquam dantis vel accipientis errorem [h], siue de patre, siue de filio, siue de spiritu sancto [i] aliter sentiat, quàm cælestis doctrina insinuat.

Idem in lib. de baptis.

Quòd bonis & malis sacramenta ecclesiæ communia sunt.

CAN. XLVII.

Est vnitas ecclesiæ quæ latè patet [k], in sacramentorum videlicet societate & communione, quæ complectitur cũ granis etiam paleas, quando eas corporaliter mistas [l] ita patitur, vt neque illas iusti vitent, neq; ab illis iusti vitentur. sic sunt in ecclesia homines mali, vt in corpore humano, humores mali, qui interdũ exeunt [m] ex corpore.

Item de vnico baptismo, libro sexto. †

Non transit ad aquam baptismi malitia benedicentis.

CAN. XLVIII.

Non est aqua profana & adultera, super quam nomen Dei inuocatur, etiam si à profanis & ab adulteris inuocetur: quia nec ipsa creatura [n] adultera est, nec ipsum nomẽ adulterũ est.

Item Beda homilia trigesimasexta.

Non est rebaptizandus, qui ab hæreticis baptizatur.

CAN. XLIX.

Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctæ Trinitatis baptizet [o]: non valet

a Quæ in paradiso. quæ interpretatur ortus. Et agit ibi de illo vbi fuit Adam, de terrestri. quandoque paradisus dicitur empyreum cælum [1].

Paradisus est duplex

1 Vt de pœni. dist. ij. principiũ. & dicitur paradisus pascens deum vel deitatis visum: quia ibi Deũ videbimus facie ad faciẽ. Hug.

b Extra ecclesiã. xxiiij. q. j. alienus. & cap. quia.

c Cum tantũ. CASVS. Probat hic Augustinus duplici ratione baptismũ Christi esse, non ministri conferẽtis. Prima ratio, quia eodem modo valet [2] baptismus collatus per malũ, sicut per bonum. Secunda, quia licet Apostoli dixerint Euãgeliũ meum, gloriã meã, non tamen dixerũt baptismum meum.

† cap. 11.

2 Scilicet quantũ ad remissionem peccatorum.

d Esse cognoscitur. nam omnia nostra facimus, &c. C. de vete. iur. enucle. l. j. §. sed neque.

† ca. 13.

e Baptismum. inuenitur tamen baptismus Ioannis, quod in forma sua baptizauit.

f Gratia. Quæ tamẽ omnibus datur æqualiter i baptismo, sed ex modo conuersationis nostræ minuit vel augetur: vt j. ead. nec quenquam. Sed hic non loquitur de illa gratia baptismi, quæ datur sine personarum acceptione, dummodo fictus non accedat.

Gratia datur in baptismo omnibus æqualiter.

g Doctior est. Nã non omnes, &c. C. de vete. iur. enucle. l. j. §. si quis.

h Satis ostendimus. Vel accipientis errorem. Dũ tamẽ in forma ecclesiæ hoc faciat: vel etiam si corrupte loquatur, non est rebaptizandus. quod tamen aliter olim istitutũ fuit, ne ad hoc praui homines assuescant. s. ea. dist. non illud. j. ea. dist. c. si non.

Baptismi forma corrupte prolata nõ vitiat ipsum.

i De spiritu sancto. Duntamen intendat baptizare: vt s. ea. solet quandoque. licet enim Arriani errent circa personas concedentes, &c. credentes filium non esse æqualem patri: vt xxiiij. q. iij. c. quidam. ver. Arriani. tamen Arriani baptizant. j. ead. de Arrianis.

† ca. 15. Hæretici baptizare possunt.

k Est vnitas. Quæ late patet. Sed ecclesiæ vnitas, quæ est in fide et charitate, nõ ita late patet: sed hæc amplectitur solos bonos. s. ea. distinc. ij. quia passus. Sed secundum vnitatem sacramentorũ, etiã malos alios complectimur: vt s. ea. quomodo. versic. induant. & extra hanc multi relinquentur.

l Mistas. i. malos mistos bonis. Sunt enim mali misti inter bonos, sicut paleæ inter grana: & dicuntur paleæ, quia cadunt leuiter vento tentationis. de pœ. distin. v. c. j. & xxiij. q. viij. c. j.

Mali sunt bonis misti.

m Exeunt. sic & mali homines de ecclesia. sed boni nõ exeunt saltẽ finaliter & æternaliter: vt de pœ. dist. ij. §. hæc itaque. ca. quæcunque. & ca. firmũ. & ca. nullus. Ioan. de Fant.

† lib. 13. de baptis. cap. x.

n Non est. Creatura. Polluta tamẽ dici potest, quantum in eis est. xlix. distin. c. vlti. Ioan.

o Siue hæreticus. Baptizet. s. j. q. j. ij. qui. & ca. dedit. s. xix. dist. secũdũ. s. e. dist. à quodam.

ille qui baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari: ne confessio vel inuocatio tanti nominis [a] videatur annullari.

Item Grego. ij. Bonifacio episcopo.

Baptizati à paganis, in nomine baptizentur trinitatis.

CAN. L.

Quos à paganis baptizatos esse asseruisti: si ita [b] habetur: vt denuo baptizes in nomine trinitatis, mandamus.

Item Celestinus Papa.

Sine exorcismis & exsufflationibus nullus baptizetur.

CAN. LI.

Siue paruuli [c], siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum: non fontem vitæ prius adeant, quàm exorcismis & exsufflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abijciatur [d].

Item Rabanus de institutione clericorum.

Officium baptizandi catechumini præueniant.

CAN. LII.

Ante baptismum, catechizãdi debet hominem præuenire officium: vt fidei primum catechuminus accipiat rudimentum. Item ipse Christus, prius cæci nati oculos luto ex sputo facto superliniuit: & sic ad aquas Siloe [e] misit: quia prius debet baptizandus fide incarnationis Christi instrui: & sic ad baptismum iam credulus admitti: vt sciat cuius gratiæ in eo est particeps, & cui iam debitor fiat deinceps.

Item ex concilio Bracarensi secundo.

Quo tempore catechumini ad exorcizandum sunt deferendi.

CAN. LIII.

Ante viginti [f] dies [g] baptismi ad purgationem exorcismi [h] catechumini currant, in quibus xx. diebus omnino symbolũ quod est, Credo in Deum patrem omnipotentem: spiritualiter [i] doceantur.

Item ex concilio Agathensi. †

Quo tempore competentibus, symbolum est prædicandum.

CAN. LIIII.

Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesijs, vna die, id est, ante viij. dies dominicæ resurrectionis publicè in ecclesia competentibus [k] prædicari.

Item Nicolaus Papa.

In vnaquaque ecclesia baptizandi, catechizari possunt.

CAN. LV.

Catechismi baptizandorum à sacerdotibus vniuscuiusque ecclesiæ [l] possunt fieri: sicut in hac sancta Romana ecclesia (cui Deo authore, ministerium exhibemus nostri famulatus) solenniter † fieri comprobantur.

Item ex concilio Laodicensi. †

De eodem.

CAN. LVI.

Baptizandos oportet fidei symbolum discere, & quinta feria vltimæ septimanæ vel episcopo vel presbytero reddere [m].

Item ex concilio Martini Papæ. †

De eodem.

CAN. LVII.

Non liceat añ duas [n] septimanas Paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. oportet autem in his diebus qui baptizãdi sunt, vt sym-

dam. s. j. q. j. si quis per ignorantiam. cõtra. s. ea. di. hi de quibus. cõtra. Sol. ibi in forma: hic non. Et reiteratur quantũ ad factum.

a Nominis. Cur autẽ non dicit nominũ, vt in nominibus patris & filij et spiritus sancti te baptizo? hoc iõ fit, vt appellatione singularitatis, in essentia vnitas patris & filij & spiritus sancti, in personis trinitas designetur.

Baptism⁹ fit i nomine & non in nominibus patris, &c.

b Quos à paganis. Si ita. s. in forma ecclesiæ non fuerunt baptizati. Ioan.

c Siue paruuli. Hæc est xj. pars dist. in qua probat per xix. cap. quod catechismus debet præcedere baptisma. Io. de Fant.

Siue [1] paruuli. De præcedenti solennitate baptismi subiungit, scilicet de exorcismo & catechismo.

1 Correctiue ponit. nã præter baptismũ nulla salus est puero. infra ead. nulla.

d Abijciatur. i. proijciatur. i. proijciẽdus designetur. Et sic nõ est contra j. ea. nec quenquã. & si non pfit ad vitã aliquid, quia propter hoc non fiunt minus indigni: quia mors adhuc in eis remanet: pdest tñ vt minus possit eis inimicus nocere: vt j. ea. dehinc. G. Quẽ effectũ habet exorcismus? nunquid eijcit spiritũ immundũ? Imo donec baptizetur, est membrũ diaboli: quia nõ est mediũ: vt xxiiij. q. j. qm. Sed dic abijcit. i. significat proijcẽdũ, vel abijciendũ: vel saltẽ cõpellit eum, ne iam tantum noceat quantũ nocere potuit prius, vt s. eadem. capit. ij.

Exorcismi effect⁹.

e Ante baptismũ. Siloe. fons est, & interpretatur missus est: quia Christus in quo baptizamur, missus est. xxiij. di. qui episcopus. Io.

Siloe est fons.

ADDITIO.

Vel dic quod Siloe interpretatur fons luminis, secundum Papiam.

f Ante viginti. Supra x. q. j. placuit.

g Dies. In media na hebdomana, cũ cãtatur, sitiẽtes. s. di. lxiij. prĩcipali.

h Exorcismi. Id est, adiuratione. exorcizare, id est, adiuuare.

† cap. 15. Exorcizare qd sit.

i Spiritualiter. Sufficit quod sensum retineant. ff. de leg. l. scire leges. j. q. j. Marchion.

k Symbolum. Competentibus. Id est, intellectum discretionis habentibus vel cupientibus. competentes quidem appellantur, qui libero arbitrio vtentes, pœnitẽtiam ab ecclesia accipiunt, vt sint digni accedere ad catechismũ, deinde ad baptismi sacramentum: vt xxv. dist. audire.

Competẽtes qui dicuntur.

l Catechismi. Catechismus Græce. Latine dicitur instructio: vnde catechizare. i. instituere. Archid.

† [redacted]

l Vniuscuiusque ecclesiæ. Hoc in multis locis fit, sed in primo et vltimo scrutinio oẽs consueuerunt venire, ad ecclesiã baptismalem. Hug.

† ca. 46.

m Baptizãdos. Reddere. Vulgariter loquitur. q. d. memoriter sine inspectione libri dicere. sic j. ea. proxi. Archid.

† ca. 49. synodorũ græcarũ à Martino Bracarẽsi episcopo collectarum.

n Non liceat ante duas. tm [2]. qa ante duas et ante tres, &c. c. alias duo cõtinentur in tribus. ff. de arb. diẽ. §. si plures. Baptiz

2 Ergo nõ scrutinia i quarta feria post dñicã qua cantatur, Lætare Hierusalem. Hug.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Baptizandi nomẽ suum dent. In scriptis. hodie non tenet hoc. Et quod dicit abstinentia: consilium est: et ita non est contra. ſ. ea. ſ. nie pœnitentia.

† ca.85.

b Et diu. Intra viginti dies. ſ. e. ante.

c Examinatione. Quia infidelis non recipietur sine examinatione. ſ. ea. Iudæi. & ca. ne quod absit.

d P Ostquã. Per abrenũtiationem. ſ. distinc. j. ecclesiasticarum.

† ca.27. lib.j.

e Se alienauerit. Id est, alienari inceperit: vt ſ. eadẽ. siue paruuli.

f S Icut nostis. Quæ decepit. & ideo fuit restitutus. nam deceptus, &c. ff. ad Velle. l. j.

g Creatura. Nec diabolus inquantũ est creatura, sed inquantum est vitiosus. xxiij. di. ꝙ eps ordinandus est.

h P Ostea signatur. Id est post exsufflationem interemptionis.

i Suæ interemptionis, signaculum sanctæ Crucis per quod est interemptus: vt dixit diabolus de quodã Iudæo, qui supra se fecerat signum crucis. Inueni vas vacuum: sed bene signatum.

k Alienum. i. alienandum. Sed ideo dicit alienũ: quia in proxi. &c. xxiij. q. j. paratus.

l E Xhinc. Typicum. Id est, figuratiuum.

m Careat. i. quod per salẽ significẽ.

n Al cælestis.

o S Offerre. mystice. Cessat enim vetus obseruatio legis literalis. extra de constit. transla.

p L Ehinc. Mediana hebdomada tribus diebus fiunt exorcismi. Secũda iterum tribus: vt ita non bolum discant: et in quinta feria nouissimæ septimanæ episcopo vel presbytero reddant.

Item ex concilio Carthaginensi quarto. †

Antequam baptizentur, qui libet sunt examinandi.

CAN. LVIII.

BAptizandi nomen suũ dent [a], & diu [b] sub abstinentia vini & carniũ, ac manus impositione crebra examinatione [c] baptismũ percipiãt.

Item Rabanus de institutione clerico. †

Baptizandi quare exorcizantur & exsufflantur.

CAN. LIX.

POstquam se baptizandus per confessionem veræ fidei in alterius cõmendauerit dominium: & per abrenũtiationem [d] à prioris possessoris se alienauerit [e] seruitio: exsufflat ab eo potestas sæua: vt per piũ sacerdotis ministerium, spiritui sancto cedat fugiens malignus spiritus.

Item Augustinus de symbolo, libro primo.

De eodem.

CAN. LX.

SIcut nostis fratres charissimi, paruuli exsufflantur & exorcizantur: vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica: quæ decepit [f] hominem, vt possideret homines. non ergo creatura [g] in infantibus exorcizatur aut exsufflatur, sed ille sub quo sunt, qui sub peccato nascuntur.

Item Rabanus de institutione clerico.

Quare signetur baptizandus in corde & fronte.

CAN. LXI.

POsteà signatur [h] baptizandus signaculo sanctæ crucis, tam in corde quàm in fronte, vt ab eo tempore apostata diabolus in vase suo pristino suæ interẽptionis [i] cognoscens signaculum, iam sibi deinceps illud sciat esse alienum. [k]

Item in libro eodem.

Quare super eum orationes dicantur.

CAN. LXII.

EXhinc iam dicuntur super eum orationes, vt fiat catechuminus: tunc datur baptizando sal benedictum in os, vt per sal typicum [l] sapientiæ sale conditus fœtore careat [m] iniquitatis: ne à vermibus peccatorum vltra putrefiat, sed magis illæsus seruetur ad maiorem gratiam percipiendam.

Item Beda super libros Regum.

Quare sale initiantur catechumini.

CAN. LXIII.

SAl cælestis sapientiæ quo initiantur catechumini: in cunctis operum nostrorum sacrificijs iubemur offerre [n].

Item Rabanus de institu. clerico.

Quare iterum exorcizentur.

CAN. LXIIII.

DEhinc [o] iterum exorcizãtur: vt diabolus suam nequitiam cognoscens, iustum super se Dei iudiciũ timens, recedat ab homine, nec iã contendat eũ arte [p] sua subuertere, ne baptismum consequatur: sed magis honorem Deo creatori suo exhibens: reddat opus Deo factori suo.

Item Greg. Papa in homilia xxix.

Sacerdotes exorcizando dæmonia repellunt.

CAN. LXV.

SAcerdotes cũ per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mentes contradicunt: quid aliud faciunt, nisi quòd dæmonia eiciunt?

Item Rabanus de institu. clerico.

Quare de saliua nares & aures tanguntur.

CAN. LXVI.

POsteà tanguntur ei nares & aures de saliua: & dicit ei verbũ euãgelicum, quod Iesus dixit quando surdum & mutum sanauit, tangens cum sputo linguam eus, & mittẽs digitos in auriculam eius, dixit: Effeta, quod est adaperire. hoc enim sacramentum hic agitur, vt per saliuam typicam [q], & sacerdotis tactum sapientia & virtus diuina salutem eiusdem catechumini operetur: vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei: vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei: vt aperiantur ei sensus in intimo corde, ad respondendum.

Marc.7.d

Exorcismi fiũt tribus diebꝰ.

reflet in vigilia Paschæ nisi sola immersio. secundum hoc exorcismi variantur.

p Arte. i. dolo. Sic exponitur xxij. q. v. quacunque.

q P Ostea tangũtur. Typicã. i. figuratiuã sapientiæ Dei. Per digitum Dei intelligẽdona spiritus sancti. Est caro nostra lutũ, patris sapientia sputum. Creditur humanum genus hoc medicamine sanum.

Versuscipiãt materiam baptismi.

Prop

Quidam. P Ropter gloriam. i. gloriosum munus eucharistiæ, & gloriosum opus p̃dicationis. Oui. Pronaq; cũ speciẽ aialia cætera terram, Os homini sublime dedit, cælumq; videre iussit: & erectos ad sydera tollere vultus. Et nihil turpitudinis debet infligi faciei. C. de pœn. si quis in metallum. Argu. contra extra de cri. fal. ſ. ad audientiã. gloriosius quippe & excellentissimũ in humano corpore hominis os deprehenditur: per quod Deus glorificat & benedicitur & prædicatur. in signum ergo tãti muneris, & operis dignitate, non tangitur os cum saliua.

Homo est dignissima creaturarum. Faciem humanam nemo est qui audeat percutere. Libro j. cap. v.

b Muneris. i. corporis dñi et sanguinis: qd̃ est munus excellentissimum.

c Et operis. i. prædicationis. ante eũ quam quis baptizetur: nec ad corpus dñi sumendum nec ad prædicationis officiũ gerendũ est idoneus. Vnde nec debet qs ante baptismum corpus Christi sumere: nec prædicationis officiũ gerere: nec debet ei credi hoc vel illud. vnde in euangelio Io. Iesus non credebat se illis. ſ. infidelibus.

Baptismo carens neque corpꝰ dominici sacramenti sumere nec prædicare.

d Non os tãgit. Ad ostendendũ ꝙ nõ prius credendũ est homini quam odor famę suæ præcesserit. de cã vnctionis habetur extra de sacra vnct. cum venisset. Io.

† Libro j. cap. v.

D Einde à sacerdote.

e Deinde. Id est, postquam est baptizatus. vnde finis ca. debuit esse principium. Ioan.

E Nit sacerdos. Primo Id est, olim in baptismo Christi.

f V Enit sacerdos ad fontem, dicit precem: inuocat nomen patris & filij & spũs sancti, vtitur verbis cælestibus. cælestia sunt verba quæ Christi sunt. præsentia Trinitatis adest. operatur. sermo ęternus, vbi descẽdit spiritus sanctus. primò [g] quasi columba descendit [g], vt incredulis vocarentur ad fidem. in principio signum debuit esse, in posterioribus perfectio. Apostolis enim spiritus sanctus datus est in igneis linguis propter incredulos: nobis autem iam in plenitudine ecclesię non per signa, sed per fidem [h] veritas est colligenda.

Item Augusti. de vnico baptismo, libro vj. †

Verba erroris per imperitiam prolata, non impediunt aquæ sanctificationem.

CAN. LXX.

SInõ sanctificatur [i] aqua cùm aliqua erroris verba per imperitiam precator effundit: multi non solũ mali, sed boni etiã fratres in ipsa ecclesia non sanctificant aquam. multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatæ, & multa in eis reperiuntur contra catholicam fidẽ [k]. nunquid si manifestẽt aliquos baptizatos cùm illę preces dictæ fuissent sup aquã, iubentur denuo baptizari? quid ita? quia plerũq; precis vitiũ superat precantis affectus [l]: quia illa certa verba euãgelica (sine quibus non põt baptismus cõsecrari) tantũ valẽt, vt per illa sic euacuent quæcunq; in prece vitiosa, contra regulã fidei dicuntur, quemadmodũ dæmoniũ Christi nomine excluditur. Nã vtique [m] hereticꝰ si afferat precem vitiosam, nec bonum habeat charitatis affectum, quo posit illa superari imperitia: & ideo similis est ei qui quicunq; in ipsa catholica ecclesia in-

† ca.27. & est tex. hoc reporte valde notandus. C.M.

g Descendit. In specie columbæ.

1 De hoc 7. ex. capi. aliud. Hu.

h Sed per fidem. vt legit de pœ. di. ij. quærendũ. & c. pennata aialia Io.

i S I non sanctificatur. Hæc est xxij. pars dist. secundum Io. de Fant.

k Si non sanctificatur. Pone casum per illa cap. ſ. ead. dist. nec retinerunt. & ſ. dist. xxxviij. sedulo.

l Contra catholicam fidem. Id est, contra rectam verborum formam, in ecclesia catholica constituram. Vel cumdicit, baptizo te in nomine trinitatis & diaboli.

ADDITIO.

Hoc etiam fuit dictum Laurent. Vel dic cõtra fidem. i. contra bonos mores, quæ. ſ. sapiunt hæresim, sed sacerdos simplex imperitus sic non intellit, imo credit eas sanum & rectũ intellectum continere. Io. de Fant.

m Nã vtiq;. Pro hoc dat ꝙ vitium precum propter affectum bonum, non emendatur in baptismo: sed verbũ Christi operatur virtutem: nã hereticus bonum affectũ nõ habet: & quamuis vitium precũ afferat, non tamen minus baptismus suũ effectum habebit: quia tm valent illa certa verba euangelij, & quantumcunq; preces aliæ vitiosæ sint, formã tamẽ à Christo institutam non possunt euacuare: imo potius quantũ spectat ad baptismũ, omnes euacuantur ab illis euangelicis verbis. & hoc est: nam vtique.

Baptismꝰ non vitiatur precũ vitio.

n Si afferat. Si, id est, quamuis.

Cyprian

a Cyprianus. Cypriano enim & lxxx. episcopis visum est baptismum Christi non posse esse apud hæreticos vel apud schismaticos qui etiam baptisma hæreticorum lauacrum diaboli appellabant. s. c. di. quomodo. & dist. xxxij. §. verum.

Vtile non debet per inutile vitiari.

✝ [redacted] Baptismi forma an vitietur si aliquid superfluū apponatur aut interponatur: aut si ipsius ordo mutetur. 1 Vt Lau. quod dicit verū, si illud oppositum subsequatur, vt sequitur, & idem tenet hic Hu. & istorū fuit hæc sententia vsque ibi: quod non concedo, &c. vbi adde φ hoc fuit dictū Ioā. vsque ibi: sed pone, &c. & sicut est ipse Io. magistrū Petrum, q dixit φ ita liber nō est forma seruata. aliud est enim dicere, In nomine pris & filij, & spirit9 sancti: & diaboli: & aliud signatur. Archi. ✝ [redacted]

b Regulam. Non enim dicūt verba cælestis Dei restringi sub regulis Donati. xxxviij. dist. indignum. palea est. quasi dicat. si virtus verborum excludit dæmonium, ita & precū vsuū.

c Multi. parenthesis. i. interpositio vsque ibi, nec tamē.

d Euacuatur. Argu. quod vtilia nō vitiantur p inutilia. s. dist. xxxvij. turbar. s. xxiij. q. iiij. qd ergo. C. de do. sancimus. s. q. j. nō ne Sodomitæ, &c. dñs declarauit. s. di. xxxvij. si qd veri. arg. tamē cōtra. ff. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. item quærit. s. di. xxiij. quorundam. s. dist. ix. si ad sacras. s. iij. q. ix. pura.

d Euacuatur. Ex hoc ca. colligit φ nō vitiatur forma baptismi, si quid in ea apponatur superfluū: qd admittunt qui 'a' ... si dicat, baptizo te in noie pris & filij & spūs sancti & diaboli: vel arma virūq; cano. vel quicquid sequatur: baptizatus est. arg. cōtra. ff. de verb. obli. quæ extrinsecus. Idem est, si qd præmittat añ formā: vt si dicat: arma virūq; cano: & ego baptizo te in noie patris & filij & spūs sancti. Si vero aliquid interponatur: vt si dicatur, baptizo te, & Deus est, in nomine patris & filij & spiritus sancti, &c. nō est baptizatus: arg. ff. de testa. hæredes palam. §. vlti. vbi distinguitur an interponatur actus extraneus, & circa hoc est omne verbū extraneum à forma: quod non concedo. qui enim dicit, baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti & omnium sanctorū ✝ non dicit baptizo te in noie patris & filij & spiritus sancti: quia secundum hoc duo diceret, quod est impossibile: & eadē ratione deberes dicere cum dicitur, non ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti. φ esset baptizatus, [redacted] quia verba baptizandi protulit: quod patet falsum esse. Sed pone, φ mutat ordinē baptizandi, an baptizabit: vt si dicat baptizo te in noie patris & spiritus sancti & filij: videtur quod sic. extra de rescrip. causam, arg. C. de test. præposteri. nec enim scripturæ obseruādus est ordo. ff. de sol. nec enim contrarium tamen dicitur argu. C. de senten. & interloc. l. prolatam. Dico enim ordinem verborum esse de forma. Si autem mora interponatur naturalis & cōpendiosa, vt respirādo vel tussiendo vel excreando, nō obest, alias contra. C. de testa. cum antiquitas. & de tempore hoc & de actu qui interponit, distingue per l. ff. de duobus reis constitut. duos reos. §. vlti. & pen. & de verb. obliga. continuus. nam modicum interuallum non impedit, quod tamen magis intellectu, quam locutione, et cætera. ff. de sol. ratum. Et hoc etiam attendas circa formam eucharistiæ. Pone enim qd dicit formam panis, demū post aliquantulum spatium formam vini: nūquid transsubstantiatur ibi panis vel vinū? Respon. vt præmisi: tamē quæstio nō procederet secundum eos, qui dicūt esse duas formas vt notaui s. distinc. ij. quia passus.

uidus, immūdus, vel maleuolus est: quales arguit hic Cyprianus a: afferat etiam (vt fieri solet) aliquam precem, in qua loquatur cōtra regulam b fidei (multi c quippe irruunt in preces, non solùm ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorantiæ simplicitatem non eas valentes discernere, vtuntur eis, arbitrantes quòd bonæ sunt) nec tamen in eis qd peruersum est, euacuat illa quæ recta ibi sunt, sed ab eis potius euacuatur d.

Item Augustinus ad Neophytos. ✝

Quid significent mysteria quæ in fonte baptismatis celebrantur.

CAN. LXXI.

13 PRima igitur & secunda predicatione de his tātùm locuti sumus, quæ vobis priusq̄ ad fontem sanctum veniretis, iuxta catholicæ ecclesiæ instituta tradidimus: & quid significaret vnctio, quę diuersis corporis nostri adhibita partibus, diuersum intellectum designat (prout Dominus donare dignatus est) interpretati sumus, cū ostenderimus vos per oleum sanctificationis, ad auditum plenæ fidei preparatos, et ad bonum Christi odorē vocatos, & ex toto corde ad abrenuntiandum diabolo esse commonitos. nunc verò de interioribus iā mysterijs locuturi sumus, quę in ipso fonte celebrata sunt. emissa enim iam certissima cautiōe e qua vos abrenuntiare omnibus pompis diaboli, omnibus operibus eius, omni fornicationi diabolicæ spopondistis: descendistis in fontem sacrum, fontem redēptionis, fontem sanctificatum virtute Dei cælesti. In hoc ergo fonte antè, quàm vos toto corpore tingeremus interrogauimus: Credis in Deum patrem omnipotentem? Respondistis: Credo. Rursus interrogauimus, Credis & in Iesum Christum filium eius, qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine? Respondistis singuli, Credo. Itē interrogauimus, Credis & in spiritum sanctum? Rñdistis similiter, Credo. Hoc autē fecimus, iuxta dñi nostri Iesu Christi saluatoris imperium: qui cū ad patrē in cęlum ascēderet, discipulis suis, id est, Apostolis mandauit dicens: Euntes docete oēs gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spūs sancti. Item: Quod autē interrogauimus: Credis in sanctā ✝

P Rima igitur. Hæc est xiij. pars distinc. secundum Io. de Fant.

e Cautione. Hic ergo intercedit stipulatio et obligantur pueri ex promissione patrinorum, licet nō intelligant: quod speciale est in baptismo. illud autem est loco stipulationis credis in Deum? tenetur ergo obseruare fidem puer factus adultus. xlv. distinct. de Iudæis. & obligantur, licet nihil intelligant. C. de fal. mone. l. j. imo si bene inspexerimus potius liberatur à diabolo quam obligetur. nam ignorans per alium bene liberatur. Item ex eo quod dicit, certissima est. argu. quod simplex cautio, idonea cautio dicitur: tamen

[redacted]

Cautio idonea quę est.

tamen lex dicit, quod cum dicitur idonea cautio, intelligendum est pignus vel fideiussor: vt ff. de fideicō. liber. l. iiij. §. addici.

a Ergo. Vocabulum semel positum, potest accipi proprie & improprie. arg. dist. xxviij. presbyterum.

b Quasi in Deū. Crede deo, credasque Deum, plus credo valere Si credas in eum, quam quod ei, vel eum.

PAruuli. Hęc est xiiij. pars dist. In qua probat per sex capit. quod solus baptismus sufficit paruulis, qui alias non possunt credere, nisi per sacramentū fidei. Io. de Fant.

c Loqui. Aliter si possunt loq. vnde August. in epistola ad Renatum episcopū. Septēnis ætatis pueri & mētiri & verum dicere, confiteri & negare iam possunt: & ideo cum baptizantur, iam symbolum reddant, & ipsi pro se ad interrogationem respōdeant.

Pueri septēnes possunt mētiri & verū dicere.

d Vel credere. argu. qd habet puer fidem, sed nescit ea vti: vt extra ead. maiores. versicu. à plerisque.

e Multi. vel etiā furiosi. pupill9 enim infans vel infantiæ proximus, nō multum à furioso distat. insti. de inuti. stip. §. pupillus. differentiam tamē dixi inter infantem & furiosum. s. ead. hi qui.

✝ Cōsil. Carth. iij. c. xxxiiij.

f Vice. Nam satis conueniens est, vt qui per aliū obligatur, etiam liberetur per aliū. j. ea. quæris. Item dicit lex, quod p ignorāte fideiubere possunt. ff. de fideius. si deiubere. & ignoranti etiā actio acquiritur. ff. si certū peta. si à furioso.

Obligat9 per aliū, per aliū liberari potest.

✝ August. epla 23. ad Bonif.

g Egrotātes. Sui. scilicet amici.

✝ Alias, toties.

h Dixerit. vel dicit fecerit 1. vel per signa. vel dic sui, scilicet volūtatis.

1 Scilicet per alium qui ei9 volūtatē probauit. xxvj. qō. vj. qui recedunt. & c. seq. de pœni. disti. j. multiplex. Archi.

ecclesiam? remissionem peccatorum, carnis resurrectionem? non eo modo interrogauimus, vt quomodo in Deū creditur, sic & in ecclesiam sanctā catholicā, quę propterea sancta & catholica est, quia rectè credit in Deū. nō ergo a diximus, vt in ecclesiam quasi in Deū b crederetis: sed intelligite nos dicere & dixisse, vt in ecclesia sancta catholica cōuersantes, in Deū crederetis: crederetis etiā resurrectionē carnis quæ futura est.

Item Isidorus de officijs, libro secundo.

Aliorum fide & professione paruuli baptizantur.

CAN. LXXII.

14 PAruuli alio profitente baptizātur, quia adhuc loqui c vel credere d nesciunt: sicut etiam ęgri, muti e, & surdi, quorum vice f alius profitetur: vt pro eis respondeant dum baptizantur.

Item ex concilio Carthaginensi quarto. ✝

Aliorum testimonio ægrotantes sunt baptizandi.

CAN. LXXIII.

AEgrotantes si pro se respondere non possunt: cùm voluntas eorū testimonium sui g dixerit h, baptizantur: similiter & de pœnitentibus agendum est.

Item Augustinus. ✝

Sacramentum fidei, non ipsa fides paruulum facit fidelem.

CAN. LXXIIII.

NIhil est aliud credere, quàm fidem i habere k, & per hoc totū ✝ respondetur credere paruulus, qui fidei nondum habet effectum. respōdetur habere fidem propter fidei sacramentū: & conuertere se ad dominum, propter conuersionis sacramentum: quia & ipsa respōsio ad celebritatem sacramēti pertinet. Item paruulum etsi l nondum fides illa quæ in credentium voluntate cōsistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum m fidelem n faciat, sicut credere respōdetur. ita etenim fideles vocātur, nō rem ipsam o mēte abnuēdo: sed ipsius rei sacramentum percipiendo.

Item in libro ✝ de baptismo paruulorum.

Alterius professio non valet ei, qui per se respondere potest.

CAN. LXXV.

CVm p paruulis alij respondent, vt impleatur erga eos celebratio sacramēti, valet vtique ad eorum consecrationem: quia ipsi pro se respondere p nō possunt. at si pro eo qui respondere potest, alius respondeat: non itidem q valet. Ex qua regula, illud Euāgelij dictum est, quod omnes (cùm legitur) naturaliter monet: Aetatem habet, ipse pro se loquatur.

Item Augustinus in homilia quarta.

Quare trina mersio in baptismate celebretur.

CAN. LXXVI.

POstquam r vos credere promisistis, tertiò capita vestra in sacro fonte demersimus, qui

i NIhil est aliud. Quam fidem. id est, sacramenti fidei professionem, sed non virtutē: sed si non habent charitatem, quomodo ergo ibunt in patriam post mortem 2 ? hoc eis datur 3 à Deo. Alij dicunt φ habent eā in habitu. extra de baptis. & eius effec. c. j. sed & per alios dicuntur credere. j. e. in ecclesia.

Paruuli sine charitate vadūt in patriā.

2 Vt s. e. solet.

3 Scilicet charitas sine qua nemo saluatur.

k Habere. j. dist. ead. quæris. s. xv. q. j. §. vt itaque. s. distinct. ij. hoc est quod dicimus.

l Etsi. id est, quāuis.

m Sacramētum. Baptismus dicitur sacramētum fidei, quia in fide Christi consecratur, & in fide ecclesiæ cōfertur: vel quia in nomine trinitatis confertur quā offerentes 4 & oblati tenētur credere & confiteri. Vel quia signū est, quod suscipiens fidem habeat, etiam si non habeat aliquo impediente.

Baptism9 est sacramētum fidei.

4 Quod de istis offerentibus dicit, non videt esse de substantia. j. ea in baptismate. Arch.

n Fidelem. Sunt qui dicunt ipsos fideles dici, quia fidem habent habitu non vsu: id est, nō exercitio. & sic de alijs virtutib9. Isti sic illud itelligūt: fides illa quæ, &c. non facit fidelem vsu, id est, exercitio. j. ea. paruuli. & sic de alijs.

✝ 4. ca. 24.

o Non rē ipsam. Sicut virtutem.

p CVm p paruulis. Respōdere. Sic distinguit lex. ff. de administratio. tuto. l. j. §. vltimo.

q Itidem. id est, tātum. & hoc quo ad presumptionē 5. Argumen. quod taciturnitas non habetur pro consensu. supra distinctione lxxxvj. tanta. supra distinctione xxvij. diaconus. supra distinctio. liiij. si seruus. Sed contra. supra secunda, quęstione sexta. biduum.

5 Sub. q2 non presumitur tantū valere quo ad remissionē peccatorum. Ioā. de Fant.

Tacens non consentit. Ioan. 19. d

r POstquam. de forma baptizādi & modo, tractat vsque ad cap. venisti.

Duplici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baptizan ter mergitur: & quidus ter de fit inuocatio trinitatis: & quia Christus tertia die resurrexit: vt infra sequitur.

b Cõsepulti. Quãtum ad vitia.

ADDITIO.

hoc ẽ. i. e. a. proprie.

c Si quis presbyter. Trinam mersionem. j. ea. c. proxi. contra. sed aliud est semel immergi sub illa verborum forma: baptizo te in morte domini. quod hic interdicitur. Aliud in nomine trinitatis vnica mersione, quod ibi in ecclesia quibusdam permittitur.

d In morte. id est, ad inuocationem mortis eius.

1 Alias, id est, memoriã vel similitudine mortis, &c. secundũ Io. de Fant.

DE trina. Hæc est xv. pars distin. in qua dicitur, quod non est contra fidem, si semel imergis puer, in nomine patris & filij & spiritus sancti, propter vnionem trinitatis. Io. de Fant.

e Consuetudo. ẽ. distinct. xij. scit sancta. Ambr. lib. viij. de sacram. ẽ. distinctio. lxxvj. capeu. & vlti.

ADDITIO.

Mat. 28. d Vel dic consuetudo, scilicet immergẽdi semel vel ter, dummodo forma ecclesiæ obseruet. Archidia.

* Epistola xij. lib. j. Cyprian. f In tribus. videt contrariũ huic canoni quod Ambrosi. dicit de Cypriano. In suo sensu abundat Cyprianus, qui semel imergat pueros, qui quod intelligebat, studiose adimplebat bonis operibus abundando, licet in hoc ne scius delinqueret. sed post correctus à domino abundauit altiori sensu, ter illos immergẽdo. Solu. forte ille tantum semel debere immergere dominum non credunt: & isti h spiritũ sanctum per uersa sensu esse quendam paruum hominẽ montanum credũt (quorũ similes multi sunt alij tales) cũm ad sanctã ecclesiam veniunt, baptizent: quia baptisma non fuit, quod in errore positi sanctę trinitatis nomine minimè perceperunt.

Item ex concilio Toletano quarto. †

Semel in baptismate mergere licet.

CAN. LXXXIII.

PRopter vitandum schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum: simplam i teneamus baptismatis mersionem.

Item Zacharias Papa Bonifacio episcopo.

De sacerdote qui per ignorantiam linguæ Latinæ, in inuocatione trinitatis deliquit.

CAN. LXXXIIII.

REtulerunt nuntij tui, quod fuit in eadem prouincia sacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat: et dum baptizaret, nesciens loqui latinè, infringens linguam diceret: baptizo te in nomine patria & filia & spiritua sancta. & per hoc tua reuerenda sanctitas considerauit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille qui batizauit, nõ errorem introducens k aut hæresim l, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringẽdo linguam (vt suprà diximus) hoc baptizans dixisset: non possumus consentire vt denuo baptizentur.

Item Ambrosius de sacramentis tracta. primo.

Quare baptizandi à sacerdote, vngantur.

CAN. LXXXV.

17 VEnisti f ad fontem: ingressus es, considera, quid videris g, quid locutus sis, diligenter: repente h occurrit tibi leuita, occurrit tibi presbyter. vnctus i es, quasi athleta Dei: vt ad baptismum catechuminus accedas.

Item Rabanus in epistola ad Ephesi. libro secundo. †

Quare baptizatus à presbytero, vngatur in cerebro.

subintelligitur pro nomen. Arg. C. de fideicom. verbum volo, maxime quoniam nec Christus apposuit pronomẽ cum dixit: Ite baptizate, &c. nõ est cõtra. extra de baptiz. c. j. quia ibi etiam verbũ omisit. Sic aũt non baptizatur, mergo te in nomine patris, &c. quia non est synonymũ cum illo verbo baptizo. nec p hanc vocem, baptizo te in nomine triũ personarum.

1 Ibi vide quæ ibi plene not. per Imo. Ar.

IN synodo. Hæc est xvj. pars di. in qua probat quæ forma baptizandi debet seruari: & qui vnum de trinitate confessus non est siue negauerit, non est Christianus. Ioã. de Fant.

a ITem vero hæretici. Bonosiani. 3. xxiiij. quę. iij. quidam. ver. Bonosiani. Hi dicebant Christum adoptiuum filium Dei, non proprium.

b Et isti. Alias tamen exprimitur eorũ error xxiiij. q. iij. quidam. ver. Cataphrigis. quia authores eorum dixerũt spiritũ sanctũ in se defecedisse, non in apostolos.

2 Simili. [illegible]

c PRopter. Simplam. alludit consuetudini loci. vel simplã. i. vniformem. Et ita est arg. q omnes debemus baptizari in nomine patris & filij et spiritus sancti. 3. ea. proprie.

† Epist. 61. lib. 9.

3 Vel dic q facit mẽtionem de errore: qa si erraret q aliud diceret vel faceret intenderet, q̃ dicant vel faciãt catholici: talis error impediret. B. Hisp.

d REtulerunt. Introducẽs. Nam vnius syllabæ error non nocet. ff. de vsuru. tenta. qui habebat.

e Aut hæresim. Maxime: qa si errorem induceret: dũmodo in forma ecclesiæ baptizaret, teneret baptismus: vt ẽ. e. satis.

f VEnisti. Hæc est xvij. pars di. in qua interpretatur verba sacerdotis, quæ dicit in exorcizãdo & baptizando. et vestes quid significent. Io. an. de Fant.

g Quid videris. i. quid audieris. nã sub visu omnis sensus continetur 4.

h Repente. Ostendit quæ circa ipm prius facta sunt, vsque ad cap. Iudæi.

i VNctus. Sputo, non oleo: scilicet in catechismo.

Postq

4. Ad hoc facit optime quod legitur & not. 3. qõ. 9. testes. 93. di. diaconi sunt. versi. ipse etiã. et fuit ista glossa Laurẽ. & Ioann. de Fant.

Item Zacharias Papa Bonifacio episcopo.

In inuocatione trinitatis, tertiò in baptismate mergere debemus.

CAN. LXXXI.

16 IN synodo Anglorum decretum firmissimè præceptũ, & diligẽter demõstratum esse dignoscitur, q̃ quicunq; sine inuocatione trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet: quod omnino verum est: quia si mersus in fonte baptismatis, quis fuerit sine inuocatione trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine patris & filij & spiritus sancti fuerit baptizatus. Hoc quoq; obseruari in prædicta synodo sacerdotes voluerunt: vt qui vel vnam de trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptisma esse verũ non posset: quod pro certo verum est: quia qui vnum ex sancta trinitate confessus non fuerit nomen, perfectus Christianus esse non potest: qui enim cõfitetur patrem et filium: si confessus nõ fuerit spiritũ sanctum: neq; patrem habet, neq; filiũ: et qui confessus fuerit patrem et spiritũ sanctum, & filium non fuerit confessus: neque patrem habet, neque spiritum sanctum, sed vacuus est à diuina gratia.

Item Grego. Quirino episcopo in Hyber. †

Rebaptizentur qui in nomine trinitatis baptizati non fuerint.

CAN. LXXXII.

I VErò hæretici qui in trinitatis nomine non baptizant sicut sunt Bonosiani 2 et Cataphrigę: quia & illi Christum do

† Deinst. cleri. libr. j. capi. 28.

mersionẽ c vnius mysterij celebret, sed semel mergat in baptismate (quod dari à quibusdam iubetur in morte d domini) deponatur. Non enim dixit dominus nobis, In morte mea baptizate, sed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Item Gregorius Leonardo episcopo. †

De eodem.

CAN. LXXVIII.

15 DE trina mersione baptismatis, nil respõderi verius potest, quàm quod ipsi senssistis: quia in vna fide nil officit sanctæ ecclesiæ consuetudo e diuersa. Nos autem, quòd tertiò mergimus triduanæ sepulturæ sacramenta significamus: & dum tertiò infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimitur. quod si quis fortè etiã pro summæ trinitatis veneratione existimet fieri, neque hoc aliquid obsistit baptizandos semel in aquis mergere: quia dum tribus subsistentijs, vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate, vel ter vel semel immergere, quoniã etiã in tribus f mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari.

Item Hieronymus super epistolam ad Philippen. libro secundo. †

De eodem.

CAN. LXXIX.

EOdem modo g in patre & filio & spiritu sancto baptizamur, & ter h mergimur, vt trinitatis vnum appareat sacramentum. Item, Licet ter baptizetur, propter mysterium trinitatis, tamen vnum baptisma reputatur.

Item Pelagius papa Gaudentio episcopo.

De his qui in nomine Christi semel tantùm mergunt.

CAN. LXXX.

MVlti sunt i, qui in nomine solummodo Christi, vna etiã mersione se asserunt baptizare. Euãgelicũ verò præceptum, ipso Deo & domino saluatore nostro Iesu Christo dicente & tradente, nos admonet in nomine trinitatis k trina etiam mersione sanctum baptisma vnicuique tribuere, dicente domino Iesu Christo discipulis suis, Ite baptizate omnes gentes, in nomine patris & filij & spiritus sancti.

gmatizabat: vel ibi erat cõsuetudo semel immergere.

g EOdẽ modo. id est, in nomine patris & filij & spiritus sancti.

h Et ter. id est, ter immergitur in baptismo, & ita tres mersiões sunt vnũ sacramẽtum, sicut plures voces i vnũ nomen. arg. extra de reg. iur. omnis.

i MVlti sunt. non prohibet baptizari in nomine Christi: sed reprehẽdit illos q dicebant, quod debet baptizari tantum vna immersione, & tantum sub vna forma verborũ in noie Christi.

k Trinitatis. explicite. Nãquid & Græci habent eandem formam? Sic, quia idem est effectus: voces autẽ nõ eædẽ: vt dicit Aristot. vnde Græcus huc veniens baptizaret i lingua sua, & Latinus in Græcia in lingua sua: quia Apostoli varijs linguis loquebantur, & iuxta illud, Qui preibant, & qui sequebãtur, clamabant Osanna. & tantum forma realis est attenda, & non vocalis. j. ead. retulerunt. Item pone, q aliquis dicit: baptizo te i nomine genitoris, & nati, & sancti flaminis, an baptizetur? Videtur quod sic: quia non refert vtũ ex æquipollẽtibus ijs dixerit. arg. ff. de verb. obli. quæ extrinsecus. et l. si sub vna. & ẽ. si cer. peta. l. certum. quod cõcedo. & sub nominib' synonymis hã potest fieri baptismus. sed sic nõ baptizat in nomine paternitatis & filiationis, &c. Itẽ si omittit hoc pronomẽ ego, & dicit baptizo te, &c. bene baptizat: quia subintel-

1 Dicẽdo in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Baptismũ an possit dari in nomine Christi

Baptismi forma, apud Græcos & Latinos est eadem.

† In cõment. epistolæ ad Ephesi. c. iij.

Baptizo te in nomine genitoris, &c. an valeat.

[a] POstquam. ſ. ea. diſt. v. noueriſſime. ſ. ead. preſbyteri. & c. nullus miniſtrorum.

[b] Chriſtianus. 3. viij. q. j. olim.

[c] EMerſiſti. Id eſt, merſus fuiſti.

[d] Vbi. Id eſt, ad quid.

[e] ACcepiſti. In capite. i. anima. 3. de pœni. diſt. iij. ille rex. & ità anima habet ſedem in capite. alias non bene concordaret litera.

[f] Hodie. Scilicet in die Pentecoſtes: quia lecta fuerat epiſtola de aduentu ſpiritusſancti in apoſtolos.

[g] Sacerdotis. Id eſt epiſcopi, eo quia ſolus epiſcopus facit hanc inuocationem. ſ. di. v. manus.

ADDITIO.

vt ſ. e. preſbyteri. & c. ſeq. Archid.

[h] POſt baptiſmum. Caſus dicitur, cuiuſmodi veſtis traditur: qa alba: & quare.

Innocentiam.

Candor mūditiam ſignat. Candor enim mundi dicitur deſignat. xxx. ℔æ. vltima. fœminæ.

[i] Ad myſterium. Deſignandum. per hoc enim deſignatur futura reſurrectio corporum glorioſa & animarū: vel etiam nunc à peccatis.

[k] Vt intelligat. Iſtud ſacramentum eſt regni & ſacerdotij. Quilibet em fidelis, Rex debet eſſe, & ſacerdos.

Fidelis qlibet debet eſſe rex & ſacerdos.

Rex, quia ſe & alios virtutibus regere debet. ſacerdos: quia cor & contritum & humiliatum quod eſt vera oblatio, id eſt, ſe debet offerre Deo.

† c. 29. lib. j.

[m] Diademate. 3. xij. q. j. duo ſunt.

[n] ACcepiſti. Indicium. Qualis veſtis erit, talia corda gerit, xlj. diſt. §. fina.

CAN. LXXXVI.

POſtquam [a] aſcendit baptizatus de fonte, ſtatim ſignatur à preſbytero in cerebro cū ſacro chriſmate, ſequēte ſimiliter oratione: vt Chriſti regni particeps fiat: & à Chriſto Chriſtianus [b] poſsit vocari.

Item Ambroſius de ſacramentis tractatu ij.

Quid ſuper baptizatum à ſacerdote dicatur.

CAN. LXXXVII.

[c] Merſiſti, veniſti ad ſacerdotem: quid tibi dixit? Deus (inquit tibi) pater oīpotens qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto, conceſſitque tibi peccatorum tuorum veniam: ipſe te inungat in vitā æternam. Vide vbi [d] inunctus es. in vitam æternam, inquit.

Item.

Quare vnguentum ſuper caput baptizati ponatur.

CAN. LXXXVIII.

ACcepiſti myſteriū, hoc eſt vnguentum ſuper caput. quare ſuper caput? quia ſapientis ſenſus in capite [e] eius. Sequitur ſpirituale ſignaculū, qđ audiſti legi hodie [f], quod poſt fontes ſupereſt, quo perfectio fiat, quādo ad inuocationem ſacerdotis [g] ſpiritus ſanctus infunditur.

Item Rabanus de inſtitutio. clērico. †

Quare candida veſtis, tradatur Chriſtianis.

CAN. LXXXIX.

POſt baptiſmū [h] traditur Chriſtianis veſtis candida, quæ ſignificat innocentiā & puritatem Chriſtianā: quam poſt ablutas veteres maculas, ſtudio ſanctæ conuerſatiōis immaculatā ſeruare debēt, repræſentandam ante tribunal Chriſti. cuncti verò renati albis induuntur veſtibus ad myſterium [k] ſanctæ reſurgentis eccleſiæ. Item vtuntur baptizati albis veſtibus: vt quorū primæ natiuitatis faciē, vetuſti erroris pannus fuſcauerat, habitus ſecūdæ regeneratiōis gloriæ prę ferat indumentum. tegitur enim poſt ſacram vnctionem caput eius myſtico velamine: vt intelligat [l] ſe diademate [m] regni & ſacerdotali dignitate potiri.

Item Ambroſius de myſteriīs.

De eodem.

CAN. XC.

ACcepiſti poſt baptiſmum veſtimenta candida: vt eſſet indicium [n] quòd exueris voluptatem peccatorum: et indueris innocentiæ caſta velamina [o].

Item ex concilio Agathenſi. †

Quot menſibus Iudei inter catechuminos habeantur.

CAN. XCI.

IVdæi [p] quorū perfidia frequenter ad vomitum redit: ſi ad leges catholicas redire voluerint, octo menſes [q] inter catechuminos [r] eccleſiæ limen introeant: & ſi pura [s] fide venire noſcūtur, tunc demum baptiſmi gratiam mereantur. Quòd ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra præſcriptum tempus incurrerint, & deſperati fuerint, baptizentur.

Item ex concilio Toletano v.

De Iudæis, pleriſque frequenter ad Iudaiſmum redeuntibus.

CAN. XCII.

PLeriq; ex Iudæis, qui dudū ad Chriſtianam fidem promoti ſunt, nunc blaſphemantes Chriſtum, non ſolùm Iudaicos ritus perpetraſſe noſcuntur, ſed etiam abominandas circunciſiones [t] exercere. de quibus conſulti piiſſimi ac religioſiſſimi domini noſtri Siſemandi † regis hoc ſanctum decreuit cōcilium, vt huiuſcemodi trāſgreſſores pontificali authoritate correcti ad cultum Chriſtianæ dignitatis reuocentur: vt quos ꝓpria voluntas non emendat, animaduerſio ſacerdotalis coērceat. Eos autem quos circuncidunt, ſi filij eorum ſint, à parentum conſortio [u] ſeparētur [v], ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui, libertati tradantur [w].

Item Rabba. de inſtitu. clericorum. †

Ante baptiſmum, diabolo & eius operibus renuntiare debemus.

CAN. XCIII.

PRimū interrogetur paganus, ſi abrenuntiat diabolo & omnibus pompis & omnibus dānoſis eius operibus, atq; fallacijs cunctis: vt reſpuat primum errorē: & ſic appropinquet ad veritatem, poſsitque iuxta Apoſtolū [x] deponere veterem hominem, ſecundū priſtinam cōuerſationē, qui corrumpitur [y] ſecundū deſideria erroris: abnegās impietatem, & ſecularia deſideria.

Itē Auguſtinus de pœnitentia. †

Non Ianſit in nouam vitam, quem non pœnitet veteris vitæ.

CAN. XCIIII.

OMnis [z], q iam ſuæ volūtatis arbiter [a] conſtitutus eſt, cùm accedit ad ſacramētum fidelium, niſi eū pœniteat veteris [b] vitæ, nouā non poteſt inchoare. ab hac pœnitentia cùm baptizant, ſoli paruuli īmunes ſunt. nōdum enim vti poſſunt libero arbitrio.

Idem ad Salactitanū.

Ante baptiſma pœnitentiam agere debemus.

CAN. XCV.

AGunt homines ante baptiſma pœnitentiam [c] de prioribus [d] pec catis: ita tamen, vt etiam baptizentur: ſicut ſcriptum eſt in actibus Apoſtolorum loquēte Petro ad Iudæos ac dicēte: Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

Item Gregorius Fauſtino defenſori.

Quadraginta dierum abſtinentia Iudæis baptizandis indicatur.

CAN. XCVI.

NE (quod abſit) longa [e] dilatio retro poſsit animos Iudæorū reuocare: cum fratre noſtro epiſcopo loci illius loquere, vt pœnitētia ac abſtinentia quadraginta dierum indicta †, aut die dominica [m], aut ſi celeberrima feſtiuitas occurrerit, eos (omnipotentis Dei miſericordia protegente) baptizes.

Item Ambroſius ſuper epiſtolam ad Romanos. †

Pœnitentia non eſt neceſſaria baptizandis.

CAN. XCVII.

SIne pœnitentia [f] ſunt dona & vocatio Dei, quia gratia [g] Dei: in baptiſmate [h] non requirit gemitum, non requirit planctum, vel opus aliquod, ſed ſolam fidem: & omnia gratis condonat.

Item Iginius papa.

Neceſſitate cogente in catechiſmo & confirmatione idem compater eſſe poteſt.

CAN. XCVIII.

IN catechiſmo [i] &

[a] Conſortio. & viris religioſis alēdi tradētur: vt xxvij. quæſt. j. Iudæorum. de paternis tamen bonis alendi ſunt. C. de alen. liber. l. iij.

[b] Separentur. & bonorum proſcriptione et perpetuo exilio damnabuntur: vt C. de Iud. & cę. Iudæi. ſed hoc ſi ſuæ ſectæ ſunt mancipia. alias eīs capite puniuntur. C. ne manc. Chriſtianum. l. vna. C. de eunu. l. j.

[c] Tradantur. 3. diſtinct. xliij. c. nulla. & cap. fraternitatem. ſed contra. 3. xvij. quæſti. vlti. Iudas.

[d] PRimū. Apoſtolum. ad Epheſios ſcribēte.

[e] Qui corrumpitur. ſcilicet vet⁹ homo. de pœn. diſtinctio. j. tres ſunt.

[f] OMnis. 3. de pœni. diſt. j. tres ſunt.

[g] Arbiter. ſi eſt diſcretus. H.

[h] Veteris. quod hominē reddit veteſtum. Et quidem interior pœnitētia neceſſaria eſt in adulto, exterior nō exigitur. ſ. ea. ſine.

[i] AGunt homines. Pœnitētiam. Id eſt, pœnitudinem.

[k] De prioribus. nunquid eſt præceptio vel ſuaſio de hac pœnitētia agēda? ſed cui hoc præciperet? nūquid gētili iubere poteſt? non, ſed duntaxat monere. xlvij. diſt. §. neceſſe.

[l] NE quod abſit. Longa. octo menſit, ꝙ eſt longa. 3. ea. diſtinc. cap. Iudæi.

[m] Aut die dominica. Non obuiat. quod diſtum eſt 3. ea. c. duo. quod tantum bis in anno baptiſmus debet celebrari. illud eīs de ſolenni intelligi, id eſt, quod conſeeratur tanta ſolennitate. 3. ead. venerabilis. & c. ſeq.

[n] SIne pœnitentia. id eſt, ſine ſatisfactione exteriori & afflictione, quæ ſolet exigi in pœnitentia. nam ſine interiori, in adultis vacuū eſt baptiſmi myſterium: & ità non contradicit de pœni. diſt. j. tres. 3. ead. omnis qui. 3. proxi. c. contra. Sed iſtud generaliter in alijs quā in Iudæis, illud ſpecialiter fiebat quōdam in Iudęis, non propter ſatisfactionem peccati: ſed ꝓpter reuerentiā baptiſmi, quod Iudęi per operationē crucifionis & aliorum legalium ſacramentorum non adeo appretiabantur.

Baptiſmus adultorū an valeat ſine ſatisfactione? Actu. 2. ℣

[o] Gratia. 3. de pœni. diſtinc. vij. nullus expectet.

[p] In baptiſmate. hoc ideo dicit, qa in pœnitentia etſi dimittatur peccatum per contritionē, remanet tamen temporalis ſatisfactio, in baptiſmo non. Nam eſt alia vis ſacramenti, qđ nec etiā temporalis ſatisfactio in baptiſmo remanet, ꝙ peccatis. ideo non eſt mirum ſi infamia qualibet dimittatur: quod non eſt in pœnitentia: vt de pœ. diſt. vlti. ſi quis.

Baptiſmus eſt efficacior pœnitentia.

ADDITIO.

Arg. contra. ſupra xxxiij. q. j. quod autem. in fin. verſi. de hoc. & extra de diuort. gaudemus. in fin. ibi videas. Archidia.

[q] IN catechiſmo. Hæc eſt xix. ps diſtin. in qua probat quid iuris ſit de patrinis & filijs ſpiritualibus. Ioā. de Faut.

† Quia ſi citius, ſuſpicio fraudis vel ſimulatiōis eſt. Phil. Deci. cōſi. cxxx. colum. 2. Ad hoc idem Deci. ca. j. lectura. nume. 8. C. M.

† Ad ca. xcj.

† ca. 24.

† ca. 29. lib. j. Ephe. 4. Colo. j. b

† c. 2 j lib. de pœnit. medici.

Baptiſmus ſolennis bis tantum in anno celebratur.

Patri

Universidad de Deusto Biblioteca

Cōpaternitas contrahitur p catechismum.

a Patrinus. Baz. dixit in his tātum cōtrahi compaternitatē, sed H. dicit in omnibus eā contrahi, quæ baptismum præcedūt. sed tamē cōpaternitas in catechismo contracta, nō est tanti momenti vt matrimonium dissoluat, cum vix etiam impediat. extra de cogna. spi. cōtracto.
b Suscipiāt. & ita latius se extēderet charitas. xxxv. q. j. cum igitur.
c Non plures. s. xxx. q. iiij. qd autē vxor. contra. Sol. ibi.
d In baptismate. Suscipere. Sed quid si suscipiat? dicūt quidam q non cōtrahitur compaternitas. secus si baptizet.
e Baptizatus. si aliter tamen sit: cū baptizare possit, non impeditur baptismus: sed hoc ideo institutū est, quia patrini debēt instruere filiolos suos in symbolo & in alijs. j. e. vos. hoc facere nō possunt, q primo in eis instructi non fuerūt. xlvij. di. §. necesse.

Patrini filiolos instruere debent.

f Non licet. Monacho. s. xvj. q. j. placuit communi.
g Nec cōmatres. s. xviij. q. ij. peruenit. sed contra. s. xvj. q. j. doctos. & xxx. q. oēs [1] contra. sed baptizādo potest nō leuādo.

1 Dic vt ibi & in præ. c. peruenit. Archidia.

h Monachi. Nec osculentur. forte tāgit cōsuetudinē alicuius loci, vbi cōpatres osculabantur commatres.
i Vos. Fideiussores. & hęc est causa quare institutum fuit, qd in baptismo & in catechismo & cōfirmatione, q nō est Christianus nō offerat puerum. cum enim nobiscū non tenet articulos fi-

Pueros in baptismo tenere nō possunt, q christiani non sunt.

in baptismo & in confirmatione, vn⁹ patrinus a, fieri potest, si necessitas cogit, nō est tamen cōsuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiāt b.

Item ex decreto Leonis papæ.

Non plures, sed vnus paruulum in baptismate suscipiat.

CAN. XCIX.

NOn plures c ad suscipiendum de baptismo infantē accedant, quàm vnus, siue vir, siue mulier. In confirmatione quoque idipsum faciat.

Item ex concilio Magotiensi.

Qui non est baptizatus nec confirmatus, alium in chrismate vel baptismate tenere non debet.

CAN. C.

IN baptismate vel in chrismate, non potest aliū suscipere d in filiolum ipse, qui non est baptizatus e vel confirmatus.

Item ex concilio Antisiodorensi.

Abbati vel monacho, non liceat commatres habere.

CAN. CI.

NOn licet abbati vel monacho f de baptismo suscipere filios, nec commatres g habere.

Item ex libro capitulorum.

De eodem.

CAN. CII.

MOnachi sibi compatres cōmatrésve non faciant, nec osculentur h fœminas.

Item ex sermone sancti Augustini post Pascha domini, qui sic incipit: Hodiernus dies.

Qui in baptismo paruulos suscipiunt, pro eis apud Deum fideiussores existunt.

CAN. CIII.

VOs ante omnia tam mulieres quàm viros, qui filios in baptismo suscepistis, moneo: vt vos cognoscatis fideiussores i apud Deū extitisse, pro illis quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideoq́ue semper eos admonete, vt castitatem custodiant: iustitiam diligant, charitatem teneāt, ante omnia symbolū & orationem dominicā & vos ipsi tenete: & illis quos suscepistis de sacro fonte, ostendite.

Item ex concil. Hiler.

Ad baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lauanda, sacerdos propria debet habere vasa.

CAN. CIIII.

20 OMnis presbyter qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens solūmodo ad baptizandi officiū habeat: quod extra ecclesiam non deportetur. similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

Item ex concilio Carthaginensi quarto. †

Neque rebaptizationes neque reordinationes fieri licet.

CAN. CV.

21 NOn licet k fieri rebaptizationes, neque reordinationes, vel retranslationes l episcoporum.

Item ex epistola Augustini ad Maximum. †

De eodem.

CAN. CVI.

REbaptizare hæreticum hominē, qui hæc sanctæ trinitatis signa susceperit, quæ Christiana tradidit disciplina omnino peccatum est, rebaptizare autem catholicum, immanissimum m scelus est n.

q Sagina est. Iuuenalis. Genialis agatur Ista dies, stomacũm properа laxare saginis. Iuuenalis.

Legim

LEgimus quosdam. CASVS. Quidam cùm diuitijs affluret, patiebatur podagram: postea amissis bonis oportebat eum vti satis tenui dieta, & sic curatus est à podagra. prius enim nocebat solicitudo & venus, quæ frangit corpus & animum: similiter cibus nimius nocebat: quem deridet Horatius dicens, Horatius. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

a Articulari. Id est, gutta arterica. quę fit in iuncturis. & quando fit in pedibus, dicitur podagra: & in manibus dicitur chiragra: & in alis membris similiter dicitur arterica.

b Proscriptione. Id est, amissione: vel quia ipsi se priuabant cibis consilio medicorum.

c Conualuisse. Argumẽ. q̃ contraria contrarijs curãtur. de pœ. distin. ij. c. j.

d Epularum. Alias & puellarum.

e Irridet. Dicens sic, Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. & alibi, Me pinguem & nitidũ bene curata cute vises, Cum rides voles Epicuri de grege porcum. Voluptas est sperneda, testimonio Horatij.

CAN. XXIX.

LEgimus quosdam morbo articulari [a] & podagræ humoribus laborantes, proscriptione [b] bonorum ad simplicem mensam & paupe res cibos redactos, conualuisse [c]. Caruerant enim solicitudine dispensandæ domus, & epularum [d] largitate, quæ & corpus frangunt & animum. Irridet [e] Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquũt pœnitentiam.

Item Gregorius vij.

Diebus sabbathorum à carnibus abstinere debemus.

CAN. XXX.

QVia dies sabbathi apud sanctos patres nostros, in abstinentia celebris est habitus: nos eorundem authoritatem sequentes, salubriter admonemus [f], vt quicunque se Christianę religiõis participem esse desiderat, ab esu carnium eadem die (nisi maiori festiuitate interueniẽte. vel infirmitate impediente) abstineat.

Item Fructuosus epũs.

Monacho carnem gustare non licet.

CAN. XXXI.

CArnem [g] cuiquam monacho [h] nec gustandi nec sumẽdi est concessa licentia: non quòd creaturam Dei iudicemus indignam, sed quòd carnis abstinentia vtilis, & apta monachis æstimetur, seruato tamen [i] moderamine pietatis, erga ægrotos. Quod si quis monachus violauerit [k], & contra sanctionem regulæ, vsumque veterem vesci carnibus præsumpserit, ex mensium spatio retrusioni & pœnitentiæ subiacebit.

Item Hieronymus ad Rusticum monachũ. †

De quotidianis operibus monachorum.

CAN. XXXII.

NVnquam [l] de manu tua vel oculis tuis, liber psalterij discedat. dicatur ad verbũ [m] oratio sine intermissione. Vigilet sensus, nec vagis cogitationibus patens corpus, paritérque animus, tendat ad dñm. Iram vince patientia. Ama scientiã scripturarũ, & carnis vitia non amabis, nec vacet mens tua varijs perturbationibus: quæ si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid [n] operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum. Si apostoli habentes potestatem de euangelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent: & alijs tribuebãt refrigeria pro quorum spiritualibus debebant metere carnalia: cur tũ in vsus tuos cessura non præparas? Vel fiscellam texe iunco: vel canistrum lentis plectę viminibus: sarriatur hu-

a Articulari. Id est, podagra. Horatius. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

b Proscriptione. Id est, amissione: vel quia ipsi se priuabant cibis consilio medicorum.

c Conualuisse. Argumẽ. q̃ contraria contrarijs curãtur. de pœ. distin. ij. c. j.

d Epularum. Alias & puellarum.

e Irridet. Dicens sic, Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. & alibi, Me pinguem & nitidũ bene curata cute vises, Cum rides voles Epicuri de grege porcum.

f Admonemus. Et ita constitutum est, nisi vbi consuetudo est, quod abstineant. tunc enim est præceptum. extra de ob. ieiun. constitutum. Dic de illis, vt dixi supra dist. iij. de esu. & xij. dist. illa.

g Carnem. De abstinentia & studio monachorum, duobus capi. interserit.

h Monacho. Monachus vinum vt venenum fugiant. xxxv. dist. in palea, vinolentum. Moniales vinum nõ bibant.

i Seruato tamen. Aduertendum est, istum canonẽ per Gratianum detruncatũ fuisse. Sic eñ habebat originale. Seruato tñ moderamine pietatis erga ægrorũ necessitudines, aut longe proficiscẽtiũ, vt ex volatilibus sustẽtetur. & longinquo itineri destinati. Si autem à principe vel episcopo inuitentur, pro benedictione, & obedientia degustare non metuant, seruantes apud se continentiam consuetam. Additio notabilis.

k Violauerit. Ex hoc colligit Hug. quod monachus sua ẽius epũs, non debet carnes comedere. Alij econtra, cum absolutus sit: arg. ẽ. decimaoctaua q. j. c. vnico. Monachus episcopus carnes nõ comedat.

l Nvnquam. f. horis cõstitutis: argu. xxxvj. dist. si quis vult. † De vicendi forma Tomo j. 1. The. 2. b

m Ad verbum. Id est, iuxta verbum. f. vt mens & intẽtio ad id quod dicitur, dirigatur, non ad alia euagetur. vel ad verbũ, id est, nõ transcursu, non transiliendo: sed tractim singula dicendo: argumen. ẽ. eadem non mediocriter. argu. ad primum supra dist. ij. re vera.

n Aliquid. Supra dist. j. quando autem. ẽ. xlij. dist. §. j. contra. ib. ad modicum. Sed illud intelligitur sine pietate, respectu eorum per quæ habetur vita æterna. lxxxvj. dist. non satis.

a Pulcherrimorum versuum. Scilicet, Vergi. quibus illud ostēditur. Argu. contra. s. xxxvij. dist. legimus.
b Ciet. i. mouet.
c Scatebrisq; i. ebullitionibus.
Gemmæ sunt nodi virgarū. d Vel gemmis. Gēmæ dicūtur nodi virgarum, vnde flores & frondes erumpunt. & dicit lex, quod quædam arbores dicūtur gemmales ✝: vt ff. sol. mat. diuortio. §. si fundum. Surculus est nodus. Trūcus vbi arbores inseruntur. arg. xxiij. q. iiij. ipsa pietas.
✝ Gemmales.
e Salomonis. Dicētis, Vade ad apē & disce quomodo operatrix sit, & castum opus faciat. Prouer. 6. b
Libertus dñis poterit seruire duobus. f Lectione. Et dicit lex, quod libertus simul potest præstare operas dominis diuersis: quia potest scribere vni, et custodire domum alij. ff. de oper. lib. duorum.
g Omnis otiosus. Versus. Queritur Aegistus quare sit factus adulter? In promptu causa est, desidiosus erat. extra de renunt. nisi cū pridē.
h Non spernunt. Peccant tamen, & epitimio tradendi sunt s. xxj. quæsti. iiij. c. j.
In omnibus igitur. Hæc est ix. pars dist. in qua dicitur quod canonici simul debent comedere, dormire, & iacere in vno cōclaui. Io. de Fāt.
i In omnibus. De modestia clericorum, & sobrietate iiij. cap. continetur.
k Vt canonici. Regulares. nam canon nuncupatur regula. di. iij. canon. Canon dicitur regula.
l Incomposite. Maxime. quoniā & si bonum agat, pœnam meretur. ff. de re milit. l. iij. in §. in bello.
m In vno. Id est, episcopali sede.

mus: areolæ æquo limite diuidantur: in quibus cū olerum iactata fuerint semina, vel plātæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ. hic pulcherrimorum versuum[a] spectator assistas: Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam elicit: illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet[b]: scatebrisq;[c] arentia temperat arua. Inserantur fructuosæ arbores, vel gēmis[d], vel surculis: vt paruo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad quas te mittūt Salomonis[e] prouerbia, & monasteriorū ordinē ac regiam disciplinā in paruis disce corporibus. Texantur & lina capiendis piscibus. Scribātur & libri: vt & manus operetur cibum, & anima saturetur lectione[f]. In desiderijs enim est omnis otiosus[g]. Aegyptiorum monasteria hunc morē tenent, vt nullum absq; opere & labore suscipiant: non tam propter victus necessitatem, quā propter animæ salutem: ne vagetur perniciosis cogitationibus mens, & ad instar fornicantis Hierusalem omni transeūti diuaricet pedes suos. & in sequentibus: Quid ergo? Peribūt omnes qui in vrbibus habitant? Ecce illi fruunt suis rebus: ministrant ecclesijs: adeunt balnea: vnguenta non spernūt[h]: & in omnium flore versantur. Ad quod etiam ante respondi, & nunc breuiter respondeo: me in præsenti opusculo, non de clericis disputare, sed monachum instituere.

Item in libro quinto capitulorum.

Absque prælati sui licentia, canonicis nihil agere licet.

CAN. XXXIII.

9 In omnibus[i] igitur (quantum humana fragilitas permittit) decernimus, vt canonici[k], vel clerici canonice viuant obseruantes diuinæ doctrinam scripturæ, & documēta sanctorum patrum, & nihil sine licētia episcopi sui vel magistri eorum incōposite[l] agere præsumant, in vno[m] quoq; epatu simul manducent & dormiant[n], vbi his facultas id faciendi suppetit. Qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiūt, in vno claustro maneant, & singulis diebus manè, prima hora ad lectionem veniant, & audiant[o] quid eis imperetur. Ad mensam verò similiter lectionem audiant, & obedientiam secundùm canones suis[p] ministris[q] faciant.

Item ex concilio Manetensi.

Presbyteri, qui simul conueniunt, ebrietatem & comessationes summopere vitent.

CAN. XXXIIII.

10 Nullus presbyterorum, quando ad anniuersarium[r] diem xxx. vel septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam presbyteri cōuenerint, se inebriare nullatenus præsumant, nec precati in amore sanctorum vel alicuius animæ bibere, vel alios ad bibendum cogere[s], vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre aut cantare præsumant, vel turpia ioca, vel vrso vel tornatricibus[t] ante se fieri patiantur, nec laruas[v] dæmonum ante se fieri ✝ consentiant: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum. ✝ Alias ferri.

Item ex concilio Laodicensi. ✝ xlij.

Clericus vel laicus sine iussione episcopi, non peregrinetur.

n Et dormiant. Supra di. xxxij. si qui cōtra. j. q. ij. sacerdos. Sed hic de regularibus. Vel est derogatum. di. iiij. leges[1].
o Audiant. Quia conuiuium eorum non debet esse sine lectione. s. xliiij. di. pro reuerentia.
p Suis. Alias essent acephali. xciij. dist. nulla.
q Ministris. Id est, prælatis quia subditis ministrant verbum Dei. xxxvj. dist. si quis[2].
Nullus presbyterorum. Hæc est x. pars di. secundum Ioā. de Fant.
r Anniuersariū. Supra xiij. quæsti. ij. quia alij.
s Cogere. Argu. contra Anglicos: vt extra. de vita & honest. clerico. à crapula.
t Vel tornatricibus. Id est, ioculatricibus, quæ voluuntur vt torni.
v Nec laruas. Ex tra de vi. & hone. cleri. quoniam. & c. cum decorem.
1 Dic vt extra de vita & honest. cleri. quoniam vt.
2 Vt in euāgelio: qui maior vestrū est, sit minister vester. Archid.

Non

Non oportet. Hæc est xj. pars distinct. secundum Ioan. de Fant.
a Iussionem. nec epm præter iussionē patriarchæ.
b Ad peregrinandum. vt C. de episco. & cler. si quis per calumniam. in fine. Episcopi literas habeat qui peregrinari volet.
c Literis. hoc de cruce signatis, qui debēt ire vltra mare. vel de pœni. B.
c Literis. in auth. de san. epis. §. interdicimus. collat. ix. extra de vot. magnę. nec etiam priuatus aliquis principem adire potest sine authoritate iudicis. C. de accus. si quis decurio. li. x.
✝ c. 54. Et quod alias fieri dicit iussionē, intellige petitam & obtentā. nā epo cōtradicēte nec clericus, nec laicus ire debet. arg. xj. q. iij. qd ergo. nec ad iudiciū alterius epi. iij. q. vj. nō licet. de pœ. dist. vj. placuit. qd est contra Gratianū, qui dixit p l. ff. de iudi. l. ij. & ff. de iur. om. iud. si cōuenerit. contrariū, qa leges nō dedignant sacros canones imitari. i authen. vt cleri. apud ppri. epis. male eū de sui epi iudicio psumit, & c. xj. q. j. placuit. & cōtumeliā facit iudici, qui eum omittit, & ad aliū vadit. ff. de excep. litigatores.
d Proficisci. Si autem clericus tādiu absit, quod dubitet an viuat, an mortuus sit: desinit[1] habere liberā administrationē. instit. de vsuc. §. quod autē. Clericus perdit administrationē per diutināab sentiam.
1 Desinit & beneficiū alteri cōferri potest. Anto. Corsetus in singula. ver. vagabundus. C. M.
e Non oportet. Spectaculis. s. dist. xxxiiij. presbyteri.
f Scenis. quid sit scena. Labeo definiuit ff. de his q notan. infa. l. ij. §. vlt.
g Thymelici. à Thymele, quod est pulpitum. imo Thymelici dicuntur qui ministrāt ludentibus. ff. de his qui not. infa. athletas.
Fucare figmentis. Hæc est xij. pars dist. in qua dicitur, quod nullus debet ponere vnguentum in faciem, nec ligaturas in aures. Ioan. de Fant.
h Fucare. i. tingere. C. quæ res ven. non possunt. l. j. Versus. Si vitium frontis, alienus fucus inauret, Gloria frontis obit: cum color hospes abit.

CAN. XXXV.

11 Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos præter iussionē[a] episcopi ad peregrinādum[b] proficisci. Laicum etiam sine canonicis literis[c], id est, formata similiter non oportet alicubi proficisci[d].

Item ex eodem. ✝

Quibus spectaculis clericus interesse non debet.

CAN. XXXVI.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis[e] aliquibus, qui aut in nuptijs, aut scenis[f] exhibētur, interesse: sed antequam Thymelici[g] ingrediātur, surgere eos de cōuiuio, & abire debere.

Item August. ad Posidonium, & qui cum eo sunt fratres.

Colorum fucis mulieres vti non debent.

CAN. XXXVII.

12 Fucare[h] figmētis, quò vel rubicundior vel cādidior, vel verecundior appareat, adulterina fallacia est: qa non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittēdæ sunt fœminæ ornari secundū veniam, non secundū imperium. Nā verus ornatus maximè Christianorum & Christianarū non tantū non est vllus fucus mēdax: verùm nec auri quidem vestisq; pompa, sed mores boni sunt. Execrāda autē est supstitio ligaturarū, in quibus[i] etiā inaures virorū[k] in summis ex vna parte auriculis suspēsæ deputant: qa non ad placendum hominibus, sed ad seruiendum dæmonibus adhibentur.

Itē ex symbolo Ephesi. concilio ducentorū episcoporū, quod habitum est contra Nestorium[l].

Quòd spiritus sanctus procedit à patre & filio.

CAN. XXXVIII.

13 De spiritu[m] dicit dominus in Euangelio, Ille me clarificabit[n]. Hoc rectissimè sentiētes, vnum Christum, & filiū nō velut alterius egentem gloria, confitemur à spiritu sancto gloriam consecutū: quia spiritus eius nec melior, nec superior ipso est: sed qa humana opera faciens ad demonstrationē suæ diuinitatis virtute ppriJ spiritus vtebat, ab ipso clarificatus dicitur: eò quòd virtus sua[o], vel qualibet disciplina vnūquēque clarificat. quamuis enim in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in psona pprietas[p], iuxta id quòd spiritus est, & non filius: attamē alienus[q] non est ab illo. nam spiritus appellatus veritatis[r], & veritas

i In quibus. id est, inter quas.
k Virorum. id est, à viris datæ. Sed videtur, quod nec in talibus teneat donatio: quia dicit lex quod si vir dat vxori margaritas extricatas[1], si ipsa perforauerit, tenetur lege Aquilia. ff. ad leg. Aqui. si seruus. §. si cum maritus. Sed illud exaudi, cum noluit eā trāsferre dominium. alias si dat ei vnguēta, vel pecuniā ad ea emēda, tenet donatio. ff. de donat. inter vir. & vxor. quod autē. §. j. Idē est si dat ei ornamenta. ff. de aur. & arg. leg. l. argumēto. §. ornamenta.
Donatio in aliquibus tenet, quam maritus vxori facit.
1 Id est, abinuicē separatas, secundum Accur.
l Contra Nestorium.
CASVS. Dicebat Nestorius episcopus Constant. & etiam Græci dicunt spiritum sanctū à solo patre procedere non à filio. quod volebant arguere ex verbis domini dicentis, scilicet de spiritu sancto. Ille me clarificabit, qui à patre pcedit. Huiusmodi error extirpatur hic 3: nam synodus interpretatur illa verba Christi, Ille me clarificabit, & c. ostendens spiritum sanctum procedere à patre & à filio. In alijs etiam errauit Nestorius episcopus. xxiiij. quæstio. ij. quidam. versi. Nestoriani.
3 Hic est 13. pars huius distinctionis.
m De spiritu. Cum alia sacramenta in virtute spiritus sancti perficiantur: non rite ipsa sacramenta ministrantur, si in spiritus sancti pcessione non recte sentit, de qua subdit duo capi. supra distinctio. ij. cum omnem. Sacramenta omnia in virtute spiritus sancti perficiuntur.
n Clarificabit. id est, opera quæ faciam in virtute eius, manifestabunt me hominibus.
o Sua. i. Christi, qui est eiusdem substantiæ cum eo.
p Proprietas. id est, discretio: quia personaliter ab eo est distinctus.
q Alienus. id est, aliud in essentia: imo idem.
r Veritatis. id est, à veritate, id est, à filio procedēs.

Ex Deo

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus sanctus à patre & filio procedit, quicqd dicãt Græci.

a Ex Deo patre. mirum est cũ Ephesinũ concilium fuerit in Græcia celebratũ, & de quatuor principalibus sit vnũ: vt xv. dist. canones. quõ Græci audent dicere spiritũ sanctum à solo patre procedere, cũ hic dicitur cõtra. inducti tamẽ sunt ad hoc dicendũ, duabus de causis, scilicet ga Christ⁹ loquẽs de ꝓcessione spiritus sancti, solũ patrẽ nominat, dicẽs: Qui à patre procedit. Item etiã, quia i symbolo fidei apud eos edito, simpliciter cõtinetur, Qui à patre procedit. nos addimus filioq;. sed i fine symboli apud eos sub anathemate prohibetur, vt nullus de fide trinitatis aliud docere, vel aliter

Ioan. 16.c prædicare, quã ibi cõtinetur, audeat. vnde dicũt nos anathematizatos q ibi addim⁹ filioq;: sed Christ⁹ ideo ita dixit: qa patri voluit attribuere authoritatẽ inspirandi. Item in anathe-

Ioan. 14.b & 15.c mate ponit aliud ꝓ cõtrario: sed nõ est contrarium, sed idẽ: cũ filius cũ patre sit idem in substantia: ergo quod à patre ꝓcedit, & à filio, & sic nõ ad dimus. sed potiꝰ declaramus.

b Me meũ. id est, à me, & à pre meo ꝓcedit. C. de sum. trinita. i. inter claras. Ioan.

c Saluator. Inseparabilis. Per hoc exaudi qd dicitur, inseparabilia

Opera trinitatis qualiter sunt inseparabilia. Ioan. 16.c sunt opera Trinitatis: vt xxviij. q. j. sic enim, vt intelligatur de inseparabilitate voluntatis & operationis. nam quod operatur pater, operatur & filius, & spiritus sanctus.

d Voluntate. Quia vult, alias falsum esset, quod gignit pater, non filius: comedit filius, non autem spiritus sanctus. arg. ꝛ. ea. dist. iij. c. vlti. Mihi enim videtur

Opera sũt duplicia. esse distinguendũ inter opera operata, & opera operantia: sed male, nisi intelligas opera operata. i. actus ipsos: vel accidẽs quod est in subiecto. Si enim intelligas opera operata secundũ quod effectus est à sua causa, nil operatur vna persona, quod tota trinitas non causet, iuxta illud, Actio displicuit, passio grata fuit.

e Et amplius. alia expositio est. Ioan.

f Quia non ex se est. id est, non procedit ex se, id est, ex persona sua.

g Sed iuxta formam, &c. sicut & ad iura corporalia restituitur quis, non autẽ ad incorporalia. ff. de vsucapio. sequitur. §. si viam. & ita aliter loquuntur leges de his, quam de illis.

h Inserit. qa hoc liquidũ est hic esse, &c.

i Patrẽ. in Euangelio tamen exponit, pater dicit vel loquitur de filio. i. gignit filiũ. Pater vel filius loquitur de spiritu sancto. i. inspirat spiritum sanctum. Filius audit patrem, id est, gignitur ab eo. Spiritus audit à patre vel filio, id est, inspiratur ab eo. & hæc expositio vstatior est, quam ea quæ hic ponitur. Pater loquitur de filio, quid significat.

k Eiusdem naturæ. secũdario. principaliter eim sic notatur persona rũ distinctio: imo principaliter, nec est ibi inuenire prius vel posteriꝰ. & omnia quæ in trinitate personas distinguunt, essentiam innuunt: & essentialiter intelliguntur & accipiuntur. Vnde Augusti. Non est Deo aliud esse personã, & aliud esse substãtiam. cum hoc nomen persona, principaliter editũ sit ad notandũ distinctio. personarum.

l Discerneret. Dicendo quod nõ ꝓcederet ab eo.

m A semetipso. legitur in Euangelio Ioan. Cum venerit paracletus spiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur: & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

n Sicut audio. id est, intelligo & scio. dicitur enim filius scientia, & quicquid habet filius, habet à patre: & spiritus sanctus à patre & filio.

o Faciẽtem. Sæpe solet similis filius esse patri. Itẽ & magistro discipulus. xxiiij. q. j. cũ beatissimus. Ioan.

Christus est. Vnde etiam ab isto similiter, sicut ex Deo patre a ꝓcedit. Denique hinc ipse spiritus etiã per manus sanctorũ Apostolorum, miracula gloriosa perficiens, dñm glorificauit Iesum Christum, postquã ascẽdit in cælũ. nã credit Christus natura Deus existere per suum spiritum virtutes efficiens: ideoq; dicebat, De meo b accipiet, & annuntiabit vobis.

Item Dydimus in libro de spiritu sancto contra errores Græcorum.

De eodem.

CAN. XXXIX.

SAluator, qui & veritas est, ait: Nõ enim loquet a semetipso. hoc est, non sine me, & sine meo, & patris arbitrio: qa inseparabilis c à mea & patris est volũtate d: & amplius e, qa nõ ex se est f, sed ex patre, & ex me ille est. hoc enim ipsum quod est & quod cõsistit & loquitur, à patre & à me illi est. Ego veritatem loquor, id est, inspiro quæ loquit. siquidem spiritus veritatis est. Dicere em, & loqui in Trinitate, nõ secundùm cõsuetudinem nostram, qa ad nos inuicem sermocinamur & loquimur, accipiẽdum est: sed iuxta formã g incorporaliũ naturarũ, & maximè Trinitatis, quæ voluntatem suã inserit h in corde credentium, & eorum cordib⁹ inserit, qui eam audire sunt digni. Liquidũ ergo est dicere patrem, i & audire filium: vel econtrario, filium loquentem audire patrem, eiusdem naturæ k esse patrem & filiũ, & in patre, & in filio, consensusq; est significatio. Spirit⁹ quoque sanctus, q est spirit⁹ veritatis, & spiritus sapientiæ: nõ potest filio loquẽte audire quæ nescit, cũ hoc ipsum sit quod ꝓfertur à filio, id est, procedens. Deus de Deo, spiritus veritatis ꝓcedẽs a veritate, & consolator manans de cõsolatore Deo. Deniq;, ne quis illũ à patris & filij voluntate, & societate discerneret l, scriptũ est: Nõ enim à semetipso m loquet: sed sicut audiet loquetur. Cui etiã simile est quod de ipso Saluator ait: Sicut audio n, & iudico. & alibi: Nõ potest à se filius facere quicquam, nisi quod viderit patrẽ faciẽtem o.

Ioan. 16.c

Ioan. 5. c

Ibidem.

Filius in diuinis qc quid habet à patre habet.

FINIS.

Deo optimo maximo laus & gloria, qui est benedictus in secula.
AMEN.

CANONES POENITENTIALES,

QVORVM NOTITIA VIRIS ECCLESIASTICIS est valde necessaria. Sunt enim quædam regulæ directiuæ ad pœnitentias delinquentibus imponendas.

COnsiderandum est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum est, ꝙ sicut est in scientijs practicis, quæ versantur circa opera, quòd sermo in vniuersali est incertus & dubius: sed cum applicatur ad singularia, incipit quodã modo habere certitudinem: vt qui non considerat circũstantias particulares, potius deuiet, quàm se rectificet: vt patet in medicina & scientia morali. Sic est intelligendum in proposito, ꝙ canones instruũt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda. sed descẽsum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circumstantias personarũ attendentes ad canones, sicut ad regulas directiuas: quia si contra canones imponant, non rectè imponũt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod possit patrum regulis obuiare. distin. xxxviij nulli. In canonibus autem maxime determinatur pœnitẽtia quo ad tempus: & magis, quàm quo ad modum: quia illa determinatio est certior, & communior. hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter sicut dictum est supra, septẽnis est pro peccato mortali pœnitentia imponenda, & hoc non tantũ propter temporis diuturnitatem, sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moysi lepra percussa, separata fuit extra castra septem diebus. Numeri xij. Maria significat pœnitentem. Interpretatur enim amarum mare. Hæc pœnituit septẽ diebus, sed nunc pœnitet septẽ annis, qd significatũ est Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi.

Si quæratur, quare pœnitentia sit aggrauata, cùm lex noua, sit lex misericordiæ? Rñ. ꝙ hic est maior ingratitudo propter maiorem gratiã: & maior contemptus, propter maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & grauius peccatum propter statum peccantis, qui debet esse perfectior. Et vlterius satisfactio in lege noua, debet esse perfecta: vt in pristinum statum reducat. Et quia Sol in vna die non redit in idem punctum, sed in anno: ideo dies conuersus est in annum. Rursum, Quia perfectum remedium est in lege noua, ideo annus multiplicari debet per septem, propter septem dona Spiritus sancti recuperanda, & propter septem dotes, scilicet tres animæ, & quatuor corporis obtinendas. Huiusmodi autẽ pœnitentia, non est omnibus imponenda, nec tamen est infirmãda: sed est insinuanda, vt cognoscatur quàm grauis est culpa. hæc Bonauen. Licet autem pro singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pœnitentia, debet tamen imponi magis vel minus aspera, pront maioritas vel minoritas criminis cum cæteris circumstantijs hoc expoſcit: vt in sequentibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus propter dignitatem peccãtis, vel criminis enormitatem, imponitur pœnitentia maior, aliquando etiam ex variis causis minor. Ad hoc ergo, quòd presbyter circa pœnitentias disponendo cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per canones certæ pœnitentiæ imponuntur: quos, scilicet canones tenetur presbyter scire, vt dictum est supra. Sunt autem isti.

Primus est, quòd si presbyter fornicationem fecerit pœnitentiam x. ann. faciat hoc modo, scilicet quòd sit inclusus, siue à ceteris in aliquo loco remotus, sacco indutus, & humi prostratus, misericordiam Dei iugiter implorans. Primis tribus mensibus continuis à vespere in vesperam pane, & aqua viatur, exceptis dominicis diebus & festis præcipuis, in quibus modico vino, pisciculis, & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus, de illo loco exeat: non tamen in publicum procedat, ne populus in eum scãdalizetur. Et per hoc videtur ꝙ in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulum, vnum annũ & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis, & alijs præcipuis festis, in quibus vino, sagimine, ouis & caseo poterit vti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corporis domini, et ad pacẽ veniat, & ad psalmos cum alijs fratribus canendos in choro vltimus recipiat. Ad coniugem tamen altaris non accedat, sed minorũ ordinum tantum officia geratideinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundã, quartam & sextã, exceptis diebus paschalibus, qui sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet, secundã tamen feriam vno psalterio, vel denario si sit operarius, redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleuerit, poterit cũ episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamen ꝙ in tribus annis sequentibus sine vlla redẽptione omni sexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadẽ pœnitentia imponẽda est presbytero de omnibus alijs peccatis, quæ deposítione inducũt. Probanẽ autẽ hæc omnia lxxxij. dist. presbyter si fornicationem. quod intelligunt quidam de simplici fornicatione, alij forte melius secũdũ Ray. de adulterio, vel incestu: pura, quia cognouit coniugatam consanguineam, vel affinem.

Legitimæ feriæ sunt tres.

Secundus casus est, si presbyter cognouit filiã suam spiritualẽ, quam scilicet baptizauit: vel in baptismo, vel in confirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit: debet pœnitẽtiam agere xij. annis, & etiã debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando xv. annis pœniteat, & postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus qui talia cõmisit pœniteat xv. annis ipsa verò mulier debet omnia relinquere, et res suas pauperibus dare, & cõuersa vsq; ad mortẽ in monasterio Deo seruire. xxx. q. j. si quis sacerdos. & ca. non debet.

Tertius est, quòd quicũque filiam suam spiritualem, vel matrem cognoscit, septẽ annis pœniteat. & similiter ei consentientes. xxx. q. iij non oportet.

Quartus est, quòd qui contrahit cũ aliqua alij desponsata per verba de præsenti, ipsa dimissa xl. diebus ieiunet in pane & aqua, & sequentibus septem annis pœniteat. extra de sponsa duo accepisti.

Quintus est, ꝙ qui cognoscit duas cõmatres vel sororem, siue vxor viuat, siue nõ, ad minus vij. annis pœniteat, licet plus debeãt. xxx. q. iiij. si presbyter.

Sextus est, quòd qui cognouerit monialem siue deuotam decẽ annis pœniteat. & similiter ipsa secũdum formã traditam xxvij q. j de filia. & c. deuotam. In quorũ primo cap. dicit, ꝙ si filia episcopi, vel presbyteri, vel diaconi post votũ solene contraxerit matrimoniũ, nõ admittatur ad cõmunionẽ, nisi maritus defunctus pœnitentiã egerit: si autem eo viuẽte decesserit, & pœnitentiã egerit, & cõmunionem petierit, tantùm in fine vitæ recipiet eam. In secundo

cap. dicitur, ꝙ deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit: & desinens egerit pœnitentiã x. annis, postea recipiatur ad cõmunionem: et antequã in ecclesia admittatur ad orationẽ, ad nullius conuiuium christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiã, vel amitam & neptem: pœniteat septem annis. Si autem scienter, perpetuo priuetur coniugio. xxxiiij. q. iij. si quis cũ duabus.

Octauus est, ꝙ qui duxit in vxorẽ eã quã polluit per adulteriũ, pœniteat v. annis. xxxj. q. j. si qua vidua.

Nonus est, quòd qui cõtra naturam peccauit, si sit clericus, debet deponi vel religioni tradi si corrigibilis appareat, ad perpetuam pœnitẽtiam peragendam. Si verò sit laicus à cœtu fideliũ, vsque ad cõdignam satisfactionem debet fieri alienus. extra de excess. prælat. clerici. Hoc enim vitium maius est, quàm cognoscere matrem. xxxij. q. vij. adulterij. & hæc Aug. Adulterij, inquit malum, vincit fornicationem: vincitur autem ab incestu fornicatio. Peius enim est cum matre, quàm cum aliena vxore concumbere. sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit: vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. hæc Augustinus. Quocunque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter virum & fœminam ordinatẽ & in vase debito, vitium contra naturam, & sodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus est, quòd qui coierit cum brutis, pœniteat plusquam septem annis: & similiter pro incestu. xxxij. q. ij. hoc ipsum. & §. sequen.

Vndecimus est, quòd presbyter qui interest clandestinis nuptijs, triennio suspenditur. & si culpa exegerit, grauius puniatur. extra de clandesti. despon. cum inhibitio.

Duodecimus est, quòd qui votum simplex violauerit, pœniteat tribus annis. xxvij. distinct. si vir.

Decimustertius est, quòd qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere. & per ij. iiij & vj. feriam à vino. & carnibus abstinere. xj q. iij de his. De pœna verò degradati celebrantis, habetur distinctio. 50. accedens.

Decimusquartus est, quòd homicida voluntarius, sine spe restitutionis deponitur, & pœniteat septem annis. 50. distinct. miror.

Decimusquintus est, quòd homicida casualis pœniteat v. annis. & hoc secundum Raynu. si culpa causam præcessit: aliter non, nisi fortè ad cautelam. distin. 50. eos. & duobus cap. sequenti.

Decimussextus est, ꝙ si quis fecerit homicidium propter necessitatem euitabilem, pœniteat duobus annis. distin. 50. cap. de his clericis. quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. dist. quia te. Quod verum est, quo ad culpam: sed bonũ esset, quòd pœniteret ad cautelam, & innocẽtiam suam ecclesiæ ostendendam. extra de homi. c. ij §. vlti. Et secundum Ray. fortè distingui potest in homicidio necessario, sicut in casuali. & vtrum culpa præcesserit necessitatem, vel non. Arg. distinct. 50 de his. not. extra de homici. interfecisti. Sed & si quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur. iij q. iiij. iudicat. quinetiam qui intuitu disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur. extra de homi. presbyterum. xv. q. j. si quis nõ iratus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur. extra de homici. suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem viuum comprehendere potuit, quadraginta diebus non intret ecclesiam, & alias pœnitere debet. extra eo cap. ij. vbi de hoc dicitur. Qui verò paganum, vel Iudæum occidit, pœniteat quadraginta diebus. dist. 50. c. qui vero odij.

Decimusseptimus est, ꝙ matricida pœniteat x. annis secundum formam satis apertè traditam. xxxiij. q. ij. latorẽ. Vxoricidæ verò grauior pœnitentia debet imponi. Talis enim, & qui dominum occidit, nunquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, vsque ad x. annos carnes nõ comedit, nec vinũ bibit: & alia q̃ habetur xxxiij. q. ij. admonere. & c. quicũque. Imponitur autem pœnitentia maior vxoricidæ, non quia illud peccatũ sit grauius isto, sed quia homines proniores sunt ad occidẽdum vxores, quàm matres. Maius enim peccatum est occidere matrem, quàm vxorẽ: vt dicit Bonauen. in 4. Senten. & cõmuniter omnes doctores Guil. verò Duran. tenet contrariũ in repertorio pro eo, quòd vxoricidæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autẽ magis placet sentẽtia aliorũ. Sed qualem pœnitentiã agere debent, qui filios occidunt? Respon. Aut est certum, ꝙ ipsimet scienter interfecerunt, & sic debet eis imponi pœnitẽtia maior, quàm pro alio homicidio. Arg. extra eo. c. vlti. in tex. & glo. & de homi. cum iuramento. de pœni ten. dist. j. aut facta. In hoc tamen casu vir vxorem recuperat, quã coactus abiurauerat: & ipsa pœnitentiam agit secũdum arbitrium episcopi, ita quòd si habet alios filios pacifice gubernare possit eos vxor. extra eo. intelleximus. quòd si virum nõ habet, induci debet, vt intret religionem, ad quod si non potest induci, tutius est ei dare licentiã nubendi: vt extra eo. veniens. Et hoc quando timetur de incontinentia, alias non: vt patet xxxj q. ij. in adolescentia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere, & ei grauior quàm laico, non tamen publica (nisi veniat in publicum) pœnitentia debet imponi: vt extra de pœn. quæsitum. Aut certum est, quòd non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contigit: & sic de stricto iure in nullo tenentur. Argu. extra de homi. ex literis. ij. cap. Ioannes. & cap. vlti. Nisi velint ad cautelam pœnitere In dubio tamen præsumitur, quòd non hoc ex certa scientiã, sed potius ex incuria prouenerit. extra de præsumpt. afferte. Aut certum est, quòd non exhibuerunt omnem diligentiam quam potuerunt, & debuerunt: & sic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, vt si posuit puerum in medio vtriusq;, secũdum arbitrium pœnitentiarij imponitur pœnitentia quinq;, vel septem annorum. 50. dist. si qua fœmina. & cap. seq. & cap. si quis sponte. occulta, si sit occultum. publica si sit publicum, & maior, si in lecto suffocetur, quàm si in cunis. & maior presbytero Græco quã laico: vt habetur extra de pœni. quæsitum. Et licet dispensetur quo ad pœnitentiam, quæ est arbitraria, vt dicitur ibidem, non tamen quo ad ordines propter homicidium, quod est delictum enorme & indispensabile. dist. 50. miror. Si autem culpa quæ præcessit casum, sit leuis, vt si posuit puerum in eodem lecto, longè tamen à se, imponitur pœnitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra eodem, de infantibus. Monendi ergo sunt parentes, quòd tam tenellos secum in vno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente opprimantur, & suffocentur: vt ij q. v. consuluisti. Et hoc modo distinguit Hostien. & Bern. extra de infan. Quid de illis, qui filios vel seruos suos infantes, vel etiam adultos languidos relegata pietate exponunt, id est, extra se ponunt ante ecclesias, vt aliqui moti misericordia colligant eos? Respond. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorũ, contrahere possunt matrimonium cum sorore vel consanguinea: ideo exponens, tenetur de hoc peccato pœnitere: & est puniendus, sicut expositus si scienter cum tali cõtraheret puniretur. extra de pœni. officij secundũ Hostien. Talis enim secundum Ray est tanquam homicida iudicãdus, qui hominẽ sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circunstantijs, & vtrũ ob hoc mors secuta fuerit vel non pœnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, secundum Ray. si mors inde sit secuta: quia scilicet fuerunt in culpa eos exponẽdo, vel alimenta negando. Tamen secũdum Ro. si in nulla culpa fuissent, quia fortè nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possent, irregulares non essent, nec peccarent.

Xviij est, quòd qui presbyterum interfecit. pœniteat xij. annis. extra de pœni. & remis. c. ij. De pœnitentia verò eius, qui occidit monachum. vel clericum subdiaconum, vel diaconum habetur xvij. q. iiij. qui occiderit. De pœnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, vel in regimen eius, habetur xxiij. q. vlt. §. si quis.

Xix. est, quòd qui iniustè alium ad mortem accusat, xl. diebus in pane & aqua per vij. annos ieiunet, & pœniteat. & hoc si accusatus sit occisus. Si autẽ tantũ membrũ perdiderit, triẽnio pœniteat. extra de accu. accusasti. Host. verò, & Io. de Deo in ieiunãdo intellexerũt quod primus pœniteat per vij. annos, quolibet anno ieiunando xl. diebus in pane & aqua. secundus verò per tres annos. G. verò Duran. intellexit, prout litera magis sonat. s. quòd primus ieiunabit xl. diebus in pane & aqua: siue cõtinue, siue interpollate: & per vij. annos ieiunabit, & pœnitebit, nõ tamen in pane & aqua, sed ad arbitrium presbyteri. secundus verò per tres quadragesimas. Prima ante natalem Domini, Secũda ante Pascha, Tertia ante sanctum Ioannem. has enim instituit beatus Petrus, vt habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua. Probantur hæc secundum Hostien. xxij. q. v. c. j. ij. & iij.

Xx. est, quòd periurus xl. diebus in pane & aqua ieiunet, & vij. annis sequentibus pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia. s. interiori. vj. quæst. j. quicunque.

Xxj. est, ꝙ qui compulsus conditionaliter à domino scienter peierat, si liber sit xl. diebus in pane & aqua. & hoc secundũ glo. intellige vel cõtinue vel interpollate pœniteat vij. annis sequentibus: nõ tamen in pane & aqua. vt dicit gl. Si verò seruus sit eius, qui eum coëgit tribus quadragesimis, & legitimis ferijs. s. ij. iiij. & vj. xxij. q. v. qui compulsus.

Xxij. est, quòd qui peierat in manu episcopi, vel in cruce cõsecrata: pœniteat tribus annis. Si verò in cruce non consecrata vno anno. Qui verò coactus & ignorans, ignorantia iuris, & postea cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis. xxij. q. v. c. ij. Qui verò coactus pro vita redimẽda, vel qualibet causa, vel necessitate peierat, quia corpus plus quàm animam dilexit, tribus quadragesimis pœniteat. ea. q. v. c. si quis coactus. Alij inducunt tres annos: & vnum ex his in pane & aqua.

Xxiij. est, ꝙ qui falsum scienter iurat, vel alium iurare cogit, diebus xl. pœniteat in pane & aqua: & vij sequentibus annis nunquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori. Alij etiam, si conscij fuerint, similiter pœniteant. xxij. quæstio. v. si quis conuictus.

Xxiiij. est, quòd qui mensurat in falsa mensura xxx. diebus in pane & aqua ieiunet. extra de contrahen. empt. vt mensuræ. De pœna verò falsarij literarum: habetur extra eo. ad audientiam. & c. dura. & c. ad falsariorum. & de verb. signi. nouimus.

Xxv. est, quòd qui frangunt pœnitentiam solennem siue redeundo ad crimina priora, vel similia, siue redeundo ad negotiationem, vel militiam secularem, quæ sibi fuerant interdicta, sola inter ecclesiam fidelibus oratione iunguntur, à communione suspenduntur, à catholicorum conuiuijs separantur, & pœnitere debent x. annis, & communicent in fine vitæ. xxxiij. q. ij. de his verò. & de pœni. dist. v. si quis verò.

Xxvj. est, quòd qui canit missam, & non communicat, debet vno anno pœnitere, & interim missas non cantare. de conse. distinctio quinta. relatum.

Xxvij. est, quòd presbyter qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat x. annis & mensibus v. diaconus verò triennio, & dimidio. de cõsec. dist. j. nemo per ignorantiam.

Xxviij. est, quòd qui committit sacrilegium ecclesiam violando, vel chrisma siue calicem sacrum pollutis manibus accipit, vel similia sacrilegia cõmittit, pœniteat vij. annis. Primo anno extra cœmiterium, quod violauit consistat. secundo anno ante fores ecclesiæ, tertio in ecclesia. & in hoc triẽnio carnes non comedat: vinum non bibat, nisi in pasca vel natali, non offerat, nec communionem accipiat. quarto anno communicabit, & in illo, & in v. & in vj. & in vij. tribus ferijs à carnibus, & vino abstineat ieiunando. xij. q. ij. dæmon. Comburens autem ecclesiam quindecim annis pœniteat, & eam restituat. xvij. quæstio. iiij. §. si quis. & in ver. maius. de pœna verò raptoris, siue furis rei ecclesiasticæ, & de pœna furis, & effractoris tam clerici quàm laici, habetur eadẽ quæstione. §. peccata. & c. si quis clericus.

Xxix. est, quòd si parentes frangunt sponsalia filiorum à communione triennio separentur: & similiter filij, si sint in culpa: si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint, excusantur vtique scilicet quo ad pœnam ecclesiæ: sed non quo ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. xxxj. quæstio. ij. si qui parentes. argumen. de pœni. dist. j. si cui.

Xxx. est, quòd qui blasphemauerit publicè Deum, vel aliquem sanctorum: & maximè beatam Virginem, illi debet episcopus hanc pœnitentiam iniungere, scilicet vij. diebus dominicis præ foribus ecclesiæ in manifesto dum missa cantatur, existat, & vltimo illorum dierum dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat: & septem præcedentibus sextis ferijs in pane & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, vel duos, vel saltem vnum reficiat, si potest: & si non potest hæc pœna in aliam commutetur, quòd si renuerit agere, omnia supradicta, interdicatur sibi ecclesia: & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. extra de maled. statuimus. Itẽ blasphemus, si diues fuerit xl. alioquin xxx. vel xx. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorũ vsualis monetæ pœna mulctetur, nullamque misericordiã in hoc habiturus, vt dicitur ibidẽ, scilicet quin soluat v. solidos. quos si nõ habet, currat per ciuitatẽ, vel commutetur in pœnam aliam temporalẽ. Hæc autem pœna soluetur ei, qui condemnat, id est, potestati seculari: hãc enim pœnam temporalem præcepit papa imponi per potestatem temporalem: quòd si neglexerit, per episcopum præcipitur cogi. hæc Host. Habet autem prædicta pœna locum secundum Gofre. cùm quis blasphemat non ex ira, vel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur. ij. quæstio. iij. si quis iratus. §. notandum Secundum verò Hostien. hæc pœna est specialiter inducta contra eos, qui Deum blasphemãt ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deũ, nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quòd æquipararetur dementiæ, & tunc illud quod dicit Gofr. locum posset habere hæc Host.

Quid si quis iuret per caput, vel per vẽtrem, vel per corpus, vel capillum? Respon. Host. quòd si faciat

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc affirmando,vel iurando,non habet locũ hæc pœna secus est si faciat hoc detestando vel vituperando,licet iratus.Item secundũ Goff. & Hosti. hæc quæ dicuntur de pœna temporali,fiunt iudice pro tribunali sedente.In iudicio autẽ animæ presbyter discretus moliendo rigorẽ dispẽsare poterit ex causa circa pœnam spiritualẽ superiorẽ.xxv.q.vj pœnitentibus.hæc Hostien Item blasphemus clericus maximè presbyter,cogatur ad veniam postulandam quòd si noluerit,degradetur.dist.xlvj clericus.

Notandum verò quòd blasphemus secundum leges est decapitandus:vt in auth. vt non luxu. contra natu.circa medium.col vj Secundum verò canonem antiquum clericus erat degradandus, & laicus excommunicandus.xxij.q.j.si quis per capillum.Hodie verò laicus aget pœnitentiam supradictam.s.illius canonis,statuimus.& hoc si publicè blasphemauit.Si enim occultè, non pœnitebit publicè,vt puto.Clericus verò hodie est corrigendus pœna arbitraria & occultainõ illa quæ est publica.Clericus enim publicè non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit vel sæpius hoc cõmiserit,locum habet pœna legis.s vt laicus decapitetur in foro ciuili,& in canonico anathematizetur. i. ecclesiæ ingressus sibi interdicatur,& in morte priuetur ecclesiastica sepultura.Clericus verò degradetur.hæc Host.tit.de maledicis.

Xxxj est de presbytero, qui revelat confessionem, quod de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari. de pœni.dist.vj sacerdos.

Xxxij.est,qꝙ qui in dicendis horis canonicis,& alijs officijs diuinis discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ.vj.mensibus priuatur cõmunione,si hoc accidat ex contemptu. xvij. dist. de his.

Xxxiij.est,quòd episcopus,qui ordinat sine iusta causa clericum inuitum aut reclamantem,vel penitus inuitum absoluẽ suspenditur anno vno. lxxiiij. distin.c j

Xxxiiij est,quòd episcopus,qui correctionem de vẽditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus:presbyter iiij. diaconus iij.subdiaconus & cæteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. j. q. j. quicquid inuisibilis.

Xxxv. est,qꝙ fortilegus.xl.diebus pœniteat.extra de sortilegis.requisisti.

Xxxvj est qꝙ qui videt in astrolabio,pœniteat duobus annis.extra de sorti ex tuarum.

Xxxvij est de stilla sanguinis altaris cadentis super terrã.vel aliquid aliud propter negligentiã presbyteri,debet presbyter pœnitere xl diebus. Si ceciderit super pallio altaris,pœniteat iiij.diebus.de consec. dist ij c si per negligentiam.

Xxxviij est,qꝙ si aliquis euomit eucharistiã propter ebrietatem & voracitatem,si laicus, pœniteat xl. diebus.Si clericus vel monachus, vel presbyter, vel diaconus,pœniteat lxx diebus. Si episcopus, pœniteat xc diebus.Et debent euomita comburi, & iuxta altare collocari.Si verò causa infirmitatis euomuerit vij.diebus pœniteat. de cons. dist ij. si quis propter ebrietatem.

Xxxix est,quando mus comedit, vel comedit corpus Christi,de pœnitentia huius casus inquire, vbi sit notata de cons.dist.ij circa finem.

XL. est, quòd qui domum vel aream voluntariè succendit,sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat extra de iniur.si quis domum. Canon tamẽ dicit,quòd si ex odio,vel iniuria hoc fecerit,excommunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit quòd ignem decætero nõ apponet.Imponitur autem sibi, vt Hierosolymam vel Hispaniam vadat in Dei seruitio anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus vel episcopus hoc relaxauerit,damnũ restituat, & ab officio episcopali per annũ abstineat.xxiij.q.viij. principiam.Hodie autem postquam sunt denuntiati, nõ possunt citra sedem apostolicam absoluti:extra de senten excom.tua nos. Imò tex.loquitur de incendiarijs indistinctè,postquam sunt publicati. Et Bet.hoc idem dicit expressè,& Gra.extra de sen. excom.quicunq;. & Goff.licet Ro.contrarium dicat. Secundum autem leges qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bestijs:si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulã relegatur.ff.de incen.rui.nau.l.fi. Qui verò alibi,vt in villis,vel castris remissis,ibidem ædes positas combusserit.si hoc dolo fecerit, cõburitur. Et hoc intelligendum secundum Hostien si sit humilis.Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, refarciet damnum: vel si minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur; vt ibidem dicitur. l. qui ædes.

Xlj. est,quòd qui dederit vel acceperit cõmunionem ab hæretico,& nescit hoc esse prohibitum ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem sciuit,& neglexit,pœniteat x annis, vel secundũ quosdam vj. vel alias v. Qui verò permittit hæreticũ missam celebrare in ecclesia catholica per ignorantiam iuris,pœniteat xl.diebus. Si pro reuerẽtia eius,per annũ pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ,& pro consuetudine Romanorum proficiatur ab ecclesia sicut hæreticus,si sit impœnitens,alioqui pœniteat x.annis.Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transierit,& alios ad hoc induxerit, pœniteat xij. annis, tribus extra ecclesiam vij inter audientes,duobus extra communionem.& sic vicesimosecundo anno communionem,siue oblationem percipiat.xxiiij quæstio. j.si quis dederit.

Xlij est,quòd patronus, qui res ecclesiæ dilapidat, vno anno pœniteat.xvj.q.vij c.filijs.

Xliij.est,quòd qui domum suam magicis,& incantatoribus lustrat,vel aliud facit,& qui et hoc consuluit.annis v pœniteat.xvj.q.v. qui diuinatores. & c.non liceat.

Xliiij est,quòd qui pacem cum proximo suo non facere iurat,anno vno pœniteat,& ad pacem redeat. xxij.q.iij.qui sacramento.

Xlv. est,quòd pro periurio,adulterio,homicidio, dantur pro pœnitentia regulariter vij.anni, & similiter pro fornicatione:licet non ita aspera pœnitentia iniungatur.xxiij q.j prædicandum.xxxiij.q.j hoc ipsum. & s.sequen.

Xlvj est, quòd qui scienter rebaptizatur. vij annis pœniteat,& feria iiij. & vj. in pane & aqua ieiunando,tres quadragesimas facit. & hoc si fecit pro hæresi introducenda.Si autem pro mundicia, i.pro salute corporis obtinenda,vt extra de apostata.cap.ij tribus annis pœniteat. de cons distinct. iiij.qui bis.& talis qui bis baptizatur,vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ,& cogitur fieri irregularis.distinct.lxxxiiij.dictum est. De pœna autem talium habetur de cons distinct.iij.eos. Cuius capituli sententiam prætermisso gratia breuitatis.

Xlvij. est,quòd qui vxorem aduteram cognoscit antequam pœniteat.iij.annis pœniteat. xxj.q.j si quis secundo.Qui verò cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam,pœniteat ij.annis. ea q.si quis primo.Quomodo verò pœnitentia iniungẽda sit mulieri, partũ alterius supponenti,vel etiam de non suo viro competenti, habetur extra de pœni.& re.officij

Ad regu

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo, potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias, pro diuersis criminibus secundum canones imponendas:& ex causa consideratis circunstantijs, vt dictum est suprà,moderari poterit eas.Et licet ab ipso omnes circunstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & precipuè vtrum sit persona obnoxia alicui,aliquo vinculo seruitutis Nam circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat: per quam illis quibus sunt adstrictæ præiudicium statim maximè circa coniugatos: vnde si seruus sit,& timore peccauerit,obediens domino suo in atrocioribus,est mitius puniendus.xxij. qõ. v.qui compulsus, obedire tamen non tenebatur in talibus.xj qõ.iij.si dominus. Si autem voluntariè peccauerit corpore punietur, etiam acrius quã alius xxiiij qõ j.qui contra pacem. Nec est seruo iniungenda peregrinatio,per quam dominus eius, qui non est in culpa,illius seruitio defraudetur.extra de senten excom.relatum. Si verò liber sit,tota pœnitentia canonis,si potest facere,debet imponi. xvj q j. sacerdotes pœnitentiam.Sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerandum etiam erit vtrum sit persona noua in fide: quia nouis in fide minor debet etiam pœnitentia imponi.extra de pœ.& re.Deus qui. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circunstantiæ:de quibus ad præsens supersedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem,quòd in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ ij.iij.& vj.distin.lxx). presbyter. de conse.dist.iij.ieiunia. Aliqui tamen vt dicit Roma.pro ij.feria ponunt sabbatum.

Insuper notandum est,qꝙ si pœnitentia in pane & aqua imponatur,non habenti panem,potest loco panis leguminibus & piscibus vesci:& etiam alijs,si necessitas illud requirat, extra de pœ. & re.licet. in text.& glos alias non licet.

Notandum etiam secundum Ioan si pœnitẽtia sit imposita à canone,liberatur quis à ieiunio dando denarium vel legendo psalterium propria authoritate. Innocen. verò dicit quòd ieiunia necessaria, vt quatuor temporum,et huiusmodi non possunt redimi nisi subsit rationabilis causa.voluntaria verò redimi possunt,etiam sine authoritate superioris.

Ad hoc etiam nota, quòd vbi imponitur pœnitentia aliquot annorum siue quadragesimarum,nec additur quomodo quis debet pœnitere,hoc relinquitur arbitrio presbyteri,cum pœnitentiæ sint arbitrariæ: vt dictum est supra. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam secundum canones.50. distin.de his clericis extra de homi.cap.ij.& in multis alijs iuribus.Et sic intelligitur illud.extra de accu.accusasti.& de spon. di lectus. & similia.

Expliciunt Canones pœnitentiales.

CANONES SANCTORUM Apostolorum per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatum episcopum, in vnum congesti.

i. Episcopus à duobus aut tribus episcopis ordinator.

ii. Presbyter ab vno episcopo ordinator,item diaconus,& reliqui clerici.

iii. Si quis episcopus aut presbyter præter ordinationem domini,quam de sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel,aut lac, aut pro vino siceram aut confectã quædã,aut aues,aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit: vt qui cõtra ordinationem domini faciat, deponitur: excepto nouo frumento,& vua,opportuno tempore. Præterea licitum non esto aliud quidpiam admouere ad altare,quam oleum in candelabrum,& incensum oblationis tempore.

iiij. Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo, & presbyteris domum mittuntur, non super altare,manifestum est autem quòd episcopus & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

v. Episcopus,aut presbyter,aut diaconus,vxorem suam prætextu religionis non abijcito: si abijcit, segregator à communione.si perseuerat,deponitor.

vj. Episcopus,aut presbyter,aut diaconus, seculares curas non suscipito;alioqui deponitor.

vij. Si quis episcopus aut presbyter,aut diaconus sanctũ diem Pachæ ante verum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit,deponitor.

viij. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex sacerdotali consortio, oblatione facta non communicauerit, causam dicito. Et si bona ratione subnixa sit, veniam prometetor. Sin minus dixerit,à cõmunione excluditor,tanquam qui populo author offensionis fuerit,mota contra eum suspicione,qui obtulit.

ix. Quicunq; fideles ecclesiam ingrediuntur,& scripturas audiunt,neque apud preces,& sanctam cõmunionem permanent; eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.

x. Si quis cum excommunicato,licet in domo,preces cõiunxerit,iste communione priuator.

xj. Si quis cum depositio clerico,vt cum clerico, preces coniunxerit.deponitor & ipse.

xij. Si quis clericus, aut laicus à communione segregatus,seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem,sine commendatitijs literis receptus fuerit, à communione excluditor tam qui recepit,quàm qui receptus est. Si excommunicatus fuerit,in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

xiij. Episcopo,qui parochiam suã dereliquerit , alteri insilire nefas esto,licet à pluribus ad hoc compellatur: nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere vi adigat, nempe quòd plus lucri & vtilitatis his,qui illic cõstituti sint, verbo pietatis conferre possit,neque hoc tamen à seipso,sed multorum episcoporum iudicio,& exhortatione maxima.

xiiij. Si quis presbyter,aut diaconus,aut quicunq; tandem de clericorum consortio,relicta parochia sua,in aliam concesserit,& omnino transmigratione facta præter voluntatẽ sui episcopi in alia parochia morari traxerit,hunc iubemus,ne porrò in ministerio publico sit ecclesiæ, maximè à accersente ipsum episcopo eius,redire contemnat,peruerso illic ordine perseuerans, vt laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.

xv. Quod si episcopus,ad quem accesserint,pro nihilo reputata vacationis à ministerio ecclesiastico pœna, quæ contra eos definita est,ipsos,vt clericos susceperit,à communione excluditor, vt peruersi ordinis magister.

xvj. Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit,is episcopus, aut presbyter, aut diaconus,aut deniq; in consortio sacerdotali esse non potest.

xvij. Qui viduam duxit,aut diuortio separatam à viro,aut meretricem,aut ancillam,aut aliquam,quæ publi-

Universidad de Deusto Biblioteca

cis mãcipata sit spectaculis, episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

xviij. Qui duas sorores duxit aut consobrinam, clericus esse non potest.

xix Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

xx Si quis humana violentia eunuchus factus est, aut in persecutione amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.

xxj Qui sibi virilia amputauit, clericus non efficitor. sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

xxij. Si quis, cùm clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor. homicida etenim suijpsius est.

xxiij. Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eijcitor. puta, quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

xxiiij. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehensus, deponitor, non tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam nõ exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui clerici subduntor.

xxv. Ex his, qui celibes in clerum peruenerunt, iubemus vt lectores tantùm & cantores (si velint) nuptias contrahant.

xxvj. Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriã inferentes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imò verò contrà, cùm ipse percuteretur, non repercutiebat, cùm lacesseretur conuicijs, non regerebat conuicium; cùm pateretur, non comminabatur.

xxvij. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iustè depositus, attingere ministerium, quod aliquando tractauerat, præsumpserit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.

xxviij. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit: deponitor tam ipse, quàm qui eum ordinauit, & omnino à communione abscinditor, quemadmodum Simõ magus à me Petro.

xxix. Si quis episcopus secularium magistratuum familiaritate vsus, per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor. segregantor quoque à communione, quicunque cum ipso communionem habent.

xxx. Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopum, seorsim conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum in pietate ac iustitia condemnarit, deponitor, quasi qui principatum ambiat. tyrannus enim est. Consimiliter & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici verò à communione segregantor. Atque hæc post vnam, & item alteram, ac tertiã episcopi exhortationem fiunto.

xxxj. Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum à communione exclusus sit: hunc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quàm ab eo, qui ipsum à communione exclusit: nisi fortè fortuna episcopus, qui ipsum à communione segregauit, defunctus sit.

xxxij. Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitijs suscipitor literis: & si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vacantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntor. sin minus, vbi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipsos cõsuetudinem non admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.

xxxiij. Cuiusq; gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereq; ipsum quodammodo pro capite, neque sine vllius voluntate quicquam agere insolitum. illa autem sola quenque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neq; ille citra omnium voluntatẽ aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per dominum, in sancto spiritu.

xxxiiij. Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi non subiectis, ordinationes facere nõ præsumito. Si verò præter voluntatem eorum, quã ciuitates illas aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit, deponitor tam ipse, quàm etiã ij quos ordinauit.

xxxv. Si quis ordinatus episcopus ministerium, & curam populi sibi commissam non susceperit, hic à communione seiunctus esto tandiu, donec susceperit (obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus.) Si verò non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit: maneto ipse quidem episcopus, clerus verò eius ciuitatis à communione segregator, eo quòd tam inobedientem populum non corripuerint.

xxxvj. Bis in anno episcoporum celebrator synodus, ad pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocantor, neque non in ecclesijs incidentes contradictiones dirimunto: semel quidem quarta feria Pentecostes, secundo duodecima * Hyperberetei.

* Hyperbereteus apud Asiæ populos et Macedones. October Græcè dictus.

xxxvij. Omnium rerum ecclesiasticarum curã episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto, quidpiam ex ijs sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quòd si pauperes illi sint, vt pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ venundato.

xxxviij. Presbyteri & diaconi absque voluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

xxxix. Manifestæ sunto priuatæ res episcopi (si modò & priuatas habet) manifestæ item sunto dominicæ: vt priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnunquam vxorem & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud Deum pariter & homines, simul ne ecclesia per ignorationem rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiusq; mors implicetur diffamationibus.

xl. Præcipimus vt episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ, fidei eius committendæ sunt, multò vtique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore Dei, summaq; solicitudine per presbyteros ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modò indiget) quæstum ad necessarios suos & hospitio exceptorum fratrum vsus, opus habet, ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quàm cæteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur. quando nec milites nunquam suis annonis arma hostibus inferant.

xlj. Episcopus, aut p̃sbyter, aut diaconus, qui vel aleę, vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.

xlij. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: vel desinito, vel à communione seiungitor. Similiter & laici.

xliij. Episcopus aut p̃sbyter, aut diaconus, qui vsuras à mutuò accipientibus exigit: vel desinito, vel deponitor.

Episco

xliiij. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, duntaxat à communione suspenditor. Si verò etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

xlv. Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio inter Christum & Belial? aut quæ particula fideli cum infideli?

xlvj. Episcopus, aut presbyter si eum, qui verum baptisma habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit: deponitor, vt qui crucem et mortem domini derideat. Neque discernat veros sacerdotes, à sacerdotibus impostoribus.

xlvij. Si quis laicus, cum suam à se vxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, à communione segregator.

xlviij. Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem & Filium, & Spiritumsanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor.

xlix. Si quis episcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones, sed vnam duntaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus. In mortem meam baptizate: sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti.

l. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali consortio, nuptijs, et carnibus, & vino abstinuerit, non propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationem: oblitus, quòd omnia pulcra valde, & quòd masculum & fœminam Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei vocat ad calumniam: aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reijcitor. Consimiliter & laicus.

lj. Si quis episcopus, aut presbyter eum, qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reijcit: deponitor, eo quod Christum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in cælo.

lij. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus & vino festiuis diebus non vtatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis: deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis author sit offendiculi.

liij. Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor. excepto tamen eo, qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.

liiij. Si quis clericus episcopum contumelia affecerit, deponitor. principi enim populi tui non maledices.

lv. Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum, à communione segregator.

lvj. Si quis mancum: aut mutum, surdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitiosus incessus est, subsannauerit, communione priuator. Consimiliter & laicus.

lvij. Episcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à communione segregator. Si verò in ea socordia perseuerauerit, deponitor.

lviij. Si quis episcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit, à communione reijcitor. sin perseuerat, deponitor, vt qui fratrem suum necauerit.

lix. Si quis falso inscriptos impiorum libros tanquam sacros in ecclesia ad populi, et cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

lx. Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

lxj. Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, si quidem nomen Christi, ab ecclesia reijcitor. si verò nomen clerici, deponitor. pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.

lxij. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ eius, aut à bestijs abreptum, aut suffocatum, deponitor. hoc enim lex prohibuit. Sin verò laicus fuerit à communione excluditor.

lxiij. Si quis clericus, aut laicus, synagogam Iudæorum, aut hæreticorum, conuenticulum ingressus fuerit, vt preces cum illis cõiungat, deponitor, & à communione secluditor.

lxiiij. Si quis clericus in concertatione aliquem pulsauerit: & vno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Sin verò laicus sit, arcetor à communione.

lxv. Si quis dominicum diem, aut sabbatum, vno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. sin laicus, è communione eijcitor.

lxvj. Si quis virginem sibi non desponsatam, admota vi detinet, à communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliã ducere, sed eam detineto, quam solicitauit, quamuis paupercula sit.

lxvij. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tam ipse, quàm qui ipsum ordinauit: nisi fortè constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati sunt, hi neque fideles, neque clerici esse possunt.

lxviij. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor sacram quadragesimã Paschæ, aut quartam feriam, aut parasceuem non ieiunauerit, deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus sit, communione priuator.

lxix. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus aut omnino quicunque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis susceperit, deponitor. si laicus, à communione segregator.

lxx. Si quis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut in synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.

lxxj. Si quis clericus, aut laicus ceram aut oleum, ex sancta surripiat ecclesia, à communione seiungitor.

lxxij. Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut velamen, linteumve, nemo amplius in suos vsus assumito: iniquum enim est. Cæterùm si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator.

lxxiij. Episcopum de aliquo, per fide dignos accusatum homines ab episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusve fuerit, censura irrogator ecclesiastica. Si verò vocatus non obtemperauerit, secunda quoque vice vocator, missis duobus ad ipsum episcopis. Quòd si per contumaciam ne sic quidem comparuerit, synodus suam, contra ipsum pronunciato sententiam, ne quid tergiuersando detrectandoque iudicium lucrifacere videatur.

lxxiiij. Indictionem testimonij contra episcopum, hæreticus non admittitor: sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum aut trium testium consistet omne dictum.

lxxv. Item nõ oportet episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neque enim ecclesiam Dei conferre debet in hæredes. Enimuero si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipse autem excommunicatione percellitor.

Si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lxxvj. Si quis oculo defectus, aut obtuso erute existat, & dignus sit, episcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

lxxvij. Qui verò mutus surdusve, & cæcus est, episcopus non efficitor, non quia oblæso corpore est, sed ne ecclesiastica impediantur munia.

lxxviij. Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus verò recipitor: & si dignus fuerit, clericus efficitor.

lxxix. Qui ex vita gentili, aduenerit, & baptizatus est, aut ex conuersatione praua, eum iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est eum, qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

lxxx. Dicimus, quòd non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationibus immittere, sed vacare, & commodum se exhibere vsibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum dominicum.

lxxxj. Serui in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando verò seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manusque emiserint, & domo sua ablegauerint, efficitor.

lxxxij. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul vtrunque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

lxxxiij. Quisquis Imperatorem aut magistratum contumelia affecerit, supplicium luito. & quidem si clericus sit, deponitor. si laicus, à communione remouetor.

lxxxiiij. Sunto omnibus vobis, clericis simul & laicis, venerandi ac sacri libri, veteris quidem testamenti, Moysis quinque, Geneseis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regum quatuor, Derelictorum ex libro dierum, duo. Hester vnus. De Machabæorum gestis tres, Iob vnus. Psalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, vnus Esaiæ, Hieremiæ vnus, Ezechiel vnus, Daniel vnus. Inquiritor autem à vobis extrinsecus, vt adolescentes vestri addiscant. item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra verò, hoc est noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quatuordecim: Petri epistolæ duæ. Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna. Clementis epistolæ duæ & præceptiones, quæ vobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum.
Gregorio Haloandro
interprete.

Regestum.

aa bb cc dd ee ff gg. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR *. Omnes sunt quaterni, præter gg QQ & RR, qui duerni sunt, & * quinternione.

LVGDVNI,
Excudebat Ioannes Ausultus.

SVMMARIVM, seu Flosculus totius Decreti.

QVoniam inter cætera, quę vtilia sunt præuidi Legistis & Canonistis, qui, præter temporis breuitatē seu libri, pli citatem, vel penuriam studere in Decretis nequeunt, hoc opus fore vtile. Et quia quæ quis bene scit, ita memoriæ commendare non potest, quin obliuioni tradatur: ideo ego Ioannes diaconus Hispanus, professor iuris canonici & ciuilis, ad summariam totius libri, quàm breuissimè potui, Deo iuuante, collegi: quæ flos Decreti meritò dici potest. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum, & legum tam de text. quàm de notatis, vt mihi memoriæ occurrebant inserendas decreui. Summaque totius libri hæc est: quia per partes diuisus est. Et prima pars est diuisa in ca. & distinctiones: modos quarum, seu intentionem sigillatim & summariè in hoc opere declarabo. Secūda pars est diuisa in xxvj. causas quarum quælibet habet sub se certas & cōnumeratas species, quarū omnium solutiones & sententiæ in hoc opere breuiter patefiunt. In hac secunda parte in xxxvj. causas, & quo modo inter ipsas causas inseritur tractatus de pœnitentia, qui à quibusdam, tertia pars ipsius libri dicitur, quod nō placet: quia in vij. distin. est diuisus, quarum mens in hoc opere breuiter claret & aperte. Tertia & vltima pars est de cōsecratione diuisa in v. dist. quarū mens hic summariè prælibatur. Sumant itaque domini mei Legistæ & Decretistæ hoc donū sui amici, quod quamuis exiguum, commendandum tamen ab eis, si memores erunt illius dicti, quod Philosophus ait: Exiguū munus cùm dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponunt hic versus Centum distin. & vna causæ sunt triadena & sex. Pœna tenet septem, de consecratio quoque quinque.

Distinctio prima.

HVmanū genus duob⁹ modis regitur, &c. Tractatur⁹ in hoc libro magister Gratianus de iure canonico, incipiēs quasdam iuris diuisiones præmittit vsq; ad quartam distinct. In primis, prima quæstio cum authoritatibus sequentibus ponit, & probat differentiam quæ est inter ius diuinum & humanum, seu legem diuinam & humanam, quæ est vsque ad j. distinct.

Prima distinctio ponit differentiam inter ius scriptum & non scriptum: & docet certas exceptiones iuris primò quot modis sumitur, vel accipitur apud Canonistas.

Secunda distinct. ponit, & probat differentias inter leges & plebiscita seu consulta. & de omnibus habetur melius ff. de iust. & iur. & de legi. & constitu. & seq. per totum.

Tertia distinct. docet diffinitiones canonum & differētias eorum.

Quarta distinctio, ponit & docet causam, quare factæ sunt leges & canones: & qualiter fieri, & promulgari debeant. & quod de eis, vel in eis promulgari debeat. de hoc not. C. de legitimis, per totum.

Quinta distinct. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale & ciuile, & cætera iura.

Sexta distinctio, quærit vagando extra materiam aliquantulum, & exponit superfluitatem naturæ, quæ accidit homini in somnis, an ad peccatum imputetur.

Septima distinc. ponit, qui fuerunt authores iuris, & qualiter incepit ius. & hoc melius ff. de orig. iur. C. de vet. iur. enuc. per totū.

Octaua distin. ponit differentiam inter ius naturale & consuetudinem, & qualiter consuetudo cedit iuri naturali, & quòd ius naturale vincit alia iura. & de hoc, extra de consuetu. per totum. ff. de legi. & cōsti. l. de quibus. & leg. sequentibus.

Nona distinct. probat, quòd quælibet consuetudines debent cedere iuri naturali, & quòd ius naturale præiudicat humano.

Decima distinctione probatur cō suetudines principum, seu leges Canonibus nō præponi. vbi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia sunt dignæ. de hoc de secun. nupt. cap. fina. & de operis noui nun cap. j. C. de sacrosanc. eccle. priuilegia.

Vndecima distinctione probatur, quod consuetudo quæ non obuiat legibus vel canonibus, seruanda est. & quòd consuetudo prava cedit legi.

Duodecima distinctio ponit, quòd non licet nouitatem inducere, & alterius quam Romanæ ecclesię consuetudinem seruari. & quæ consuetudo sit seruanda.

Decimatertia distinct. ponit, quòd aduersus ius naturale nulla admittitur dispensatio, nisi fortè duo mala vrgeant: & necessarium sit alterum eligi.

Decimaquarta distinctio quærit & soluit vtrum liceat nobis minora peccata committere, vt alijs grauiora vitent. & dicit quòd non. de hoc xxij. quæstio. j. ne quis arbitretur.

Decimaquinta distin. ponit originem, & authoritatem ecclesiasticarum cōstitutionum: & quæ opuscula sunt admittenda.

Decimasexta distinct. ponit, quòd canones apostolorum sunt recipiendi, & non inter apocrypha numerandi, & generalia cōcilia: & quorum tempore celebrata sunt: & quorum authoritas præemineat.

Decimaseptima distinctio ponit, ꝙ generalia concilia non sunt congreganda, nec habent vim nisi authoritate apostolicę sedis.

Decimaoctaua distinct. tractat de conciliis archiepiscoporum, in quibus tractabantur causæ antiquitus vt hic docetur, & cæterorum prælatorum, maximè episcoporum. & quo tempore celebranda sunt, & quantam vim habeant.

Decimanona distinctio. docet & probat, quòd ecclesiasticæ epistolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ sunt.

Vigesima distinctione probatur, quòd decretis Romanorum pōtificum & sacris canonibus conciliorum ecclesiæ negotia terminantur. in quibus terminādis potestas & scientia necessaria est, & inquantum præeminent decreta & canones expositionibus aliorum, qui sacram paginā glossarunt. & sic an dicta expositorum sacræ paginæ præferantur constitutionibus papalibus.

Vigesimaprima distinct. probat, qui sunt executores ministri canonū à maiori, vsq; ad infimū. & differentias ministrorum locorum assignat probans, quòd maior à minori iudicari nō debet & de ecclesiasticis ordinibus, & ipsorum ordine.

Vigesimasecunda distinct. docet, quod inter omnes ecclesias Romana obtinet principatum. & quòd sunt quatuor patriarchales sedes. & de ordinatione maiorum ecclesiarum, & primatu Romanæ ecclesiæ.

Vigesimatertia distinc. probat, & docet qualiter quis minister in ecclesia Dei promoueri & ordinari debeat. incipiens à summo pontifice, vsque ad inferiorem gradum, vel ordinem, qui psalmista appellatur.

Vigesimaquarta & quinta distin. probat, quid ad episcopum, & quid ad vnumquēq; inferiorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertineat: & sic de clericorum ordinatorum examinatione: & quòd qui est episcopus sine crimine debet esse. & ibi incipit regula apostoli missa ad Timotheum sub illo capitulo nunc videndū. & quot modis crimen accipitur. quæ regula apostolica xiij. habet capitula, quę prosequitur vsque ad xlix. distinc. & hic prosequitur primū cap. in §. nunc autem. per singulos circa ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quòd ordinandi in episcopum, vel sacerdotem, debēt esse vnius vxoris viri. & quòd bigamia non tollitur per baptismum. sed peccata delētur, & incipit ibi ij. cap. apostoli. & de eo tractat vsque ad xxv. distin.

Vigesimaseptima distinct. probat quòd nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promouendi non sint, assignās differētiam inter votū simplex & solēne: & q̄ .pmoti ad sacros ordines nec cōtrahere matrimoniū, nec iam contracto vti possunt.

Vigesimaoctaua distinct. probat, quòd clericis habere vxorem non licet in ecclesia occidentali. addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat: & in qua ætate, & in quibus ordinibus promouendi sunt: & vtrum laicus in episcopum promoueri possit in c. de sua. & quod laici de clericis etiam malis iudicare non debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula quòd excausa, ioco & tempore consecrandi sunt canones: per hoc intendens inducere ad concordiā multa capitula, quæ in tribus præmissis proxima distinc. discordare videbātur. quorū quidam dicebant, quòd clerico licet habere vxorem, quidam à contrario asserebant.

Trigesima distin. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima distin. quòd ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinct. probat, & ponit exempla in termi..is, qualiter clerici cōtinere debēt, & in fine concludit, quòd ab omnibus est seruanda continentia, præterquam ab orientalibus. & dicit quòd continentia clericorum cœpit ex tempore, et ponit de causa continentia. ponēs de superstitionibus quorundam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinc. probat reprobando incontinentiam, & quòd à clerico incontinenti nō sunt audienda diuina officia, postea probat contrarium, & illud tenet. Item probatur, quòd laicus vxoratus potest ex dispēsatione habere beneficium, & de cohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia distinct. probat, quòd non solum illi, qui duas vxores habent promouēdi non sunt: sed & ille, qui vnam vxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, vel vxorem tantum meretricem ad sacros ordines promouēdus nō est, vel illi qui morbo epileptico, vel dæmoniaco furore, vel simili, quādoq; laborant: seruata dist. ibidem posita in notatis.

Trigesimaquarta dist. ponit, quòd oportet episcopū vitare nimiā familiaritatē domesticarū personarum, & quòd non licet venari, & iterum reuertitur, quòd non licet clerico habere concubinam vel vxorem meretricē, etsi laico licet habere concubinam, id est, vxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinct. probat, quòd ordinādum in episcopum oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non vinolentum. & hoc infra distinct. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta dist. probat, quòd oportet episcopum prudentem esse, non solum literarum peritia, sed etiam secularium negotiorum dispensatione. & hoc vltimum melius tractat in xxxix. distinctione.

Trigesima septima distin. quærit, & ponit quòd secularibus literis oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere. & respondetur sic, dummodo non ad voluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis & clericis.

Trigesimaoctaua dist. probatur, quòd literis debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & vltimò reprobat ignorantiam ponens, quòd voluntaria ignorātia omnibus est noxia, & si nesciat loqui bene Latinum, non propterea est reprehendendus à scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distin. probat, q̄ scholaribus et sacerdotibus necessaria est notitia secularium negotiorum & peritia, & quod nimis. simplicitas repellit à promotione: & sunt ibi multa bona capitula ad probandū quod bona est scientia.

Quadragesima distinct. probat, q̄ oportet ēm ornatum esse moribus & virtutibus: & quòd non locus homiem, sed homo locū sanctificat excepta apostolica sede. et ibi incipit v. c. apl̄ice regulæ.

Quadragesimaprima distinc. probat, q̄ oportet episcopum esse ornatum in incessu, et habitu, & cibis. de hoc de vita et honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda distinctio probat, q̄ oportet sacerdotem esse hospitalem, extra de præbend. de monachis, & quòd in hospitalitate non est habenda delectio personarū. Item quòd debet esse pudicus. & ibi sunt vj. cap. apostolicæ regulæ.

Quadragesimatertia distinctio probat, quòd episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda profetat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta distin probat, quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in comessationibus & ebrietatibus, nec in conuiuijs. de hoc extra de vi, & hone à crapula.

Quadragesimaquinta distin. probat, quòd non debet esse episcopus percussor hominum, nō iracibilis, sed patiens. de hoc extra de senten. excommu. vniuersitatis et eodem titulo. in voluntate. nec debet per vim homines ad fidem trahere. de hoc extra de baptis. & eius effe. maiores. vltra medium. & quòd in se disciplinam, & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distinct. probat, quòd litigiosus non debet esse episcopus. & ponit in principio verba, Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem artem putant. & parati ad lites in subiectos tumidè intonant, quod ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd vsurarij vel maledici promouendi non sunt. & est causa quare non debent esse episcopi: ga iales vel sunt adulatores, vel detractores, vel discordiam seminantes. vt extra de cleri. maled. per totum. de excess. præla. per totum.

Quadragesimaseptima distin. probat, quòd cupidus & vsurarius non ordinatur, extra de præb. cum iam dudum. et xlvij. distin. si ne. sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suæ, & sciat suos corrigere quātum in se est, tractat i. hac dist. xlj. & xlij.

Quadragesimaoctaua dist. prohibentur neophyti in episcopos promoueri, & quòd ordinat è ad ordines ascendēdum est. nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in eadem distinctione c. fina.

Quadragesimanona dist. ponit casus & rationes, quare criminosi & vitiosi non debeant in epos promoueri, q̄ in prędicta regula apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant distinctio. ij. aliquando nouimus. quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit c. in quo demonstrat, q̄ cæci, & torto naso magno vel parno promouēdi nō sunt, & qualiter promotus in episcopum vel prę latum viuere debeat ostendit, & sub compendio tractat xiij. cap. apostolicæ regulæ, de quibus præmisit.

Quinquagesima distin. quærit vtrū criminosi post peractam pœnitentiam in proprijs ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascendere valeant. & probatur quòd sic: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem: vt ibi notatur, quæ est super prin. distinctio. & eius distinctiones secundum varias opin. de hoc etiam de temp. ordi. ca. ñ. vltimò tractat, de homicidis & publicè pœnitentibus ad sacros ordines non promouendos: vt extra de bigamis. ca. j. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquagesimaprima dis. probat quòd curiales & ratiōibus obligati iudices & aduocati promouendi non sunt.

Quinquagesimasecunda distinctio tractat de clerico per saltū promoto, qui in ordine suscepto nō ministrat, nisi prius habeat ordinem quem omisit. de hoc tractat extra de clerico. per saltum promoto. per totum.

Quinquagesimatertia distinct. probat, quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesimaquarta distinctio probat, quòd serui & Saracent promouendi non sunt, & Iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesimaquinta distin. probat, quòd corpore vitiati, illiterati, bigami, fortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec solenniter pœnitens bigamus, & cæteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct. probat, quòd ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis sit.

Quinquagesimaseptima distinctio probat, quòd qui baptizatur in ægritudine non ordinatur: quia eius fides non est voluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ secularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diocesani episcopi de hoc plenè de capel. mo. cap. j. & c. sequen.

Quinquagesimanona dist. probat, quòd qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt per ordinationem ad summum sacerdotiū non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probatio & ostensa a xl. distin. §. nunc autem. quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum vel præpositum vel episcopum sint eligendi. de hoc extra de ætа. & qualit. à multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctio probat, quòd laici non sunt in episcopos promouendi vel eligendi, sed per singulos ordines. sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari: & quòd electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest. de hoc extra de elect. cum inter. & ca. cum magistrum. & quòd differentia est inter electionem & postulationem: vt in sequenti §. & visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare. in §. cui.

Sexagesimasecunda dist. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos. quia populus docendus est non sequendus. de hoc plenius de causa possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum. de hoc de electio. quis quis. & capit. sacro. sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporum debet fieri intra tres mēses, in quibus sedes vacauerit, & à maiori parte capituli. de hoc extra de electio. ne pro defectu. Ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ. & de iuramento quod imperator præstat papæ.

Sexagesimaquarta distinctio. probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi cōsecrari de hoc extra de tempo. ordi. & archiepiscopus.

Sexagesimaquinta distinctio probat, quòd præsentibus omnibus cōprouincialibus episcopis, vel se excusantibus debet eps consecrari ab archiepiscopo. de hoc extra de tempo. ordi. si archiepiscopus. & quòd primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem. de offic. ordi. duo. in tex. & in not. & quòd si omnes episcopi defuerint, ius vniuersitatis tradit vnum.

Sexagesimasexta distin. probat, q̄ archiepūs ab omnibus cōprouincialibus epīs, est ordinandus. & quod in consecratione epi ad minus debēt tres episcopi interesse.

Sexagesimaseptima distin. probat quòd cæteri prælati & corepiscopi, & sacerdotes possunt ab vno solo episcopo consecrari vel ordinari, & quòd solus episcopus potest illū honore conferre sed nō solus auferre de hoc extra de transactioni. ca. ij. in principio.

Sexagesimaoctaua distin. probat, quòd illi q̄ sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesijs de hoc titulo de baptismo. capit. j. & de consecratione eccle. cap. j. & ij & quare corepiscopi sunt remoti. & quòd nō sunt episcopi, qui à minus quam à tribus sunt consecrati.

Sexagesimanona dist. probat, q̄ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc extra de sup. neg. præla. ca. j. & de ætate & quali. cū cōtingat. nec ab epo alterius ciuitatis, nec à suo absolutè clericus ordinari debet.

Septuagesima dist. probat, q̄ clericus sine titulo ordinari non debet. & quòd clericus non potest habere nisi vnum titulū. per. c. sanctorum. de quo habetur, extra de elect. dudum. & de ætate & qualitate. eam te.

Septuagesimaprima dist. probatur quòd epūs alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos, cum literis propriis epi. de hoc extra de temp. ordina.

Septuagesimasecunda distinct. probatur, quòd episcopus non debet dare literas dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formā ipsarum literarū. de quibus habetur de cler. pere. per totū. & de cle. nō resi. fraternitati.

Septuagesimatertia distin. probat qualiter literæ formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesimaquarta distinct. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionē beneficiorum extra de electionibus. cum in cunctis. vltra medium. & de ætate & qualitate. cap. quæris.

Septuagesimaquinta distinct. probatur, quòd die dominico debet episcopus consecrari, & intra tres menses. de hoc habetur extra de tempori. ordina. literas. & quòd cæterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quatuor temporum. de quo extra de tempo. ordinan. capitulo tertio.

Septuagesimasexta distin. probat, quare prædicta quatuor tempora sunt ieiunanda: & quibus temporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinct. probat, qualiter clerici sunt per gradus ordinandi. & de interstitijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporum, & de ætate ordinandorum vsque ad episcopum.

Septuagesimaoctaua distinctione docetur, quæ ætate sunt sacerdotes ordinandi. de hoc extra de electio. cum in cunctis. & de ætate & qualitate per totum.

Septuagesimanona distinctio. probatur, quòd electio summi pontificis stenda est à solis Cardinalibus de ele. licet. & vnus de Cardinalibus viuente apostolico de electione non tractet. & per quê gradum quis sit promouendus in Cardinalem, & quæ electio præualeat.

Octuagesima dist. docetur, in quibus locis debeant primates & patriarchæ instituj. & in quibus episcopi. & quòd non multũ debet distare vna sedes episcopalis ab altera. de hoc extra de priuileg. c j. & quo tempore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima distinct. incipit sub epilogo dare etiam quę docuit à xxv. dist. de regula apostolica. & de hoc tractat vsque ad xviij distinc. c. iij. & sub epilogo alio ordine reiterat c. apo. regulæ. & docet quòd ordinandus in episcopum debet esse sine crimine, nec clerici mulieribus cohabitare. & in ipsa docet pro quibus criminibus sint ipsi prælati deponẽdi, & in monasterijs ponendi, & in ipso facto fiãt depositi. de vi. & ho. per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet, q episcopus his qui suis manibus laborare non possunt, prouidere debet. & videtur repetere illa vnius vxoris virum. & de continentia clericorũ, & de incontinentia punienda & de pœnitentia & dispen. quæ cum eis fieri potest. & de fornicationis peccato, seu alijs criminibus. de hoc extra de iudi. at si.

Octuagesimatertia distin. docetur, quòd prælatus non solum immunis à peccato esse debet: sed etiã peccatis aliorum consentire nõ debet, quia error cui non resistitur approbatur. de hoc extra de homi. sicut dignum, & nihil miserius tali prælato.

Octuagesimaquarta distinc. docetur, q debet esse vigilans circa defensionem pauperum, releuationem oppressorũ, & curationẽ monasteriorum, & iterũ de mũditia castitatis quæ debet esse in clericis.

Octuagesimaquinta dist. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni, iure prohibentur ordinari. extra de præbendis. cum iam dudum.

Octuagesimasexta dist. probatur, q epm oportet esse doctorem vsciat corrigere subditos, & q doctrina sua debet præferre sacram scripturã non literas seculares. Item liberalem patientibus necessitatem, non tamen histrionibus. Item non percussorẽ, non venatorem, clementem & cõpati calamitatibus, non credere facilè, operibꝰ illicitis nõ instare, nõ turpis lucri cupidus sit, subueniat viduis, pupillis, & oppressis, nec ad vindictã facilis.

Octuagesimaseptima dist. probatur q viduis, orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidium, & pupillis.

Octuagesimaoctaua distin. probatur, q cũsti cupiditatis causa negotiatores esse non debent: sed pietatis causa curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler. vel mo. c. j de vita & honestate clericorum. c. ij.

Octuagesimanona dist. probat, q ideo oportet episcopum esse domui suæ bene præpositũ vt sciat in dispensatione rerum ecclesiæ regulam esse obseruandã. q singula officia singulis personis cõmittat: & q œconomum, vel vicedominum habere debet. & q propinquis, vel fauore sibi coniunctis non committat ecclesiastica officia: sed sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist. probatur, quare religiosus ordinãdus est, & qualiter litigiosi corripiẽdi sunt & nõ ordinandi: & quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima dist. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas: & q etiam si sibi sua beneficia non sufficiant, q possint sibi quærere necessaria artificio suo licito. de hoc extra ne cle. vel mona. c. j.

Nonagesimasecunda dist. probatur, q magis corde q̃ vocibus cantandũ est in ecclesia Dei, & nõ cum organo, vel melodijs vt populum delectet, sed contrarium de consuetudine seruatur. Item quòd episcopi si non recipiũtur à diœcesi sua, possunt in alijs suis parochijs officium presbyteri exercere, & priora officia & beneficia retinere quousque recipiantur. extra de elect. cum in cunctis.

Nonagesimatertia distin. probatur, quòd obedientiam inferiores maioribus debent: & quòd nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. Item omnes episcopi qui sunt propinqui ei, debent eam semel in anno visitare per se: cæteri vero per nuncios. extra de iureiuran. ego N. reliqui minores in ecclesia semper debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris teneat, vel tenuerit. extra de maio. & obedien. capitulo secundo, & capitulo statuimus. & quãta differentia sit inter presbyteros & diacones. & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinctio probatur, quòd maior in officio potest committere minori vices suas, ita quòd legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi: & quam potestatem habet archidiaconus super presbyteros parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio probatur, quòd etiam præsentibus episcopis possunt presbyteri quamuis ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus: & qualiter ipsi episcopi debeant à suis clericis reuereri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede: sed in domo sunt eius socij: & presbyteri chrismate possunt vngere infirmos.

Nonagesimasexta distinctio. probatur, quòd laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, vel iudicandi de rebus ecclesiarum: & qualiter sacerdotium, & imperia sint distincta ab ipso Deo. de hoc extra de iudic. nouit. de maio. & obedien. solitæ. & de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quòd precibus ecclesiæ Imperator & cæteri principes possunt in præsumptores animaduertere, & ecclesiam iuuare. de hoc in capitulo primo, de officio ordi.

Nonagesimaoctaua distinctione ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi, ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio v. episcoporũ recipiendi non sunt. de hoc extra de cler. pereg. per totum.

Nonagesimanona distinct. docet iterũ, & plenius de primatibus & potestate eorum, qualiter solo nomine differunt à patriarchis, & maiores sint episcopis. de hoc extra de officio ordinarij. duo. & de diuisione prouinciarum aliquid dicit.

Centesima distinctio tractat de pallio & vsu eius. de quo habetur de electioni. significasti. & cap. quod sicut. & de transla. capitulo secũdo. de vsu pal. per totum.

Centesimaprima distinctio. probatur, quòd vna prouincia nõ debet diuidi in duas. de hoc extra de præbend. maioribus. nec vna prouincia debet habere duos archiep

archiepiscopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat causas, in quarum prima de simoniaco, & ordinationibus tractat, eo quòd de elec. ecclesiastica. & de ordinibus superius sufficienter monstratum erat.

Causa prima.

Quidã habens filium obtulit eum ditissimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras soluit.

HAec est prima Causa, tractãs de simonia, quòd inter cætera crimina maximum est, & ia sequentibus duabus causis, de criminalibus tractabit simpliciter, præmittens Gratianus has tres causas criminales. Et habet hæc causa vij. quæstio. & incidentia quædam extra simoniam more suo interserens.

In prima quæritur, an sit peccatũ emere spiritualia. Gratianus primò allegat ad probãdum quòd sic, vsque ad §. sed obijcitur. Ibi in contrarium obijcit, & tres facit obiectiones quibus respondet, & responsiones authoritatibus probat. probans quòd ordinationes ab hæreticis factæ, dummodo in forma ecclesiæ tenent. distinguens in §. signo. inter sacramentum necessitatis, & sacramentum dignitatis. & eam prosequitur vsque ad §. ex his. ibi transfert se ad hæreticos, & de eorum sacramẽtis vatic constat, vsque ad §. constar. ibi ad principale propositum redit, & tractat de simonia, vsque ad finẽ quæstionis & de hoc extra de simo. per totum. & de renun. nisi cum pridem. super §. secũdo. Probat etiam qualiter simoniaci remanent in ordinibus suis dispensatiuè, & quidam non. & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptismo, & eius effectu. de hoc extra de baptismo. per totũ. & de eucharistia. de quo, extra de celebra. miss. per totum. Tractat etiam incidenter, quòd non sunt sacramenta in peccatoribus prælatis despicienda, vsque ad §. duo autẽ. de quo, extra de vita & honestate cleri. vestra. deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicũt. & §. obijcitur quòd baptisma & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma ecclesiæ: sed non ad effectum, vel executionem, nisi ignoranter recipiãtur: quia tũc bene, quo ad executionẽ & effectum conferuntur, vsque ad §. constat. A §. constat. vsque ad §. sicut. probatur quòd pro nullo sacramento recipi potest pecunia, nedum pro ordinatione. de quo. extra de simonia: non satis. & eod. titu. cum in ecclesiar. & cùm sit Romana. Postmodũ distinguit inter illos, qui scienter à simoniacis ordinantur: & illos, qui ignoranter: & de pœna, & ignorantia eorum, in cap. statuimus. probans in capitulo ordinationes. quot modis simonia committatur: quia aliud est munus ab obsequio, &c. & in cap. sunt nonnulli. dicens ad finem quæstionis, quòd qui ab ordinando, vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, puniri debet. sicut qui promittit pecuniam ob accusandum, vel ob iudicandũ, vel ob testimonium ferendum, vel non ferendum punitur, quasi simoniam committat: vt j. quæstio. iij. videntes.

Secunda quæstio. quæritur, vtrum pro ingressu monasterij pecunia sit exigenda, vel etiam exacta persoluenda. docetur quòd non, ostendens primò, quòd ecclesia non debet construi, nisi primò dos ei cõstituatur. de hoc extra de eccle. ædi. cap. penulti. Si tamen aliquid sine petitione fuerit oblatum, recipi potest. de hoc, extra de simon. & si quæstiones. in authenti. de sanctiss. episco. §. si quis autem clericos. probat insuper, quòd beneficia ecclesiastica non sunt dãda diuitibus, sed pauperibus, per capitu. cleros. & capit. pastor. qui alias vnde viuat habet, & beneficium ecclesiæ receperit, sacrilegium cõmittit, & iudicium sibi manducat & bibit.

Tertia quæst. quæritur, an ingressum ecclesiæ vel præbendam emere sit simoniacum, docetur quòd si quis nec spirituale, nec spirituali annexum emere licet, nisi in casibus de quibus habetur. extra ne prælati vices suas. querelam. & hic in not. prima, & super cap. ij. Item de pœna talium ementium & vendentium ostendit. docet etiam, quòd si iudex pro iudicando pecuniam receperit, simoniam committit. per cap. vendentes. de hoc, extra de vita & honestate clericorum. cum ab omni. & Innoc. super cap. non solum.

Quarta quæst. quæritur, an paternum crimen filio imputetur, quod eo ignorante constat esse admissum. docetur primò, quòd ignorãtia excusat multis authoritatibus, nisi filij imitentur vitia paterna, vel nisi quantum ad eos peruenit. extra de renun. nisi cum pridem. vltra medium, de vsuris. tua. distinguens in §. notandum. inter ignorantiam iu

Causa secunda.

Quæritur, Quidam episcopus de lapsu carnis à laico impetitur: Duo monachi, vnus, &c.

ISta causa habet viij quæstiones. In prima quæstio. tractatur, qualiter circa iudicia, & causas in occultis. & qualiter in notorijs sit procedendum.

Secunda quæstio. tractatur, quòd spoliatus ante restitutionem suis spoliatoribus respondere non cogitur. de hoc, extra de ordine cognitio.

Tertia quæstio. tractatur, qua pœna feriendi sunt calumniatores. & de abolitionibus. de hoc, extra de accusatio. super his. & de collusione.

Quarta quæstio. tractatur, quot testes in qualibet causa sufficiant. de hoc melius de testi. per totũ titu. & præsertim in ca. licet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinta quæstio.tractatur de purgatione canonica & vulgari. de hoc melius,extra de purgatione canonica & vulgari.

Sexta quæstio.tractatur, qualiter & quando sit appellandum.de hoc,extra de appellationibus. & C.& ff.& in authentica.

Septima quæstio.probatur, quòd laici contra clericos,in accusatione regulariter audiendi non sunt, nec inferior clericus contra maiorē.de hoc,extra de hære. excommunicamus. de testi. decætero. & de accusa c j.

Octaua quæstio.ponitur,qualiter accusans se debet subscribere, & libellum formare. de hoc, extra de procur.cap.tuæ.

Causa Tertia.

Quidā episcopus de propria sede deiectus est,petit restitui: post restitutionem,&c.

HAec est tertia Causa,in qua tractat in sui principio de restitu.spol.& habet x.quæstiones.

In prima quæritur,an restituio sit danda omnibus spoliatis, probatur quòd spoliati restituendi sunt ante ingressum causæ principalis.de hoc, extra de restitutione spoliz.per totum.

Secunda quæstio.tractatur,de inducijs,quæ debent dari ipsis restitutis, antequam ad iudicium reuocentur.& dic breuiter hodie quòd sunt arbitrariæ.docetur in fine,quòd cū agitur cōtra prælatum dē dilapidatione,interim debet more tutorum, vel curatorum ab officio suspendi.de hoc,extra de offic.deleg. venerabili. & de simo.licet Hel.

Tertia quæstio.probatur,quòd induciæ sunt dandæ,postquam ad iudicium sunt vocati.

Quarta quæstio.probatur, q infames & non legitimē cōuicti ad accusationē admitti nō debent. & generaliter qui admittendi non sint ad accusationem.

Quinta quæstio.tractatur,quòd testes de domo actorum producendi non sunt.& etiam de suspectis iudicibus tractat, & de testibus.& qui à testimonio &. accusatione repellantur.de hoc, extra de accusa.c.j.& de testib. cap fina.

Sexta quæstio. phatur,quòd actē debet sequi forum rei.& quòd nemo de prouincia in prouinciā debet in ius vocari sed hæc quæstio plenius examinat, extra de foro competē per totum. & de rapto.c j.& quòd episcopi deponendi non sunt,nisi authoritate papæ.& quòd alij iudices,vel prælati vocati sunt in partem solicitudinis,non in plenitudinem potestatis.

Septima quęstione probatur,quòd criminosi & infames iudices aliorum esse non debent,nec aduocati.& super hoc inducit totum titulum ff.de postula.& C. tamen dum in administratione tolerantur,non potest eorum iudicium declinari.& de hoc plenius de postulatio. C.& ff.& extra de rescrip.licitatus.

Octaua quæstione probatur,quando ad ipsum deponendum,accusatur episcopus,ad minus debent interesse duodecim episcopi cum metropolitano.vt assessores non vt iudices.de hoc,extra de re iudi.cap.non potest.

Nona quæstione docetur,quòd accusatus contra accusatum absentem, vel testis in absentia illius contra quem deponit audiendi non sunt,& qualiter testes,de quibus deponere debēt sunt instruendi.de hoc,extra de testi. capitu.j.

Decima quæstione probatur,quòd testis vel accusator, qui differunt in vno casu,in alio audiendi non sunt, quia præsumuntur calumniosi.de hoc,extra de accusa.cum P.

Vndecima quæstio. phatur,quòd in criminibus reaccusatio non habet locum,nisi in casibus.de hoc melius C.qui accusare non possunt.l.j.& l.neganda.& extra de iudi.at si clerici.

Causa Quarta.

Quidam vir in excommunicatione cōstitutus episcopum accusare disponit,&c.

HAec est quarta Causa,& habet sex quæstiones. In prima quæritur vtrum excommunicatus possit aliquem accusare.& probat quòd non.de hoc, extra de iudi.intelleximus.

Secunda & tertia quæstio.insimul examinantur & tractant.qui & quales,& qua ætate debeāt esse testes.et qualiter examinari debeant.de hoc plenius ff.& C.de test.& extra de testi.per totum.

Quarta quæstio.tractatur,quòd in iudicio quatuor personæ sunt necessariæ Et quòd alius debet esse accusator.& alius testis.Et quòd inscriptio in accusatione præcedere debet,nisi in casibus de quibus,extra de verb signi. forus.& de accusa.super his.

Quinta quæstio tractatur, quòd si accusator ad diem vel terminū sibi assignatum non venerit,potest excommunicari.de hoc vt lite non contesta per totum.de verbo.sig.ex parte.

Sexta quæstione tractatur, q illi qui ab accusatione repelluntur: si suam vel suorum iniuriā prosequuntur,bene admittuntur.de hoc extra de testi.decætero.

Causa Quinta.

Infamia cuiusdam episcopi chartula accusatoris inscribitur,&c.

HAec est quinta Causa,et habet quinque quæstio. In prima quæstio.tractatur,qua pœna feriēdi sunt,qui libellos famosos in occulto contra aliquem scribunt de hoc C.de fal.libel.per totum.

In secunda quęstio.probatur,quòd reus edictis legitimis debet vocari ad causam antequā in eum sententia condemnationis proferatur.de hoc extra de dolo & contu.per totum.& de maio.& obed inter quatuor.ff de iudi.l. ad peremptorium.cum l sequē.

Tertia quæstio.probatur,quòd in criminalibus causis non potest interuenire procurator: & nec ad allegandum causas absentię. de hoc plenius ff.de procur.primum §.publicæ.extra de accusationibus veniens.

Quarta quæstione probatur,quòd episcopus absque synodali audientia,& authoritate apostolica:condemnandus non est. & cum fuerit in synodo debet mitissima relatione verborum factum suum proponere:non indiscretis vocibus pstrepere.quod si fecerit,debet de concilio expelli,vt exeat iurgium cum eo.

Quinta quæstione probatur,quòd non debet aliquis reputari inimicus eo quòd accusat:quia nō omnis qui osculatur,est amicus: & non omnis qui verberat,est inimicus.

Sexta quæstio.docet,qua pœna feriendi sunt accusatores,qui non probant quod intendunt.de hoc tractandū ij quæstio.iij.

Causa Sexta.

Duo fornicatores & infamia notati, quendam religiosum episcopum de simonia,&c.

HAec est sexta causa: & habet quinque quæstiones.

In prima tractat,an infames & criminosi ad accusationem episcopi sunt admittendi: Et respōdet quòd non:nisi forte in exceptis criminibus,puta in simonia vel in crimine læsæ maiestatis, & hæresis.Et ostendit quòd maiores à minoribus accusandi non sunt,nec iudicandi:quia non est discipulus supra magistrum. Et ponit qui sint infames, probans quòd quandoque detractio (licet in se mala sit)à Deo permittitur, ne in superbiam eleuetur quandoque.

Secunda quęstione probatur,quòd non creditur episcopo soli si dicere voluerit aduersarium suum criminosum, vel quòd hoc ei confessus fuerit. de hoc extra de testi.licet. & de offic.ordi si sacerdos.

Tertia quæstione probatur, quòd non licet episcopo accusato ire ad Archiepiscopū alterius prouinciæ, quia non potest eum ligare vel soluere,nisi in casu extra de rap.cap.j.& ibi probatur quæ dicatur prouincia, & quot episcopos debet habere.

Quarta quæstione probatur, quòd si contingat episcopos & Archiepiscopum discordare in iudicio istius episcopi accusati, q archiepiscopus vicinæ prouinciæ cū aliquibus de sua prouincia episcopis euocandus est, vt cum eis quæstio dirimatur, vel si prouincia habet primatem, recurratur ad eum. Quorum quidē sententia tenebit,nisi ad superiorem fuerit appellatum.de hoc extra de re iudi.c.fi.

Quinta quæstione probatur,quòd deficiente accusatore reus non est cogendus ad purgationem, nisi fuerit infamatus: quia accusatore non probante, &c.extra de accu.cum P.& de purg.can. per totum. de simo. de hoc in fi. & cap.sequenti.

Causa Septima.

Quidam episcopus longa ægritudine grauatus, sibi aliū institui rogauit: cuius precibus,&c.

HAec est septima causa,& habet duas quæstiones.

In prima quæstione tractat de clerico ægrotante.In sui principio ponit quòd in ecclesia sua alter assumendus non est quantumcunq; sit tempore infirmus. Imò schismaticus dicitur, qui se ad hoc ingerit vsq; ad §.ecce. Sed eo petēte forsan infirmitate grauato,surrogetur alius ei,vel detur ei coadiutor.& si quid defecit in medio missæ, alius sacerdos, qui debet ei assistere, compleat sacramentum Item. quòd episcopi vel cæteri prælati non debent deserere ecclesias suas, & ire ad alienas. de hoc de cle. ægro. & de cler.non resi.per totum.& de transla.quanto.Item, quòd non debet eis pretium constitui.ponens casus quibus prælato viuente, potest alius substitui. de quo habetur extra de re.nisi cum pridem. & capitu. post translationem.

Secunda quæstio. probatur, quòd episcopus ex quo renuntiauit, & alius substituitus est: postea episcopatum suum recuperare non potest, celebrationem missarum, si causa infirmitatis dimiserit, valetudine recuperata, exequi non prohibemus.

Causa Octaua.

Quidam episcopus agens in extremis,successorem sibi ex testamento instituit, &c.

HAec est octaua Causa: & habet quinque quæsti. Et hæc causa,habuit ortum ab illo cap. quod est supra causa proxima. quæ.j.petisti.vbi fuit concessum cuidam episcopo sibi eligere successorem.

In prima quæstio. probatur, quòd nullus prælatus debet, vel potest sibi eligere successorē: quia ecclesia Dei iure hæreditario possideri non debet. & de hoc vsque ad §.his omnibus.de hoc extra de fil.presby. conquerente. Deinde quædam adiungit ad electionē pertinentia probans, q electus electionem nō debet respuere, & qualiter eligi debeat.de hoc habetur C. de epis. & cle.si quenquam.et de renun. nisi cum pridē. Et hoc propter bonum obedientiæ.qđ magnum est.de quo extra de ma.et obed. c ij. & qui episcopatum desiderat. Inter serit qualis & qualiter eligi debeat,vsq; ad §.cū autem probans etiam. quòd quandoq; eligūtur mali prælati, ꝓpter peccata subditorum:& quā grauiter peccant, qui scientes se insufficientes prælatur. ꝛ assumunt, cum aliorum sedē qui magis digni sunt,nō dubitant occupare.

Secunda quæstio. probatur, quòd eorum patrocinia ōn electione conualescere non debent:sed vita & moribus est præferendus. Et quòd domini electores de eligendo possunt iudicare & examinare, postquā electus fuerit,de eo non possunt iudicare. extra de electio.cum inter.

Tertia quæstione probatur, quòd non est simoniacus,qui post suā electionem pro indemnitate eo electiæ suæ iuramentum præstat. de hoc extra de ele.significasti.

Quarta quæstione probatur, quòd pendente accusatione contra prælatum ante tempus sententiæ non debent subditi ab eo discedere, vel ei non obedire. de hoc extra de accu.olim.

Quinta quęstione probatur,si quis prælatus super aliquo crimine ad sedem Apostolicam fuerit vocatus, non debet à curia discedere sine literis papæ.de hoc extra de iudi.capit.j. & de procura.constitutus.

Causa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus,aliquot clericos alterius Metropolitani ordinauit:quendam capellanum sui suffraganei,&c.

HAec est nona Causa,& habet tres quæstiones.

In prima quæstione probatur, q ordinationes factæ ab excommunicatis, & electiones factæ ab hæreticis non sunt recipiendæ: quia non habent executionem, nisi fuerit cum ordinatis dispensatum. de hoc de ordinab epi.cap.fi.

Secunda quæstione probatur, q nullus episcopus debet clericos alterius diœcesis promouere sine comendatitijs literis proprij episcopi, vel parochianum alicuius recipere ad diuina, vel iudicare. de hoc extra de procura.capitu.ij.& iij.Rata tamen poterit haberi talis ordinatio à proprijs episcopis, vt probat c. Lugdunen. & extra de tempo. ordina.post translationem.

Tertia quæstione probatur, quòd archiepiscopi de subditis suffraganeorum suorum nō iudicent, nisi in casibus. de hoc extra de offic.ordi. ca.pastoralis. quamuis ecclesia Romana de omnibus indifferenter iudicet,& nūquā de ea,nisi Deus:mō cuilibet ecclesiæ potest propter prærogatiuam suæ potestatis de prælato prouidere,et eum remouere similiter, vt in cap.nunc verō. & de hoc extra de procura. constitutus.

Causa Decima.

Quidam laicus Basilicam à se factam, à diœcesana lege segregare quærit. Episcopus ecclesiā cum omni dote sua ad suam dispositionem,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAec est decima Causa, & habet tres qõ In prima quæstione probatur, ꝙ ecclesiæ cum omnibus rebus suis ad Episcopi ordinationem, in cuius territorio sitæ sunt, pertinent, & ecclesiæ oblationes & facultates earum à laicorum dispensationibus prohibentur esse immunes. de hoc extra de sepul. certificari. & de offic. ord. conquerente. de relig. do. de xenodochis. de censi. cum Apostolus. per totum. de consti. ecclesia.

Secunda quæst. probatur, ꝙ quamuis ecclesiæ cum rebus suis sint in dispositionibus episcopi, non tamen habent potestatem dilapidãdi, vel vendẽdi bona ipsius. quod probatur per authenticam hoc ius porrectum, & per alias leges nisi in casibus. Item quare precariæ cõstituuntur, & revocantur. de hoc extra de reecclẽ. non alienan. c. per totum. & alienator tenetur res ipsas ecclesiæ restituere, nihilominus tanquam fur, & latro priuatur. extra de elect. quod sicut.

Tertia quæstione probatur, quid nomine cathedratici debent habere epi de ecclesijs parochialibus & qualiter quartam vel tertiam pro fabrica ecclesiæ reparanda secundum diuersas consuetudines, & de obuentionibus ecclesiarum, & de quibus oblationibus habere debeat, & quòd nullus, debet habere plures ecclesias, nisi propter paupertatẽ, quàm vnam. de hoc extra de his quæ fiunt à minori parte c. de sepult. certificari. de elect. c. dudum. Item imponit modũ secundum quem episcopi debeant parochias visitare. de hoc extra de censi. c. cum Apostolus. de offic. archidiaco. cap iij.

Causa Vndecima.

Clericus aduersus clericũ. quæstionem de prædijs agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere voluit: reus nõ nisi, &c.

HAec est vndecima Causa, in qua tractatur in parte de litigijs, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione examinatur & docetur multis authoritatibus, quòd clericus semper est trahendus coram suo non ciuili iudice, nisi in casibus. de authoritate tamen sui maioris. de hoc extra de foro compet. c. per totum. & maximè in capit. si diligenti. de iudic. at si clerici. ad finem.

Secunda quæstione probatur, ꝙ suspensione dignus est, qui ad ciuilem iudicem clericum trahit. vt in prædicto c. si diligenti.

Tertia quæstione probatur, quòd qui suspensus celebrat irregularis efficitur, & deponi potest. de hoc extra de cleric. ex. mini. c. per totum. & quod ideo publicãda est excommunicatio, quia communicantes minori excommunicatione sunt ligati. de hoc extra de senten. excommuni. cap. per totum, probans qualiter sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est. dicens postmodum contrarium, quòd iniustæ sententiæ parendum nõ est, nisi propter bonum obedientiæ, & ne homines in nos peccent, quia apud nos conscientia bona, apud alios bona fama de nobis necessaria est per cap. inter verba laudantium. & ca. non sunt audiẽdi. & ca. iræ, alias væ qui bonũ & malum dicitis, &c. Imò ille qui malè excommunicat potestate ligandi se priuat. probans qualiter sententia quãdoqꝫ est iniusta ex ordine, quandoque ex causa: quia sine causa nunquam debet quis excõmunicari, vt in authẽtica de san. epis. §. omnibus autem epis. quãdoqꝫ ex ordine. de hoc de senten. excommunicatio. c. sacro. & quatuor sunt quæ peruertunt humana iudicia. & quòd non semper est obediendum maioribus nostris: & qui sunt illi qui non incidunt in excommunicationem propter communionem excommunicatorum. ad finem probat qualiter excõmunicati sunt absoluendi, &c.

Causa Duodecima.

Quidam clerici propria relinquere volunt, de suis & ecclesiæ rebus testamentum conficiunt, de rebus ecclesiæ nonnulla largiuntur, &c.

HAec est duodecima Causa, in qua tractat vtrum clericis liceat habere proprium, & de ecclesiasticarum rerum alienatione, quæ in superiori causa tractauit de litigijs clericorum: & habet quinque quæstiones.

In prima quæstione tractat, & quæritur vtrum liceat clericis secularibus proprium habere. probatur primò, quòd non vsqꝫ ad illud c. ego sum. & §. contra verò. deinde probatur, quòd sic: deinde soluit, postmodũ quærit vbi incidenter, vtrum res ecclesiæ possint diuidi per præbendas, & soluit quòd sic, & nõ probat. imò causa super hoc inducta contrarium innuit. Item est in quadam nota in capit. illi qui. glo. in verbo, hic patet. super capitu. j. ibi, aut. vbi examinatur, vtrũ illi qui de patrimonio possunt viuere, possint sine peccato beneficiũ recipere, & soluit qꝫ sic. sed nõ ad suum vsum, sed ad vsum pauperum, aliàs sibi iudicium manducant. sed consuetudo contrarium seruat: quam papa scit, & dissimulat, non dico tolerat. de hoc extra de rescript. postulasti.

Secunda quæstione quæritur, an res ecclesiæ donata, vel alienata per clericos possit stare apud donatores, vel recipientes. docetur quòd non, nisi cum datur ob redemptionem captiuorum, ob debitum ad elemosynas pauperum: & ob vtilitatem ecclesiæ. vt habetur in princ. q. in notatis in eius summa, & in casibus qui sunt C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus. in authẽticis ibi positis. Itẽ in casu de quo habetur extra de dona. c. j. & tunc sine cõsensu capituli, vt videtur, tenet alienatio bonæ rei dare consultum.

Tertia quæstione quæritur de his, quę quis postquã fuit ordinatus clericus in ecclesia acquisiuit, quæ non habuit ante. respondetur quòd si intuitu ecclesiæ acquisiuit, debent esse ecclesiæ cætera redeant ad hæredes. de hoc extra de testa. cap. j. & capitulo cum in officijs. & de suc. ab intesta. cap. ij.

Quarta quæstione qua quæritur si de suis, & ecclesiæ rebus aliquid acquisiuit clericus, docetur, ꝙ pro rata inter hæredes clerici, & ecclesiam diuidi debent, vt dicto capitulo requisiuisti. & si de pecunia ecclesiæ emit aliquid nomine ecclesiæ, de hoc debet conficere instrumentum. de hoc extra de peculio clericorum. capitu. j. & per totum titulum.

Quinta quæstione docetur, quòd potest clericus condere testamẽtum de his quæ habuit antequã ecclesiam acquisiuit: de his quæ postea intuitu suæ personæ, non autem de his quæ ad ecclesiam pertinent. aliàs tantundem de suo ecclesiæ relinquet.

Causa Decimatertia.

Diœcesani cuiusdam ecclesiæ baptismalis cladibus bellorum pressi hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerũt in aliam diœcesim, &c.

Hæc

HAec est decimatertia Causa, in qua tractatur de decimis, cui ecclesiæ sunt soluendæ: & de iure funerandi, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrum illi, qui transferunt se de vna parochia in aliã, & habent prædia in alia: possint soluere decimas de prædijs in parochia in qua morantur, vel in secunda in qua transluerunt. docetur quòd in parochia vbi sita sunt prædia soluendæ sunt decimæ prædiales: nisi per præscriptionem eas amisit parochia. de hoc de parochia. cap. fina. & per totum. de deci. per totum. & maxime in cap. ad hæc. hoc tamen vltimum quod dicit de præscriptio ne pertinet ad secundam quæstionem.

Secunda quæstione qua quæritur, vtrum isti parochiani qui sic se transtulerũt possint erigere sepultrã in prima, vel in alia ad quam se transtulerunt. probatur ꝙ in prima regulariter, vt extra de sepul. per totum. Item docetur ibi quòd sepultura vendenda non est, vt extra de sepulturis. abolendæ. & inde credo quòd sint extracta illa de decre. Item docetur, infra eodem, pro quibus sit orandum post mortem, qui debeant in ecclesia sepeliri, vel non. & quot modis animæ defunctorum purgantur. & qualiter per triginta dies, vel quadraginta sit pro mortuis vel eorum exequijs celebrandum. & de eorum exequijs qualiter sint celebrandæ. de quibus cauetur extra de celebratione missa. cũ marthę. ad fi. de testa. cap. penul. & quòd eis qui suspendio moriuntur sepultura non est neganda, &c. de hoc septuagesima tertia, quæstione quinta, quid ergo. vt quia Deus non punit bis in idipsum. & infra c. proximo. secunda quæstione vltima.

Causa Decimaquarta.

Clerici cuiusdam ecclesiæ quæstionem de prædijs mouent: testes ex suis fratribus producũt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum, &c.

HAec est quartadecima Causa: & habet sex quæstiones.

In prima quæstione tractat de clericis, an possint petere res proprias.

Secunda quæstione qua quæritur, an clerici possint clericos suæ ecclesiæ in testes producere, docetur quòd sic: quia non est pro clericis, sed pro ecclesia quę mater est pauperum testificari. de hoc extra de testi. cum Mutius.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum sit vsura exigere lucrum de mercibus comparatis de pecunia mutuata. dicitur quòd quicquid vltra sortem accipitur, vsura est. & quodcunqꝫ nomen imponatur ei, est vsura.

Quarta quæstione quæritur, vtrũ liceat clericis, vel laicis vsuras exigere. respondetur quòd non: nisi ab hostibus & paganis secundum quosdam. de hoc extra de vsu. per totum titu. Item emere vilius vt carius vendatur, turpe lucrũ est, & prohibitum est. & de hoc extra ne clerici, vel monachi. c. j.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum de vsuris, & de illicite acquisitis possint fieri eleemosynæ, docetur quòd non. extra de vsu. c. super eo. Item de deci. capi. prohibemus. Item quòd non est auferendum vni iniuste vt alij detur. & ideo prohibitũ est sacerdotibus aduocare per cap. denique. ne per suffragium alterum lædat. de hoc extra in ca. fin. de postul. Nec obstat illud, quòd mandato domini in Aegypto furta commiserunt. & per ca. dicit dominus. per quod tractatur extra de diuor. gaudemus. circa medium, & de eo quòd medicus & aduocatus acquirit, per cap. sane. de hoc infra, cap. proxi. quæstione secunda.

Sexta quæstione qua quæritur, an vsurarij possint iuste pœnitere nisi ablata restituantur. respondetur quòd non, per capi. si res aliena. de hoc extra de fur. per totum titu. & in precedenti quæstio. tetigit de rapina quomodo sit prohibita: & quòd non licet clericis auferre fures quãdo duncuntur ad suspendium, sed possunt rogare ne suspendantur. de hoc de episco. audien. addictos.

Causa Decimaquinta.

Quidam sacerdos crimine carnis lapsus esse perhibetur antequam sacerdotalem benedictionem consequeretur: postquã verò, &c.

HAec est quintadecima Causa, & habet octo quæstiones tractans de incontinentia clericorum, præmittens tractatum de his quæ mente alienata fiunt, & de quibusdam alijs.

In prima quæstione, qua quæritur an quæ mente alienata fiunt sint imputanda. respondet quòd nõ, nisi culpa sua inciderit in furorem, tractans de infirmitate corporis, vel carnis: & bene distinguit inter peccatum voluntarium, & non voluntarium, probans quòd qui in furore, vel in uitus aliquem hominem interfecit, non peccat.

Secunda quæstione qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio, docetur quòd sic. extra de postula. capi. tria. contraria intelliguntur de secularibus.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum mulieri, cum qua crimen commisit, sit credendum. respondetur quòd non: quia confitenti de se, de aliorum criminibus credendum non est. vt extra de cõfes. cap. j. docens in quibus casibus accusatio, vel testimoniũ mulieris possit admitti, & superinducit multas leges.

Quarta quæstione qua quæritur. vtrum liceat episcopo die dominico aliquam causam vtilare, docetur quòd non, tractans ibi de feriis.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum clerico neganti sit indicenda purgatio. docetur quòd non, nisi de illo crimine rem asserit infamatus; vt supra vj. q. de hoc melius. de pur. can. j. per totum. & de simo. de hoc.

Sexta quæstione qua quæritur, vtrum clerici sint ad quæst. ponendi. respondetur quòd non, contra. videtur extra de commo. gravis. & quæst. v. c. villicus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus pontifex potest deponere principes terrarum: sed si iniqui fuerint & inutiles. potest absoluere vasallos à iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. c. fi. & de elect. c. venerabilem. & in consti. noua ad rei memoriam.

Septima quæstione qua quæritur vtrum sine synodali audientia possit presbyter deponi & condemnari. soluit quòd non, quia licet episcopus honorem dare possit, non tamen potest solus auferre. de hoc extra de transl. cap. ij. in princi. & quòd in depositione episcopi xiij. episcopi. in depositione presbyteri vij. in depositione diaconi, tres debent esse per capi. si quis duxandum. & ca. felix. & cap. seq. de hoc extra de re iud. ca. iij. Itẽ quòd in pertractãdis causis alijs debent adesse clerici ipsius epi de iure: licet sit secus hodie de cõsuetudine in quibusdã ecclesijs. extra de diuor. c. ex literis.

Octaua quæstione qua quæritur, vtrum clericus confessus in iure de crimine, quòd ante cõfessio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem perpetrauit, possit in suscepto ordine post penitentiam ministrare. probatur quòd non de rigore iuris, nisi ex dispensatione cum distin. quæ est in notatis super princi. quæst. & qualiter à criminoso possum audire diuina, quod est de coha. cle. vestra. & quòd filij clericorum suscepti de cõcubito secundum quosdam, secundum alios etiam de cõcubina, debent esse serui ecclesiæ illius vnde erat clericus qui eos genuit. & est ibi speciale, vt filij puniantur pro peccato patris.

Causa Decimasexta.

Quidam abbas habebat ecclesiam parochialem. Instituit ibi monachũ, vt officium celebraret populo, possedit eã per quadraginta annos, &c.

HAec est decimasexta Causa, & habet septem quæstiões. In prima quæstione huius causæ probat quòd monachi de licentia sui episcopi possunt regere parochiales ecclesias: & tunc licet eis quæ alijs sacerdotibus. de hoc extra de statu monacho. quod dei. cum similibus.

Item quòd monachi, qui in monasterijs residunt, nõ tenentur soluere decimas de suis prædijs, nisi fiert alij clerici. de hoc extra de decima. cap. primo, & capit. ex parte. & capit. presbyteri.

Item incidenter probatur quòd sicut vnire duos episcopatus in vnum, & diuidere vnũ in duos pertinet ad summum põtificem, sic vnire duas parochias, vel ecclesias pertinet ad epm loci. de hoc extra de religio. do. ca. j. de excess. prælato. sicut vnire. de rec. eccle non alie. capi. primo.

Item quòd sedes epalis non debet esse vbi nunquam fuit, & vbi fuit non debet remoueri, nisi ex causa. Item probatur ibi, quòd decimæ baptismali ecclesiæ sunt soluendæ. de hoc dicitur de deci. cum contingat. & qui contrafaciunt excommunicati sunt: vt probatur in capi. in canonibus. vbi fit illa verba pulcherrima, ferro abscindenda sunt quæ fõmentorum non sentiunt discipli nam. & quòd domini prælati nõ debẽt tantum esse custodes charum: sed quandoque ad facta venire debent. Item quòd episcopi in ipsis decimis non nisi tertiam vel quartam secundum locorũ consuetudinem, percipere debent. probat insuper quàm grave est ipsas decimas & primitias nõ soluere sacerdotibus. In fine probat quòd quicquid habent clerici, pauperum est: & quòd decimas de consensu episcopi possunt licitè monachi possidere. quod intelligitur secundum illud capi. cum apostolica. extra de his quæ fiunt à præla.

Secunda quæstione probatur per capitu. vltis. vbi sunt illa verba quòd Diabolus mille modos nocendi habet. & illa humani moris est illum vereri, &c. & quòd capellis monachorum, quæ eis pleno iure fuerunt datæ ad eos pertinet institutio & destitutio presbyteriali: sverò quæ ad eos pleno iure non pertinẽt, id est, quas ipsi monachi in suis villis fundauerunt præsentatio ad eos, vt patronos. institutio verò ad eos nõ pertinet. sed ad episcopũ loci. hoc idẽ est de pri. cũ & plã tare. & de capel. monacho. ca. j.

Quinta quæstione decimæsextæ causæ, quæ intitulatur ante tertiam, & quartã, probatur quòd si Monachi, vel Clerici cõstruxerunt ecclesias in territorijs, quæ habent in ciuitatibus, vel diœcesibus eporũ aliquorũ, ordinatio illarũ ecclesiarũ in sua diœcesi ad illos episcopos pertinebit: præsentatio verò ad ædificantes, nisi ædificator fuerit episcopus: quia tunc videtur per capi. primum, quòd institutio ad eum pertineat, etiam in aliena diœcesi. quod facit pro episcopo vero in ecclesia de Riuolis.

Tertia quæstione probatur qualiter ecclesia aduersus ecclesiam præscribere possit. hoc idem extra de præscriptio per totum. de parochia. capi. penult. C. de vsufructu. lege corruptione C. de præscriptione triginta vel. xl. annorum, per totum.

Quarta quæstione probatur, quòd ecclesiæ contra monasterium non præscribunt, nisi quadraginta annis, per ius autem quod est C. de sacrosanctis ecclesijs. authentica quas actiones. & per Gregorium de ecclesia ad ecclesiam prorogatũ est, quia antiqui canones, triginta annos de ecclesia ad ecclesiam admittebant: vt supra quæstione proxi. per cap. omner. & extra de præscriptio. sanctorum.

Sexta quæstione probatur quòd ea, quæ de iure debentur ecclesijs, rectores earũ nõ debent sua authoritate vsurpare. qd si fecerint, cadunt à causa. de hoc extra de dolo. cap pri. C. vnde vi. si quis in tantam. probatur post modum quod delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare nõ debet extra de except. cum venerabilis. & ibi est quoddam capi. quod multum facit pro eis, qui habet chartas ab episcopis, vel aliquid de mensa.

Septima quæstione, pbatur, quòd non licet abbatibus, nec alicui de manibus laici decimas recipere: ga laici, nec per se, nec per authoritatẽ epi decimas possidere possunt. de hoc extra de decima. cap. quamuis. & capi. prohibemus. decẽs quòd decimæ & ecclesiæ omnes constitutæ in diœcesi alicuius de iure cõmuni ad dispẽ episcopi diœcesi. pertinent. in cap omnes. & in capi. nullus. denuntiãs excommunicatos minori excommunicatione secundum Hugo. vel excommunicãdos omnes qui de manu laici ab batiam, vel alias dignitates recipiunt: & ipsum laicũ excommunicatum probat. vel excommunicandũ secundum aliã casum. de hoc extra de elec. c. quisquis. de iure patro præterea.

Item probat quòd episcopus non debet habere œconomum laicũ, nec per manus laicorum res ecclesiæ ministrare, quibus obsequendi manet necessitas nõ authoritas imperãdi. extra de constit. ecclesia sanctæ Mariæ. excepto q̃ possunt habere in ecclesia ius patronatus: vt extra de iure pat. per totũ. & qualiter eis cõpetit docet: & in quo patroni teneãtur ipsis ecclesijs docens ad finem quòd sicut licitum est monachis decimas malè detentas de manu recipere laicorũ consensu episcopi: ita & ecclesias recipere possunt: vt extra de his quæ fi. à præla. cõ apostolica. & de offi. lega. c. dilectus.

Causa Decimaseptima.

Quidã clericus infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit ecclesiæ: & beneficio in manu aduocati renunciauit, &c.

HAec est decimaseptima Causa, quæ habet quatuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an reus sit voti, qui dicit se velle fieri monachum: & an liceat ei à proposito cordis discedere. & primò quòd nõ possit multis authoritatibus probatur. postmodum in cõtrariũ allegat. & soluit quòd nequaquã habetur voti reus, extra de vo. c. ij.

Secunda quæstione probat solutionẽ suam, quã fecit in prima, docens quantũ tẽpus sit ad professionẽ dandũ volẽtibꝰ trãsire ad religionem. extra de regu. c. ad apostolicam.

Tertia quæstione probatur, quòd ex quo aliquis semel trãsiuit ad religionem: ex quo tenuit ingressus. non licet redire ad seculum, etiam de licentia abbatis.

Quarta quæstione quæritur, vtrũ si aliquis exit de monasterio sint ei sua reddenda. respõderur q̃ non. de hoc de renun c. iij de cle cõiug. quod à te. inducit incidenter: quia de sacrilegio fecit mentionem, & de eo docet quo modo, & quot modis dicatur sacrilegium, vt infra §. sacrilegiũ. & §. qui autem. & §. sequentibus. & qualiter committatur. & qualiter punitur. extra de sententia excommu. per totum de foro compe. ca. conquestus ostendens per quot passus habet ecclesia immunitatem: & qualiter non sit aliquis, qui ad eam confugerit, nisi in casibus extrahendus. & qualiter sit sacrilegus, qui res ecclesiæ non in casibus licitis alienat. probat etiã quòd abbas cum consensu sui capituli non potest alienare, nisi episcopus loci consentiat.

Causa Decimaoctaua.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea, &c.

HAec est decimaoctaua Causa, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione docetur, quòd quicquid habet abbas: ex quo fuit factus abbas totũ pertinet ad monasteriũ vnde est abbas. & quicquid lucratur postquam est episcopus, totum est de iure episcopatus, ad quem transit. de hoc extra de testamentis cap j.

Secunda quæstione docetur, quòd abbas non per episcopum debet postulari vel eligi, sed per monachos: vt extra de statu mona. capitu. j.

Causa Decimanona.

Duo clerici ad monasteriũ transiuerunt: vterque ab episcopo suo licentiam petijt.

HAec est decimanona Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, si episcopus debeat permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasteriũ ingrediatur. & soluit quòd sic.

Secunda quæstione docetur, quòd etiã inuito episcopo possit clericus monasterium ingredi, & dimittere beneficiũ. de hoc extra de regu. in cap. licet.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum liceat canonico regulari trãsire ad monasterium, probatur quòd non: quod est intelligendum de transeuntibus causa leuitatis. aliàs esset cõtra prædictam decre. licet. & ista seruatur. Item quæritur incidenter, vtrum monachi possint regredi in ecclesias seculares. & docetur quòd non. extra de relig. do. inter quatuor de reb. eccle. non alie. possessione. & ne cle. vel mona. relatum. Item probat ibidem: quòd ex quo aliquis est ingressus monasterium, non potest testari de rebus suis, nisi cũ distinctione illius legis C. de sacrosan. eccle. authen. si qua mulier. & authen. ingressi.

Causa Vigesima.

Duo pueritiæ annos agentes, à parentibus monasterio traditi sunt, vnus inuitus, alter sponaneus, &c.

HAec est vigesima Causa, & habet quatuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ in pueritiæ annis traditi à parentibus, cogantur propositum religionis tenere. & probatur quòd non.

Secunda quæstione docetur, quòd ab adolescẽtibus qui præter voluntatem parentũ religionis habitum susceperunt, ex quo illi legitimo tempore permanserũt, exire non licet. & quòd non licet abbatissæ imponere velum monialibus suis: & quãdo offeruntur infantes monasterijs à patribus suis sub testimonio multorum dicitur conferri: vt maledicẽdi actio auferatur. hoc est contra minores & prædicatores: qui contra voluntatem parentum recipiunt pueros.

Tertia quæstione qua quæritur, si quis præter volũtatem suam factus est monachus, vtrum sit cogendus ad obseruantiam. probat quòd non per cap. præsens. vbi dicitur quod quis neglexit, nec optat profecto, nec diligit. qui autem non diligit, facilè cõtemnit. de hoc extra quod metus causa. cap. j.

Quarta quæstio est qua quæritur, si ab vno monasterio in aliud strictius sit licitum transire. & probatur quòd sic quod est expressum in dicta decre. licet. extra de regu.

Causa Vigesimaprima.

Archipresbyter cuiusdam ecclesiæ præpositurã alterius recepit, nec priorem vult relinquere, secularium quoque, &c.

HAec est vigesimaprima Causa, & habet quinq; quæstiones: quia ex præmissis quinque causis tractatum de monachis interposuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & prosequitur thema.

In prima quæstione, pbatur, q̃ non potest clericus vnus in duabus ecclesijs intitulari: nisi in casibus. de hoc extra de elect. dudum ij. & ire ad alias sine commendatitijs episcopi sui. & de hoc de cle non resi. per totũ. Et quòd ex quo aliquis trãsfertur de vna ecclesia ad aliã, tunc nõ habet facere cum prima. de hoc extra de elect. cũ in cunctis.

Tertia quæstione prohibetur, ne clerici procuratores secularium negotiorum existãt. de hoc extra ne cleri. vel mona. capit. j ad fin. & cap. ij.

Quarta quæstione docetur, q̃ clerici non debent vti fulgidis & secularibus vestibus: & si moniti nõ destiterint, per priuationem beneficiorũ puniendi sunt. extra de vita & hon. cle. c. pen.

Quinta quæstione probatur, quòd ab episcopo correpti per suspensionem vel excommunicationẽ, non debent ad secularem iudicẽ confugere: quod si fecerint, grauius puniantur.

Causa Vigesimasecunda.

Quidam episcopus iurauit falsum, quod putabat verum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam.

HAec est vigesimasecunda Causa, & habet quinq; quæstiones. De negotijs clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotijs clericorum secularium subtungere disponit.

In prima quæstione quæritur, vtrũ iuramentum sit præstãdum. Dicitur primò quòd non. & postea probatur quòd sic. & soluit, sicut est solutum, extra de iureiuran. & si Christus.

Secunda quæstio est qua quæritur, vtrum sit periurus qui iurauit falsum, quod putat verũ. & docetur multis authoritatibus, q̃ non: deinde dicit quòd sunt duo genera mẽdacij. & qualiter sancti recusantur à mẽdacio, puta ꝓpter iocũ vel simulationẽ.

Tertia quæstione docetur, qualiter

Universidad de Deusto Biblioteca

liter subditi non debent deserere suum prælatum: etiam si sciant eum esse periurum, vel criminosum vsq; ad diffinitiuam sententiam. de quo. viij. quę. iiij. cap. nonne. & de accu. olim.

Quarta quæstione docetur, quòd illicitum iuramentũ seruari non debet: quod fit tribus modis: cũ quis male iurat, cùm incautè iurat, cum puellæ in puellari ætate iurant patre postmodum contradicente: quòd probat capi. tribus. extra de iureiur. per totum. de hoc in ca. quanto. de elec. venerabilem. ad fi. per quod probatur, ꝙ si tãtum profectus charitatis debent impediri, ꝙ iuramentum non est seruandum: iuramentum obseruandũ non est, puta in eo qui iurauit non fideiubere vel non esse prælatus, patet ꝙ frangitur illa causa: quod semper seruandum est, nisi seruatum vergat in dispendium salutis æternæ, vt probat ead. q. cap. inter cætera. quia illud non videtur frangere, qui in melius istud commutat, in ca. veniens. vsque ad finem.

Quinta quæstione probatur, quòd qui prouocat aliquem ad iurandum, & scit quòd falsum iurat, ille prouocans periurus est, & infamis: qualiter dicatur sciens probat per cap. hoc videtur. in quo ca. probatur, quòd reuelare secreta illi qui posit prodesse & non obesse, nõ est peccatum, nec periurium committitur, si ex sacramento tenebatur.

Item probat, ꝙ sacramentum intelligitur quandoque secundum illum qui exhibet considerata qualitate, & ratione vtriusque bona & mala: & quia Deus duplicitatis est aspernator simplicem intentionem vtriusq; considerat: & verborũ artem aspernatur & creat: vt in §. de his omnibus. extra eod. titu. capi. veniens. docens quòd in decimoquarto anno compellitur quis iurare in fine formam fidelitatis, quæ fit cum iuramento tam à vasallis domino. ecõtra ostendit concludens, ꝙ nec simplici loquela, neq; in iuramẽto mendacium dicere debemus.

Causa Vigesimatertia.

Quidãm episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circa adiacentes catholicos, &c.

Haec est vigesimatertia Causa, habens sub se octo quæstiones, tractans in sui principio. vtrum bella sint licita clericis.

In prima quæstione qua quæritur vtrum militare sit peccatum, docetur ꝙ non, nisi propter prædam militetur, & quòd de licentia superiorum, vel ducum, vel principum militetur propter pacem seruandam. Quid autem sit militare, exponitur in notula super princip. huius glos.

Item quòd hosti seruanda est fides si promittatur.

Item quòd præcepta patiẽtiæ non molestatione corporis, sed in temperatione cordis seruanda sunt, &c.

Secunda quæstione qua quæritur, quid sit iustum bellum, probatur quòd illud est iustũ bellum, quod iurisdictio ingerit, vel quod in iniuriam iuris vlciscitur, probans quòd à filijs Israel iusta bella gerebantur, eo videlicet quòd viæ publicæ negabantur eis, quòd fieri non debebat.

Tertia quæstione vtrum iniuria sociorũ armis propulsanda sit. docetur quòd non, nisi cui incumbit ratione officij: illi autẽ tenentur, alij verò non, nisi velint. vbi plene de hoc modo super principa. quæst. & extra de sentent. excommu. cap. quanto. Alij dicunt, quòd quemlibet tenetur cũ armis propulsare, alias non videtur sine scrupulo societatis occultæ, &c. extra de homi. sicut dignũ. & in eã partem videtur declinare Gratianus.

Quarta quæstione qua quæritur, an vindicta sit inferenda. Videtur quòd non Primò multis authoritatibus & capitulis probãdo quòd mali sustinendi sunt, & tolerandi per bonos: quia nec dominus Iudam, quãuis malum sciret à cõuiuio remouit: de hoc extra de offi. ord. c. si sacerdos. quia Deus bonos & malos in ecclesia esse voluit, per capi. qui secundum carnem natus est. quia hæc vita quæ inter Cælum & Infernum sita est, oportet quòd conditionem vtriusque loci recipiat, imò hoc ipso præsumitur malus, qui malos tolerare nescit. per c. quãuis. & c. seq. quod verum est de his quos corrigere non possumus: quia authoritatem non habemus, vel quia peccata probare non possumus. & in hoc procedit vsq; ad finem. Et est etiã alia causa, & extunc probat ꝙ si ibi mali sunt prædestinati, superflua est eorum correctio, si sunt præsciti, inutilis, et ibi aliquo modo vindicta inferenda non est. In contrariũ postmodũ soluit quòd crimina semper sunt ferenda quando salua pace fieri potest: & quod multitudo non sit in causa. & hoc probat vsq; ad §. semel verò. Item quòd prælatus propriam iniuriam vindicare non debet, per c. inter querelas. deinde redit ad probandum solutiones. & docet etiam quòd à §. breuiter. monstratum est vsque ad finem q quòd debet de necessitate fieri vindicta. deinde probat quòd semel culpa dimissa iterum in vltionem venire non debet.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum sit peccatum iudici reos morti tradere; cũ probatum sit in superiori ꝙ crimina tolerari possint, docetur ꝙ nõ. Itẽ probatur ꝙ sine iudice, nec alium nec seipsum occidere licet. ac de occidendis vsq; ad c. nõ est necessarium. deinde in ca. regum officium est. docet ꝙ proprijs principibus reuerentiã & fidem seruare debemus. & qui non facit, apud Deũ prẽmia inuenire non potest: & sicut fidem & reuerentiã eis exhibere cogimur, vt extra de maio. & obed. solitæ. sic proprium eorũ est vt ecclesias iuuent & defendant. & probat per ca. administratores. quod si non fecerint, à prælatis admoniti excommunicari poterunt, vt extra de offi. ordi. c. j. deinde probat quòd supra dixerat, ꝙ licite mali principes & iudices occiduntur. & schismatici, & hæretici, & excommunicati, vsque ad §. si verò rei.

Sexta quæstione qua quæritur, vtrum mali ad bonum sunt cogendi, docetur quòd sic, vt supra quæstione proxima.

Septima quæstione qua quæritur, an hæretici rebus suis sint spoliandi, vtrum illi qui eos expoliant, iuste spolia eorum possideant. & idem de Saracenis, in no. §. j. q. probatur multis authoritatibus quòd sic, extra de hæreticis. excommunicamus.

Octaua quęstione qua quæritur, de episcopis & clericis, vtrum sua authoritate, vel Romani pontificis arma, vel bella inferre possint, docetur ꝙ non nisi hortando: sed illud officiũ alijs cõmittere debẽt. de hoc extra de excess. prælat. ca. ex literis. extra de voto, magnæ. ad finem. et in no. ostendens esse differẽtiam inter prælatos q solis decimis & primitijs viuũt & hi nõ ita se possunt armis immiscere nisi hortãdo. & illi qui castra & ciuitates tenent à regibus, hi habent ire ad exercitum. de licentia tamen papæ debent talia facere, quam differentiã probat decre. extra de maio. et obe. solitæ. circa prĩci. Docẽs insuper qualiter tributa sint licita et præstãda pricipibus & maioribus nostris, etiam ab ipsa nostrã ecclẽsia pro pace tenẽda. extra de cẽsi. c. j. in fi. & de pœnitẽtia quę imponit incẽ-

diarijs

diarijs tractat de quibus habetur, extra de senten. excom. c. tua. docẽs quòd regibus & principibus facultas faciendi iustitiam est permissa si multi vulnerant vnũ, & inde moritur, quis eorũ teneatur: & videtur quòd quilibet qui percussit sit homicida propter dubium.

Causa Vigesimaquarta.

Quidam episcopus in hæresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio priuauit, &c.

Haec est vigesimaquarta Causa, & habet in se tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an episcopus lapsus in hæresim possit subditos suos excõmunicare. & soluitur ꝙ nec lapsus in hæresim antiquã, vel nouã, ex quo incepit eã prædicare est excõmunicatus, nec potest excõmunicare aliũ. quod multis c. probatur. de hoc extra de hære. excommunicamus. & in c. fi. de eo qui renunt. episco. & est ibi ca. quodcũq; ligaueris. illa summa qualiter alia verba quodcũq; ligaueris, &c. extra. de senten. excom. c. à nobis. & illa summa de fide. c. hęc est fides. quæ est extra de sum. tri. & fide ca. melius. sed prædicti bene possunt baptizare, vt in vltimo §. istius. imò & ordines cõferre in forma ecclesiæ: vt supra in quæstione super §. quid. in fi. & c. sequẽtibus. & de hoc extra de summa trinitate. capitulo j. in fine.

Secunda quæstione quæritur, an aliquis post mortẽ possit excõmunicari: & respondetur quòd non, nisi pro crimine hæresis. de hoc de senten. excommu. à nobis. Item cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus. de hoc extra de sepul. ex literis. & capitu. à nobis præalleg.

Tertia quæstione qua quæritur, an pro peccato alicuius tota sua familia sit excommunicanda. soluitur ꝙ non, per capitu. si habes. Item ꝙ sententia excommmunicationis iniustè lata, conuertitur in damnatorem suum. capitulo de illicita cum capit. sequen. & præcedenti. de hoc cauetur extra de sen. excommu. sacro. & c. cum medicinalis, libro. vj. Item tractat an nocentes. vel criminosi sunt maledicendi. & primò ꝙ non ad finem §. illicita. ergo vsq; ad §. sed quid. deinde probat, quòd à sanctis viris rationabiliter in malos zelo iustitiæ proferri potest excommunicatio. probans quòd medicinalis sit excommunicatio, per c. corripiãtur. qua pœna nulla maior in ecclesia Dei, vt ibi. & quia nescitur quid de quolibet pariat futura dies, & de nemine quantuncunq; excommunicato dum moritur desperandum est.

Item ponit differentiam inter hæreticos & schismaticos, & quot sint hæreticorum sectæ, à capi. quia verò. vsque in fine causæ. de hoc extra de hæreti. per totum. & de schisma. &c.

Causa Vigesimaquinta.

Sancta Romana ecclesia quãdam ecclesiam muniuit suis priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens, &c.

Haec est vigesimaquinta Causa, habens sub se duas quæstiones, tractans quantam potestatem habeat Romana ecclesia in concedendis priuilegijs alijs ecclesijs: quia in superiori causa ostendit, quòd omnis catholicus est subiectus Romanæ ecclesiæ, similiter in hac tractat plenius. de hoc extra de priuilegijs. per totum.

In prima quæstione qua quæritur, vtrum clerici decimalis ecclesiæ possint petere decimas ab ecclesijs de prædijs suis sitis in parrochia ecclesiæ baptismalis. docetur primò ꝙ non, docens ꝙ papa contra canones facere nequit di c. sunt quidam. & quòd nullus tantum, quantum Romanus pontifex canones seruare tenetur, etiam vsque ad effusionem sanguinis. & quòd contra ecclesiam dispẽsare non potest, nec contra diuinas scripturas. de hoc extra de bigamis. capitulo secundo. In contrarium tamẽ soluit, quòd priuilegia concedere potest, dum tamen status ecclesiæ non subuertatur: vt extra de priuilegijs. in pluribus locis.

Secunda quæstione qua quæritur, vtrum secunda priuilegia concessa cuidam monasterio sito circa baptismalem ecclesiam deroget primis priuilegijs clericorum ecclesiæ baptismalis: docetur primò quòd non: & probat per multos canones & leges inductas C. de prec. impe. offeren. & si contra ius, vel vtilitatem pub. & titu. sequen. & hoc verum est, nisi ex causa prius priuilegium perderetur, vel reprobaretur. de quibus causis habes extra de deci. suggestam. vel de illis qui propter suam culpam amittunt suum episcopatum. per c. Innocens. de hoc melius extra in capitulo prædicto & de rapt. super literis. & de consti. cum venissent.

Causa Vigesimasexta.

Quidam sacerdos cũ conuinceretur apud episcopum, correctus ab episcopo, noluit cessare, &c.

Haec est vigesimasexta Causa in qua Gratianus de sacramentis tractaturus, præmittit tractatum de superstitionibus, quæ speciem sacramenti habere videntur. & habet sub se septem quæstiones.

In prima quæstione quæritur, qui sint sacrilegi. docetur & soluitur per capitulum primum.

Secunda quæstione qua quæritur, an sit peccatum esse sacrilegum. docetur primò allegando quòd non sit malum. deinde conuertit stylum & soluit in contrarium, per multas authoritates. de hoc extra de sorti. per totum.

Tertia & quarta quæstione, quæ simul tractantur, quarum prima est à quibus diuinationis genus sumpsit exordium, & quot sunt diuinationis genera docetur. Item quæ dicitur fuisse Matheseos. & quòd vsque ad natiuitatem Christi celebrati fuerunt illi Magi, qui eum prædixerũt. deinde saluati sunt. Item de natura Dæmonum, & qualiter futura prænoscant ostendit.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum sortilegi & diuini si cessare noluerint sint excommunicandi: docetur quòd sic, extra de sortile. per totum. Item quòd clerici propter quosdam dolores prohibentur extruere altaria & spinis honorare, vel missas mortuorum cantare, & multos modos diuinandi ostendit, qui omnes sunt reprobati à iure.

Sexta quæstione quæritur, vtrum excommunicatus per suum episcopum, possit ab alio quàm suo episcopo absolui. probatur quòd non, nisi à summo pontifice, vel metropolitano. sed excommunicati à presbyteris, ab episcopis absolui possunt, ostendens quòd reconciliatio publica, refectio chrismatis, & virginis consecratio ad episcopos pertinent. & benedictio solennis in missa, in necessitate tamen presbyteri excommunicatos à quolibet absoluunt. de officio ordina. pastoralis. & capitu. conquerente. de sententia

excommuni

Universidad de Deusto
Biblioteca

excommunicationis per totum.

Septima quæstione qua quæritur, vtrum sit pœnitentia morientibus iaiungenda: docetur quòd non: sed innotescenda. & quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ vbi canon non imponit eas. de his etiam quas canon imponit potest presbyter ex causa relaxare per capitu. tempora pœnitudinis. & capitulo sequenti. Prohibens ne die dominico ieiunetur. nam qui die dominico studiosè ieiunat non creditur esse catholicus, ostendens quòd cum magno gaudio & affectu debet recipi pœnitentes. nec debent eis imponere onera grauia, per cap. allega de hoc extra de pœniten omnis. ad finem quæstionis redit ad sortilegos, & dicit quod dies ægyptiaci, & calendarũ non sunt obseruandi, quia gentes obseruabant illos.

Causa Vigesimaseptima.

Quidam votum castitatis habens desponsauit sibi vxorem, illa priori conditioni renuncias, trastulit se ad, &c.

HAec est vigesimaseptima Causa, huculq; de negotijs, decætero de sacramentis. & quia matrimoniũ est magnũ in Christo & in ecclesia sacramentum. & est antiquius cæteris. & de eo quotidiè quæritur in iudicijs, in his decem causis sequentibus de matrimonijs tractat. & iste tractatus à causis non separatur, & c. tractans de impedimẽto voti contra matrimonium.

In prima quæstio. & secunda, de sponsalibus tractat, & habet in se duas quæstiones, in quarum prima quæritur an coniugium possit inter vouentes contrahi, probat quòd nõ. de hoc clarius extra qui cle. vel vo. per totum. Itẽ inter viduas & moniales quæ vouent solẽniter, & postea contrahunt, prosequitur. de hoc extra de reg. vidua. & punit eadẽ pœna eos, qui cum eis contrahunt, vel qui eas rapiunt. de hoc in prælega titulo, qui cle. vel vouen.

Secunda quæstione qua quæritur, vtrum puellæ alteri desponsatæ possint renuntiare priori conditioni, & alteri nubere tractat primò vtrum inter sponsos sit matrimoniũ. & probatur quòd sic per diffinitionem matrimonij, & per multa alia capitula. et sic soluitur quòd matrimonium est: sed non ratum: imò non simpliciter cõiugium. interierẽs quot bona sunt in matrimonio. Item tractat ibi, quòd vnus coniugatorũ, post carnis copulam, sine consensu alterius non potest ad religionem transire. de hoc melius extra de conuer. con. per totum. sponsi verò sic. extra de coniug. lepro. ex parte. Item tractat ibi, de frigido & maleficiato per totum. sed de hoc melius in vltima causa. Itẽ tractat ibi, de eo qui cogno. consan. vxoris suæ. & de rapto. capitulo finali. Item quæritur ibi, quare incontinenti post spõsalia non traduntur sponsæ spõsis. et soluit, quòd vt eas habeãt chariores. ad finem soluit quæstio. quòd sponsa de futuro possit nubere alij, sponsa de præsenti, nequaquam.

Causa Vigesimaoctaua.

Quidam vir infidelis in coniugio positus ad fidẽ cõuersus est: vxor verò eius fidei odio Christianæ, &c.

HAec est vigesimaoctaua Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione primò quæritur, an coniugium sit inter infideles: & soluitur quòd sic. & vtrum si vnus infidelis conuersus fuerit ad fidem Christi possit dimittere aliam: & respondetur quòd non, nisi in casibus de diuor. quanto. & eodem titulo gaudemus quod intelligitur de paganis, quia si vxor Iudæi conuersa fuerit ad fidem, bene potuit dimittere Iudæum: vt in capitulo Iudæa. & in capitulis ibi positis. Item docet ibi, quòd filij qui ex tali matrimonio nascuntur, Christi fidem sequi habent. Item quòd cum Iudæis non licet comedere, nec bibere, nec balneari, quamuis cum paganis possumus. xj. quæstione prima, ad mensam. quia illi cibos nostros non discernunt à suis, sicut isti Iudæi maledicti. docet etiam quòd si fidelis cum infideli contrahat matrimoniũ, quòd non valet nisi infidelis conuertis volverit ad fidem: designans differentiam inter ratum legitimum & nõ legitimũ matrimonium. & illam authoritatem ponit, quod non est ex fide peccatum est. & optime exponit quæ præmissa sunt, quòd inter infideles sit matrimonium admirari videtur Bernũ.

Secunda quæstio. qua quæritur, vtrum viuente vxore infideli aliam ducere possit, cõuersus ad fidem catholicam. & videtur quod non: nisi ab eo recesserit, odio fidei Christianæ: quia tunc habet locum illa authoritas, si infidelis discedit. de hoc in prædictis capitulo quanto. & capitulo gaudemus. circa finẽ. secus si vnus fidelium tranſeat ad infidelitatis errorem.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum talis bigamus sit, qui vnam ante baptismum, & aliã post baptismum habuit. respondetur, quòd sic. de hoc extra in prælegato capitulo gaudemus. ad finẽ. & supra vigesimasexta distinctione per totum.

Causa Vigesimanona.

Cuidã nobili mulieri indicatũ est, quòd à quodã filio cuiusdam nobilis in coniugem petebatur, &c.

HAec est vigesimanona Causa, quæ tractat de errore: & habet sub se duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur vtrũ sit matrimonium inter eum, & eam, quem mulier credit liberum & nobilem: & tamen est seruus. respondetur, quòd non, assignans differentiam inter errorem personæ & fortunæ, conditionis, & qualitatis, & qui cõsensum coniugij non admittat: & super hoc multa bona argumenta inducit de isto errore.

Secunda quæstione qua quæritur, vtrum liceat huic mulieri dimittere hunc seruum, quem putabat primò liberum. Respõdet quòd sic, nisi ex quo sciuit eum seruum cum eo habitare consensit. de hoc extra de cõiugio ser. per totum.

Vltimò probatur, quòd si seruus cum ancilla contrahit matrimonium, stabit, & tenet. & nihilominus tenentur reddere seruitia dominus suis.

Causa Trigesima.

Quidam vir populorum frequentiã impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: vxor, &c.

HAec est trigesima Causa, tractans de spirituali proximitate & legali, qualiter impediãt matrimonium, addit etiam de ætate. & de clandestinis matrimonijs. & habet sub se quinque quæstiones.

In prima

In prima quæstione tractatur & quæritur, vtrum vxoris suæ debitum reddere valeat, qui proprium filium de sacro fonte suscepit. & docetur quòd sic, nisi propria vtriusq; voluntate abstinent: de quo extra de cogn. spi. cap super eo. probans in ca. j. quòd sicut vij sunt dona spiritus sancti, sic & septem sunt dona baptismi, & in quolibet contrahitur compaternitas. de hoc extra de cog spi. Item probatur q̃ non solum per baptismum, sed per confessionem contrahitur compaternitas inter presbyterum & omnes illas personas, quas ad pœnitentiam recipit. & quod grauiter puniri debent, si cum eis commisceantur de hoc extra de cogna. spirit. in c. fi.

Secunda quæstione qua quæritur, vtrum sponsalia contrahantur per infantes. & tenetur quòd non, si sunt intra septennium. quod expressum est in cap. literas. & c. accessit. de despon. impuberum.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum filij spirituales valeant copulari naturalibus in matrimonio. docetur quòd non. extra de cognatio. spiri. & legali. per totum.

Quarta quæstione qua quæritur, vtrum quis possit ducere in vxorem cõmatrem vxoris suæ. docetur quòd si vxor mea postquam ego eã cognoui fecit eam commatrem, non possum eam ducere, sed si antequam esset vxor mea fecit eam commatrem, possum. de hoc extra de cogna. spiri. Martinus. Alio modo videtur soluere Gratianus in §. notandum. sed ad idem tendit.

Quinta quæstione qua quæritur, an clandestina desponsatio manifestę præiudicet. & certè præiudicat, dummodo sit legitimè probata. sed prohibentur ideo clandestina matrimonia: quia si alter negaret, & probari non posset, negans posset prohiberi à primo matrimonio: quia de incertis iudicare, vel diffinire non possumus. de hoc extra de cland. despon. c. j. per totum probans hac occasione, quòd iudex ante quam sententiet, debet cuncta rimari. per c. nullus. nanque iudicantem oportet cuncta rimari: nec in re dubia certa potest ferri sententia.

Causa Trigesimaprima.

Quidam vir vxorem alterius stupruit, & eo, mortuo vxorem duxit: filiam ex ea suscepit, cuidam in coniugem se daturum iurauit, &c.

HAec est trigesimaprima Causa, tractans de criminis enormitate impediente matrimonium, & de coactione, & de fide sponsalium.

In prima quæstione quæritur, an possit duci in coniugem, quæ prius est polluta per adulterium. & probatur quòd sic, nisi alter fuerit machinatus in mortem viri, vel nisi fidem dederit viuente viro de ea ducenda. de hoc extra de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul. c. j. & vlti. & per totum. dicas quòd bis vel ter potest quis nubere: & deinceps mortua prima, per c. q̃ si dormierit, de quo extra de secundis nuptijs per totum.

Secunda quæstione qua quæritur, vtrum filia possit tradi inuita in matrimonium, vel per metum docetur q̃ nisi libera voluntate alicui non est copulãda de hoc extra de despon. impu. c. j & c. veniens. & c. cum locum.

Tertia quæstione qua quæritur, an filia impubes desponsata per patrem, possit alij nubere. docetur quòd non, si ipsa desponsationi consensit. alias sic, vt in prælegato c. j.

Causa trigesimasecunda.

Quidam vir, cùm non haberet vxorem, quandam meretricem sibi in coniugio copulauit: quæ erat sterilis, neptis ĩgenui, filia originarij: quam cũ, &c.

HAec est trigesimasecunda Causa, tractans in sui principio, vtrum cum meretrice possit esse matrimonium eo, quia supra proxima causa tractauit vtrum quam polluit quis adulterio possit habere vxorem. & ponit octo quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrum meretrix licitè ducatur in vxorem. docetur primò quòd non, quia non licet alicui retinere nec ducere corruptam. Sed in contrarium soluit, quòd meretrix duci potest in vxorem, extra de spon. cum inter operandum tamen spes sit de ea quòd corrigatur: & in solutione illa de bonis matrimonij tangit aliquid etiam de bono virginitatis in capi. nuptiæ quæ suaderi potest, imperari nequaquam, vt in c. integritas.

Secunda quæstione qua quæritur, an ea sit coniunx appellanda, quæ causa incontinentiæ ducitur. docetur primò, quòd non. Sed in contrarium solutio est, dummodo aliquid de his, quæ sunt contra substantiam matrimonij non opponatur. de hoc extra de condi. appo. c. fi §. his ita respondetur. vbi primò fuit institutum matrimonium. & de bonis matrimonij tangit ibi in c. quicquid. & in ca. connubia. vbi est optima nota de isto coniugio. vbi dicitur quòd in coitu etiam coniugali non adest, nec est gratia sancti spiritus. incidẽter tractat, qui abortum committunt seu procurant, vtrum sint homicidæ. & docetur quòd sic. si puerperium formatam est: vel erit. per capit. Moyses quod est expressum, extra de homi. si aliquis. & iterum redit ad probandum solutionem suam prædictam et an consensus parentum requirendus est in copulandis filijs. per c. honorantur.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum neptis ingenui habẽs patrem suum teneatur sequi arbitrium aui ingenui dicit q̃ sui.

Quarta quæstione qua quæritur, an viuente vxore sterili, licet alicui filios ex ancilla quærere. probatur quòd nõ, non obstante multorum patrum exemplis, Abrahæ Loth et Iacob. docens quòd fornicatio nõ solum adulterium, hodie est prohibita in fi. docet quos partus ventrem sequitur. de hoc extra de ser. non ordi cap. fi.

Quinta quæstione qua quæritur, an ea quæ vim patitur peccatum admittere comprobetur. docetur quòd non: quia reuera non antea caro potest corrumpi, nisi mens fuerit corrupta: veruntamen est quod corruptæ sunt per cap si Paulus. Item probatur quòd non peccat, quæ sic vim passa est, nec propter hoc potest à viro dimitti.

Item probat quòd ex quo vir, & vxor coniugali affectu sunt copulati, non licet eis ab inuicem separari, per c. horrendus. excepta causa fornicationis. extra de sponsi. ex parte. & quòd excommunicandi sunt qui dimittunt vxores suas. supra cap. proximo. q. ij. & quòd eodem modo puniendi sunt viri. si adulterentur, & probatum fuerit: sicut & mulieres. aliter si non probatur, contra eos procedi non potest, quia occulta peccata non habent vindictam. & probatione cessante, vindicta cessat per cap. Christiana.

Sexta quæstione qua quæritur, vtrum adulter possit dimittere adulteram. probatur quod non. de hoc extra de adul. c. j. & fin.

Septima

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septima quæstione qua quæritur, vtrum ille qui dimittit vxorem suam causa fornicationis, possit ea viuente aliam ducere. probatur quòd non. de hoc in dicto capitu. ex parte. de sponsi. probans quòd adulterium magnum est peccatum, & fornicatio, & incestus, & peccatum contra naturam. & quot sunt in capit. non solum. & c. quid adulterio grauius. & c flagitia. de his extra de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ, per totum. Item quòd post matrimonium cõtractum, si alter fiat furiosus vel stultus, semper remanet matrimonium: quia illud vinculum matrimonij, in nullo casu rumpi potest. extra de conuer. coniug. ex parte.

Octaua quæstione qua quæritur, vtrum liceat ei qui dimisit vxorem ducere aliam infidelem, vt eam ad fidem deducat. & respondetur quòd non. extra de conuer. infi.

Causa Trigesimatertia.

Quidam maleficijs impeditus vxori suæ debitum reddere non poterat: alius interim clanculò eam corrupit, à viro suo separata, &c.

HAec est xxxiij. Causa, tractans post multa impedimenta matrimonij, de impotentia coeundi, de criminis enormitate, de feriarũ tempore, quibus de pœnitentia longum interserit tractatum. & ponit de ipso themate quinque quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrum propter impossibilitatem coeundi mulier sit separanda à viro? Respondetur quòd sic: si naturale fuerit impedimentum, ante carnalem copulam: quòd si ille postmodum cum alia coierit, priora connubia reparentur. Si autem propter maleficium, nunquam priora reparantur per capitu. si per sortiarias. de hoc apparet hic, et extra per totum titu. de frigidis.

Secunda quæstione qua quæritur, an à viro suo separata possit nubere illi, qui eam durante primo matrimonio cognouerat? Respondetur quòd sic peracta pœnitentia: si per iudicium ecclesiæ separata fuerit, aliter non: quia nullus debet dimittere vxorem suam sine iudicio ecclesiæ: quia hoc esset pœnam apponere, quę imponi non debet nisi per iudicem, vt extra de diuor. porrò quòd si dimissa fuerit, ante omnia restituenda est vxor. extra de restit. spol. ex conquestione. & capitu. literas. Item q̃ non licet viro suam vxorem interficere, etiam si inueniat eam adulterantem: quod est verum secundum canones, quia gladio materiali neminem puniri volunt, sed spirituali: quia propter fornicationem dimitti potest non occidi à viro suo secundum Euangelicam veritatem. & de pœnis eorum qui vxores suas interficiunt, ponit. & quòd clericis licet si vxores eorum peccauerint, eas in custodia detinere ligatas, non vsque ad necem eas affligere. de hoc extra de iureiuran. quemadmodum. Item soluit quare post vij. annos pœnitentes ad pristinum statum reuertuntur vel recipi iubentur, sed pœnitentes ad matrimonium vel militiam non recipiuntur regulariter. extra de pœniten. & remi. capi. ij. nisi ex dispensatione, iusta causa fugerente, & nisi haberent vxores isti pœnitentes, quia tunc eis vti possunt: quia quos Deus coniunxit, homo non separet.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere.

TRACTATVS de Pœnitentia.

Hic incipit tractatus de pœnitẽtia, qui in septem partes distinguitur, quæ vsualiter distinctiones appellantur, in quarum qualibet diuersa quęstio tractatur.

Distinctio Prima.

Prima distinctio, tractatur, quod supra positum est. & primò nititur probare quòd sola cordis contritio, & secreta satisfactio sufficit, & multorum sanctorum auctoritatibus & legibus super hoc inductis. Sed in contrarium soluitur: an tamen sola cordis contritio sufficit ad remissionem pœnæ æternæ, vbi duo reliqua necessitatis excludit, & quid de hac quæstione sit dicendum, cordis arbitrio relinquendum.

Distinctio Secunda.

Secunda distinctio qua tractatur, & an charitas semel habita possit amitti. probatur quòd sic, de imperfecta dum est homo in vita ista, de qua tractat post c. occasione cuius de tertia. in secunda incipit facere mentionem, & occasionaliter, & incidenter venit ad hanc quæstionem, propter eos qui negant pœnitẽtiam reintegrari posse. asserẽtes, quia charitas semel habita nũquam amittitur, ita pœnitentia semel celebrata verè nulla sequente culpa maculatur, docens in sui principio quid sit charitas & effectus eius. et quot gradus sint in charitate. & post baptismum homo peccare potest. et de præscitis, & de prædestinatis. docens quòd præsciti nunquam veram charitatem habere possunt: sed fictam, quæ aliquam se esse demonstrat. probatur: vt in fine distin. & ibi de creatione & casu Satanæ ponit: & de confirmatione Angelorum, qui remanserunt in cælo.

Distinctio Tertia.

Tertia distinctione quæritur, an pœnitentia iterari possit, probatur quòd sic: ponens multas diffinitiones pœnitentiæ. sed primò asseritur, quòd non. Item tractat an pluribus criminibus irretitus de vno tantum possit pœnitentiam agere. Solutio istius est extra de pœnitentia & remissio. quod quidam.

Distinctio Quarta.

Quarta distinctione dicitur, an peccata dimissa per pœnitentiam redeant. & allegat pro & contra, & tandem declinat in eam partem quòd redeant saltem quo ad hoc, quòd non proficiet ei prima pœnitentia quo ad vitam æternam, sed tũc proficiet cum de alijs egerit pœnitentiam: vt in capitulo finali.

Distinctio Quinta.

Quinta distinctione quæritur, qualiter peccatorem considerare oporteat in pœnitentia, & probat per multa, scilicet qualitatem criminis, locum & tempus commissi criminis, & multa alia quæ continentur in capitulo in ista distinctione per totum. & qualiter confiteri & pœnitere debeant, docet.

Distinctio Sexta.

Sexta distinctione duas facit quæstiones. prima est, cui confessio est facienda: & docetur quòd proprio sacerdoti, & ex iusta causa alij cuicunque, sed cum licentia proprij sacerdotis. de hoc extra de pœnitẽtia & remissio. & etiam laico in necessitate. Nota qualis debeat esse qui de aliorum criminibus iudicat, & docetur quod sapiens, & discretus. & ab omni crimine mũdus.

Distinctio Septima.

Septima distinctione qua quæritur, vsque ad quod tempus recipiendus est peccator ad pœnitentiam. & respondetur, quòd vsque ad vltimum exitum vitæ suæ: quia de nemine desperandum est, dum est in hoc mortali corpore constitutus. & ita nunquam pœnitenti pœnitentia est neganda. & de prædictis v. distin. tractatur plenè in iij. quæstione huius xxxvij. causæ: in qua quæritur fuit vtrum oratio nis tempore coniugali operi vacare liceat, docetur quòd nõ, nisi in fine iusta de causa: puta si scandalum inde nascatur vel fornicationis inde vitandę causa: aliter peccatur mortaliter secundum quosdam. Alij dicunt quòd de consilio loquuntur canones qui hoc prohibent, vt ibi in summa super principio quæstionis. hoc statutum fuit quòd tempore orationis & abstinentiæ nuptiæ non celebrantur: vt in capitulo, vir cum propria. in fi. de hoc extra de fer. Capellanus. & quod dicit quòd commistioni vacandum non est tempore ieiunij, verum est de consensu viri & vxoris, alioquin semper requisitus tenetur reddere, sed non exigere. & ex hoc formatur sequens quæstio.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum viri sine consensu vxoris possint vouere cõtinentiam, docetur quod non, sed de consensu vtriusque possunt ambo vel alter continentiam vouere. & in capitulo quod Deo pari. de hoc extra de conuer. coniuga. per totum. & de bono virginitatis & continentiæ, docetur in capitulo tunc saluabitur. & docetur quod si vir consenserit vxorem vouere, vel contra oportet similiter quod ipse voueat. de hoc extra de conuer. coniuga. capitulo tertio. Item docet quòd mulier semper debet esse subdita viro, propter hoc quia vir est factus ad imaginem Dei, mulier vero non. extra de probationi, proposuisti. & de despõ. impube. probat per ca. mulierem. quia mulieri iudicare non licet, vel testimonium ferre, quod verum est in criminali.

Causa Trigesimaquarta.

Quidam vir in captiuitatem ductus est: postea vxor eius audiẽs illum mortuum, nupsit alij. Demum ille de captiuitate, &c.

HAec est xxxiiij. Causa, habens sub se duas quæstiones.

In prima quæstione qua quæritur, vtrum sit rea adulterij quæ absente viro in captiuitate alteri nupsit. & respõdetur quòd non, si ignorat ipsam viuere.

Secunda quæstione qua quæritur, vtrum reuertente primo viro à captiuitate sit ei restituenda. & respõdetur quòd sic. & de vtraque quæstione apertius, extra de secundis nuptijs. Dominus. Item vtrum vxor teneatur sequi virum. & quando quis malæ fidei possessor videatur. docet de hoc extra de præscrip. capitulo finali. & de eo qui ignoranter adulterium commisit tractat in fine.

Causa Trigesimaquinta.

Quidam vir vxore sua defuncta aliam quæ ei defunctæ quarto gradu attinebat sibi in matrimonio copulauit, quæ vxori defunctæ, &c.

HAec est xxv. Causa, habens sub se decem quæstiones: tractans de consanguinitate & affinitate, & gradibus cognationis.

In prima quæstione qua quæritur, vtrum liceat alicui aliquam ducere de propria cognatione in vxorem, docetur quòd non: & causam quare hoc fit hodie cum in veteri testamento seruaretur contrarium, ostendit. de hoc extra de consanguinitate & affinitate.

Secunda & tertia quæstione, quæ simul examinantur: in quarum prima quæritur, vtrum consanguinea vxoris alicuius ducipossit in coniugium, & vsq; ad quę gradum oportet abstinere à proprijs consanguineis. & causam quare hoc fit probat: imò aliqua capitula videntur innuere, quòd dum in memoria potest retineri consanguinitas, durat prohibitio, quæ copulans de affinitate innuere videntur vsque ad quintum gradum. Ad hoc soluitur in §. fin. sed totum hoc est hodie correctum per cõstitutionẽ ca. non debet. de consangui. & affinita.

Quarta quæstione qua quæritur, quare ad vij. gradum matrimonium prohibetur: ostendens rationem supra quia sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finiri debet.

Quinta quæstiõe qua quęritur, quibus accusantibus matrimonia sint dirimenda. sed de hoc extra qui. ma. accusa. possunt. per totum. & de spon. cum in tua. & forma iuramenti quod testes super matrimonio inducti præstare debent. & testes etiam synodales. & de illis qui ex aliqua iuxta causa ab vxoribus separantur, vel coniunguntur inuiti ponit docens, quòd si sciat quis consanguineam vxorem suam, non debet ipsam dimittere sine iudicio ecclesiæ. extra de diuor. porrò nec vni testi super hoc impedimento matrimonij credi debet. de hoc extra de testibus. licet.

Sexta quæstione qua quæritur, vtrum illi qui de incestuosis nascuntur sint legitimi filij reputandi, docetur quòd non: nec debent in aliquo succedere patri: extra qui filij sint legitimi. per totum. & de eo qui duxit in matrimonium habuerat.

Octaua quæstione qua quæritur, an hi qui ignoranter coniuncti sunt in prohibito gradu affinitatis vel consanguinitatis ex dispensatione in tali matrimonio remanere possint. & docet quòd sic. de hoc extra de consanguinitate & affini. & de pœna seu pœnitentia ipsorum incestuosorum, docet de hoc extra de eo qui cognouit consangui. cap. j. & cap. tua. & in multis cap. ibidem.

Nona quæstione qua quæritur, si ecclesia fraude testium vel ignorantia aliquos separauit per sententiam, si postea deprehensa fuerit falsitas testium vel calliditas. vtrum possit primam sententiam reuocare. docetur quod sic. de hoc extra de re iudic. lator. & cap. consanguinei. tractatur ibi, quod non tantum sententia matrimonij potest reuocari ex causa: imò etiam contra alias sententias ecclesia venit ex causa multoties. vt extra de restitu. spo. literas.

Decima quæstione, vtrum soboles suscepta ex primis nuptijs possit copulari cum consanguineis secundi viri defuncti: & vtrum affinitas dissoluatur per mortem viri vel mulieris. & respondetur, quòd non. primum corrigit per constitutionẽ, extra de consan. & affini. non debet.

Causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causa Trigesimasexta.

Filiam cuiusdam patre ignorante quidam mulieribus illexit, & ad cõuiuium inuitauit. finito conuiuio iuuenis virginem oppressit: quo cõperto, &c.

HAec est xxxvj. Causa & vltima, & habet in se duas quæstiones.

In prima quæritur, vtrum quidam qui per vim puellam corrupit, raptum commiserit. & probatur quòd sic.

Secunda quæstione qua quæritur vtrum raptori nubere possit. probatur quòd sic, si prior dissensus transeat in consensum. de hoc extra de raptoribus. c. fina. & penultimo.

De consecratione aliisq; ecclesiæ sacramentis.

Expleto de matrimonio, quod omniũ nationum cõmune est, tractat hic de sacramentis, quæ solis Christianis præstantur. additur de quibusdam alijs sacramentis: & quæ in ecclesia præstantur sacramenta,

Primò agit de ecclesiarũ consecratione, & altarium, & reædificatione earum, & missarum celebratione: & solennitatibus quæ celebrantur ob reuerẽtiam sanctorum & sanctarum rerum.

Secundò, de sacramento Eucharistiæ.

Tertiò, de festiuis diebus.

Quartò, de baptismo.

Quintò, de confirmatione, & de officijs diuinis & ieiunijs.

In fine de Sancti spiritus processione. De primo, de conse. & per totum. De secundo de celebra. miss. cũ Marthę. & quasi per totum. De tertio extra de reli. & ve. san. per totum. De quarto de baptismo, & per totum. De quinto, extra de consuetudinibus. quanto. Et sic iste tractatus in v. dist. est distinctus, differens à modo tractandi à superioribus. quia vtitur solum authoritatibus in toto isto tractatu. nec apponit de suo Gratianus, nisi duos §. vnum in prima distinctione, alium in quarta: qui nolebat aliquid nouum inferere in hac materia in qua nõ solum verborum, sed sententiarũ novitas est prophana. Primò ostendit quòd ecclesiæ sunt consecrãdæ. Secundò qualiter. Tertiò de non iteranda consecratione. Quartò de ordine missæ, & quoties sit celebrandum in die.

Finis Floseculi seu Summarij totius Decreti.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Gloria Patre et filioque.



Biblioteca
Universidad de Deusto

Joseph Guerres

Va (29) Ge

Universidad de Deusto
Biblioteca